UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori Ecclesiastici

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1706

urn:nbn:de:hbz:466:1-62406

Visual Library

M III
15

Th. 4790.

FRANCISCI

MONACELLI

EUGUBINI J. U. D.

Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c.

FORMULARIUM

Legale Practicum

FORI ECCLESIASTICI,

IN QUO FORMULÆ EXPEDITIONUM usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur.

OPUS EPISCOPIS, VICARIIS GENERALIBUS, ALIISQUE Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ac necessarium.

CUM APPENDICE PLURIUM CONSTITUTIONUM Apostolicarum, & Decretorum Sacr. Congregationum, atque Instructione pro Visitantibus, in fine Operis adjectis.

Collegii Societatis Jesu Paderborna 1736.

VENETIIS, MDCCVI.

Apud Antonium Bortoli.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN



Sanctissimæ, ac Individuæ Triadi.

Tibi Patri largienti, Filio recipienti, Spiritui procedenti, quibus est una Divinitas, æqualis Gloria, coæterna Majestas, Sancta & Individua Trinitati, uni Deo Infinito in essentia, Æterno in duratione, Immenso in præsentia, Sapientissimo in consiliis, Omnipoten-

tentiſsimo in operatione, Optimo, & liberaliſsimo in ſui communicatione, Æquiſsimo in judiciis ineffabilibus, & incomprehenſibilibus, cui nuda, & aperta ſunt omnia. Ego Plebis tuæ Creatura, quam ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creaſti, ut in hac vita mortali Te amando, & laudando, in me pulchritudo imaginis tuæ ſplendeſceret, tantæ Bonitati aliquantulùm reſpondens, hoc opus mente, & corde dirigo, dico, reddo, & conſecro. Tu igitur, qui es Sol illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundum, omnium Conditor, & Conſervator Deus, fac, ut dum per lumen Fidei in Terra ambulo, dies mihi æternitatis illuceſcat, ut per lumen gloriæ Beatiſsimam Trinitatem clarè videam in Cœlo, ſicuti eſt. Amen.

D.D.D.C.

BENE-

BENEVOLO LECTORI.



N Lector Amice Opusculum hoc, utilitati meæ prospecturus, non alienæ, compactum, tum Venusii Pastoralem Curam JOANNE FRANCISCO DE LAURENTIIS, viro eruditissimo, ministrante, tum Æsii Præsulatum clar. mem. PETRO MATTÆO, S. R. E. CARDINALI PETRUCCIO, moderante, Vicariatus munere fungens; tum demùm Romæ ejusdem Cardinalis in exercitio Auditoris adscriptus; sed amicorum consiliis, ac Dominimet mei, dum viveret, adhortatione, Tyronum gubernacula assumentium commoditati propono. Si quid boni ex illo decerpes, Patri luminum, qui summa bonitas est, & à quo bona cuncta descendunt, tribue; si quid tuo indulgens ingenio adnotabis, charitatis tuæ pallio cooperias precor; ac postremò, si quid Orthodoxæ Fidei, ac Sanctorum Patrum dogmatibus haud consonum conscriptum reperies, non ex voluntate hoc accidisse profiteor, & Sanctæ Sedis severæ litturæ submitto.

In lucem igitur prodit Opus, cujus inscriptio FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI: Et scias Juris quæstiones non more Cathedratico, seu Scholastico contenturum, sed tantùm surculum ad gubernia accedentium infringens, & quasi manu ducens ad id, quod sæpiùs in Ecclesiastico Foro occurrere potest, planam methodum præbiturum.

Hoc tamen contexere placuit in simplicitate sermonis, tum quia multùm est legibus amica, ut advertitur *in Instit. de Fideicomm. hæredit.* §. *Sed quia*; tum etiam, ut Vicarii, ac Episcopi vim, ac virtutem Clausularum calleant, & quomodo munia ipsis credita, Canonum Sanctione servata, explere debeant.

Quas conscriptas Formulas adnotabis, licèt hujusmodi inter Moderniores tradiderunt Barbos. *de Offic. & Potest. Episc.* Tambur. *de Iure Abbat. & Abbatiss.* Pac. Jord. *lucubr.* Pelliz. *de Monialibus*, Corrad. *prax. Benef. & disp.* & alii, nonnullas accepisse fateor ex laudatis Authoribus; non tamen, ut in eorum codicibus jacent, refero; sed ut plurimum vel auctas, vel ad usum magis accommodatas invenies: Et major, quæ extat pars, ex mea ingenii tenuitate, ut casus in utroque Vicariatu accidit, est deprompta. His autem non est Judaicè insistendum, aut sicuti Bononienses Carrotio inhærendum: pluribus enim non omnibus materiis adaptari poterunt. Tibi igitur juxtà facti circumstantias pro modulo tuo, & augere, & variare fas erit.

For-

Formulis hujuſmodi non abs re eſſe duxi, adnotationes injungere, ut magis earum vis eluceſcat; deque his ſermocinando, non parvi momenti dubiis, quæ perſæpè accidere poterunt, in eodem Foro obviam ire ſtudui: Si autem de omnibus non ſatisfaciam, excuſatum me habeas, & non omnibus datum eſſe noſſe omnia, recordare: Conſule autem Authores citatos, qui fideliter (niſi Typographus erret, ut ſæpè accidit) laudantur. Ne parvi facias eorum exiguum numerum, non enim ex multitudine Authorum, opinionis, ac ſententiæ veritas pendet, ſed ex rationum pondere deſumitur. Adnotationes hujuſcemodi maximo fulcro ſubſidere curavi Decretorum Sacr. Congr. tùm Concilii, tùm Epiſcoporum, ac & Immunitatis: de his haud dubitandum tibi erit, nam aut ex Regiſtro earumdem manibus propriis accepi, aut ex Originalibus foliis, & Votis antedicti MERITISSIMI CARDINALIS, quæ penès me adhuc extant, deſumpſi.

Accedit tandem huic operi in poſtrema parte nonnullarum Apoſtolicarum Conſtitutionum Appendix, de quibus perſæpè in hoc Libro fit mentio, nimiùm ad rem pertinentium, & muneri Epiſcopali exequendo ſcitu apprimè dignæ: ideò per extenſum tranſcribere eas curavi, non ut voluminoſum codicem Typis mandarem, ſed ut Bullario carenti conſulerem.

De uno autem te monitum volo, plura eodem opere contineri non facilè ad praxim inductura, vel quia Principes Sæculares, illorumque Miniſtri contendunt, & non expedit, apertè reſiſtendo, his bellum indicere cum Dignitatis Epiſcopalis diſcrimine, animarumque ſubditarum maximo damno: vel quia alibi corruptelæ, ac abuſus ſint adeò annoſi, & inveterati, ut niſi prudenti diſſimulatione tollerentur, majora indè mala probabiliter oritura timeantur: Itaque in memoriam tuam redigo, quod *Apoſtolus* 1. *Corinth. c.* 6. *&* 10. fatetur, *Omnia quidem Epiſcopo pro ſalubri Animarum curæ licent, ſed non omnia expediunt, nec ædificant.*

Demùm ſummatim, benigne Lector, ſi attentè perleges, quid Epiſcopi, eorumque Vicarii, quid Parochi, quidve Confeſſarii debeant, & valeant de jure facere, habebis. In multis pererraſſe, ac defeciſſe me non prætereat; ſed te non fugiat, quòd etiam quandoque bonus dormitat Homerus: Cognitumque habeas me meo perfunctum munere, Amicis, atque Benevolis ſatisfaciendo, qui de hoc mihi maximè tenentur, dum, ut ipſis indulgerem, tenuitatem meam palàm oſtendere non puduerit. Tibi igitur ſiſto inornatum, & qualecumque extat, & rogo, grato accipias animo, quod libentiſſima offert manus. Vale.

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX

Titulorum, & Formularum Operis.

TITULUS I.

De electione, & deputatione Officialium.

Deputationis Vicarii Generalis Formula I. pag. 1
Deputationis Vicarii Generalis Capituli Formula II. 10
Deputationis Vicarii Monialium Form. III. 16
Deputationis Vicarii Foranei For. IV. 19
Deputationis Cancellarii Formula V. 21
Deputationis Cancellarii Foranei Form. VI. 23
Deputationis Advocati Fiscalis Formula VII. 25
Deputationis Procuratoris Fiscalis Formula VIII. 26
Deputationis Advocati Pauperum Formula IX. 27
Deputationis Procuratoris Pauperum Formula X. 28
Deputationis Depositarii Pignorum Formula XI. 29
Deputationis Depositarii Mensæ Episcopalis Form. XII. 30
Deputationis Depositarii Pœnarum Formula XIII. 31
Deputationis Revisoris Computorum Formula XIV. 33
Deputationis Baroncelli Formula XV. 36
Deputationis Cursoris, sive Bajuli Formula XVI. 37

TITULUS II.

De erectione, unione, collatione, & resignatione Beneficiorum.

Erectionis Beneficii cum reservatione Jurispatronatus Formula I. pag. 38
Erectionis Ecclesiæ Parochialis Formula II. 41
Erectionis novæ Parochiæ per dismembrationem Form. III. 43
Erectionis Canonicatus Formula IV. 47
Erectionis Præbendæ Theologalis Formula VI. 54
Erectionis Præbendæ Pœnitentialis Formula VI. 57
Unionis Ecclesiæ Parochialis alteri propter paupertatem Form. VII. 62
Unionis Beneficii simplicis Parochiali Form. VIII. 63

Unionis Beneficiorum simplicium Seminario Form. IX. 64
Collationis Ecclesiæ Parochialis Jurispatronatus Formula X. 66
Collationis Ecclesiæ Parochialis per concursum Formula XI. 69
Collationis Parochialis per resignationem Formula XII. 71
Collationis Canonicatus Cathedralis vacantis per obitum Formula XIII. 72
Collationis Canonicatus, vel Parochiæ vigore Provisionis Apostolicæ Form. XIV. 74
Collationis Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ Formula XV. 75
Collationis Beneficii ad Capitulum spectan. Formula XVI. 76
Collationis Beneficii simplicis per resignationem Form. XVII. 77
Regnationis Parochialis Ecclesiæ Formula XVIII. 78
Publicationis resignationis Formula XXIX. 79
Provisionis Beneficii simplicis habentis aliud sub eodem tecto Formula XX. 81

TITULUS III.

De collatione Ordinum, & requisitis.

Edicti de ordinatione habenda Formula I. pag. 82
Testimonialium requisitorum pro prima Tonsura Formula II. 86
Testimonialium confirmationis susceptæ Formula III. 87
Testimonialium de vita, & moribus Formula IV. 87
Denunciationum faciendarum pro prima Tonsura Form. V. ibid.
Denunciationum factarum Testimonialis Form. VI. 88
Testimonialium complectentium omnia requisita Form. VII. ibid.
Testimonialium pro minoribus Ordinibus Form. VIII. 89
Testimonialium perceptionis Eucharistiæ Form. IX. ibid.
Testimonialium frequentationis Doctrinæ Christianæ Formula X. ibid.
Testimonialium de exercitio Ordinum, & servitio Ecclesiæ Formula XI. 90
Testimonialium ludi Magistri Formula XII. ibid.
Denunciationum pro Ordinibus Sacris Form. XIII. 91
Testimonialium denunciationum factarum Form. XIV. 93
Testimonialium frequentationis casuum conscientiæ Formula XV. ibidem.
Testimonialium Cancellarii de Tit. Beneficii Form. XVI. 94
Testimonialium ejusdem de Tit. Pensionis Form. XVII. 95
Testimonialium ejusdem de Tit. Patrimonii Form. XVIII. 96
Testimonialium de Ordinibus collatis Form. XIX. 97
Testimonialium collationis primæ Tonsura Form. XX. 98
Decreti adscriptionis Clericorum servitio Ecclesiæ Form. XXI. 99
Testimonialium collationis Ordinum vigore Brevis Form. XXII. 100
Testimonialium ordinationis non habendæ Form. XXIII. ibid.
Testimonialium Cancellarii ordinationis habitæ Formulæ XXIV. 101

TITULUS IV.

De Litteris Dimissorialibus, Commendatitiis, & Testimonialibus.

Litterarum Dimissorialium pro prima Tonsura Formula I. pag. 102
Litterarum Dimissorialium pro Ordinibus minoribus Formula II. pag. 103
Litterarum Dimissorialium pro Ordine Sacro Form. III. 106
Litterarum Dimissorialium pro omnibus Ordinibus Sacris Formula IV. ibid.
Litterarum Dimissorialium pro commoranti in Diœcesi Form. V. 107

Lit-

Litterarum Commendatitiarum Form. VI. 108
Litterarum Commendatitiarum pro Canonico Formula VII. 109
Litterarum Commendatitiarum pro absente Formula VIII. 111
Litterarum Testimonialium de vita, & moribus Form. IX. 112
Litterarum Testimonialium pro Dataria Apostolica Form. X. 114
Litterarum Testimonialum pro eadem favore Sacerdotis Formula XI. 115
Litterarum Testimonialium paupertatis pro eadem Form. XII. 116
Litterarum Testimonialium paupertatis Episcopi domicilii Formula XIII. 117
Litterarum Testimonialium impedimenti accedere debentis ad Urbem Form. XIV. ibid.
Litterarum Testimonialium supervivents Form. XV. 118
Litterarum Testimonialium approbationis in concursu Formula XVI. ibid.
Litterarum Testimonialium pro aggregatione Confraternitatis Formula XVII. 120
Litterarum Testimonialium absolutionis datæ excommunicato Formula XVIII. ibid.
Litterarum Testimonialium fructuum Beneficii Form. XIX. 121

TITULUS V.

De Edictis.

EDicti visitationis Formula I. pag. 122
Edicti visitationis vernacula lingua Formula II. 123
Edicti indictionis Synodi Formula III. 135
Alia indictionis Form. IV. 141
Edicti Confirmationis Formula V. 142
Edicti pro observantia Quadragesimæ Form. VI. 145
Edicti pro observantia Festorum Form. VII. 148
Edicti pro reverentia debita Ecclesiæ Form. VIII. 157
Edicti de honestate, & vita Clericorum Formula IX. 163
Edicti concursus ad Parochialem vacantem Formula X. 171
Edicti prorogationis concursus Formula VI. 173
Edicti concursus Parochiali vacantis in mense Apostolico Formula XII. ibid.
Edicti concursus Parochialis collationis inferioris Form. XIII. 174
Edicti in vacatione Ecclesiæ Parochialis Jurispatronatus Formula XIV. 175
Edicti affictus Bonorum Ecclesiæ Form. XV. 176
Edicti Citatorialis contrà inconfessos tempore Paschatis Formula XVI. 181
Edicti suspensionis facultatis audiendi Confessiones Formula XVII. 183

TITULUS VI.

De Licentiis, & Permissionibus.

LIcentiæ se absentandi à residentia Formula I. pag. 186
Licentiæ retinendi Famulam Formula II. 187
Licentiæ Testimonium ferendi in Foro Laicali Form. III. 188
Licentiæ exercendi Tutelam Formula IV. 190
Licentiæ venandi Form. V. 191
Licentiæ eleemosynas colligendi Form. VI. 194
Licentiæ exhumandi cadaver Formula VII. 197
Licentiæ extrahendi delinquentem à loco immuni Form. VIII. 199
Licentiæ acceptandi onera Missarum Formula IX. 202
Licentiæ Ecclesiæ, sive Oratorium ædificandi Formula X. 204
Licentiæ erectionis Confraternitatis Formula XI. 209
Licentiæ erectionis Societatis San-

ctiſſimi Sacramenti Formula XII. 216
Licentiæ aſſumendi habitum Eremiticum Form. XIII. 217
Licentiæ aſſumendi habitum Tertiariæ Formula XIV. 218
Licentiæ publicationis Monitorii pro habendis revelationibus Formula XV. ibid.
Monitorii publicandi Formula XVI. 222
Fulminationis Sententiæ Formula XVII. 223
Licentiæ celebrandi Miſſam Sacerdoti Extero Formula XVIII. 224
Licentiæ fundandi Monaſterium Form. XIX. ibid.
Licentiæ exponendi Euchariſtiam Form. XX. 232
Licentiæ ſe abſentandi cauſa ſtudii Formula XXI. 238

TITULUS VII.

De Juramentis præſtandis.

JUramenti fidelitatis Formula I. pag. 240
Juramenti proviſi de Beneficio Formula II. III. & IV. 242. & 243
Juramenti Punctatoris Capituli Form. V. 243
Juramenti Examinatoris Synodalis Formula VI. & VII. 243
Juramenti Advocati Pauperis in cauſis Sancti Officii Formula VIII. 245
Juramenti illius, qui ingreditur Clauſuram Monialium Formula IX. ibidem.
Juramenti præſtandi à Vic. Generali, & Conſultoribus in cauſis S. Officii Formula X. ibid.
Juramenti Judicum in cauſis Beatificationis Sanctorum Form. XI. 246
Juramenti Teſtium in iiſdem cauſis Formula XII. ibid.

TITULUS VIII.

De Matrimonio.

TEſtimonialis ſtatus liberi Formula I. II. & III. pag. 248. & 249
Decreti diſpenſationis vigore Brevis Apoſtolici Formula IV. & V. 250. & 251
Licentiæ celebrandi Matrimonium cum diſpenſatione Denunciat. Formula VI.
Licentiæ contrahendi non obſtante abſentia Form. VII. 253
Licentiæ contrahendi temporibus prohibitis Form. VIII. 254
Licentiæ contrahendi inter diſpenſatos à Papa Form. IX. 255
Licentiæ contrahendi non obſtante oppoſitione Sponſalium Formula X. 256
Licentiæ contrahendi Domi Form. XI. 259.

TITULUS IX.

De Foro Pœnitentiali.

FAcultatis Confeſſiones audiendi Formula I. pag. 260
Alia Confeſſionis audiendæ Formula II. 277
Deputationis Confeſſarii Ordinarii Monialium Formula XIII. 278
Deputationis Confeſſarii Extraordinarii Form. IV. 281
Deputationis Confeſſarii Regularis pro Monialibus Formula V. 282
Approbationis Confeſſarii pro Monialibus Regularibus ſubjectis Formula VI. 283
Approbationis Confeſſarii Regularis Formula VII. 284

TITULUS X.

De Parocho.

DEscriptionis Baptizatorum Form. I. II. III. IV. V. & VI. pag. 286. 287. & 288.
Descriptionis Confirmatorum Formula VII. ibid.
Descriptionis Matrimonii Form. VIII. 289
Descriptionis Mortuorum Form. IX. X. XI. XII. XIII. 290. 291. & 292
Deputationis Æconomi Parochiali vacanti Form. XIV. 293
Deputationis Coadjutoris Parochi Formula XV. 294
Deputationis Æconomi in Parochiali spectan. ad Capitulum Formula XVI. 295
Præsentationis Curati amovibilis Form. XVII. 296
Approbationis ejusdem Formula XVIII. 297
Testamenti Parochi manu conscribendi Form. XIX. 301
Protestationis fidei ab Infirmo Parocho suggerente facien. Form. XX. 312
Monitionis à Parocho facien. pro adimplemento præcepti Paschalis Formula XXI. 314
Legalitatis Parochi Form. XXII. ibid.

TITULUS XI.

De Monialibus.

LIcentiæ proponendi Capitulo Puellam educandam Formula I. pag. 316
Testimonialis Abbatissæ propositionis factæ Form. II. 317
Licentiæ recipiendi educandam Form. III. ibid.
Licentiæ proponendi Puellam ad habitum Form. IV. 319
Testimonialis de Exercitiis Spiritualibus peractis Form. V. ibid.
Testimonialis Abbatissæ receptionis ad habitum Form. VI. 320
Licentiæ recipiendi ad habitum Form. VII. ibid.
Licentiæ proponendi Capitulo Novitiam Form. VIII. 323
Testimonialis Abbatissæ acceptationis ejusdem Form. IX. ibid.
Licentiæ emittendi Professionem Form. X. 324
Relationis Abbatissæ Form. XI. ibid.
Alterius relationis ejusdem Abbatissæ Form. XII. 328
Licentiæ renunciationis faciendæ Form. XIII. ibid.
Licentiæ pro Syndicis Formula XIV. 330
Licentiæ pro Factore Formula XV. 332
Licentiæ pro Villicis, & Colonis Form. XVI. ibid.
Licentiæ pro Medico Formula XVII. 333
Licentiæ pro Regularibus Form. XVIII. 334
Licentiæ pro Laicis sæcularibus Form. XIX. 336
Licentiæ pro Famulis Consanguineorum Form. XX. 338
Licentiæ pro celebratione Festivitatis Form. XXI. 339
Admonitionis pro electione Abbatissæ Form. XXII. 341
Deputationis Cappellani Form. XXIII. 347
Deputationis Prædicatoris Form. XXIV. 339

TITULUS XII.

De variis Propositionibus.

ERectionis Seminarii Form. I. pag. 350
Decreti Taxæ Beneficiorum Form. II. 352
Absolutionis à juramento Formula III. 354
Absolutionis Universitatis Formula IV. 355
Dispensationis illegitimi ad Ordines Formula V. 357
Deputationis Concionatoris Form. VI. 359

Approbationis Concionatoris præsentati à Laicis Form. VII. 361
Deputationis Theologi Formula VIII. 364
Deputationis Visitatoris Folmula IX. 366
Deputationis Administratoris Domus Pię Form. X. 367
Litterarum familiaritatis Formula XI. 368
Litterarum passus propter pestem Form. XII. 369
Arrogationis Formula XIII. 370
Litterarum Coloniæ Form. XIV. 372
Excommunicationis contrà impedientes visitationem Form. XV. 374
Aggravationis Censurarum Formula XVI. 374
Interdicti Ecclesiastici Formula XVII. 376



INDEX
RERUM,
Seu Materiarum Notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

A

Abbatissa.

ABbatissæ officium est triennale, sed ex lege Monasterii, vel consuetudine potest esse annale. Adnot. ad Form. 22. Tit. 11. num. 1. pag. 341

Abbatissa debet eligi à Monialibus, & ab Episcopo (qui suffragio caret) confirmari, ibid. n. 2. 342

Et si Moniales non concordent, Ordinarius præfigit terminum, & si adhuc non conveniant, ipse eligit, ibid. n. 3.

Si per duas vices vota sint paria, est locus gratificationi, ibid. num. 4.

Abbatissæ electio fit à majori parte Capituli, ibid. n. 5.

Abbatissæ electio in ordine Cassinensium fit à duabus ex tribus partibus, ibidem num. 6.

Abbatissa potest eligi per viam compromissi, vel per inspirationem, ibidem num. 7.

Abbatissæ electio potest perfici per viam accessus, ibid. num. 8.

Et quomodo id debeat intelligi, ibidem num. 9.

Abbatissa legitimè electa potest administrare ante confirmationem, ibidem nu. 10.

Abbatissæ Officium non potest ab Episcopo prorogari, neque sub nomine Vicariæ, aut Præsidentis ibid. num. 11. sed præsidentia datur seniori, ibid.

Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sac. Congr. non potest iterùm eligi ad tertium triennium sine nova dispensatione, ibid. num. 12.

Monialis illegitima an possit eligi in Abbatissam absque dispensatione, ibidem num. 13.

In electione Abbatissæ vota debent esse secreta, ibid. n. 14.

Quælibet Monialis Choralis statim professione emissa habet jus suffragii, num. 15

Immò & Conversæ ubi adest consuetudo, ibid. n. 16.

Non debent in electione Abbatissæ misceri illicita, & quæ sint, ibid. n. 17.

Monialis Censuris ligata est ineligibilis, sicuti quæ voce privata, aut aliàs est inhabilis, ibid. nu. 18. & quæ dicatur inhabilis, ibid.

Abbatissa canonicè electa, si habilem se existimet, non potest electioni renunciare, ibid. n. 21.

In Abbatissam eligi non potest Mulier corrupta, ibid. n. 23.

Electioni Abbatissæ Superior deputatus, si asserat electam fuisse B. & Moniales asserant elegisse D. nemini est credendum, ibid. num. 24.

Accessus.

Accessus ad aliquem locum est species subjectionis. Adnot. ad Form. 3. Tit. 2. nu. 13. in fin. 47.

Accessus ad Grates Monialium potest fieri casus reservatus. Prælud. ad Tit. 11. de Monialibus n. 1. pag. 314. si adest frequens abusus.

Et potest prohiberi sub pœna excommunicationis latæ Sententiæ, ibid. n. 3.

Actus.

Actus qualis apparet in sua figura, talis præsumitur in sui essentia. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 49. 9

Actus non irritatur, quamvis prohibitus, nisi lex prohibens contineat clausulam irritantem. Adnotat. ad Form. 4. Tit. 6. num. 4. 190

Administrator.

Administratores locorum, & legatorum piorum quicumque sint, non obstante consuetudine etiam immemorabili, nec privilegiis, cogi possunt ab Episcopo ad reddendas rationes. Adnot. ad Form. 14. Tit. 1. n. 1. 34

Administratores, & Executores legatorum piorum negligentes, possunt ab Episcopo compelli, ut voluntatem Testatoris exequantur, non obstante, quod Testator mandet, quod Episcopus non possit se ingerere, ib. n. 2. 3. & 4. 34. & 35

Administratores quicumque etiam exempti, qui ex lege fundationis aliis quàm Episcopo rationes reddant, Episcopum tenentur adhibere, & admittere, ibid. num. 5.

Administratores à Testatore dati, possunt ex causa ab Episcopo amoveri, & si in administratione malè se gesserint partitas alterando, puniri poterunt etiam criminaliter, ib. n. 6.

Administratores piorum locorum, Ecclesiarum, & Capituli possunt cogi ab Episcopo ad exhibendum Libros, & illos asportandum ad Palatium Episcopale, si sint in loco residentiæ, seu alterius stationis Episcopi, vel Delegati, ibidem num. 7.

Administratores quicumque tenentur conficere, & retinere Libros dati, & accepti, aliàs non valent rationes legitimas reddere, licèt exhibeant notulas, seu listas, & contrà non retinentes juratur in litem, ibid. num. 8.

Administratores æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus, & ea omnia præstare debent, quæ illi præstant, ibidem num. 9.

Administrator tenetur reddere rationem, quamvis Testator de hoc nihil disponeret, ibid. d. n. 9.

Administrator, sive Executor, qui debet distribuere eleemosynas in pauperes, potest sibi, & filiis, si verè sint pauperes, distribuere, ibid. n. 10.

Administrator loci pii habet liberam administrationem, & censetur habere speciale mandatum. Adnot. ad Form. 16. Tit. 12. n. 1. 368

Administrator, qui librum rationum non retinet, dicitur dolosus, & potest contra eum jurari in litem, ibidem num. 2. & 3.

Honor est administrare, dedecus removeri, Adnot. ad Formul. 14. Tit. 11. num. 9. & 332.

Administrator non debet ab Officio depelli sine causa, quia remotus ab Officio præsumitur remotus propter delictum, ibid. d. num. 9.

Advocatus Fisci.

Advocatus Fiscalis debet esse doctrina ornatus, licet non sit necesse, quod sit laureatus. Adnot. ad Formul. 7. Tit. 1. num. 1. 25

Advocatus Fiscalis an teneatur jurare de calumnia, ibid. n. 2.

Advocatus Fiscalis non tenetur pro Fisco advocare contra suos. Nec allegatur suspectus in Causis Sancti Officii, in aliis verò ex causa inimicitiæ tantùm, ib. n. 3.

Advocatus Fiscalis gaudet privilegio fori, præeminentiis, quæ Senatoribus elargiuntur, & nobilitatis, ibid. n. 4.

Advocatus Fiscalis licitè accipit onorarium ab adhærentibus Fisci, ib. n. 5.

Advocatus Pauperum.

Advocatus Pauperum non tenetur gratis patrocinium præstare Viduis, & Pupillis divitibus. Adnotat. ad Form. 9. Tit. 1. num. 1. 27

Advocatus Pauperum, non est necesse, quod sit laureatus, sed sufficit quod sit doctus, ibid. n. 4.

Advocatus Pauperum gratis patrocinium pauperibus præstare tenetur, aliàs peccat mortaliter, ib. num. 6. 28

Advocatus Pauperum tenetur admonere defensum, quando fovet malum jus, & patrocinium deferere, aliàs tenetur de proprio ad refectionem expensarum, ib. num. 7.

Advocatus Pauperum, si est Laicus, gaudet fori privilegio, ibid. n. 8.

Alienatio rerum Ecclesiæ.

Locationes bonorum Ecclesiæ parvi reditus sustinentur, etiam ultra triennium. Adnot. ad Form. 15. Tit. 5. n. 2. 177
Locationes bonorum Ecclesiæ possunt fieri ad novennium in illis regionibus, in quibus legitima consuetudo ita præscripsit, ibid. n. 2. ibid.
Contractus, sivè locatio commoditatis percipiendi fructus Beneficii sustinetur ultrà triennium, ibid. n. 3.
Locationes bonorum loci pii debent fieri prævviis Edictis, ibid. n. 4. & cum oblationibus in scriptis, ibid. num. 5.
Edicta pro locatione facienda non debent continere promissionem illam concedendi plus offerenti, sed dandi, conditionem meliorem facienti, ibid. n. 6.
In alienatione, seù locatione bonorum Ecclesiæ, & alterius loci pii, an & quando sit admittenda nova oblatio post lapsum terminum, vel extinctionem Candelæ, aut post expeditionem Beneplaciti, re tamen adhuc non tradita; vide notabilia, ib. num. 7. 8. & 9.
Licentia Episcopi in locationibus bonorum loci pii ad triennium non requiritur pro validitate contractus, ibid. num. 10. & 11. 170
Quod intelligitur quando contractus fiant bona fide, ibid. n. 12. & 13.
Contractus venditionis, qui fiunt *all incanto*, non debent fieri die Dominico, nisi fortè in locis parvis, ibid. num. 14.
Melioramenta facta in bonis Ecclesiæ nulliter alienatis de jure non sunt reficienda, secus de æquitate quando augent valorem, ibid. num. 15. & 16.
Investitura bonorum Ecclesiæ facta Consanguineis habet de jure præsumptionem fraudis, sed quando fit palam, bona fide, & ser. ser. cessat suspicio fraudis, ibid. num. 17.
Locationes bonorum Capituli ad longum tempus, vel ad vitam Canonicorum, sine Beneplacito Apostolico non sustinentur non obstante contraria consuetudine, ibid. n. 18.
Bona Ecclesiæ alienari non possunt absque solemnitate, etiamsi Testator alienandi licentiam dederit, ibid. n. 19.
Jura perpetua Ecclesiæ computantur inter immobilia, & ideò sine solemnitate alienari non possunt, ibid. n. 20. ibid.
Servitus passiva bonis Ecclesiæ imponi non potest absque Beneplacito, ibidem dict. num. 20.
Beneplacitum Apostolicum requiritur in repudiatione legati, & hæreditatis, ibid. num. 21.
Beneplacitum Apostolicum requiritur in Transactione, quæ an fit super bonis ab Ecclesia prætensis, sed non acquisitis, ibid. n. 22.
Beneplacitum Apostolicum non requiritur in Transactione, quæ fit super re eventuali, ibid. n. 23.
Beneplacitum non requiritur pro alienatione bonorum ad effectum solvendi æs alienum Testatoris, ibid. n. 24.
Neque in retrovenditione facienda virtute contractus, ibid. d. n. 24.
Neque in re locari solita ad longum tempus, ibidem num. 25. & quæ talis dicatur.
Neque in Transactione Decimarum facta inter Ecclesiasticos; ibid. n. 26.
Regulares alienantes mobilia pretiosa Ecclesiæ, incurrunt pœnas Constitutionum Apostolicarum non obstante permissione Capituli Generalis, ibid. n. 27.
Regulares non possunt alienare immobilia modici valoris sine Episcopi Decreto, ibid. num. 28.

Arbitrium.

Liberum arbitrium absolutè concessum, regulari debet ad normam boni viri. Adnotat. ad Form. 2. Tit. 4. n. 13. 106

Arma.

Vide. Clericus. Licentia.

B

Baptismus.

Vide. Sacramentum Baptismi.

Baroncellus.

Baroncellus Curiæ Ecclesiasticæ gaudet fori privilegio, & tenetur stare Syndicatui. Adnotat. ad Formul. 15. Titul. 1. num. 3. 37

Baroncelli Curiæ Episcopi occisor punitur privativè ab eadem Curia, ibid. d. n. 3. Sicuti quando Baroncellus esset offensor, ibid. d. num. 3.
Baroncelli cognitio præsumitur, non tamen Birruariorum, ibid. n. 4.

Beneficium.

Beneficii Resignatio. Beneficii Erectio. Beneficii Unio. Beneficii Collatio, & permutatio.
Capitulum Cathedralis si Beneficium conferat de consuetudine, possessio est manutenibilis, licèt de alio titulo non doceat. Adnotat. ad Formulam 16. Tit. 2. num. 3. 77
Beneficia resignari possunt cum causa liberè coram Ordinarii. Adnot. ad Form. 17. ejusdem Tit. n. 1. 78
Beneficia Jurispatronatus resignata in manibus Episcopi possunt conferri Familiaribus, & Consanguineis ejusdem, ibid. d. num. 2.
Beneficiorum resignatio in manibus Ordinarii, quibus de causis admitti possit, & quomodo fieri debeat. Adnot. ad Formul. 19. Titul. 2. nu. 1. 2. 3. & 4. 80. & 81.
Beneficiorum resignatio debet ab Episcopo admitti, vel rejici infra mensem, & intra eumdem terminum fieri collatio, aliàs illa vice privatur jure conferendi, ibid. num. 5.
Beneficii resignatio potest recipi per Delegatum specialem Episcopi, ibid. n. 6.
Resignatio Beneficii, si reperiatur facta cum pacto simoniaco, an Consultor, qui scientiam habet pacti sub sigillo, seù secreto naturali, teneatur revelare, ibidem num. 7.
Beneficia duo simplicia, sivè uniformia, sivè difformia, non incompatibilia, conferri possunt ab Episcopo uni tantum, etiamsi sint sub eodem tecto, dummodo quodlibet de per se sit sufficiens ad provisi substentationem. Adnot. ad For. 10. Tit. 2. num. 1. 82
Beneficia simplicia plura, quàm duo, uni tantum, Episcopus non confert quamvis difformia, & insufficientia, ibidem num. 2.
Beneficium ad quod ordinandus petit promoveri, dicitur sufficiens, licèt habeat onera Missarum, quæ si detraherentur fructus pro congrua sustentatione non sufficerent. Adnot. ad Form. 13. Tit. 3. num. 2. 91
Beneficia debentur habenti majores qualitates. Adnotat. ad Formula 11. Tit. 4. num. 1. 116
Presbyter in provisione Beneficii Præfertur simplici Clerico, quia habet qualitatem majorem, ibid. d. n. 1.
Beneficiorum collationes Episcopi in deputatione Vicarii debent sibi ipsis reservare, & adducitur ratio. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 53. 10
Beneficium Ecclesiasticum, ut dicatur erectum, præcipuum requisitum est auctoritas, & Decr. Episc. Adnot. ad Form. 1. Tit. 2. n. 1. pag. 39. aliàs dicitur Cappella manualis.
Beneficium erigi non potest à Prælato inferiore Episcopi quantumvis exempto, seù Nullius, nisi habeat jura Episcopi, ibid. num. 2. 40
Beneficium Ecclesiasticum non erigitur, nisi ad Altare, & cum Dote congrua, ibid. num. 3. aliàs diceretur Beneficium de pertica.
Beneficium debet Dotem habere nuncupatim, non autem nomine stipendii, seu salarii pro Rectore, & de ratione, ibidem num. 4.
Beneficium Jurspatronatus erigi debet cum assignatione Dotis ex propriis bonis erigere volentis liberis, aliàs ei Jurspatronatus non posset reservari, ibidem num. 5.
Et ideò Episcopus non potest erigere in Beneficium Ecclesiasticum Cappellaniam manualem de consensu hæredis cum reservatione Jurispatronatus, quia tunc hæres nihil confert de suo, ibid. n. 6.
Beneficii fundator potest in limine erectionis de consensu Episcopi apponere conditiones sibi bene visas etiam juri communi contrarias, dummodo non sint turpes, ibid. n. 7.
Et Episcopus tenentur illas admittere, aliàs Superior supplet, ibidem numero 7. & 8.
Beneficii erecti leges, & conditiones non possunt post perfectam erectionem mutari, & alterari, ibid. n. 9.
Beneficii erecti conditio, seù lex potest tunc mutari, & alterari, quando nova conditio non est contra Jurisdictionem, & instat ipsemet Fundator pro mutatione, seù addi-

ditione, ibidem numero 10.
Beneficii collatio, provisio, institutio in quo differant, ibid. n. 11.
Beneficii Ecclesiastici requisita sunt, quòd fiat auctoritate Episcopi: In Ecclesia ad certum Altare sub Invocatione alicujus Sancti: Assignentur bona libera stabilia fructifera nomine Dotis, ibidem num. 12.
Beneficii unio requirit justam causam, de qua in actis constare debet. Adnotat. ad Form. 7. Tit. 2. n. 1. 63
In Beneficii unione exigitur consensus Capituli ex sententia tutiori, ibid. n. 2.
In Beneficii unione sunt citandi interesse habentes, non tamen Parochiani, ibid. num. 3.
Beneficia simplicia viventium sine præjudicio obtinentium uniri possunt, non tamen ea, quæ certum est per obitum possidentium fore affecta. Adnot. ad Form. 8. Titul. 2. n. 1. & 2. pag. 64. Et Adnot. ad Form. 9. ejusdem Titul. n. 4. 65
Beneficiorum unio, quæ fit Seminario, est subsidiaria, & non est valida, nisi necessitate concurrente Seminarii formaliter erecti. Adnot. ad Formul. 9. Tit. 2. num. 1. 66
Beneficiorum unio per Episcopum facta Seminario non sustinetur, nisi constet adhibitum fuisse consilium Deputatorum, ibid. num. 2.
Beneficiorum unitorum Decretum exigit præsentiam, & rogitum Testium ad excludendam suspicionem fraudis, qui non debent esse de Familia Episcopi, ibidem num. 5.
Beneficium Parochiale confertur per concursum, quando Episcopus confert jure devoluto ob negligentiam Patroni Laici præsentationis non factæ tempore debito. Adnotat. ad Formul. 10. Titul. 2. num. 1. 67
Beneficium Parochiale Jurispatronatus confertur per Concursum inter plures præsentatos, si habeant æquales voces, ibid. num. 2.
Beneficium Parochiale Jurispatronatus confertur præsentato à minori parte si sit idoneus, quando præsentatus à majori fuit inhabilis renunciatus, ibidem num. 3. 68
Beneficium Parochiale Jurispatronatus conferri non debet Clerico sub spe parandæ idoneitatis, dummodo non sit actu idoneus, ibidem num. 4. & 5.
Beneficia simplicia Jurispatronatus, si plures cumulativè fuerint à Patrono præsentati, si æqualia sunt merita, erit locus gratificationi, at si alter majoribus innuatur meritis, digniori conferenda sunt, ibid. num. 6.
Beneficium Jurispatronatus neutri confertur, quando duo essent præsentati à pluribus Patronis in pari numero, & voce, & de ratione, ibid. n. 7.
Et quando Episcopus possit uni per viam gratificationis conferre, ibid. n. 8.
Beneficia non possunt conferri Clericis conjugatis, quamvis essent ex vocatis de Familia, ibid. n. 9.
Beneficia Parochialia Jurispatronatus non possunt conferri præsentatis, nisi hi examinentur ab Examinatoribus Synodalibus, ibid. n. 10. Quamvis Synodales non extent.
Ad Beneficia Parochialia Jurispatronatus possunt præsentari, qui obtinent aliud Beneficium curatum, ibid. n. 11.
Episcopus habet tempus sex mensium ad conferenda Beneficia etiam Curata; si verò alteri collatio pertineret, quatuor tantum menses ei conceduntur ad significandum Collatori electum. Adnot. ad Form. 11. Tit. 2. n. 2. 70
Beneficiorum permutatio admitti potest in quolibet mense anni Episcopo, & ab eodem conferuntur permutantibus. Adnotat. ad Form. 12. Titul. 2. n. 1. 71
Beneficii dolosa permutatio ex quibus argui possit, ibid. n. 2.
Beneficiorum permutationes publicari debent, ibid. n. 3.
Beneficia, quæ vacant per obitum, vel sunt Jurispatronatus, conferri possunt etiam Familiaribus, & Consanguineis Episcopi. Adnotation. ad Formula 13. Tit. 2. num. 1. 73
Litteræ Apostolicæ provisionis Beneficii semper debent verificari coram Executore legitimo Processu. Adnot. ad Form. 14. Tit. 2. n. 1. 74
Quid si executor sit mutus, ibidem numero 3.
Provisi de Beneficio per Datariam per resignationem quomodo debeant se gerere coram Executore in confectione Processus, ibid. n. 4. 75
Litteræ Apostolicæ in forma dignum, si agatur de beneficio Parochiali, debent verifi-

rificari coram Examinatoribus Synodalibus, ibid. n. 5.
Beneficium Parochiale collatum à Dataria cum clausula *in forma Dignum*, non debetur, si provisus sit circa mores diffamatus, ibid. d. n. 5.
Beneficium Jurispatronatus ad quod præsentari potest simplex Clericus, conferri potest Clerico minori 14. annorum, si reperiatur erectum ante Concilium. Adnot. ad Form. 16. Tit. 2. n. 1. 77
Dummodo non agatur de Canonicatu Collegiatæ, in quo de jure requiritur ætas 14. annorum, ibid. num. 2.
Beneficium Parochiale in mense reservato vacans, Papa confert, cui vult ex approbatis in concursu. Adnot. ad Form. 16. Tit. 4. n. 4. 119
Beneficium quod ex lege fundationis debet conferri certo generi personarum, conferri non potest aliis non obstante, quod jus fuerit devolutum Episcopo. Adnot. ad Form. 10. Tit. 2. n. 13. 69
Beneficio non potest imponi onus, quod Testator non imposuit, ibid. n. 14. ibid.
Neque per Episcopum, neque per Hæredem.
Beneficium Parochiale Jurispatronatus, si non conferatur infra duos menses à die præsentationis, collatio devolvitur, ibid. num. 15.
Beneficium simplex potest resignari cum intentione, ut alicui certæ personæ conferatur, absque labe simoniæ, dummodo in actu resignationis conditio non inseratur. Adnot. ad Form. 17. Tit. 2. n. 1. 78
Beneficia, quando teneantur contribuere Seminario. Adnot. ad Form. 1. Tit. 12. num. 6. 352

Beneplacitum.

Vide. Alienatio rei Ecclesiæ.

C

Cancellarius Episcopi.

Cancellarii deputatio debet registrari in Cancellaria. Adnot. ad Form. 5. Tit. 1. num. 1. 22
Cancellarius Episcopi debet esse probus, bonæque famæ, ac misericors, aliàs seipsum & Prælatum infamat. Adnot. ad Form. 5. Tit. 1. n. 5. ibid.
Cancellarius Episcopi habet fidem, & potestatem Notarii publici, ejusque acta probant in omni foro, ibid. n. 6.
Cancellarius Episcopi potest esse Clericus, immò magis congruit quod non sit Laicus, ibid. n. 7.
Cancellarius Episcopi, quando est Laicus gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus, ibid. n. 8.
Cancellarius Episcopi in exigendis emolumentis debet servare Taxam Innocentianam in his, in quibus ipsa disponit, saltem in Italia, in qua dicta Taxa fuit puplicata per viam legis universalis, ibid. num. 9.
Cancellarius Episcopi exigens aliquid ultra, quod reperitur taxatum à lege, peccat, & tenetur ad restitutionem, nam sapit crimen concussionis. ibidem dict. num. 9.
Cancellarius Episcopi in taxanda mercede copiæ Processus servare tenetur taxam præscriptam à Sac. Congreg. ibid. num. 10. & 11.
Cancellarius Episcopi si allegetur suspectus, debet dari alius Actuarius, ibidem num. 12. 23
Cancellarius Episcopi debet pauperibus gratis acta accomodare. Adnot. ad Form. 9. Tit. 1. n. 6. 28
Cancellarius pro revisione computorum locorum piorum, nihil debet accipere. Adnot. ad Form. 14. Tit. 1. n. 11. 35
Cancellarius Episcopalis debet Instrumenta rogare Renunciationum, quæ fiunt per Moniales Novitias. Adnot. ad Form. 13. Tit. 11. n. 3. 329

Cancellarius Foraneus.

Cancellarius Vicarii Foranei potest deputari, & retineri in locis Diœcesis, in quibus ipse Vicarius constituitur. Adnotat. ad Form. 6. Tit. 1. n. 1. & 3. Ubi declarantur Decreta. 24
Cancellarius Foraneus gaudet privilegio Fori, ibid. n. 4.

Canones.

Sac. Canones obligant Clericos ad pœnam, & ad culpam. Adnot. ad Form. 2. Tit. 6. n. 4. pag. 187. Et ad Form. 5. ejusdem Tit. à num. 6. ad 13. 192

Canonicus, Canonicatus.

Canonici absentes non sunt vocandi, nisi commodè fieri possit. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. n. 7. 13
Canonici residentiam facere coguntur ad formam præscriptam à Concilio, à qua non possunt à Capitulo absolvi. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 1. 16
Canonici non possunt exire à Choro nisi petita venia ab Archidiacono, vel Præsidenti, ibid. n. 2. sub pœna punctationis.
Canonici non interessentes Concioni tempore Quadragesimæ possunt punctari, ibid. n. 3.
Canonici absentes à Choro non debent puniri nisi in amissione distributionum, ibid. num. 4.
Canonici contumaces, & data opera negligentes servitio Chori, puniuntur augumento punctationis, ibid. d. n. 4.
Canonicus absens de licentia perdit tertiam partem fructuum, qui remanent detracta Pensione, ibid. n. 5.
Canonici omnes tenentur inservire pro Diacono, & Subdiacono, Dignitatibus eorumque Coadjutoribus solemniter celebrantibus, non obstante contraria consuetudine, ibid. n. 6.
Canonici non tenentur inservire Episcopo Pontificalia exercenti nisi servata forma Concilii, *sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* ibid. num. 7.
Canonici, qui ex consuetudine per totum annum solent Ecclesiæ inservire, non gaudent vacatione Concilii, ibid. n. 8.
Canonicis, qui vigore statuti per totum annum Choro inservire solent, potest ex gratia indulgeri vacantia, ibid. d. n. 8.
Canonici, & Dignitates tenentur per se ipsos officia Ecclesiæ obire, ibid. n. 9.
Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius non possunt se eximere ab officiis Capituli, ibid. n. 11. 53
Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius non possunt præcedentiam ab aliis Canonicis prætendere, sed tenentur incedere secundum eorum antianitatem, ibid. d. n. 11.
Canonicus jubilatus non tenetur per se ipsum, neque per alium Missam Conventualem per turnum celebrare, ibidem num. 12.
Canonicis Indultum jubilationis, nisi laudabile servitium per 40. annos unà cum aliqua corporis infirmitate concurrat, concedi non debet, ibid. n. 13.
Canonicatum erigere Episcopus non potest sine consensu Capituli, ibid. n. 14.
Canonici si irrationabiliter renuant præstare consensum erectioni novi Canonicatus Superior supplet, ibid. n. 15.
Canonici non possunt voce privari à Capitulo, neque ad Officia inhabiles declarari, ibid. n. 16.
Canonici non electa Sepultura debent in Ecclesia Cathedrali sepeliri, si adsit pro illis Sepulchrum destinatum, ibidem num. 17.
Canonici Cathedralis non sunt in dignitate Ecclesiastica constituti, sed dicuntur Clerici primi Ordinis, ibid. n. 18.
Canonico digniori datur præeminentia in Choro jubendi, non obstante solito, quod daretur antiano, ibid. n. 19.
Canonicis, & Capitulo Cathedralis competit præcedentia supra Magistratum Sæcularem in omnibus functionibus Ecclesiasticis, ibid. n. 21.
Canonici Collegiatæ de jure insignis, præferuntur Canonicis Collegiatæ, quæ est insignis per Indultum de recenti: vel dic
Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à jure, præfertur habenti insignitatem per privilegium posterum, ibid. num. 22. 52
Canonicus Sacerdos præfertur in Choro, & in aliis functionibus Canonico non Presbytero licèt priùs recepto, non obstante contraria consuetudine, ibid. n. 23.
Canonici præsentes constituunt Capitulum nulla habita ratione absentium, ibidem num. 23. in fin.
Canonici non possunt pro Missa conventuali stipem accipere, sed pro benefactoribus illam quotidie tenentur applicare non obstante tenuitate reddituum, ibid. num. 27.
Canonici non possunt novum signum, sive Habitum in Choro assumere absque Sedis Apostolicæ Indulto, ibid. n. 28.
Canonici non possunt in celebratione Missæ uti Palmatoria vulgo Bugia, ibid. dicto num. 28.
Canonicus Coadjutor non est verus Canonicus, sed fictus, & ideò illius antianitas computatur à die obitus Coadjuti, ibid. num. 29.
Canonicus Coadjutor non potest Capitulo

lo intereſſe, quando intervenit coadjutus, ibid. d. n. 29.
Canonicus ſupranumerarius creari non poteſt, ibid. n. 30.
Canonicus Coadjutor tenetur ad omnes functiones, quas facere deberet coadjutus, & ſedere in ultimo loco ſui ordinis, ibid. n. 29.
Canonicus, qui mutavit Præbendam, & alium Canonicatum obtinuit per impetrationem, dicitur Canonicus noviter receptus, & ſedere debet in loco ſecundi Canonicatus, ibid. n. 31.
Canonicus Theologus poteſt erigi pro primo Canonicatu vacaturo, qui debet per ſeipſum munus implere, ſed hodie malè ſervatur. Adnot. ad Form. 5. Tit. 2. n. 1. 2. & 3. 55. & ideo Sedes Apoſtolica providere deberet.
Canonici poſſunt cogi ſicuti & alii Sacerdotes, & Clerici ſervitio Cathedralis addicti, ad intereſſendum lectioni Canonici Theologi, ibid. n. 8. 9. & 10. & adduntur rationes.
Compulſio tamē debet eſſe moderata, ib. n. 11
Canonicus Pœnitentiarius non eſt neceſſe, quod ſit Doctor, vel Theologus; ſed ſufficit, quod in loco ſit aptior, ſi Doctores apti non inveniantur. Adnot. ad Form. 6. Tit. 2. n. 2. 58
Canonicus Pœnitentiarius etiam non vocatus tenetur feſtis diebus in Sede ab Epiſcopo deſtinata aſſiſtere, aliàs poterit præcepto pœnali cogi, ibid. num. 3.
Canonicus Pœnitentiarius poteſt omnes Diœceſanos à peccatis abſolvere, adeo ut quiſque poſſit eidem confiteri, ut ſatisfaciat præcepto Paſchatis, ibid. n. 4.
Canonicus Pœnitentiarius, quibus temporibus debeat in Sede Confeſſionali reſidentiam facere, ibid. n. 5.
Canonicus Pœnitentiarius lucratur Diſtributiones, quoties actu audit Confeſſiones pœnitentium in Eccleſia, ibid. n. 6.
Canonici, & dignitates à Choro abſentes non lucrantur Diſtributiones, quamvis in audiendis confeſſionibus ſint occupati, & non refragante, quod Cura habitualis ſit penes Capitulum, ibid. n. 7.
Canonici quamvis pauci ſint numero, puta duo, vel tres, tenentur Officium canere in Choro, aliàs poſſunt ab Ordinario Diſtributionibus privari, ibid. n. 15. 60
Canonico inquiſito, & poſtea abſoluto tamquam non culpabili debentur Diſtributiones pro toto tempore abſentiæ, etiamſi fuerit abſolutus cum clauſula, ex hactenus deductis, ibid. num. 16.
Canonico inquiſito, & poſtea abſoluto, non debentur diſtributiones, ſi haberet Coadjutorem, qui non inſervit, ibid. n. 17.
Canonico diſpenſato ſuper ætate, ſi promoveri non curavit ad Ordines poſtquam ad legitimam ætatem pervenit, non debentur Diſtributiones, quamvis Choro inſerviat, ibid. n. 19.
Canonici, & dignitates intereſſentes Choro in habitu Prothonotarii amittunt Diſtributiones, ibid. num. 20.
Non obſtante conſenſu Capituli, ibid. n. 21. & de ratione, ibid. n. 22.
Canonicus, qui ſurdus evaſit, non lucratur Diſtributiones, niſi Choro interſit, ſecus ſi cæcus eſſet, ibid. num. 23.
Canonici, & Dignitates, non obſtante, quod velint amittere tertiam partem fructum, poſſunt compelli ad reſidendum, ibid. n. 24. verſ. Decimo tertio.
Canonicus Pœnitentiarius ſi non reſidet, & ſit privandus, eſt ſervanda forma Concilii, ibid. n. 27.
Canonicus Pœnitentiarius habet à jure facultatem audiendi Confeſſiones, ac ſi eſſet Parochus totius Diœceſis, abſque alia licentia Ordinarii, ibid. n. 28.
Canonicus Pœnitentiarius non habet facultatem abſolvendi à reſervatis, niſi illi detur ſpecialis facultas, ibid. n. 29.
Canonici tenentur ſervare conſuetudines Eccleſiæ, quæ laudabiles reputantur. Adnot. ad Form. 13. Tit. 2. n. 3. 73
Canonici tenentur per ſe ipſos facere, & emittere profeſſionem fidei, non autem per Procuratorem. Adnotat. ad Form. 13. Tit. 2. num. 4. ibid.
Canonicus ſi non poteſt ſtatim poſtquam proviſus fuit ad reſidentiam accedere, ſi ſit præſens in Curia admittitur ad profeſſionem fidei emittendam in manibus Præfecti Sac. Congreg. vel Card. Vicarii Urbis, aut Datarii, ibid. n. 5.
Canonici, & alii, qui tenentur emittere profeſſionem fidei, non excuſantur, quod aliàs illam emiſerint, ibid. num. 6.
Canonicus debet ſcire cantum Gregorianum, ſivè firmum, & ſi examinatus non reperiatur inſtructus, poteſt non admitti, & cogi per ſubtractionem Diſtributionum præfixo termino ad diſcendum. Adnot. ad For. 14. Tit. 2. num. 2. 75

Ca-

Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Urbis Romæ, dignior est Canonico Cathedralis alterius Civitatis, etiamsi Cathedralis Capitulum sit exemptum. Adnot. ad For. 15. Tit. 2. n. 1. 76
Canonici Collegiatarum fidei professionem non emittuntur, ibid. n. 2. ibid.
Canonico absenti ex causa litis, quam habet cum Capitulo, vel agit pro defensione jurium Præbendæ, debentur Distributiones. Adnotat. ad Form. 7. Tit. 4. num. 2. & 3. 109
Secus si agat litem cum extraneo, ibid. n. 3.
Canonici, concurrente justa causa, licentia se absentandi non potest ab Episcopo denegari. Adnot. ad For. 7. Tit. 4. 111
Canonici quando possint à residentia abesse absque licentia, ibid. n. 5. & 6.
Canonicatus Cathedralis dicitur Beneficium simplex. Adnot. ad Form. 11. Tit. 4. num. 2. 115
Canonici Cathedralis debent habere habilitatem majorem, quàm non habent cæteri de Clero, ut possint consilio Episcopum juvare, ibid. d. n. 2.
Canonici Cathedralis tenentur ultrò emittere professionem fidei sub pœna peccati mortalis. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. de Edict. num. 29. 131
Canonici Cathedralis, qui professionem fidei non emiserunt, non possunt in foro conscientiæ fructus perceptos licitè retinere, ibid. n. 29. & 30.
Canonici Cathedralis, & Collegiatæ debent retinere tabellam horariam, & Officia Divina persolvere statutis horis, ib. n. 32.
Canonicis ob aeris intemperiem indulgendum, ut possint horam Matutini posticipare, ibid. n. 33. ibid.
Canonicus Punctator potest cogi ab Episcopo ad præstandum juramentum de fideliter punctando. Adnot. ad Form. 5. Tit. 7. num. 1. 244
Canonico negligenti, vel de fidelitate suspecto in punctando, datur ab Episcopo Contrapunctator benevisus, ibid. n. 2.
Canonicus, qui simul est Parochus, vel Curatus, potest eligi in Vicarium Capitularem. Adnot. ad Form. 10. Tit. 10. n. 5. 299.
Canonici suffragium dare debent collegialiter in Capitulo, non uti singuli. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. n. 36. 132
Canonicus Theologus non satisfacit Concilio explicando casus conscientiæ, sed debet è suggestu populo, Cleroque Sac. Scripturam explicare. Adnot. ad Form. 5. Tit. 2. n. 5. 6. & 7. 54
Canonicus Theologus explicat materias sibi ab Episcopo præscriptas, ib. n. 12. 56
Canonicatus Collegiatæ non confertur nisi Clerico habenti ætatem 14. annorum. Adn. ad Form. 16. Tit. 2. n. 2. 76

Capitulum.

Capitulum etiam extra casum mortis potest Vicarium constituere. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. n. 1. 11
Capitulum debet suas resolutiones facere secretis suffragiis. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. n. 11. 14
Capitulum unum tantùm Vicarium Generalem deputare potest, nisi adsit immemorabilis consuetudo contraria, vel essent duo Episcopatus uniti, & duæ Ecclesiæ Cathedrales, ibid. n. 13.
Capitulum non potest Vicarium eligere ad tempus, sed illum deputare debet pro toto tempore Sedis vacantis, ibid. n. 15. ib.
Capitulum sine justa causa à Sac. Congr. approbanda non potest Vicarium deputatum removere, ibid. d. n. 14.
Neque illi dare Consultorem, ibid. num. 27. vers. dixi 16
Capitulum non potest Vicarium deputare cum limitata potestate, sed illum cum plena facultate constituere tenetur, ibid. n. 16.
Capitulum si renuat præstare consensum erectioni novi Canonicatus, supplet Superior. Adnot. ad For. 4. Tit. 2. n. 15. 51
Capituli convocatio spectat ad majorem, seù digniorem, etiamsi non sit in Ordinibus Sacris constitutus, nec votum habeat. Adnot. ad Form. 4. Titul. 2. n. 24. 52
Capitulum si reperitur ex consuetudine in possessione conferendi Beneficium, debet manuteneri, quamvis de alio titulo non doceat. Adnot. ad For. 16. Tit. 2. n. 3. 77
Capitulum sine consensu Episcopi regulariter statuta non condit. Adnot. ad For. 1. Tit. 5. n. 31 131
Capitulum debet retinere in Ecclesia Tabellam horariam, ibid. n. 32.
Capitulum debet retinere librum, ubi resolutiones Capitulares registrentur. ibid. num. 34.
Capitulum potest suas resolutiones mutare, & variare, ibid. n. 35.

Capi-

Capitulum debet congregari die, & hora certa ad evitandas colluſiones, & fraudes, ibid. n. 36.
Capitulum retinere, & habere debet inventarium omnium bonorum, ibid. n. 50.
Capituli conſilium quomodo ab Epiſcopo ſit requirendum in promulgatione Synodi. Adnot. ad For. 3. Tit. 5. n. 10. 138
Capitulo renuente conſilium præſtare vel ad ſe congregandum negligente, quid Epiſcopus facere debeat, ibid. n. 11. & 12.
Capitulum; ſi in termino octo dierum Vicarium non elegit, poteſt illum denuò eligere, ſi electus à Metropolitano decedat. Adn. ad For. 2. Tit. 1. n. 6. 13
Capitulum non poteſt Canonicorum reſidentiam remittere. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 1. 50
Cœtera vide. Vicarius Capitularis. Canonicus.

Cappella, Cappellanus.

Cappella cum onere celebrationis Miſſarum non collativa, non poteſt erigi in Beneficium Eccleſiaſticum cum reſervatione juriſpatronatus favore hæredis Teſtatoris, neque de illius conſenſu. Adnot. ad Form. 1. Tit. 2. n. 6. 40
Cappellanus Confraternitatis, ſi Parochus non conſentiat, & velit per ſe ipſum, non poteſt benedictionem dare populo cum Euchariſtia. Adnot. ad Form. 20. Tit. 6. n. 3. 234
Cappellanus Monialium debet eſſe maturæ ætatis. Adnot. ad Form. 23. Tit. 11. de Monialibus, num. 3. 348
Cappellanus in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum approbatur à Superiore Regulari, ibid. n. 4.
Cæteri verò Presbyteri, qui advocantur pro celebratione Miſſarum, poſſunt ab Epiſcopo prohiberi, ne accedant ſine ſua licentia, ibid. d. n. 4.
Cappellani Monialium non poſſunt ſepelire in illarum Eccleſiis Cadavera laicorum, ſivè marium ſint, ſivè fœminarum abſque licentia Sac. Congr. ibid. n. 5.
Cappellanus Monialium poteſt Miſſam celebrare concordantem cum Officio Monialium, ibid. n. 6.
Non poteſt ſubſtituere alium Presbyterum ſine licentia, num. 7.
Cappellani Monialium debent eſſe amovibiles, ibid. n. 8.
Cappellani Hoſpitalium non poſſunt functiones Parochiales exercere. Adnot. ad Form. 1. Tit. 5. n. 16. pag. 129.

Carcer.

Vide. Pœna.

Charitativum ſubſidium.

Charitativum ſubſidium non poteſt exigere Epiſcopus, niſi concurrente neceſſitate, & impotentia illius. Adnot. ad Form. Tit. 1. n. 36. pag. 6.
Et ideo ſi habeat congruam pinguem, non exigit, ibid. n. 37.
Charitativum ſubſidium non ſolvunt Clerici non beneficiati, ibid. d. n. 37.
Si habeat Epiſcopus bona patrimonialia, an poſſit illud exigere, ibid. n. 37.
Charitativum ſubſidium non tantùm ſemel, ſed etiam pluries exigi poteſt ab eodem Epiſcopo cauſa rationabili concurrente, ibid. n. 38.
Charitativum ſubſidium ubi Taxa Innocentiana fuit publicata, ſemel tantum exigi poteſt, ibid. n. 39.
Charitativi ſubſidii quantitas taxatur juxta Epiſcopi indigentiam, dummodo ſit moderata, ibid. n. 41.
Charitativum ſubſidium ab Epiſcopo non exigitur ubi non eſt ſolitum exigi, ibid. d. num. 39.
Charitativum ſubſidium non poſſunt exigere Prælati inferiores Epiſcopo, niſi habeant territorium ſeparatum, & jura Epiſcopalia, ibid. num. 42.

Clauſula.

Clauſula -- Et alia omnia gerendi etiamſi talia forent, quæ mandatum ſpeciale requirerent, habet vim mandati ſpecialis ad omnia. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. 4
Clauſula -- ſuper quo conſcientiam Ordinantis oneramus, non additur in litteris Dimiſſorialibus directis Card. Vicario Urbis, ob reverentiam debitam Cardinalibus, ne per illam injuria inferri videatur. Adnot. ad Form. 4. Tit. 4. n. 1. 107.
Clauſulæ, quæ continentur in litteris Sac. Pœnitentiariæ de Urbe Confeſsariis directis, referuntur, & explanantur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 9. à num. 11. uſque ad 104. 263. & ſeqq.
Clauſula -- con piena ragione in Teſtamento

to contenta, supplet hæredis institutionem. Adnot. ad For. 19. tit. 10. n. 28. 307.
Clausula Codicillaris excusat Parochum à rogatione testium, ibid. nu. 29.
Clausula -- ad beneplacitum, idem significat quod -- arbitrio, nu. 3. 262
Clausula in forma dignum debet verificari coram Executore. Adnot. ad Form. 14. Tit. 2. nu. 5. 74
Clausula -- in virtù di Santa ubidienza contenta in Edictis Episcopi, obligat ad revelandum ea, quæ vergunt in damnum publici boni. Adnot. ad For. 5. tit. 3. n. 2. 88.
Clausula sublata continetur in quolibet capite Concilii Trid. Adnot. ad Form. 20. Tit. 3. num. 4. 98

Clausura.

Ad tuendam, & conservandam Clausuram, Episcopus habet jurisdictionem etiam in Exemptos. Adnot. ad For. 3. tit. 1. n. 8. 18.
Quæ dicantur pertinere ad Clausurã, ib. n. 9.
Facultas ingressus in Clausuram non potest ab Episcopo delegari nisi Vicario Generali, ibid. n. 10. rejicitur Tamburin.
In Clausuram Confessarii, sivè Sæculares, sivè Regulares sint, ingredi non debent pro funere agendo. Adnot. ad Form. 3. Tit. 9. nu. 5. 279. 280

Clericus.

Clerici non electa Sepultura sepeliri debent in Cathedrali, si adsit Sepulchrum separatum, non obstante, quod in alia Ecclesia habeant Sepulchrum Majorum. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 17. 52. & Adnot. ad Form. 13. Tit. 10. nu. 8. 293
Clericus renunciatus habilis, & idoneus ad Beneficium Parochiale, non censetur idoneus declaratus ad Ordines Sacros. Adnot. ad Form. 10. Tit. 2. nu. 4. 68
Clericus Conjugatus est incapax Beneficii, nec ad illud præsentari potest, quamvis esset ex vocatis de Familia, ibid. n. 9. Et etiamsi non esset Beneficium, sed Cappellania Manualis, ibid.
Clerici debent esse adscripti sodalitati Doctrinæ Cristianæ. Adnot. ad Form. 10. Tit. 3. num. 1. 89
Clerici Beneficiati, & in Sacris constituti peccant mortaliter, si tonsuram, & coronam congruentem non deferant. Adnot. ad Form. 11. Tit. 3. nu. 1. 90
Clerici, aliivè Presbyteri non Confessarii cogi non possunt, sed hortari ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ Adnot. ad Form. 15. Tit. 3. n. 1. 2. & 3. 94.
Clerici sunt in ordinatione adscribendi servitio alicujus Ecclesiæ. Adnot. ad Form. 20. Tit. 3. n. 3. 4. 5. & 6. 98. & Form. 21. num. 1. & 100. & rejicitur Garz.
Clerici, qui Ecclesiis, quibus sunt adscripti, inservire erubescunt, sunt privandi privilegiis Clericalibus, ibid. & Adnot. ad Form. 21. ejusdem Tit.
Clerici peregrinare non debent, nisi de licentia Episcopi. Adnot. ad Form. 8. Tit. 4. num. 1. 112
Clerici, qui Ecclesiæ non inserviunt, dicuntur inutiles, & repellendi sunt à consecutione Ordinum. Adnot. ad Form. 10. d. Tit. 4. nu. 2. 115
Clerici genere nobiles rejiciendi sunt, si erubescant Ecclesiæ inservire, ibid. d. n. 2
Clerici, qui de sola nobilitate gloriantur non sunt vocandi in partem hæreditatis Christi, quia Piscatori Petro, non Augusto successorem quærimus, ibid. d. nu. 2.
Clericus pauper diviti, & Beneficio provisо, cæteris paribus præfertur, ibid. n. 3.
Clerici tenentur vestem talarem deferre, præsertim in functionibus Ecclesiasticis. Adnot. ad Form. 9. Tit. 5. nu. 2. 166
Clerici non deferunt ornamenta vana, ibid. nu. 3. neque Laicos in veste debent æmulari, ibid.
Clerici debent deferre tonsuram, & rasuram vulgò la Chierica, ibid. nu. 4.
Clerici Beneficiati vel in Sacris constituti peccant, si non deferãt tonsuram, ib. d. n. 4.
Clerici Arma non deferunt, & de ratione, ibid. num. 5.
Clerici Arma portantes peccant mortaliter, ibid. d. nu. 5.
Clerici non debent ludere Aleis, & de ratione, ibid. nu. 6.
Clerici non debent incedere larvati, ib. n. 7.
Clerici Choreis interesse, vel illas ducere non debent, ibid. n. 8. neque Crapulæ incumbere, ibid.
Clerici cum Mulieribus, nisi in primo, vel secundo gradu conjunctæ sint, non cohabitant, ibid. nu. 9. & 10.
Clerici criminaliter non accusant, ibid. n. 11. nisi cum licentia Episcopi, & præmissa protestatione &c. ibid. n. 11.
Clerici in Civilibus absque licentia Episcopi examinari non debent, ibid. n. 12. & Adnot. ad Form. 3. Tit. 6. nu. 1. 189.
Clerici non debent ante Missæ Sacrum Tabaccum sumere, ibid. nu. 13. 167
Clerici non debent celebrare Missam cum pa-

paramentis laceris, aut immundis, aliàs peccant mortaliter, ibid. nu.14.
Clericus Sacerdos debet saltem diebus Dominicis, & Festis celebrare, ibid. n.15.
Clericus Sacerdos, qui sine justa causa ter, vel quater in anno non celebrat, potest ab Episcopo mulctari, & puniri, ibid. d.n.15.
Clerici non debent esse Negotiatores, ibid. num.16.
Clerici Ministeria inconvenientia non debent exercere, & quæ sint, ibid.n.17.
Clerici officium Tabellionatus non possunt exercere, ibid. nu.18.
Clerici munera sæcularia, in quibus potentia exercetur judicium sanguinis, non possunt accipere, ibid. nu.19.
Clerici non possunt esse Tutores dativi, ibid. nu.20.
Clerici non exercent officia publica Universitatum, ibid. nu.21.
Clerici non debent inservire Laicis in officio Factoris, seu Magistri Domus, ib.n.22.
Clerici Beneficiati debent incedere cum veste talari, ibid. nu.23.
Clerici detinentes Arma prohibita possunt puniri, ibid. nu.24.
Clerici non debent carcerari ante Processum informativum, nisi periculum sit in mora, & adest suspicio fugæ, vel agatur de crimine incontinentiæ, ibid.n.32.169.
Clerici non sunt capturandi quando incedunt cum Cotta, vel parati pro aliqua functione Ecclesiastica, ibid. nu. 33.
Clericus damnatus ad perpetuum Carcerem non remanet privatus Beneficii, nisi in Sententia privetur expressè, ibid.n.34.
Clericus in Carceribus detentus, si renunciet privilegiis Clericalibus, indè eductus potest habitum reassumere Clericalem sine licentia Episcopi, ib.n.35. etiamsi carceratio esset justa.
Clericos malos à bonis sejungi difficile, ib. num.37.
Clericorum delicta impunita relinqui non debent, ibid. d.n.37.
Clerici tumidi, & obstinati corripiendi, infirmi tolerandi sunt, ibid. nu.38.
Clerici duo profitentur, sanctitatem, & Clericatum, ibid. nu.39. dicuntur Sacri Duces, & quare, ibid.
Clerici, qui contemnunt vincula Ecclesiastica, Christum, qui ligat, contemnunt, ib. n.40. & Deum habent ultorem, ibid.
Clerici, qui prece, vel fraude Episcopi judicium effugiunt, judicium Divinum non effugient, ibid. dicto nu.40.
Clericis non permittitur, quod cohabitent cum Mulieribus consanguineis, si hæ sunt suspectæ. Adnot. ad Form.2. Tit.6. de Licent, n.2. quia Mulieris gressus penetrant ad inferos. 187
Clericis datur aliquandò licentia ferendi Testimonium in causis criminalibus in foro laicali. Adnot. ad For.3. Tit.6.n.2.184.
Clericus cum licentia Episcopi potest Testimonium ferre in foro Laico, sed non cogitur, nisi quando veritas aliundè haberi non potest, ibid. nu.1. & 3.
Clericus debet pro examine juramentum de veritate dicenda suscipere in manibus personæ Ecclesiasticæ, ibid. nu.4.
Clericus, qui sua sponte, vel coactus coràm Judice Laico sine licentia Episcopi Testimonium perhibet, potest puniri, sed examen est validum, ibid. nu.6.
Clerici possunt, si velint, Tutelam Consanguineorum subire, sed non administrationem sine Episcopi licentia. Adnot. ad Form.4. Tit.6. nu.1. 190
Clerici sine Papæ, vel Sac. Congreg. Indulto Tutelam dativam extraneorum non suscipiunt, nisi pro personis miserabilibus, ibid. nu.2. & 3.
Clerici Tutelam testamentariam, vel dativam suscipiendo, & exercendo absque dispensatione, validè agunt, sed non licitè, & puniri possunt, ibid. nu.4.
Clerici recreationis gratia possunt venari laqueo vel rete, non tamen frequenter Adnot. ad Form.5. Tit.6.n.1.& 2. ibid.& redditur ratio.
Clerici diebus Festis non debent venationi incumbere, ibid. nu.3.
Clerici numquam debent habitum deponere, ibid. nu.4.
Clerici non possunt venari cum Armis, ibid. num.5.
Clerici non possunt venari venatione clamosa, & illicita, ibid. n.14. & redditur rario: Et pro licita licentiam petere debent, ibid. nu.15.
Clerici veniunt sub nomine miserabilium personarum, & ideò illis distribui potest legatum pauperibus relictum. Adnot. ad Form.19. Tit.10. nu.14. 306
Clerici admittuntur in Urbe ad miserabile Beneficium cap. Odoardus de solut. non obstante obligatione Camerali, in Tribunali Card. Vicarii absque alia Papæ commissione, ibid. d.nu.14.

Non

Non veniunt sub nomine Religiosorum in pœnalibus, ibid.
Clerici non tenentur suis stipendiis militare. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 33. 53
Clerici, qui dicantur malæ vitæ, ut repelli debeant ab ordinibus. Adnot. ad Form. 13. Tit. 3. n. 1. 97
Presbyteri simplices, qui non habent officium, neque Beneficium in Cathedrali, non possunt cogi ad illi inserviendum. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 32. & 33. 53. & 40., non obstante exiguo numero Canonicorum.
Neque ad assistendum functionibus Ecclesiasticis, nisi adsit consuetudo immemorabilis, ibid. d. n. 33.
Clerici non possunt studere legibus Civilibus, nisi in Universitatibus privilegiatis. Adnot. ad Form. 21. n. 4. Tit. 6. 239

Coadjutor, sivè Æconomus.

Coadjutor, sivè Æconomus Ecclesiæ Parochialis debet esse Presbyter Sæcularis, non Regularis. Adnot. ad Form. 14. Tit. 10. num. 1. 294
Vicarium, sivè Æconomum in Ecclesiis Parochialibus vacantibus deputat Episcopus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, & exemptis, qui vis inferiori competat Beneficii collatio, ibid. n. 3.
Æconomum in absentia Parochi deputare regulariter ad ipsum pertinet cum approbatione Episcopi, ibid. n. 4.
Æconomus Ecclesiæ Parochialis habet custodiam, & administrationem bonorum, ibid. n. 5.
Vicarius, sivè Æconomus Ecclesiæ Parochialis non potest sine causa removeri, ibid. n. 6.
Æconomo deputato debetur congrua taxanda arbitrio Episcopi, ibid. n. 7. & in qua quantitate?
Æconomus, si non habet congruam taxatam, potest salarium petere, ib. d. n. 7.
Episcopus deputat Coadjutorem vigore Concilii Parochis imperitis etiam Parochiæ exemptæ. Adnot. ad Form. 15. d. Tit. 10. n. 1. 295.
Coadjutor Parochi in absentia coadjuti in functionibus Parochialibus præcedit Beneficiatos, ibid. n. 5.
Coadjutor datur propter senectutem Parochi, & ex aliis causis, ib. n. 6.

Collegium.

Collegium, Capitulum, Universitas, constituitur per præsentes, nulla habita ratione absentium. Adn. ad For. 11. n. 22. tit. 6. 214.

Colonus.

Coloni Mensæ Episcopalis gaudent privilegio fori. Ad. ad For. 14. Tit. 12. n. 1. 372.
Coloni, & Affictuarii bonorum Ecclesiasticorum gaudent exemptione à collectis pro bonis conductis, ibid. d. n. 1. & 2.
Coloni Mensæ Episcopi sunt exempti ab oneribus personalibus, ibid. d. n. 1.
Coloni Episcopi non gaudent privilegio fori, si colant parvam quantitatem terreni, ibid. n. 3.
Nec si sint Affictuarii, non autem Coloni, ib. num. 4.

Concionator.

Concionator prædicat vice Episcopi. Adnot. ad Form. 6. Tit. 12. n. 1. 360
Concionator debet esse bonæ vitæ, ib. n. 2.
Concionator, qui ministerio abutitur, Sacram Scripturam fabulis deturpans, est deponendus, ibid. n. 4.
Concionatoris deputatio ab Universitatibus facta, Episcopus illam facilè non respuat, ibid. n. 5. 6. & 7.
Concionator ab eo, qui habet jus nominandi, debet præsentari intrà mensem Novembris Quadragesimæ præcedentem. Adnot. ad Form. 7. ejusdem Tit. 12. n. 1. & 2. 362
Concionatoris nominatio à Laicis facienda, debet fieri in scriptis, & cum clausula.--Nominamus, & præsentamus, non autem cum verbis--Eligimus, & constituimus, ibid. n. 3.
Immò & à Regularibus, si ad illos spectet Concionatorem præsentare, ib. n. 4. 362.
Concionator potest ab Episcopo examinari, ibid. n. 5.
Concionatori debetur solita eleemosyna, quam Laici, seù Universitates diminuere non possunt absque licentia Sac. Cong. ibid. num. 6.
Episcopo, vel Parocho concionari volentibus non debetur solita eleemosyna, quæ solvitur ex communi ærario, ibi. n. 7. & 9.
Parochus si vult ipse concionari, non potest ab Episcopo impediri, ibid. n. 10.
Sed debet suam intentionem tempore debito notificare, ibid. n. 8.
Concionatoris eleemosyna, à quibus sit solvenda, quando Episcopus nominationem Universitatis rejecit, ibid. n. 11. 12. & 13.
Episcopus, qui vult Concionatorem Cathedralis eligere, non potest cogere Universitatem ad solvendam eleemosinam, si illis

jus auferat nominandi, ibid. à n. 14.
Concionator tenetur emittere professionem fidei, si ab Episcopo exigatur, ibid. nu. 16. & 17.
Præsertim si numquam illam emiserit, ibid. num. 18.

Concursus.

Concursus non exigitur in Parochia de novo electa, sed prima vice illam confert Episcopus examine personæ provisæ peracto coram Examinatoribus Synodalibus. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. n. 9. 43.
Præelectio Examinatorum, & approbatiorum in concursu potest ab Episcopo explicari etiam postea loco, & tempore diverso. Adn. ad Form. 15. Tit. 4. n. 2. 118
Relatio Examinatorum super idoneitate oppositorum in Concursu, debet fieri coram Episcopo collegiativè, ibid. d. n. 2.
Si Episcopus reperiatur suspensus à jurisdictione, & haberet præservatum jus conferendi Beneficia, non posset ex approbatis in concursu digniorem præeligere, quia hoc jus pertineret ad Vicarium Apostolicum, ibid. n. 3.
Ad concursum Parochialium non tantum Diœcesani, sed etiam exteri, & habentes aliud Beneficium Curatum admittuntur. Adnot. ad For. 13. Tit. 5. n. 1. 171
Ad concursum Parochialium Sæcularium non admittuntur Regulares, ib. n. 2. & 3.
Concursus debet fieri elapso termino edicti, si plures concurrant, si verò unus tantum concurret, posset fieri etiam termino pendente, ibid. n. 5.
Dies certa Concursus, si in Edicto non fuit expressa, Oppositores sunt pro hora certa intimandi, ibid. n. 6. & 7.
Concursus, si fieret coram Examinatoribus non Synodalibus, esset nullius, ibid. n. 8.
Hæc qualitas præsumitur intercedere, si Episcopus tales eos appellet, vel si tamquam Synodales Examinatores se subscribant, ibid. n. 10.
Edicta pro habendo concursu ad Parochiales, quarum collatio pertinet ad inferiores Prælatos, publicantur ab Episcopo. Adnot. ad Form. 13. Tit. 5. n. 1. 175.
Præelectio dignioris in concursu Parochialium ad collationem Prælatorum inferiorum spectantium fit ab Episcopo, ib. d. n. 1.
Præelectum in concursu debet Episcopus Prælato inferiori designare intra quatuor menses, ibid. n. 2.
Prælatus inferior non potest Parochialem conferre alteri, quàm præelecto ab Episcopo in concursu, ibid. d. n. 2.
In vacatione Ecclesiæ Juris patronatus Ecclesiastici est publicandum Edictum pro concursu ad formam Concilii. Adnot. ad Form. 14. Tit. 5. n. 1. ibid.
Et idem dicendum de Jurepatronatu mixto ibidem.

Conferentiæ casus conscientiæ.

Debent fieri, ubi Episcopus præscripsit. Adnot. ad Form. 15. Tit. 3. n. 1. 99

Confessarius.

Vide. Sacramentum pœnitentiæ.
Confessarii quomodo se gerere debeant in exequendis litteris Pœnitentiariæ Urbis, & in absolvendi latoribus, plenè in Adnot. ad Form. 1. Tit. 9. à nu. 14. ad num. 104. à 264. ad 275
Confessariis datur Instructio, quid agere debeant in dirigendis negociis Pœnitentium ad Pœnitentiariam Urbis, ibid. à n. 106. ad 110. 275
Confessarius Ordinarius Defuncti potest scribere illius Testamentum. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. n. 31. 308
Parochi, & Regulares, non debent esse Confessarii Ordinarii Monialium. Adnot. ad Form. 3. Tit. 9. n. 1. 279
Cætera vide. Sacramentum Pœnitentiæ Regulares.

Confraternitas, Confratres.

Confratres debent esse Viri probi, & timentes Deum Adnot. ad For. 11. Tit. 6. de licent. n. 1. 211
Confraternitates sunt institutæ, ut Opera Misericordiæ, & Charitatis exerceant, non ut in suum commodum quidquam convertant, ibid. n. 2.
Confraternitas debet habere Cappellanum, ibid. n. 3.
Regulares non possunt instituere Confraternitates cum usu Saccorum, ibid. n. 4.
An confraternitates Laicorum possint cogi ad interessendum Processionibus, ibid. n. 5. 6. & 7.
Non possunt Confraternitates accedere ad Processiones Funerales, nisi fuerint invitatæ, ibid. n. 8.
Confratres non possunt Cadavera Defunctorum ad Sepulturam deferre, nisi hæredum adsit beneplacitum, ibid. d. n. 8.

Con-

Confraternitates possunt ab Ecclesia, in qua fuerunt erectæ, ad libitum discedere, & dimitti, ibid. n. 9.
Confraternitates debent erigi semper salvis juribus Parochi, ibid. n. 10.
Confraternitates cum approbatione Episcopi, Statuta condunt, ibid. n. 11.
Confratres possunt statuere per modum adhortationis, ut quicumque fuerit receptus in Confratrem, si est solvendo, solvat eleemosynam taxatam pro manutentione Cultus Divini, ibid. n. 12. & 13. 212
Confratres non possunt statuere, quod qui vult sepeliri in eorum Sepultura solvat certam taxatam summam, ibid. n. 14.
Confratres habent liberam administrationem bonorum Societatis ibidem num. 16.
Confratres possunt se congregare absque interventu Vicarii Foranei non obstante prohibitione Episcopi, & de ratione, ibid. à n. 17. ad 21.
Confratres non possunt excludere à Congregationibus Delegatum Episcopi, etiamsi reperiantur erectæ in Ecclesiis Regularium, ibid. n. 21.
Confraternitatis coadunatio legitimè convocata constituitur per Confratres præsentes, ibid. n. 22.
Confratres votum dare debent uti universi, non uti singuli, ibid. n. 23.
Episcopus non dat suffragium in Congregationibus Confratrum, ibidem dicto num. 23.
Confraternitatis Officiales debent eligi à Confratribus, si verò non concordant in tertio scrutinio, electio devolvitur ad Episcopum, ibid. n. 24. 212
Episcopus potest concedere Confraternitati privilegium Sepulchri, ibidem numer. 25.
Confratres debent sepeliri in Parochia, nisi sibi sepulturam elegerint in Ecclesia Confraternitatis, ibid. n. 26.
Confratres, an & quando possint eligere sibi sepulturam, & validè electionem fecisse dicantur, ibid. d. n. 26. ubi Decretum Sacr. Congreg. Concilii, quod octo dubia complectitur, refertur.
Confratres an possint collegialiter sibi ipsis, & hæredibus eligere sepulturam, ibid. n. 27. 28.
Confratres, an possint revocabiliter sibi ipsis eligere sepulturam, ibid. n. 29.
Electio sepulturæ facta ab infirmo, si postea convaluerit, an censeatur revocata si postea decedat, vide, ibid. n. 30.
Confratres non possunt functiones Parochiales facere in propria Ecclesia sine consensu Parochi, ibidem num. 31. pag. 216
Confraternitas Sacramenti debet erigi in qualibet Parochia. Adnot. ad Form. 12. ejusdem Tit. n. 1. 217
Confraternitas Doctrinæ Christianæ est ubique promovenda, ibid. n. 2.
Confraternitas Sacramenti præcedit omnes alias, quoties defertur venerabile Sacramentum, ibid. n. 3.
Confraternitates Sacramenti, & Doctrinæ Christianæ gaudent Indulgentiis, quamvis non sint aggregatæ, ibid. n. 4.
Confraternitates aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis gaudent gratiis spiritualibus, non autem illarum privilegiis. Adnot. ad Form. 17. Tit. 4. numer. 1. pag. 128

Congrua.

Congrua Parochi, quando aliunde provideri non potest, Parochiani per symbola cogendi sunt ad illam constituendam. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. num. 1. 42. & Adnot. ad For. 15. Tit. 10. n. 4. pag. 295
Distributiones quas percipit Canonicus, qui Curam exercet Animarum, computat in Congruam. Adnot. ad Form. 6. Tit. 2. n. 14. 66
Congrua, quæ datur Coadjutoribus Parochorum, ab Episcopo taxatur. Adnot. ad Form. 15. Tit. 10. n. 4. 295
Congrua Curatorum semel constituta, & taxata ad formam Constitutionis Bullæ Pii V. 47. non potest minui, etiamsi Curatus pro minori quantitate deservire sponderet. Adnot. ad Form. 18. Tit. 10. num. 15. 300
Congruam certam debet habere etiam Curatus amovibilis, ibid.

Conservatorium.

Conservatoria non eriguntur, neque fundantur beneplacito Sacr. Congreg. sed tolerantur. Adnot. ad Form. 19. n. 19. Tit. 6. 219
Per visitationem Episcopi non censentur

approbata, ibid. nu. 20. verſ. Et licet.

Conſilium.

Qui debet actum gerere cum conſilio alicujus, quando teneatur illud ſequi. Adnot. ad Form. 9. Tit. 2. n. 2. 65
Epiſcopus tenetur in promulgatione Synodi conſilium Capituli requirere, ſed non ſequi. Adnot. ad Form. Tit. 5. n. 9. & 139. 139.
Et debet illud requirere Capitulariter, non autem ſingulis Canonicis, ibid. n. 14.

Conſultor.

Vicarius Capituli non Doctor debet aſſumere Conſultorem. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. n. 27. 16
Conſultores Capituli, & Cleri pro conſtituenda taxa Beneficiorum pro Seminario eliguntur in Synodo. Adnot. ad Form. 2. Tit. 12. n. 2. 353

Curſor, ſivè Nuncius.

Curſores Curiæ Laicæ tenetur exequi citationes Curiæ Epiſcopi abſque alia licentia Judicis Laici, & renuentes, cenſuris compelluntur. Adnot. ad Form. 16. Tit. 1. num. 1. 38
Curſores, ſive Nuncii à Judice deputati præſumuntur tales, ſecus ſi à Magiſtratibus, niſi conſtet de deputatione, ib. n. 2.
Curſores, ſive Bajuli an teneantur juramentum præſtare de fideliter exercendo officium, ibid. num. 3.
Curſores Curiæ Epiſcopi gaudent privilegio fori, ibid. n. 4.
Curſores non debent eſſe ſatellites, ibid. num. 5.
Curſoris officium non inducit infamiæ maculam, neque irregularitatem, ibid. n. 6.
Curſorum varia nomina, ibid. d. n. 6.

D

Decimæ.

Decimæ in diſmembratione Parochialis non cenſentur conceſſæ, niſi explicitè novæ Parochiæ fuerint aſſignatæ. Adnot. ad Form. 3. Tit. 2. n. 25. 47

Decreta.

Decreta Sacr. Congregationum, quæ emanarunt per viam legis univerſalis, obligant in utroque Foro. Adnot. ad Form. 3. Tit. 9. n. 3. 279
Decretum, ſeu reſcriptum, recipit declarationem ab inſtantia. Adnot. ad Form. 20. Tit. 6. num. 6. 233

Delictum, Delinquens.

Delinquens extractus à loco immuni debet cuſtodiri in Carceribus Epiſcopi, vel Laicalibus precario nomine illius, donec de delicto excepto cognoſcatur. Adnot. ad Form. 8. Tit. 6. num. 6. 201
Delinquens non eſt cuſtodiendus in Eccleſia, compedibus, ibid. n. 7.
Delinquens non privatur privilegio immunitatis, niſi prius conſtet cognitione judiciali eum commiſiſſe delictum exceptum, ibid. num. 8.
Delictum an, & quando dicatur occultum, vel publicum in foro fori, & foro Animæ. Adnot. ad Form. 1. Tit. 19. n. 18. & ſeqq. 264
Delictum committes in Officiales Curiæ Epiſcopi, punitur ab eadem Curia, etiam, ſi ſit Regularis. Adnot. ad Form. 15. Tit. 1. n. 3. 37. & Adnot. ad Form. 9. Tit. 5. num. 36. 170.
Delicta, quæ de jure infamiam irrogant, quænam ſint. Adnot. ad Form. 9. Tit. 4. num. 2. 112.

Depoſitarius.

Depoſitarius pignorum Curiæ Epiſcopi non tenetur fide jubere, & gaudet privilegio fori. Adnot. ad For. 11. Tit. 1. n. 1. & 2. 29.
Depoſitarius Menſæ Epiſcopalis gaudet privilegio fori. Adnot. ad Form. 12. Tit. 1. de elect. Official. n. 1. 30
Depoſitarius mulctarum, & pœnarum fori Eccleſiaſtici debet cavere de bene adminiſtrando, & rationem reddendo. Adnot. ad Form. 13. Tit. 1. n. 7. 33
Depoſitarius pœnarum ex congruentia debet eſſe Clericus ibid. d. n. 7.
Depoſitarius pœnarum debet rationem reddere coram Ordinario, & duobus de Capitulo, ibid. n. 8. ibid.
Depoſitarii pœnarum electio non debet fieri

ri pro colore quæsito, sed ut verè pecuniæ exactæ apud eumdem deponantur, ibid. num. 9.

Deus.

Deus est hæreditas Clericorum. Adnot. ad Form. 10. Tit. 4. n. 2. 115
Deus exaudit eos, qui reverenter, & devotè orant in Ecclesia. Adnot. ad Form. 8. Tit. 5. num. 2. 160
Deus non est quasi Homo, ut mentiatur, nec ut Filius Hominis, ut mutetur. Adnot. ad Form. 5. Tit. 6. n. 18. circa fin. 194
Deum contemnit, qui spernit vincula Ecclesiastica. Adnot. ad Form. 9. Tit. 5. de Edict. n. 40. 170
Contra Deum pugnare non est facile. Adnot. ad Form. 7. de Edict. n. 17. 153
Deum timere est plenitudo sapientiæ. Adnot. ad Form. 8. Tit. 12. n. 4. 226

Dictio.

Dictio aliis denotat diversitatem antecedenter expressis. Adnot. ad Form. 7. Tit. 6. num. 7. 199

Dies festus.

Quare Dies Dominica sit operibus piis sanctificanda. Adnot. ad Form. 7. Tit. 5. in præfatione. 150
Opera manuali, & servilia, quæ vetita sunt diebus festis, enumerantur in Adnot. ad d. Form. 7. Tit. 5. n. 1. 151
Refectio Viarum publicarum an sit opus licitum in die festo, ibid. n. 2.
Nundinæ, quæ incidunt semel in Anno in die festo determinato debent tolerari, non autem Mercatus, ibid. n. 3.
Pœna pro transgressione festorum debet esse pecuniaria moderata locis piis applicanda, ibid. n. 4.
Pœna excommunicationis pro transgressione festorum imponi non debet, nisi adsit pravus abusus, ibid. n. 5.
Dies festus de præcepto colere, & observare debent exempti, & Regulares; aliàs ab Episcopo puniuntur. ibid. n. 13.
In die festo possunt fieri Processus Criminales, ibid. n. 15. 153
In die festo prohibentur saltationes, & Choreæ. ibid. n. 16. & 17.
In die festo non est licitum interesse spectaculis prophanis, ibid. num. 18.
In die festo prohiberi possunt larvæ, ibid. num. 19. ibid.
Cætera vide in verb. Licentia.

Dignitates.

Dignitates numquam debent Canonicis celebrantibus inservire. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. n. 6. in fin. 50
Dignitates Collegiatarum tenentur exercere Officium Hebdomadarii, & alia munia subire, sicuti cæteri Canonici, ibid. num. 10. 51
Prima Dignitas Cathedralis præcedit Vicario Capitulari, ibid. n. 20. 52
Dignitatem erigere potest Episcopus in Cathedrali de consensu Capituli. Adnot. ad Form. 4. tit. 2. n. 14. 51
Dignitas prima Collegiatæ emittit professionem Fidei. Adnot. ad Form. 15. d. tit. 2. num. 2. 76

Dimissoriæ.

Vide. Litteræ Dimissoriæ.

Dismembratio.

Dismembratio Ecclesiæ Parochialis conceditur quotiescumque imminet periculum animarum, puta ob distantiam loci, & incommoditatem itineris. Adnot. ad Form. 3. tit. 2. n. 1. & 2. 45
Dismembratio quoties ab Episcopo judicatur necessaria, fit etiam invito, & reluctante Rectore, ibid. d. n. 2. & 3.
Dismembrationi non est locus, quoties Parochianis distantibus est consultum per Coadjutorem, qui possit Sacramenta ministrare in commodiori Ecclesia, ibid. n. 4. & 5.
Dismembratio ob distantiam, & asperitatem itineris conceditur, quoties illam petentes exhibent congruam dotem pro nova Ecclesia Parochiali, non obstante exhibitione Coadjutoris, qui valeat Sacramenta ministrare, ibid. n. 6. & 7.
Dismembratio exigit justam causam, quæ non probatur sola assertione Episcopi, sed debet de ea per legitimas probationes constare, ibid. n. 8.
Dismembratio fieri non debet, nisi citato, & vocato Rectore Matricis, & si est vacans, nisi dato Defensore, alias enim etiamsi causa necessaria concurreret, dis-

membratio nulla esset, ibid. num.9.
Dismembratio debet fieri vocatis interesse habentibus, & cum consensu Capituli, ibid. nu.9. & 10.
Dismembrationis causa sufficiens dicitur abundantia reddituum, ibid. nu.11.
Dismembrationem petentes, quorum intuitu fit, tenentur novum Parochum de Congrua providere, quando ob paupertatem Matricis fructuum portio secari non potest, ibid. num. 11. Qui si sint pauperes tenetur Episcopus de suo.
Dismembratione concessa, Decimæ non censentur translatæ in novum Rectorem, neque pro rata, nisi explicitè fuerint assignatæ, ibid. nu.15.

Distributiones.

Distributionum taxa debet esse in tertia parte fructuum Præbendarum, quæ effectivè parari debet. Adn. ad For.6.tit.2.nu.8.
Distributiones debent dividi, & lucrari ad præscriptam formam Concilii, non obstante Statuto, Consuetudine, aut Canonicorum pactione, & conventione contraria, ibid. nu.9. ibid.
Distributiones à Canonicis absentibus amissæ, inservientibus accrescunt, adeout non possit Episcopus aliis usibus quantumvis piis applicare, ibid. nu.10.
Distributiones amissæ à Dignitatibus cedunt arbitrio Episcopi, dummodo pro fallentiis reperiatur detracta effectivè tertia pars fructuum dd. Præbendarum, ibid. num.11.
Distributiones, & fallentiæ Canonicorum absentium debentur Canonico Jubilato, nisi obstet Statutum, vel Consuetudo Ecclesiæ, ibid. nu.12.
Etiamsi Distributiones reperiantur auctæ post obtentum Indultum jubilationis, ibid. num.13.
Distributiones unà cum fallentiis absentium debentur Canonicis, qui Papæ, vel Cardinalibus inserviunt, pro diebus, & horis quibus actualiter in servitio occupantur, & Indultum habent percipiendi Distributiones, ibid. nu.13.
Distributiones Canonicus, qui Curam exercet, computat in Congruam, ibid. nu.14.
Distributiones debentur Canonico inquisito, & postea absoluto uti non culpabili, etiam cum clausula ex hactenus deductis, ibid. nu.16.
Distributiones non debentur Canonico inquisito, & postea absoluto, si hic haberet Coadjutorem, qui tempore impedimenti Coadjuti inservire debuisset, ibid. nu.17.
Distributiones non debentur Canonicis justè absentibus, aut legitimo impedimento detentis, quando non essent soliti inservire ante impedimentum, ibid. n.18.
Distributiones non debentur Canonico dispensato super ætate, si tempore debito non curavit ad Sacros Ordines ascendere, licèt Ecclesiæ inserviverit, ibid.n.19.
Distributiones non debentur Canonicis, seu Dignitatibus, qui Choro intersunt cum Habitu Prothonotarii, ibid. nu.20.
Non obstante consensu Capituli, ibid. nu.21. & de ratione nu.22.
Distributiones Canonico, qui surdus evasit non debentur, nisi Choro interfit, secus, si cæcus esset, ibid. num.23. vers. duodecimo.
Distributionum differentia, ibidem numer. 25. & 26.
Distributiones debentur Canonico absenti ex causa litis, quam agit cum Capitulo, vel pro defensione juris suæ Præbendæ. Adn. ad Form.7. tit.4.nu.1. & 2. 110

Doctores reprobati, rejecti, & declarati.

Antonell. de loc. legal. lib.1. capit.7. nu.3. reprobatur. Adn. ad Form.2.tit.de erect. Benefic. nu.7. & 8.
Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.96.n. 9. rejicitur. Adnot. ad Form.4. tit.1. de elect. Official. nu.8.
Idem supra Concil. sess.24. de reform. matrim. cap.1.num.35. reprobatur. Adnot. ad Form.2. tit.2.n.7. & 8. & Adnot. ad Form.11. tit.8. de matrim.
Idem in Summ.decis. Apostolic.collect.353. n.14. rejicitur. Adnot. ad Form.17.tit.3. de collat. Ordin. nu.1.
Bonaccin. de Sacram. ordin. disp. 8. pun.5. num.41. rejicitur. Adnot. ad Form. 18. Tit.3. nu.2.
Bonus Merbes. in Summ. tom. 1. quæst.64. reprobatur. Adnot. ad Form.7. Tit.11. de Monial. nu.11.
Ciarlin. contr.50.nu.39. in fine declaratur. Adnot. ad Form.13. Tit.1. de elect. Official. nu.2.
Conciol. resol.crim.vers. Episcopus resol.1. num.11. declaratur. Adnot. ad Form.13. Tit.1.num.2.

Idem

Idem ibidem verb. Recognitio resol. 2. nu. 5. rejicitur. Adnot. ad Form. 7. Tit. 6. de lic. num. 10.
Corrad. prax. Benef. lib. 2. cap. 3. num. 61. & seqq. rejicitur. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. num. 14.
Donat. prax. rer. Regular. tom. 1. p. 2. tract. 1. q. 21. rejicitur. Adnot. ad Form. 19. Tit. 6. de licent. nu. 17.
Idem ibidem tract. 5. q. 57. & 58. rejicitur. Adnot. ad Form. 7. Titul. 11. de Monial. num. 12.
Fagnan. in cap. non amplius de instit. nu. 71. rejicitur. Adnot. ad Form. 19. Tit. 6. de licent. nu. 32.
Idem in cap. Cappellanus num. 10. & 11. de feriis, reprobatur. Adnot. ad Form. 8. tit. 8. de matrimon. nu. 1. & seqq.
Garz. de Benefic. p. 5. c. 7. num. 25. reprobatur. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. de elect. Official. nu. 14.
Idem ibidem parte 2. cap. 5. numero 81. rejicitur. Adnot. ad Formul. 17. Titul. 3. num. 1.
Idem ibid. d. p. 2. d. cap. 5. n. 186. rejicitur. Adnot. ad Form. 18. Tit. 3. de collat. ord. num. 1.
Idem ibidem d. c. 5. n. 103. confutatur. Adnot. ad Form. 20. d. Titul. 3. num. 3. 4. & 5.
Lantusch. theatr. Regular. verb. Clausura Monialium num. 13. reprobatur. Adnot. ad Formul. 3. Titul. 1. de elect. Official. num. 3.
Idem ibidem verb. Confessarius numero 10. vers. adverte, reprobatur. Adnot. ad Formul. 1. Titul. 9. de for. pœnit. num. 2.
Card. de Luca de alienat. disc. 53. rejicitur. Adnot. ad Form. 15. Titul. 5. de Edict. num. 18.
Idem ibidem discur. 1. num. 122. & seqq. & num. 128. reprobatur, ibidem num. 19. & 22.
Nicol. lucubr. can. lib. 5. tit. 33. de privileg. post num. 18. reprobatur. Adnotat. ad Form. 1. Tit. de elect. Offic. num. 51. & 52.
Idem lucubr. civil. lib. 2. tit. 1. de rerum divis. §. Sacræ num. 24. lim. 5. reprobatur. Adnot. ad Form. 15. Tit. 5. de Edict. num. 22.
Idem ibidem lib. 1. tit. de immunit. Eccles. n. 37. rejicitur, Adnot. ad Formul. 7. Tit. 6. licent. num. 10.
Idem ibidem lib. 1. tit. 10. de Nuptiis nu. 72. reprobatur. Adnot. ad Form. 8. Tit. 8. de matrim. nu. 7.
Idem lucubr. can. lib. 3. titul. 31. de Regul. post n. 15. vers. contrarium dicendum, rejicitur. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. de Paroch. nu. 18.
Idem in flosc. verb. Translatio n. 19. rejicitur. Adnot. ad Form. 7. Tit. 11. de Monial. num. 12.
Pac. Jordan. lib. 12. tit. 2. nu. 16. & 60. declaratur. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. num. 14. & 28.
Idem tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 17. & seqq. rejicitur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 3. de collat. Ord. nu. 9.
Panimoll. dec. 90. adnot. 1. nu. 22. rejicitur Adnot. ad Form. 19. Titul. 10. de Paroch. num. 45.
Paris. de resignat. lib. 13. q. 1. n. 30. rejicitur, Adnot. ad Form. 3. Tit. 12. de var. provis. num. 2.
Passerin. in cap. periculoso nu. 37. de stat. Regular. in 6. reprobatur. Adnotat. ad Formul. 1. de juram. præst. n. 2. 3. & 4.
Idem de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 286. & 294. reprobatur. Adnotat. ad Formul. 1. Titul. 9. de for. pœnit. num. 2.
Idem ibid. nu. 889. reprobatur. Adnot. ad Form. 3. ejusdem Tit. n. 7.
Piasec. prax. Episc. p. 2. cap. 2. art. 1. n. 4. tit. demod. convoc. Synod. reprobatur. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. de Edict. num. 5.
Pelizar. de Monial. cap. 5. num. 63. rejicitur, Adnot. ad Form. 1. Tit. 7. nu. 2. 3. & 4.
Idem ibid. c. 10. n. 231. reprobatur. Adnot. ad Form. 3. Tit. 9. de for. pœnit. n. 7. & seqq.
Idem ibid. cap. 7. num. 47. rejicitur. Adnot. ad Formul. 22. Titul. 11. de Monial. num. 12.
Pignatell. consult. can. 34. tom. 8. reprobatur. Adnot. ad form. 2. Tit. 1. de elect. Official. n. 5.
Idem consult. 59. tom. 3. confutatur. Adnot. ad For. 5. Tit. 6. de licent. num. 9. 10. & 11.
Idem consult. 121. num. 4. tomo 4. rejicitur, Adnot. ad For. 7. d. Titul. 6. nu. 10.

Idem

Idem consult. 47. n. 17. in fin. tom. 6. rejicitur. Adnot. ad Formul. 8. Tit. 8. de Matrim. num. 7.
Idem consultat. 128. tom. 9. reprobatur. Ad. ad For. 11. Tit. 6. de licent. n. 18.
Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum n. 4. reprobatur. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. num. 14.
Idem ibid. verb. Capitulum Sede vacante n. 3. & 6. declaratur n. 27. & 28.
Raynald. observ. crim. tom. 1. §. 11. n. 25. & seqq. rejicitur. Adnot. ad Form. 7. Tit. 6. de licent. n. 10.
Idem in supplem. ad c. 32. supplem. 4. à num. 1. ad 30. rejicitur. Adnot. ad Form. 17. Tit. 5. de Edict. n. 14.
Seraphin. de privil. juram. privil. 59. num. 8. rejicitur. Adnot. ad Form. 3. Tit. 12. de var. provis. n. 2.
Sperell. dec. 106. n. 37. rejicitur. Adnotat. ad Formul. 13. Tit. 2. de Erect. Benef. numer. 5.
Idem dec. 21. n. 29. declaratur. Adnot. ad Form. 8. Tit. 5. de Edict. n. 11.
Synodus Farfen. Cæsenaten. Ostien. & Bononien. rejiciuntur. Adnot. ad Form. 5. Tit. 5. de Edict. n. 6.
Tarquin. Urban. post Zuff. de legit proceff. Adnot. ad Constit. Barber. n. 95. declaratur. Adnot. ad Form. 8. titul. 5. de Edict. num. 11.
Tondut. de Pension. cap. 34. n. 6. rejicitur. Adnotat. ad Form. 17. tit. 3. de collat. Ordin. num. 3.
Idem quæst. Benef. tom. 2. p. 3. cap. 162. n. 7. rejicitur. Adnotat. ad Formul. 19. tit. 10. num. 22.
Tamburin. de jur. Abbatissarum disput. 23. qu. 3. n. 4. reprobatur. Adnot. ad Form. 3. tit. 1. de elect. Official. n. 8.
Idem ibidem disput. 33. qu. 1. rejicitur. Adnot. ad Form. 19. tit. 6. de licent. n. 17.
Idem ibid. disp. 20. qu. 2. nu. 5. reprobatur. Adnot. ad Form. 1. tit. 7. de juram. præst. num. 2. 3. & 4.
Idem ibidem disp. 24. quæst. 5. reprobatur. Adnot. ad Form. 3. titul. 9. de for. pœnit. num. 7.
Ventrigl. prax. p. 2. Adnot. 15. §. 2. n. 18. & 19. reprobatur. Adnot. ad Form. 2. tit. 1. de elect. Official. n. 14.
Idem ibidem Adnot. 14. n. 52. & 53. rejicitur. Adnotat. ad Formul. 1. titul. 1. n. 32.

Dos Monialium.

Vide. Moniales. Puella.

Dos in genere.

Dotis constitutio probatur etiam per conjecturas. Adnot. ad Form. 10. tit. 8. num. 16. 259
Doti renunciare non potest Puella stuprata invitis Parentibus. Adnot. ad Form. 10. tit. 8. num. 10. 258

E

Ecclesia.

Ecclesia Consecrata, si polluatur, non potest reconciliari, nisi per Episcopum, qui aliis tunc facultatem delegare non potest. Ad. ad Form. 1. tit. 1. n. 35. 7
Ecclesia per externa præsumit interna, quia per illa hæc declarantur, ibid. numer. 49. in fin. 9
Strepitus, rumor, ludi, & saltationes arcendæ sunt ab Ecclesiis, earumque proximitate. Adnot. ad Form. 7. titul. 5. nu. 21. 154
Ecclesia est Domus Orationis, & in ea est semper orandum. Adnot. ad Form. 8. tit. 5. num. 1. 160
In Ecclesia Deus est adorandus, & timendus cum omni reverentia, ibidem n. 2. & afferuntur rationes.
Perturbantes, vel impedientes functiones Ecclesiæ mulctandi sunt, ibid. n. 3. juxta præscriptum Constitutionum Apostolicarum, d. n. 1.
Scamna, seu Sedilia, quæ impedium, vel perturbant functiones, removenda sunt ab Ecclesia Episcopi auctoritate, ibid. num. 4. & 5. ibid.
Mulieres debent accedere ad Ecclesiam velatæ, & tectæ, aliàs ubera monstrantes, nisi monitæ resipiscant, possunt ab illius ingressu interdici, ibidem num. 6. & 7.
Mulieres in Ecclesia quantum fieri potest debent separari ab hominibus, ibid. n. 8. & 9.
In Ecclesia exequi non possunt citationes, ibidem n. 10.
Neque Testes examinari, nisi in Causis Beatifi-

tificationis Servorum Dei, ibid.n.13.
In Ecclesia servitus, profectus, vel transitus haberi non potest sine Indulto Apostolico, ibid. num. 14. & 15. & Adnot. ad Form. 10. Tit. 6. num. 17. pag. 208. Nisi in fundatione esset reservata, num. 18.
Musica est de jure permissa in Ecclesia, & Episcopus non potest illam prohibere, exceptis Ecclesiis Monialium, ibid. n. 17. & 18. 162
Episcopus potest prohibere, quod in Ecclesia non canantur in Musica, nisi verba sacra, ibid. dicto n. 18.
Non potest prohibere Musicis, neque Officialibus Ecclesiarum, quod Musicam non canant, nisi vocato Magistro Cappellæ Cathedralis, ibid. n. 19.
Episcopus potest prohibere, quod in Ecclesiis non canatur Musica lingua vernacula, quamvis verba sint spiritualia, ibid. num. 20.
Ecclesia ædificatur pro augumento Divini Cultus. Adnot. ad Form. 10. Tit. 6. n. 1. 205. Et illius constructio est valdè pia, & religiosa, ibid. n. 15.
Ecclesiæ non ædificantur sine licentia Episcopi, ibid. quamvis illas ædificandi quis haberet privilegium, ibid. n. 2.
In Ecclesiæ ædificatione non requiritur de necessitate dos, sed sufficit obligatio manutenendi, ibid. num. 4. 206
Sed in ea bis, terque saltem in anno Missa debet celebrari, ibid. n. 5.
Ecclesia Collegiata à solo Papa erigitur, ibid. n. 7.
In Ecclesiæ erectione præservanda sunt jura Parochialia, ibid. à n. 8. ad 15.
In Ecclesia non Parochiali Sepulcra non construuntur, nisi ex privilegio Episcopi, ibid. num. 22. ibid.
In Ecclesiis ruralibus non Parochialibus non debent celebrari Missæ in solemnioribus anni festivitatibus, ibid. num. 23.
Ecclesia constructa auctoritate Episcopi gaudet immunitate, licèt adhuc non fuerit benedicta ibid. num. 24. Si ibi fuerit celebrata Missa, ibid. n. 25.
Ecclesia, an & quando præsumatur benedicta, vel Consecrata, ibid. d. n. 25.
Ecclesia non Consecrata, si polluatur, potest reconciliari ex delegatione Episcopi per simplicem Presbyterum, non tamen Consecrata, quæ per solum Episcopum reconciliatur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. de elect. Official. n. 35. pag. 7. & Form. 10. Tit. 6. de licent. n. 26. 209
Ecclesia quibus modis polluatur, vel non, ibid. num. 27. & 28.
Dies Dedicationis Ecclesiæ ex justa causa potest ab Episcopo transferri ad aliam diem, ibid. num. 29.
Ecclesiæ erectæ in solo Lateranensi, quæ, & in quibus dicantur exemptæ. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. n. 3. & 4. 126. & 127.
Oratorium constructum in Cortili Palatii an dicatur Ecclesia publica. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. de Edict. n. 6. & 7. ibid.

Ecclesia Parochialis.

Ecclesia Parochialis dismembratur, quando imminet periculum animarum, puta ob distantiam loci, & asperitatem itineris. Adnot. ad For. 3. Tit. 2. de erect. Benefic. n. 1. & 2. 5
Ecclesia Parochialis, periculo animarum existente, dismembratur etiam invito Rectore, quamvis non constet ullum ex Parochianis discessisse sine Sacramentis, ibid. num. 3.
Ecclesia Parochialis non debet dismembrari, quando ob distantiam loci est consultum Parochianis per exhibitionem Cappellani, qui Sacramenta in alia Ecclesia vicina ministret, ibid. n. 4. & 5.
Ecclesia Parochialis ob distantiam loci dismembratur non obstante exhibitione Cappellani pro administratione Sacramentorum in Ecclesia commodiori, quando dismembrationem petentes congruè dotant novam Parochiam, ibid. num. 6. & 7.
Ecclesia Parochialis Matrix, quæ passa fuit dismembrationem, & de suo contulit pro sustentatione novi Rectoris, acquirit Juspatronatus, ibid. num. 12.
Ecclesiæ Parochiali Matrici dismembratæ reservatur honor, & quinam sit iste honor, ibid. n. 13. & 14.
Ecclesia Parochialis, si non habeat Congruam pro Rectore Parochiani, tenentur contribuere. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. num. 1. 42
Ecclesia Parochialis de novo erecta, confertur ab Episcopo absque concursu, peracto examine personæ provisæ coram Examinatoribus Synodalibus. Adnotat. ad Form. 2. Tit. 2. num. 9. 43

Edictum.

Vide. Concursus. Scientia.

Educanda.

Vide. Puella.

Electio.

In electione Abbatissæ Vota Monialium debent esse secreta, aliàs electio erit nulla. Adnot. ad Form. 22. Tit. 11. num. 14. 344
In electione Abbatissæ quælibet Choralis Professa habet jus ad suffragium, ibid. num. 15.
Immò & Conversæ, ubi adest consuetudo, ibid. num. 16.
Monialis, quæ voces procurat pro sui electione, indignam se reddit, ibid. n. 17.
In electione Abbatissæ, quæ dicantur illicita, ibid. d. nu. 17.
Monialis censura ligata, vel voce privata est ineligibilis, ibid. n. 18.
Monialis, quæ voci suæ renunciavit, potest re integra pœnitere, & vocem reassumere, & ad votandum debet admitti, ibid. n. 20.
Eligi non potest in Abbatissam Monialis corrupta, ibid. n. 23.
Superior electioni Abbatissæ deputatus, si publicato scrutinio dicat electam fuisse B. & Moniales asserant D. nemini est credendum, ibid. n. 24. 346
In electione, si reperiantur plures schedulæ, vel nomina, quàm sint vocales, an electio sit valida, ibid. n. 25.
Moniales eligentes scienter indignam, non privantur voce, ibid. n. 26.
Voces, sivè suffragia debent esse certa, determinata, pura, sincera, & gratuita. aliàs dicuntur inutilia, vide ibid. n. 27. & 28.
Subornatio vitiat electionem, ibidem nu. 30.
Minor pars Capituli numquam validè elegit, nisi major pars scienter indignum eligat, ibid. num. 31.
Electio, quæ est cassanda vitio electæ, non potest annullari, nisi vocata electa, secus si ob non servatam formam, ibidem num. 32.
Episcopus ex officio potest inquirere de legitimatione vocalium, & de defectibus electæ, ibid. n. 33. & 34. 347

Eleemosyna.

Vide. Licentia.
Eleemosynarum Quæstores, si illas extorqueant modo illicito, puniuntur ab Episcopo, quamvis sint Laici. Adnot. ad Form. 9. Tit. 6. n. 5. 196

Episcopi dignitas.

Episcopi olim nuncupantur Parochi. Adnot. ad Form. 1. Tit. 10. de Paroch. n. 1. 286
Episcopus in sua Ecclesia dicitur Vicarius Christi. Adnot. ad Form. 7. Tit. 12. n. 1. 365
Episcopalis ordo non est Dignitas, sed culmen Dignitatis, ibid. d. n. 1.
Episcopus variis titulis decoratur, ibid. d. num. 1.
Episcopus est Princeps in sua Diœcesi, & habet merum, & mixtum Imperium, statuta condit, & reis gratiam facit, ibid. num. 2.
Episcopus debet habere Theologum, si sit simplex jurista, ibid. n. 4. & 5. & qualem debeat eligere, ibid.
Episcopus dicitur Prætor, & Magistratus perpetuus Civitatis. Adnot. ad Form. 13. Tit. 12. n. 1. 372
Episcopus Matrimonium spirituale contrahit cum Ecclesia ad quam destinatur. Adnot. ad Form. 10. Tit. 5. n. 2. in fin. 172
Episcopalis Dignitas est conferenda potius Canonistis, quàm Theologis, ubi hæreses non pullulant. Adnot. ad For. 8. Tit. 12. n. 4. 366
Episcopus est Canonum Magister, & Custos. Adnot. ad Form. 8. nu. 4. Tit. 8. pag. 294
Et non debet à regulis eorundem præsumtione discedere.

Episcopi onus.

Episcopale onus gravissimum, quia essentialiter consistit in procuranda salute Animarum. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. num. 3. 4
Episcopale onus est formidandum, quia quamplures Episcopi omissione damnantur; ibid. n. 4.

pi-

Episcopi onus est custodia Clausuræ, & rectum gubernium Monialium. Adnot. ad Form. 10. Tit. 1. de Elect. Official. n. 1. 17

Episcopi cura propria est pauperum defensionem suscipere illosque tueri. Adnot. ad Form. 10. Tit. 1. n. 1. 26

Episcoporum Officium ærumnis plenum. Adnot. ad Form. 8. Tit. 12. n. 3. 365

Episcopi honores non sunt affectandi, ibid. d. num. 3.

Episcopi sunt positi tamquam signum ad sagittam, non valentes omnibus complacere, ibid. d. n. 3.

Episcopus habet redditus Mensæ, ut onera Officii gratis sustineat. Adnot. ad Form. 14. Tit. 1. n. 11. 35

Episcopus habet onus pascere gregem scientia, & doctrina. Adnot. ad Form. 8. Tit. 12. n. 5. 366

Argentum, & aurum non poterit liberare Episcopum in die iræ Domini. Adnot. ad Form. 5. Tit. 6. n. 3. 194

Episcopi enunciativa.

Episcopi enunciative si sint antiquæ multum ponderant ad probandum Ecclesiæ statum, & qualitatem Beneficiorum. Adnot. ad Form. 17. Tit. 5. de Edict. n. 8. 184

Episcopi enunciativæ recentes non probant juspatronatus Beneficii, ibid. n. 9.

Episcopi enunciativæ non relevant ad probandum, quod locus, sivè ecclesia sit nullius, vel exempta, ibid. n. 10.

Episcopi jura, & edicta.

Episcopi jura, quæ sint. Adnot. ad Form. 10. Tit. 6. n. 16. 207

Episcopi Edicta expirant ipso defuncto, vel officio extincto. Adnot. ad Form. 17. tit. 5. num. 4. 184

Potest, & debet suo Edicto prohibere Clericis, quæ prohibentur per Bandimenta laicis, ibid. num. 11.

Potest in Edictis pro morum reformatione pœnam Canonum augere, ibid. nu. 12.

Episcopus ad tuendam servandamque Clausuram habet jurisdictionem in Monasteriis Monialium Regularibus subjectis. Adnot. ad Form. 3. Tit. 1. n. 8. 18

Episcopus tenet.

Episcopus debet delicta Clericorum præsertim publica punire. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 10. 5

Episcopus debet interesse personaliter examini Ordinandorum, ibid. n. 11.

Episcopus debet consortium Mulierum fugere, ibid. n. 12.

Episcopus debet publicè eleemosynam facere, ibid. n. 13.

Episcopus debet pacem, & concordiam non tantum inter Clericos, sed etiam Laicos procurare, ibid. n. 14.

Episcopus debet pupillis, & oppressis justitiam, & auxilium ministrare, ibidem numer. 15.

Episcopus debet habere Officiales, & familiam bonis moribus imbutam, ibidem num. 16.

Episcopus debet iracundiam, & avaritiam fugere, ibid. n. 17.

Episcopus debet mansuetudinem, & humilitatem induere, ibid. n. 18.

Episcopus debet Ordines conferre absque suspicione avaritiæ, & simioniæ, ibidem num. 20.

Episcopus debet bonos mores in populum, & disciplinam in Clerum fovere, ibidem num. 21.

Episcopus debet clausuram Monialium custodire, ibid. n. 22.

Episcopus debet esse vitæ irreprehensibilis, ibid. n. 23. ibid.

Episcopus debet eligere sibi Vicarium idoneum, aliàs peccat, ibid. n. 23. & 26. & teneretur de illius facto, ibid. n. 29.

Episcopus debet per se ipsum nisi legitimè sit impeditus explorationem voluntatis Puellarum Monacandarum facere. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 46. 9

Episcopus debet ex obligatione offerre Confessarium extraordinarium Monialibus. Adnot. ad Form. 4. Tit. 9. n. 3. 282

Debet invigilare, ut acta professionum Monialium integrè, & debito tempore registrentur, & de ratione. Adnot. ad For. 11. Tit. 11. n. 9. 326

Debet Decreto generali inhibere ne recipiantur Puellæ ad Habitum, neque ad professionem in quibusvis Monasteriis, nisi ipso prius certiorato *cum clausula*, & *Decreto irritante*, ibid. n. 15.

De-

Debet eligere Concionatores idoneos, aliàs peccat mortaliter. Adnot. ad For. 6. tit. 12. num. 3. 360
Episcopus, qui negligit emendare, quod valet, facientis culpam habet. Adnot. ad Form. 9. Tit. 5. n. 37. 170
Episcopum sua officia non agentem judicabit populus in die Domini. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 23. 6
Episcopus, qui gaudet alternativa, debet hanc exprimere in provisione Beneficiorum. Adnot. ad For. 13. Tit. 2. n. 2. 73
Episcopus debet abstinere ab impositione manuum, quando Clerici verentur deferre Tonsuram, & Coronam Clericalem, & de ratione. Adnot. ad For. 11. Tit. 3. n. 1. 91
Episcopus in litteris testimonialibus de Ordinibus collatis exprimere debet contulisse vigore Dimissorialium. Adnot. ad For. 19. Tit. 3. num. 1. 97
Et pro forma exprimere titulum ad quem ordinavit, ibid. n. 2.
Episcopus odisse debet peccata, non homines. Adnot. ad Form. 9. Tit. 5. num. 37. ibid.
Episcopus ex officio debet curare, ut testamenta Parochorum redigantur in publicam scripturam. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. n. 57. ibid.

Episcopus potest.

Episcopus non solum ea, quæ ut Ordinarius, sed etiam alia, quæ ut Delegatus agit, potest committere, & subdelegare suo Vicario Generali, nisi industria personæ sit electa. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 1. n. 43. & seqq. 8
Et quando dicatur electa industria personæ vide ibid. n. 45.
Episcopus ad explorandam voluntatem Puellæ Monacandæ, de cujus libertate suspicio, vel rumor existit, potest illam à Monasterio extrahere, & in alio libero collocare. Adnot. ad Form. 1. Titul. 1. num. 47. 9
Episcopus potest prohibere Regularibus ne Missas celebrent in Ecclesiis Monialium, etiam si celebrare deberent ex onere injuncto à Testatore, & onus ad eorum Ecclesias transferre. Adnotat. ad Form. 3. Tit. 1. n. 6. 18
Episcopus potest per Edictum præceptum facere Notariis, ut exhibeant in ejus Cancellaria Actus, & Rogitus seù illorum exemplaria, spectantia ad Monasteria Monialium. Adnot. ad Form. 5. Tit. 1. n. 3. 22
Et quòd exhibeant Testamenta in quibus sunt legata pia. Adnotat. ad Form. 15. Tit. 6. n. 8. 221
Episcopus in locis Diœcesis præter Vicarium potest deputare, & retinere Cancellarium Foraneum. Adnot. ad Form. 6. Tit. 1. n. 3. 24
Episcopus potest quem cogere ad suscipiendum patrocinium pauperum etiam in causis criminalibus, mulcta, vel prohibitione exercendi munus Advocati. Adnotat. ad Formul. 9. Tit. 1. n. 26.
Episcopus potest exigere rationes, & cogere Administratores Locorum, Piorum; & Capituli, ad exhibendum, & asportandum libros ad Palatium Episcopale si sint in loco residentiæ, vel alterius stationis Episcopi. Adnotat. ad Form. 14. Tit. 1. num. 1. & 7. 34. & 35
Episcopus potest retinere familiam armatam. Adnot. ad Form. 15. ejusdem Tit. num. 1. 36
Si verò familiam armatam non retineat, potest deputare satellitem Curiæ laicæ, ibid. n. 2.
Episcopus licitè, & justè potest prohibere Parochis, ne Matrimonia contra hanc extra Ecclesiam sine sua licentia. Adnot. ad Formul. 2. Tit. 2. n. 7. 8. pag. 43. & Adnot. ad Form. 11. Tit. 8. n. 1. 259
Episcopus potest conferre prima vice Parochialem de novo erectam absque concursu, examine personæ provisæ peracto coram Examinatoribus Synodalibus. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. n. 9. 43
Episcopus potest ex aliqua rationabili causa convocationem Capituli Canonicorum inhibere, & suspendere. Adnot. ad For. 7. Tit. 2. n. 25. 52
Episcopus de consensu Capituli erigere potest Dignitatem etiam in Cathedrali. Adnot. ad Form. 4. Titul. 2. num. 14. 51
Episcopus potest prohibere Ludi Magistris exercitium Scholæ, nisi ab ipso fuerint prius approbati, quamvis essent à Communitatibus laicorum electi. Adnot. ad Form. 12. Tit. 3. nu. 1. 90
Episcopus in Visitatione, testimoniales Ordi-

dinum, & Bullas collationum Beneficiorum à Clericis exquirere potest. Adnot. ad Form. 2. Titul. 15. n. 28. 131
Episcopus potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere, ibid. n. 33.
Episcopus potest extinguere Confraternitates laicorum, quæ utuntur sacco, si non habeant statuta, vel illa non servent, ibid. n. 52. & 53. 134
Episcopus potest redditus Confraternitatis extinctæ alteri Loco Pio applicare, si non sint destinata ad certum usum ibid. n. 54.
Episcopus an possit laicis clavem reliquiarum concedere invito Ecclesiæ Rectore, ibid. à num. 43. ad 48.
Episcopus potest diebus festis larvas prohibere. Adnotation. ad Form. 7. Tit. 5. num. 19. 153
Episcopus potest larvam prohibere Meretricibus, non obstante, quod hæ obtinuerint licentiam à Gubernatore laico, ibid. num. 20.
Episcopus potest prohibere, quod in Ecclesiis non canantur in Musica nisi verba sacra, Adnotat. ad Formul. 8. Titul. 5. num. 18. 162
Episcopus potest prohibere, quod in Ecclesis non canatur Musica lingua vernacula, quamvis verba sint spiritualia, ibid. num. 20.
Episcopus potest Clericis vestem talarem præscribere, præsertim in Civitatibus, & functionibus Ecclesiasticis. Adnotat. ad Form. 9. Tit. 5. num. 2. 166
Episcopus potest prohibere Regularibus ne incedant cum larva, ibid. n. 7. & illos carcerare si offendant suos Officiales, ibid. num. 36. 170
Potest augere pœnas Canonum, pag. 182. num. 2.
Episcopus pro observantia Decretorum Concilii potest imponere pœnam excommunicationis, ubi pecuniaria exigi non potest. Adnot. ad Form. 17. Tit. 5. num. 6. 184
Episcopus potest prohibere sonum Campanarum Ecclesiarum, non obstante consuetudine eas pulsandi, & quod Laici sint fundatores Ecclesiæ, ibid. n. 7.
Episcopus potest, & debet pravos quæstores eleemosynarum punire, quamvis sint laici, & exempti. Adnot. ad Form. 6. Tit. 6. n. 5. 196
Episcopus potest edicto prohibere, ne Regulares eleemosynas quærant, nisi prius licentiam Superiorum exhibeant, & ab eodem approbetur, ibidem numer. 8. & 9.
Episcopus potest Regularibus prohibere, ne quærant eleemosynas per alios, quàm sui Ordinis Religiosos, ibid. n. 10.
Episcopus potest si vult, sed non cogitur, neque tenetur stare Processui Judicis Laici ad probandum delictum exceptum à Bulla Gregoriana. Adnot. ad Formul. 8. Tit. 6. num. 8. 201
Episcopus potest, & debet prohibere Parochis, ne Matrimonio conjugant parochianos, qui diu à Parochia, & Diœcesi absentes fuerunt. Adnotat. ad Formul. 7. Tit. 8. n. 1. 253
Episcopus potest licentiam concedere, ut temporibus ab Ecclesia prohibitis fiat traductio Sponsæ absque solemnitate. Adnotat. ad Formul. 8. Tit. 8. numer. 1. 254
Immo causa aliqua urgente concurrente, potest dispensare, ut fiant Nuptiæ cum solemnitate, ibid. nu. 3.
Episcopus in impedimento dirimente Matrimonium dispensat in foro conscientiæ quando impedimentum post jam contractum Matrimonium non est publicè detectum, & periculum adest incontinentiæ ob locorum distantiam. Adnot. ad Form. 10. Tit. 8. nu. 9. 258
Episcopus potest prohibere Regularibus, ne audiant Confessiones Sæcularium in propriis cellis. Adnot. ad Form. 1. Tit. 9. num. 7. 263
Episcopus in casu negligentiæ, vel alia justa causa concurrente potest Confessarium Extraordinarium concedere Monialibus Regularibus subjectis. Adnot. ad Form. 4. Tit. 9. nu. 2. 281
Episcopus ubi viget consuetudo potest condere Testamentum pro Anima ab intestato defuncti usque ad summam scutorum centum. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. num. 58. 312
Episcopus in Visitatione Clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum, potest recognoscere an in recipiendis Educandis serventur conditiones à Sac. Congr. prescriptæ. Adnot. ad Form. 11. Tit. 11. nu. 17. 328
Episcopus potest removere Syndicos, & Officiales Monasteriorum Monialium ab Ubi-

Universitate laicorum nominatos, non tamen sine causa. Adnot. ad Form.14. Tit.11. nu.8.& 9. 331
Episcopus potest, & debet publicare edicta quibus prohibetur accessus ad Colloquutoria Monialium Regularibus subjectarum, & licentias alloquendi subscribere. Adnot. ad Form.19. dict. Tit. 11. num.7.& 8. 337
Episcopus potest ex officio, & uti Pater inquirere de delictis Monialium, ut reformet ea, quæ tendunt ad bonum Communitatis. Adnot.ad Form.22.d. Tit.11. num.29. 346
Episcopus potest exequi rescriptum Principis, filios arrogandi, Adnot. ad Form. 13. tit.12. nu.1. 382
Episcopus potest rationem administrationis exigere a Vicario Capituli tempore Sedis vacantis constituto, & si reus reperitur punire. Adnot. ad Form.9.titul.12. num.5. 367
Episcopus potest Canonicis punctaturas augere, si servitium Chori, & Ecclesiæ negligatur. Adnotat. ad Formul.4. tit.2. num.4. 50
Episcopus potest, sed non tenetur exterum ordinandum à proprio Ordinario approbatum examinare. Adnot. ad For. 1. tit.3. num.9. 86
Episcopus potest mandatum de carcerando relaxare ante inchoationem Processus, si adest suspicio fugæ, vel agatur de crimine incontinentiæ. Adnot.ad Form. 9. tit.5.nu.32. 169
Episcopus potest de facto excommunicare illos, qui se opponunt Visitationi absque monitione. Adnot. ad Form. 15. tit.12. n.1. & 2.pag.374. & cæteros, qui solita obsequia ei injuriosè denegant, num. 2.
Episcopus potest cogere Clericos ascriptos ad inserviendum Ecclesiæ dato competenti salario. Adnot. ad Form.4. tit.2. num.33. 53
Episcopus habet potestatem legislativam condendi statuta absque consensu Capituli. Adnotation. ad Form.3.tit.5.nu.. 138.
Et publicare Synodum etiam Capitulo reclamante, ibid. num.13. 139
Potest concedere Monialibus, ut possint minuta retinere, & expendere. Adnot. ad Form.3. tit.1.nu.7. 18
Solus Episcopus dispensat in Denunciationibus Matrimonii, non autem Prælati inferiores. Adnotat. ad Form.6. Tit. d. Ord.3. 252
Potest Parochos ad novum examen vocare, si de illorum imperitia superveniant indicia. Adnot. ad Form. 15. nu.2. & 3. Tit.10. 295
Episcopus illud dicitur facere posse, quod commodè potest facere, pag.339. num.6. in fine.

Archiepiscopus, Episcopus non potest.

Episcopus non potest exigere charitativum subsidium, nisi sit egenus, Adnot. ad Form.1. Tit.1.nu.36. 7
Episcopus, qui habet congruam pinguem, quæ excedit taxam conciliarem, charitativum subsidium non exigit, ibid. n.37.
Episcopus pauper non potest exigere charitativum subsidium à Clericis non Beneficiatis, ibid. d. nu.37.
Episcopus si allegetur suspectus, non potest in Causa procedere sine Adjuncto. Adnotat. ad Form.2. Titul. 1. numero 17. 14
Archiepiscopus Metropolitanus non potest absolvere excommunicatos suffraganei occasione violatæ immunitatis Ecclesiasticæ, neque appellationes admittere, nisi prius Ecclesia, seu libertas Ecclesiastica in ejus honore sit integraliter restituta, ibid. nu.20.
Episcopus non potest delegare Vicario Foraneo facultatem concedendi monitoria ad finem revelandi. Adnot. ad Form.4. Tit.1. nu.8. 21
Episcopus non potest prohibere, quod Judices Synodales, aut Capitulum non valeant uti opera alterius Notarii, quàm Cancellarii Episcopalis, præterquam in Visitatione. Adnot. ad Form.5. Tit.1. num.4. 22
Episcopus, sivè ejus Delegatus, non potest pro revisione computorum locorum piorum mercedem, seù propinam exigere, sed gratis hoc munus tenetur implere. Adnotat. ad Form. 14. Tit. 2. num. 11. 35
Episcopus non potest sine consensu Capituli canonicatum erigere de novo. Adnot. ad Form.4. Tit.2. nu.14. 51
Episcopus non potest Præbendam Theologalem conferre nisi idoneis, & habilibus, qui

qui possint per se ipsos munus injunctum implere. Adnotat. ad Formul. 5. Tit. 2. num. 2. 55
Episcopus non potest præscribere Canonico Theologo, ut privatim tantum Parochis & Confessariis Casus conscientiæ explicet, quia publicè debet lectionem facere, ibid. num. 5. 6. & 7.
Non potest primam præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, nisi priùs reperiatur erecta Theologalis. Adnot. ad Form. 6. Tit. 2. nu. 1. 58
Episcopus non potest uni plura Beneficia simplicia, quàm duo conferre, quamvis difformia sint, & insufficientia ad sustentationem provisi. Adnot. ad Form. 20. Tit. 2. nu. 2. 282
Episcopus non potest cogere, sed hortationibus invitare Clericos, & Presbyteros non Confessarios ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ. Adnot. ad Form. 15. Tit. 3. nu. 2. & 3. 95
Episcopus non potest ordinare familiarem suum triennalem ad titulum Pensionis, sivè Patrimonii, neque prætextu necessitatis Ecclesiæ, sed ad solum titulum Beneficii. Adnot. ad Formul. 17. Tit. 3. num. 1. 94
Episcopus suspensus à jurisdictione, non potest in concursu Parochialium dignorem præligere, quamvis haberet jus præservatum conferendi Beneficia, sed hoc jus Vicario Apostolico defertur. Adnot. ad Form. 16. Tit. 4. nu. 3. 119
Episcopus non potest pro administratione Sacramenti Confirmationis in locis Diœcesis procurationem exigere. Adnotat. ad Form. 2. Tit. 5. num. 20. 21. 22. & 23. 130
Episcopus non potest taxare in pecunia id quod pro victu necessario sibi contingeret visitando, sed victualia tantum recipere debet, ibid. nu. 24. & 25.
Episcopus visitando non potest præter victum alias expensas, & utensilia prætendere, ibid. d. nu. 25.
Episcopus non potest relaxare fructus perceptos à Canonicis, qui professionem fidei non emiserunt, ibid. nu. 30.
Episcopus non potest prohibere, quod in Ecclesiis (exceptis Monialibus) non fiat Musica. Adnot. ad Form. 8. Tit. 5. n. 17. 18. & 19. 162
Episcopus non potest absolutè dispensare, quod Clerici cum Mulieribus extraneis cohabitent, sed tantùm declarare, in foro externo cohabitationem in aliquo casu non esse punibilem. Adnot. ad Form. 2. Tit. 6. nu. 3. & 4. 187
Episcopus non potest permittere, quod Clerici juramentum deferant in manibus Judicis Laici. Adnot. ad Form. 3. Tit. 6. num. 4. 189
Episcopus non dispensat, ut Clerici possint Tutelam suscipere extraneorum, nisi sint pupilli, & personæ miserabiles. Adnot. ad Form. 4. Tit. 6. nu. 2. 190
Episcopus non dispensat, ut Clerici arma deferant, nisi ad tuendam vitam. Adnotat. ad Form. 5. Tit. 6. num. 6. 7. & 8. 192. & 193
Episcopus non potest sine culpa sclopum venatorium Clericis explicitè concedere, ibid. num. 9. 10. 11. 12. & 13. & afferuntur rationes.
Episcopus non potest pro licentia venandi exigere pecunias, ibid. num. 18. 19. & seqq.
Episcopus sine rationabili causa non potest denegare licentiam Ecclesiam fundandi, Adnot. ad Form. 10. Tit. 6. n. 3. pag. 205. cum clausula *salvis juribus Parochi*, ibid. nu. 8. & seqq.
Episcopus non potest permittere, quod Puellæ educandæ recipiantur in Monasterium nisi servatis conditionibus præscriptis à Sac. Congr. Adnot. ad Form. 1. Tit. 11. nu. 2. & 3. 316. & 317
Episcopus non potest auferre jus nominandi Syndicos, & alios Officiales Monialium, quod competit laicis, vel ipsis Monialibus. Adnot. ad Form. 14. Tit. 11. nu. 2. 3. 4. & 5. 330. & 331
Episcopus non potest concedere licentiam Canonicis se à residentia absentandi ultra tres menses. Adnot. ad Form. 7. Tit. 4. num. 8. 111
Episcopus præter citationem verbalem non potest exercere actus contentiosæ jurisdictionis in Ecclesia. Adnotat. ad Formul. 8. Titul. 5. num. 11. & 12. 161
Episcopus non potest cogere simplices Sacerdotes, qui non habent Officium, sive Beneficia, ut inserviant Ecclesiæ Cathedrali, vel intersint functionibus Ecclesiasticis. Adnot. ad Form. 4. Tit. 2. num. 32.
Episcopus non potest exigere pro fabricatione Processum Delinquentium ex per-

ſona Commiſſariorum viatica, nec alias expenſas. Adnot. ad Form. 17. Tit. 5. n. 13. cum trib. ſeqq. pag. 185. & afferuntur rationes.

Epiſcopus non poteſt Collegiatam erigere, neque in actu Viſitationis. Adn. ad For. 10. Tit. 6. n. 7. 206

Neque Curam ſupprimere, ut erigat Dignitatem, ibid.

Non poteſt uti Regularibus ad audiendas Confeſſiones Monialium ſine beneplacito Sac. Cong. Adnot. ad For. 3. Tit. 9. n. 3. & 4. 279

Non poteſt permittere, ut Confeſſarii ingrediantur Clauſuram Monialium pro funere peragendo, ibid. n. 8.

Non poteſt uti Regularibus pro exercenda Cura Animarum niſi ad breve tempus, & in caſu penuriæ Presbyterorum Sæcularium. Adnot. ad For. 14. Tit. 10. n. 1. 294

Epiſcopus non poteſt imponere ſervitutem Eccleſiæ liberæ. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 5. n. 44. & 45. 133

Nec jura illius in alios transferre, ibid. num. 46.

Epiſcopus tenetur,

Epiſcopus tenetur prædicare, & populum in lege Domini erudire. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 1. n. 8. pag. 5. & Adnotat. ad Formul. 2. Titul. 5. n. 51. 134

Tenetur per ſe ipſum ceſſante impedimento Diœceſim viſitare, ibid. Adnot. ad d. For. 1. tit. 1. n. 9.

Tenetur in ſua Cathedra reſidentiam facere, ibid. n. 19.

Tenetur pauperibus ex officio de Advocato providere. Adnot. ad For. 9. Tit. 1. de elect. Official. num. 2. 26

Tenetur ex officio mandare, ut pauperibus dentur acta gratis, ibid. n. 5. & illos tueri & defendere. Adnot. ad Form. 10. Tit. 1. num. 1. 29

Tenetur depoſitarium mulctarum, & pœnarum conſtituere, & pœnas exactas penes illum deponere, ac locis piis applicare, abſque ulla participatione Miniſtrorum Tribunalis. Adnot. ad Form. 13. Tit. 1. num. 1. 32

Tenetur pœnas & mulctas piis locis, & uſibus applicare, quamvis ipſe ſit pauper, & egenus, ibid. n. 2. aliàs non eſt immunis à culpa, quia contemnit Sac. Canones, ibid. num. 3.

Et ſi velit ſibi applicare, debet recurrere ad Sedem Apoſtolicam, ibid. n. 4.

Tenetur Beneficium Parochiale conferre per Concurſum, ſi conferat jure devoluto ob negligentiam Patroni laici. Adnot. ad Form. 10. Tit. 2. n. 1. 67

Tenetur ex obligatione in Decretis Synodi Capituli conſilium exquirere, aliter nulliter ageret. Adnotat. ad Form. 3. Tit. 5. n. 9. & 10. 138. & 139

Tenetur reddere rationem Deo, ſi negligit delicta Clericorum punire. Adnot. ad Form. 9. tit. 5. n. 1. pag. 166. & n. 37. 170

Epiſcopus tenetur tempore peſtis reſidentiam facere. Adnotat. ad Form. 12. Tit. 12. num. 1. 370

Reſidentia Epiſcoporum eſt de jure Divino, ibid.

Epiſcopus in collatione Beneficii tenetur ſervare formam à fundatore præſcriptam, etiam ſi conferat jure devoluto. Adnot. ad Form. 10. Tit. 2. n. 13. 69

Epiſcopus in fundatione Beneficii, vel Monaſterii, tenetur admittere conditiones præſcriptas à fundatore quamvis juri communi contrarias, dummodo non ſint turpes. Adnot. ad Form. 19. n. 21. circa med. Tit. 6. 229

Epiſcopus conſcius de fictione depoſiti Dotium Monialium, ſi exigi non poſſet, teneretur de proprio. Adnot. ad Form. 7. Tit. 11. num. 7. 323

Epiſcopus non tenetur,

Epiſcopus non tenetur nec cogitur aſſumere Vicarium Generalem. Adnot. ad For. 1. Tit. 1. n. 6. 4

Epiſcopus licèt requirere debeat, tamen non tenetur in condendis ſtatutis ſequi conſilium Capituli. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. n. 9. & 13. ibid.

Neque in convocatione Synodi, nec aliis præparatoriis, ibid. n. 5.

Epiſcopus Viſitator.

Epiſcopus debet per ſe ipſum niſi verè legitimo impedimento detineatur viſitare. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 5. num. 1. 126

Epiſcopus tempore Viſitationis debet Sacramentum Confirmationis in locis Diœceſis

cesis ministrare, ut subditi minùs graventur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 5. Edict. n. 20. 130
Episcopus in Visitatione debet ex officio inquirere, an Canonici Cathedralis emiserint fidei professionem, ibid. n. 29.
Episcopus debet in Visitatione statuta Capituli recognoscere, ibid. n. 31.
Episcopus in Visitatione debet recognoscere, præfinire Tabellam horariam, ibid. num. 32.
Episcopus debet in Visitatione ordinare, quod Capitulum Canonicorum fiat cerra die, & hora ad eliminandas fraudes, ibid. num. 36.
Episcopus in Vitatione debet ordinare, quod Ecclesiæ, & Beneficiati omnes retineant Inventaria bonorum, ibid. n. 50. 134
Episcopus in Visitatione debet recognoscere fundationes Confraternitatum, ib. num. 52.
Episcopus in Visitatione debet recognoscere Indulgentias, ibid. n. 55.
Episcopus in Visitatione non jubet, neque præcipit sub censuris, sed paternaliter monet, ibid. n. 57.
Episcopus in Visitatione non inquirit in specie de delictis, sed tantum de statu generali Ecclesiarum, ibid. n. 58.
Episcopus in Visitatione, & extra curare debet, ut Confessarii Monialium habeant congruam mercedem, & de ratione Adnot. ad For. Tit. 9. numero 14. 280
Episcopus visitat Ecclesias Curatas etiam exemptas, & Regularibus subjectas. Adnotat. ad Formul. Titul. 5. numer. 2. 126
Et si Decreta Episcopi discrepent ab illis, quæ fecerunt Superiores Ecclesiarum exemptarum, debent Ordinatione Episcopi prævalere, ibid. d. n. 2.
Episcopus visitat Ecclesias etiam non Curatas, sitas, & erectas in solo Lateranensi, per se ipsum, vel per Delegatum, ibid. num. 3.
Visitat Oratoria publica habentia requisita Ecclesiæ, etiamsi pertineant ad Regulare, dummodo à Claustris sint separata, ibid. n. 5. & 6.
Visitat Confraternitates laicorum, etiam in Regularium Ecclesiis erectas, in his quæ respiciunt administrationem Confratrum, ibid. n. 8. 128
Visitat Oratoria, & Confraternitates erectas in solo, & pertinentiis Religionis Hierosolymitanæ, ibid. n. 9.
Visitat Collegia quæcunque quamvis merè laicalia, dummodo habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod pium opus exerceant, ibid. n. 10.
Visitat Monasteria Monialium quantumvis exemptarum absque interventu Superiorum illarum, quoad concernentia Clausuram, non obstante, quod in præteritum non fuerint visitata, ibid. n. 11.
Visitat Hospitalia, Montes, & alia Loca Pia, (dummodo non sint sub immediata Regum protectione, vel ex lege fundationis non excludatur) etiam si eorum Cura, Visitatio in Laicos pertineat, & non obstante consuetudine, quod aliàs non fuerint visitata, ibidem num. 12.
Visitat eadem loca non obstante privilegio exemptionis, quando in limine fundationis receperunt legem Visitationis Ordinarii, quia privilegium non tollit conventionem, ibid. n. 13. & de ratione, ibid. num. 14.
Inquirit Statuta eorumdem Locorum Piorum, & alia, ut ibid. n. 15. & 16.
Visitat Montes Frumentarios quorum Cura ad Laicos pertinet, ad effectum recognoscendi labem usurariam, ibid. n. 17. 129
Episcopus vicinior visitat jure delegato plenaria jurisdictione sæculares Ecclesias, quæ reperiuntur in loco Nullius, ibid. n. 18. & Parochiales Ecclesias Regularium exceptis aliquibus, ut ibid.
Visitat primo loco Cathedralem Ecclesiam ex congruentia, non ex obligatione, ib. num. 26.
Visitat Capitulum non obstante quacunque exemptione, seu præscriptione, ib. num. 27.
Visitat Reliquias in Ecclesiis Regularium, si laici illas custodiant, & expensas pro ornatu subministrent, ibid. n. 49.
Visitationis libri plenè probant, ibid. nu. 59. non tamen probant juspatronatus, ibid.
Episcopus visitat per Delegatum quascunque Ecclesias, & Capitulum, quoties asserat esse legitimo impedimento detentum, nec tenetur causam impedimenti assignare. Adnot. ad For. 9. Tit. 12. nu. 1. & 2. 367
Episcopus visitat per Delegatum Monaste-

ria, & Parochiales exemptas, quas ipse tamquam Delegatus Apostolicus per se ipsum potest visitare, ibid. n. 4.
Delegatus tamen non potest integram procurationem accipere, sed tantùm exigere pro medietate, ibid. n. 3.
Debet recognoscere locum, & modum educandi Puellas in Monasteriis Monialium. Adnot. ad For. 3. Tit. 11. n. 5. 318

Episcopus in Synodo.

Episcopus in Synodo debet abstinere à multitudine præceptorum, à Decretis, quæ minus consonant juri communi, & Decretis Apostolicis, à censuris, & à novitatibus. Adnot. ad Form. 3. Titul. 5. n. 22. & de ratione, ibid. à num. 23. ad 25. 141
Episcopus non debet Decreta Synodi evulgare materna lingua, sed latina, & stylo Ecclesiastico, ibid. n. 26.

Eremita.

Eremitæ gaudent privilegio fori si habeant requisita contenta in Form. 13. Tit. 6. num. 2. 218
Eremitam non gaudere privilegio fori, qui teneant, ibid.
Eremitæ deputatio pro custodia alicujus Ecclesiæ potest pertinere ad Laicos, cum approbatione tamen Episcopi, ibidem num. 3.
Eremitæ vagi debent cautè ab Episcopo approbari, & de ratione, ibid. n. 4.
Eremitæ, qui aptitudinem non habent inservi endi alicui Ecclesiæ, aut de eorum moribus non constat, vel juxta modum ab Episcopo præscriptum vivere renuunt, expellendi sunt à Diœcesibus, ibid. num. 5.

Error.

Error est quatruplex. Adnot. ad Form. 22. Tit. 10. n. 2. 315
Error fortunæ, & qualitatis Conjugis consensum non excludit, ibid.

Eucharistia.

Vide. Sacramentum Eucharistiæ.

Examinatores Synodales.

Examinatores synodales debet esse Viri timentes Deum, & eligi in synodo formali, nominibus, & cognominibus recitatis, non autem sub titulo Officii. Adnot. ad For. 3. Tit. 5. n. 15. & 16. 139
Examinatorum synodalium electio quomodo sit proponenda, ibid. n. 18.
Examinator synodales debent nominatim approbari à synodo tàm prima vice, quàm secunda vice, & non per relationem, ibid. n. 19.
Cauthela Gavant. in electione Examinatorum, ibid. n. 20.
Examinatores electi in synodo perdurant usque ad novam synodum, licèt quolibet anno non celebretur, ibid. nu. 21.
Examinatores synodales tales esse præsumuntur, si tales Episcopus eos appellet, vel ipsi tamquam tales se subscribant, Adnot. ad For. 10. Tit. 5. n. 9. 172
Qui negat quem esse Examinatorem synodalem, debet hoc probare, ibid. & Adnot. ad For. 8. Tit. 7. n. 1. 244
Examinatores synodales debent perneceſſe præstare juramentum de fideliter exercendo officium, ibid. n. 2.
Examinatores synodales sufficit, quod semel juramentum præstiterint, ibidem num. 3.
Examinatores synodales non præsumuntur juraſſe nisi probetur, ibid. n. 4.
Examinatoribus synodalibus non extantibus, præsentati ad Beneficium Parochiale non possunt examinari ab aliis Examinatoribus. Adnot. ad For. 19. Titul. 2. num. 10. 68

Excommunicatus, Excommunicatio, Monitoria Excommunicationis.

Qui publicè fuit excommunicatus, præsumitur, quod adhuc censura innodatus existat, nisi probet se fuisse absolutum. Adnot. ad For. 18. Tit. 4. n. 1. 121
Monitoria Excommunicationis pro habendis revelationibus, non conceduntur in diebus solemnioribus. Adnot. ad Form. 15. Tit. 6. n. 1. 220

Mo-

Monitoria prædicta non conceduntur iis, qui non habent interesse, ib. nu.2.
Non conceduntur quando veritas aliunde haberi potest, ib. nu.3.
Petenti monitorium pro habendis revelationibus deferendum est juramentum super eo, quod contra occupantes non habeat alias probationes, ib. nu.4.
Quibus, & quando monitoria prædicta deneganda sint, vide ib. nu.5. & 6.
Revelationes, quæ fiunt vigore monitorii debent redigi in scriptis sine juramento revelantium, ibid. nu.7.
Notarii tenentur revelare, ibidem n.8.
Quis non teneatur revelare, nu.9.
Revelationes prædictæ non sunt pandendæ, donec Episcopus illas concesserit, ibid. nu.10.
Episcopus in concessione revelationum debet apponere clausulam, ut instans illis utatur civiliter tantùm, vel ab eodem exigere juramentum, quod illis aliter non utetur, ib. nu.10. & 11.
Si Revelationes contineant infamiam, tutius est copiam denegare, & tunc Detentorem ad restituendum monere, ibid. d. num.9.
Illumque pertinaciter recusantem excommunicare, ib. d. nu.11.
Si Episcopus revalationes integras dare nolit, poterit nomina testium instanti concedere, quos Judex laicus compellet ad deponendum, ib. nu.12.
Revelantes si contrarium deponerent in judicio cum examinantur cum interrogatoriis, & standum esset depositioni huic facta cum juramento, & non revelationi, nec possent puniri de falso, ib. d.n.12.222
Monitoria pro habendis revelationibus, non conceduntur ab Abbatibus, & aliis Prælatis Episcopo inferioribus quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, sed pro illis obtinendis, eorum subditi Sedem Apostolicam adire debent, ibid. num.13.
Monitorii formula contra revelare debentes. Form.16. Tit.6. nu. 1. 223
Excommunicationis ceremoniæ, & effectus. Adnot. ad Form. 17. ejud. Tit. nu. 1. & 2. 223
Excommunicatio latæ Sententiæ pro accessu ad Monasteria Monialium quando substineatur. Adnot. in Prælud. Tit.11. de Monialibus, nu.3. 316
Absolutionis excommunicationis ignoranter incursæ forma. Adnotat. ad Form.4. Tit.12. 355
Absolutio excommunicationis non conceditur vigore Jubilæi in foro externo. Adnot. ad Form.1. Tit.9. nu.113. 276
Aggravatoria excommunicationis quomodo, & quando sit concedenda. Adnot. ad Form.16. tit.12. nu.1. 374
Excommunicatus ob læsam immunitatem Ecclesiasticam non potest absolvi ab Ordinario quamvis pareret Ecclesiæ, nisi obtenta facultate à Sede Apostolica, ib. num.2.
Excommunicationis aggravatoria cur concedatur, & quomodo publicetur, ibid. num.3.4. & 5.
Excommunicatio minor incurritur à percutiente laicum injuriosè in Ecclesia. Adn. ad Form.8. tit.5. nu.21. 163
Excommunicatio major separat hominem à Deo, Satanæ tradit, & fidelium consortio privat. Adnot. ad Form.9. eod. Tit.5. num.26. pag.169. & Adnot. Ad Form.17. Tit.6. nu.2. 223
Regulares exempti in casibus in quibus vigore Concilii Trid. subjiciuntur Ordinariis locorum, possunt censuris coerceri, & excommunicari, non obstante privilegio, quod excommunicari non possint. Adn. ad Form.20. nu.26. tit.6. 236

Exploratio voluntatis.

Exploratio voluntatis Puellæ Monacandæ facienda est per Episcopum in loco libero, si est suspicio illibertatis. Adnotat. ad Form.1. Tit.1. nu.47. 9
Exploratio voluntatis Monacandæ bis per Episcopum est facienda etiam in Monasteriis Regularibus subjectis, ibid. n.48.
Exploratio voluntatis Monacandæ debet redigi in scriptis, & de ratione, ibid. n.49.
Pro exploranda voluntate Monacandæ, ut tutiùs fiat, quid debet agere Episcopus. Adnotat. ad Formul.7. Titul.11. num.1. & 2. 327
Exploratio voluntatis puellæ Monacandæ si semel tantum, vel nunquam fieret, professio adhuc valida est. Adnot. ad Form. 1. Tit.1. nu.48. ibid.

Extractio à loco immuni.

Solis Episcopis, non autem inferioribus, neque Legatis est permissa facultas extractionis. Adnot. ad For. 8. tit. 6. n. 10. 202

F

Fama.

Bona fama impinguat ossa. Adnot. ad For. 5. tit. 10. n. 3. 295

Familiaris, Famuli.

Familiaris dicitur qui insistit circa servitia, & habet expensas. Adnot. ad Form. 11. tit. 12. n. 1. 368

Famuli Monialium subjiciuntur Parochiæ sicut cæteri Parochiani. Adnot. ad Form. 20. tit. 11. n. 2. 338

G

Gratificatio, Præelectio.

Vide. Beneficii, collatio.

H

Honor.

Honor est administrare, dedecus removeri. Adnotat. ad Form. 14. Tit. 11. num. 9. 331

I

Identitas.

Identitas personæ non valet inferri ex identitate nominis. Adnotat. ad Formul. 22. tit. 10. n. 3. 315

Jejunium.

Jejunium Quadragesimale debet esse cum abstinentia à lacticiniis in tota Ecclesia universali. Adnotat. ad Formul. 6. Tit. 5. de Edict. n. 1. 147

Carnes tempore jejunii Quadragesimæ non debent apponi publicè edentibus in cauponis, ibid. n. 2.

Tempore jejuni Quadragesimalis prohibentur spectacula, ibid. n. 3.

Pœna violantium jejunium Quadragesimale est infligenda à Judice Ecclesiastico privativè, ibid. n. 4. Quia dicitur esse de jure Divino.

Jejunium Quadragesimale quare fuerit institutum, ibid. n. 5.

Illegitimi.

Illegitimi ad Ordines Minores possunt dispensari ab Episcopo. Adnot. ad Form. 5. tit. 12. n. 1. & 2. 358

Illegitimi legitimati rescripto Principis Secularis indigent dispensatione Episcopi, ut possint ad Ordines Minores promoveri, ibid. n. 3.

Illegitimi Indigent dispensatione, etiamsi sint vocati ad Beneficium Juris patronatus, & præsentati, ibid. n. 4.

Secus si essent legitimati per subsequens matrimonium.

Constitutio, seù Statutum illegitimos excludens dicitur favorabilis, & ampliandum, ibid. n. 5.

Illegitimi ad unum tantùm Beneficium simplex ab Episcopo dispensantur, ibid. n. 6.

Episcopus non dispensat illegitimos ad obtinendum Beneficium simplex, quod Pater obtinebat, ibid. n. 7.

Illegitimi possunt dispensari ab Episcopis ad Canonicatus Collegiatæ, ibid. n. 8.

An autem possint ab eodem dispensari ad Canonicatus Cathedralis, vide, ibid. nu. 9. & 10.

Immunitas.

Immunitas Colonorum Mensæ Episcopi, & Ecclesiasticorum. Adnotat. ad form. 14. Tit. 12. de var. provis. nu. 1. & 2. 373

Tertiariæ gaudent immunitate à Gabellis. Adnot. ad Form. 14. tit. 6. n. 1. 219

Vide. Licentia.

Impossibile.

Illud dicitur impossibile, quod commodè fieri non potest. Adnot. ad For. 20. tit. 11. num. 6. 33

In-

Indultum jubilationis.

Vide. Canonicus.
Indultum retinendi prospectum in Ecclesia solet denegari. Adnot. ad Form. 8. Tit. 5. num. 14. in fin. 162

Infamia, Infamis.

Infamia juris, & facti quænam sit. Adnot. ad Form. 9. Tit. 4. num. 2. & 3. 112. & 113
Infamia juris non tollitur per contrariam laudabilem vitam, ibid. n. 4.
Infamia facti per triennalem vitam laudabilem aboletur, ibid. n. 4.
Damnati ad triremes, quando dicantur infames, ibid. n. 5. & 6.
Damnati ad triremes, qui actu remiges fuerunt, indistinctè dicuntur infames, ibid. num. 7.
Infamia, quæ oritur ex remigatione, impedit assecutionem Ordinum, & Dignitatum, & exercitium jam obtentorum, etiam finito tempore, ibid. n. 8.
Infamia juris, ut dicatur incursa, requiritur, ut factum, seu delictum sit publicum, ibid. num. 3.

Interdictum.

Interdictum ab ingressu Ecclesiæ est pœna mitior excommunicatione. Adnot. ad Form. 16. Tit. 5. 182
Quomodo sit publicandum contra non Communicantes in Paschate, ibid. num. 3.
Interdictum Ecclesiasticum multiplex. Adnotat. ad Formul. 17. Titul. 12. num. 2. 276
Quibus de causis feratur, ibid. n. 2. & 3.
Ob excessum notorium fertur sine monitione, num. 4.
Interdictum non fertur sine expressione causæ, num. 3.

Inventarium.

Inventarium conficere debent tùm Ecclesiæ, tùm Beneficiati. Adnot. ad For. 2. n. 50. Tit. 5. pag. 134. & ad Form. 4. Tit. num. 1. 243

Judex.

Judex hodie non condemnatur, si per imperitiam malè judicet, sed tantùm de furto, malè ablatis, dolo, sordibus, & barattaria. Adnot. ad For. 1. Tit. 1. num. 27. 6
Judex præter salem conscientiæ, debet quoque habere salem scientiæ. Adnot. ad Form. 4. Tit. 1. num. 4. 20
Judex Laicus non potest punire pro transgressione festorum eos, qui licentiam ostendunt Episcopi, vel Vicarii. Adn. ad Form. 7. Tit. 5. n. 12. 152
Judex, & Ministri Sæculares impedientes Episcopos, ne transgressores festorum non puniant, thesaurizant sibi iram Dei, ibid. n. 16. & 17.
Judex Ecclesiasticus non potest exercere actus contentiosæ jurisdictionis in Ecclesia, nisi quoad citationem verbalem. Adnot. ad For. 8. Tit. 5. n. 11. 161
Judex Laicus, si Clerici juramentum præsumeret recipere de veritate dicenda, posset tamquam usurpator jurisdictionis Ecclesiasticæ puniri. Adnot. ad For. 3. Tit. 6. n. 5. 189
Judex judicans imperitè tenetur ad interesse partis, quia imperitia æquiparatur culpæ. Adnot. ad Formul. 1. Tit. 1. nu. 27. 6

Juramentum, Absolutio juramenti.

Juramentum de servandis Statutis Ecclesiæ non extenditur ad non recepta, vel per contrarium usum abrogata. Adnotat. ad Form. 13. Tit. 2. n. 3. 73
Juramentum fidelitatis, qui præstent. Adnot. ad For. 1. Tit. 7. n. 1. 241.
Et quas conditiones debeat habere, n. 8.
Juramentum fidelitatis an per se ipsum, vel etiam per Procuratorem possit præstari, ibid. n. 2.
Abbatissa non egreditur clausuram ad præstandum juramentum fidelitatis, ibid. num. 3.
Et rejiciuntur DD. qui contrarium tenent n. 4. & 5.
Juramentum fidelitatis an post longium tempus præsumatur præstitum, ibidem numero. 7.

Juramentum de conficiendo Inventarium bonorum Ecclesiæ recipi, & injungi potest. Adnot. ad Form. 4. ejusdem Tit. num. 1. 243
Juramentum de residendo in Ecclesiis Parochialibus post Conc. Trid. non defertur, ibid. num. 4.
Juramenta, quæ deferuntur in adeptione Beneficiorum, non præstantur Episcopo, sed Ecclesiæ ratione commissæ administrationis, ibid. nu. 5.
Juramentum de fideliter punctando, debet præstare Punctator Chori, & ad id cogi potest. Adnot. ad Form. 5. ejusd. Tit. num. 1. 244
Juramentum præstandum ab Examinatoribus Synodalibus est de forma substantiali. Adnot. ad Form. 7. ejusd. Tit. n. 2. ibid.
Juramentum Examinatorum Synodalium sufficit, quòd semel fuerit præstitum, ibid. num. 3.
Juramentum Examinatorum Synodalium non præsumitur præstitum fuisse, nisi probetur, ibid. nu. 4.
Juramentum non solum præstare debent Officiales S. Officii, sed & alii Assessores, & Judices, in ingressu muneris. Adnot. ad Form. 10. Tit. 7. nu. 1. 246
Juramenta prestanda in Causis Beatific. Sanctor. & in illis advertenda. Adnot. ad Form. 11. & 12. Tit. 7. ibid.
Juramenti absolutio non conceditur, nisi adsit aliqua justa causa, & quæ sit. Adnot. ad Form. 11. Tit. 12. nu. 1. 354
Quia semper est servandum quoties sine dispendio salutis æternæ servari potest.
In Juramenti absolutione non requiritur citatio partis, ibid. nu. 2. & 4.
Qui perjurium incurrit non absolvitur, nisi à Papa, ibid. nu. 3.
Qui petit absolvi à juramento non dicitur contravenire contractui, sed hoc agit, ut contractus læsionem possit ostendere, ibid. nu. 4.
Juramentum an sit licitum, solus Judex Ecclesiasticus cognoscit, ibid. nu. 5.
Absolutio à juramento debet peti à Judice Ecclesiastico Domicilii rei conveniendi, ibid. d. nu. 5.
Absolutio obtenta à juramento, includit absolutionem à juramento de non petendo absolutionem contento in obligatione Camerali, ibidem nu. 6.
Qui explicitè, & expressè cum juramento promittit absolutionem non petere, & petita non uti, si petat, an efficiatur perjurus, ibid. nu. 7.
Juramenti absolutio ad effectum agendi necessaria non est, ubi concurrit enormis læsio, jam detecta, ibid. n. 8. 355
Item non exigitur, quando juramentum est appositum in obligatione facta in Carceribus, ibid. nu. 9.
Neque in aliis casibus, in quibus juramentum de jure non ligat, ibid. n. 10.

Juspatronatus.

Vide Beneficium.

L.

Laici, Officiales Laici.

Laici non sunt invitandi ad Synodum, nec locum prætendere possunt. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. nu. 6. 138
Laici per appositionem, & retentionem sedilium in Ecclesia nullum jus acquirunt illa retinendi, Ecclesia nolente. Adnot. ad Form. 8. Tit. 5. n. 4. & 5. 160
Laici sunt capaces juris honorifici eligendi Syndicos, & Officiales pro Monasteriis Monialium. Adnot. ad Form. 14. Tit. 11. num. 3. & 4. 330. & 331
Laici Officiales Monialium non possunt se immiscere, nisi in rebus temporalibus tantùm, ibid. nu. 6.
Laici ex jure reservato in fundatione, vel ex Testatoris dispositione possunt habere jus nominandi Puellas, ut recipiantur in Monasteriis Monialium ad Habitum, ibid. d. nu. 6. & 7.
Salva tamen acceptatione liberè per Capitulum Monialium facienda, ibid. n. 7.
Laici Officiales Monasteriorum non debent perdurare ultra triennium, ibid. num. 8.
Laici Officiales, seù Syndici Monialium possunt ab Episcopo amoveri ante triennium expletum, non tamen sine gravi causa, ibid. d. nu. 8. & 9.
Laicus potest esse Procurator in præsentatione, resignatione, & institutione Beneficii. Adnot. ad Form. 10. Tit. 2. n. 12. 69

Legatum.

Legatum relictum Puellis honestis, non debetur Puellæ, quæ ab Amasio comprimi passa est. Adnotat. ad Form. 19. Tit. 10. num. 3. 304
Etiamsi fuerit ab Amasio postea desponsata, ibid. nu. 4.
Legatum relictum Puellis honestis, & civilibus, debetur filiæ Mercatoris, & Artificis, ibid. nu. 5.
Legatum relictum pro Puellis Monacandis, an & quando debeatur ingredientibus Conservatorium, in quo collegialiter vivitur sub observantia alicujus Regulæ, ibid. nu. 6. & 7.
Legatum relictum pro Puellis Maritandis, an possit distribui Monacandis; & an legatum pro Monacandis distribui possit Maritandis, ibidem num. 8. & 9. 305
Legatum relictum pro *dotandis* Puellis potest dari jam nuptæ pro augenda Dote, ibid. nu. 10.
Et etiam pro dotandis Puellis expositis, ibid. nu. 10.
Legatum relictum pro Monacandis, an debeatur Puellæ, quæ monachatur extra Patriam Testatoris, ibid. n. 11. & 12.
Legatum pium pauperibus in genere distribuendum, debetur pauperibus Patriæ Testatoris, in quo habet Domicilium, ibid. nu. 13.
Legatum pauperibus distribuendum debetur prius pauperibus Consanguineis Testatoris, ibid. nu. 15.
Qui pauperes sint in distributione eligendi, ibid. nu. 16.
Legatum quando dicatur taxativè, vel demonstrativè relictum, ibidem num. 21. & 22.
Legatum mobilium Domus non comprehendit pecuniam, ibid. nu. 27.
Legata pia possunt peti coram Judice Laico, ibid. nu. 52. 311
Legatum non dicitur perpetuum, quod non attingit tempus centum annorum. Adnot. ad Form. 9. Tit. 6. nu. 6. 203
Legatum Animalium pro Missis debet converti in stabilibus, ibid. nu. 3.
Legata pia debentur ex testamento nullo. Adnot. add. Form. 19. Tit. 10. numero 61. 312

Lex.

Lex non respicit ad ea, quæ rarò contingunt, sed ad id quod frequenter, & ut in pluribus accidit. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 1. nu. 29. 7
Lex debet esse honesta, justa, necessaria, & utilis, neque superfluum patitur. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. nu. 23. 141
Quod lege permissum est, superfluum est precibus postulare. Adnot. ad For. Tit. 5. num. 12. in fi. 179

Libri.

Vide. Parochus. Episcopus visitat. Administrator.

Licentia quoad Moniales.

Licentia accessus, vel ingressus ad Monasteria Monialium etiam Regularibus subjectarum debet subscribi ab Ordinario loci, vel ejus Vicario. Adnot. ad For. 3. Tit. 1. nu. 3. & 4. 18
Et à solo Episcopo, ubi adest consuetudo, ibid. num. 5.
Licentia ingressus in Clausuram non potest dari à Vicario Monialium, neque ab Abbatissa, quibus nec talis facultas delegari potest ab Episcopo, ibid. n. 10.
Licentia deferendi Habitum Tertiariæ non est concedenda, nisi habentibus requisita. Adnot. ad Formul. 14. Tit. 6. num. 1. 219
Licentia pro Villicis, & Colonis, ac Operariis Monialium, quomodo sit concedenda. Adnot. ad Form. 16. Tit. 11. n. 1. 2. & 3. 238
Licentia, quæ conceditur ab Episcopo Regularibus accedendi ad Collocutoria Monialium, potest denegari ejus arbitrio. Adnot. ad Form. 18. Tit. 11. nu. 1. 335
Præter licentiam Ordinarii alloquendi cum exteris Moniales tenentur etiam veniam petere ab Abbatissa. Adnot. ad Form. 19. Tit. 11. nu. 2. 336
Licentia alloquendi cum Monialibus non datur tempore Quadragesimæ, & Adventus, ibid. nu. 3.
Licentia alloquendi cum Monialibus denegatur etiam conjunctis in primo, & secundo gradu, si illa abutantur, ibidem num. 4.

Li-

Licentiam alloquendi cum Monialibus non denegatur Consanguineis in primo, & secundo gradu conjunctis, ibid.d. n.3. & num.5.
Licentiam alloquendi cum Monialibus petere, & obtinere debent exteri,& exempti, ibid. nu.6.
Licentia alloquendi Moniales subjectas Regularibus debet subscribi etiam ab Episcopo, ibid. nu.7.& 8.
Licentia alloquendi Moniales in primo, & secundo gradu conjunctas in Monasteriis Regularibus subjectis potest concedi à solo Superiore Regulari, ibid. nu.9.
Licentia alloquendi Moniales, pro Famulis Consanguineorum, conceditur unicuique Monasterio. Adnot. ad Form.20. Tit. 11. num.1. 338
Licentia celebrandi festum diem Sancti Titularis non potest Monialibus denegari. Adnot. ad Form.21. Tit.11. nu.2. 340

Licentia in genere.

Licentia pro laborando diebus festis semper est requirenda non obstante necessitate, & de ratione. Adnot. ad Form.7. Tit.5. num.7.
Ubi Decretum Sac. Congreg. adducitur. 152
Licentia laborandi diebus festis debet dari in scriptis duplici ratione, ibid. n.8.
Licentia laborandi diebus festis debet gratis concedi, ibid. nu.9.
Licentia laborandi diebus festis ad sublevandam paupertatem locorum piorum potest concedi cum aliqua eleemosyna per modum hortationis, ibid. n.10.
Licentia laborandi diebus festis conceditur ab Episcopo privativè, non autem à Gubernatoribus, seù Judicibus Laicis, ibid. nu.11.
Licentiam prædictam exquirere debent exempti, & Regulares, aliàs æqualiter sicut cæteri puniuntur ab Episcopo, ibi. num.13.
Licentia laborandi non conceditur in diebus festis solemnioribus, ibid. nu. 14.
Licentia retinendi Famulam non est danda omnibus Presbyteris & Clericis, sed cum causa, & illis tantùm, qui bona fama gaudent. Adnot. ad Form. 1. Titul. 6. num.3. 187
Licentia, quæ conceditur ab Episcopo cohabitandi Clerici cum Mulieribus, non est absolutè dispensativa, sed declarat transgressionem Canonum in tali casu non esse punibilem, ibid. nu.4.
Licentia cum Mulieribus cohabitandi non est necessaria, si sunt conjunctæ in gradu de jure permisso, quamvis titulo famulatus retineantur, ibid. num.5.
Dummodo non sint suspectæ.
Licentia retinendi Famulam gratis expedienda, ibid. num.6.
Licentia Clericis ferendi testimonium in Foro Laicali in Causis Criminalibus conceditur præmissa protestatione cap. Prælatis de homic. in 6. Adnot. ad Form. 3. Tit.6. num.2. 189
Licentia ferendi testimonium coram Judice Laico gratis est danda, ibid. nu.9.
Licentia, quæ datur Clericis ferendi Sclopum venatorium, provenit ab abusu. Adnot. ad Form.5. Tit.6. nu.6. 192
Licentia venandi est gratis concedenda. Adnot. ad Form.5. Tit.6.num.17.& 18. 194
Licentia colligendi eleemosynas non conceditur, nisi personis honestis, cum conditionibus à Sac. Congreg. præscriptis. Adnot. ad Form.6. Titul.6. nu.1. 195
Licentia elemosynas colligendi conceditur Confraternitatibus, ibid. num.2.
Et pro loco, ubi reperitur erecta. Adnotation. ad Formul.11. ejusdem Tit.6. num. 15. 213
Licentia eleemosynas quæritandi non conceditur locis piis, qui propriis redditibus possunt onera sustinere, ibid. ad d. Form.6.nu.3.
Et redditur ratio.
Licentia eleemosynas quæritandi non est concedenda Mulieribus, quæ in Conservatoriis custodiuntur, ut possint per se ipsas quærere, ibid. nu.4. & redditur ratio.
Collector eleemosynarum non debet de illis participare, sed aliundè stipendium accipere, quatenus qui amore Dei id faciat non invenitur, ibid. num.6.
Licentia eleemosynas quæritandi à solo Episcopo conceditur, nec Judices Laici, sivè Principes in hoc se ingerere possunt, ibid. num.7.
Licentia exhumandi Cadavera pro recognitione facienda, à solo Episcopo, vel ejus Vicario conceditur, etiamsi fuerint sepulta in Ecclesiis Regularium. Adnot. ad Form.7. Tit.6. num.2. 198

Li-

Licentia exhumandi Cadavera Clericorum pro recognitione facienda conceditur à Sac. Congr. Immunit. ibid. n. 1.
Licentia exhumandi Cadaver pro recognitione facienda potest ab Episcopo denegaris, ibid. n. 3.
Etsi conceditur fit cum protestatione &c. num. 4.
Licentia faciendi recognitionem Cadaveris in loco immuni non sacro, non conceditur ab Episcopo, ibid. n. 6. 7. 8. 9. & 10.
Et rejiciuntur contrarium tenentes.
Si conceditur vigore facultatis S. Congregationis, quomodo sit danda, ibidem num. 11.
Licentia extrahendi delinquentem à loco immuni non debet concedi ab Episcopo, nisi prius saltem extrajudicialiter constet commisisse delictum exceptum. Adnot. ad For. 8. tit. 6. n. 1. 200
Licentia extrahendi à locis immunibus delinquentes non conceditur ab Episcopo in casibus à Bulla Gregoriana non exceptis, ibid. n. 2.
Sivè rei sint Laici, sivè Clerici, ibidem d. num. 2.
Nisi ageretur de Parocho cum Concubina in Domo Parochiali reperto, ibid. d. num. 2.
Licentia extrahendi delinquentem à Palatio Episcopali, quando possit ab Episcopo concedi, n. 3. 4. & 5.
Licentia extrahendi bona ab Ecclesia, quæ secum transtulit Confuga, non conceditur ab Episcopo, nisi cum facultate S. Congreg. ibid. n. 7.
Licentia extrahendi delinquentem à loco immuni non conceditur sine assistentia personæ Ecclesiasticæ, ibid. n. 9.
Licentia acceptandi onera Missarum debet esse in scriptis. Adnot. ad For. 9. tit. 6. n. 4. & 5. 203
Licentia acceptandi onera Missarum non exigitur in legatis ad tempus relictis, ib. num. 6.
Licentia Ecclesiam ædificandi concurrente aliqua honesta causa non est deneganda. Adnotat. ad Form. 10. titul. 6. numer. 3. 205
Sed non est concedenda omnibus, sed iis tantùm qui valent illas manutenere, ib. num. 6.
Licentia Ecclesiam erigendi est semper danda cum clausula-*salvis juribus Parochi*. Adnotation. ad Formul. 10. Titul. 6. numero 8. & seqq. 206
Licentia non extenditur ultra petita, sed semper regulatur ab instantia, Adnot. ad Form. 20. tit. 6. n. 6. 233
Licentia differt à gratia, quia illa non est perpetua, nec obligat Successorem, nisi negocium sit cœptum, secus in gratia ibid. n. 7.
Licentiam Episcopi in quibus casibus teneant petere Regulares, ibid. n. 8.
Licentia quæ à Sac. Congr. Concilii datur Regularibus pro alienationibus faciendis, gratis danda est, ibid. n. 28.
Licentia, quæ datur Presbyteris exteris celebrandi Missam, quas conditiones debeat habere. Adnot. ad For. 18. tit. 6. num. 1. 224
Licentia contrahendi matrimonium cum dispensatione Denunciationum potest concedi etiam tempore Adventus. Adnotat. ad Formul. 6. Tit. 8. num. 4. in fin. 252

Licentia à residentia se absentandi.

Concurrente honesta causa absentiæ à residentia Episcopus illam non debet, nec potest denegare. Adnot. ad Form. 7. Tit. 4. nu. 4. 110
Licentia Episcopi non exigitur, ut Canonici gaudeant vacantia trium mensium à Concilio concessa, ubi non adest Statutum, sivè Consuetudo, quæ longius servitii tempus requirat, ibidem numero 5.
Licentia Episcopi requiritur, ut Canonicus absens possit petere Distributiones concurrente justa absentiæ causa, ibid. num. 6.
Licentiam absentiæ an Episcopus possit Canonicis concedere ultra tres menses vide ibid. n. 7. & 8.
Licentia absentiæ à residentia etiam Parochis qui collationem obtinuerunt à Prælato inferiori jurisdictionem quasi Episcopalem non habenti, conceditur causa cognita ab Episcopo. Adnot. ad Form. 1. Tit. 6. n. 1. 186
Licentia se absentandi causa studii conceditur iis qui sunt docibiles. Adnotat. ad Formul. 21. Tit. 6. de licent. num. 1. & 2. 238
Docibiles non præsumuntur, qui excedunt ætatem 15. annorum, ibidem numer. 3.

Li-

Licentia prædicta non datur, nisi pro locis in quibus viget Studium generale, ibid. num. 4.
Et pro Studio juris Canonici, & Theologiæ. ibid.
Datur etiam pro Studio Grammaticæ, ibid. num. 5.
Conceditur ad quinquennium, ibidem n. 6.
Gratis est concedenda, & ab Episcopo, non à Vicario Generali, ibid. n. 7.
Non est concedenda, quando Canonici sunt pauci numero, ibid. n. 8.

Licentia fundandi Monasterio.

Licentia fundandi Monasterium per Episcopum non conceditur PP. Min. Sancti Francisci, nisi exhibito consensu Diffinitorii. Adnot. ad Form. 19. tit. 6. nu. 1. 236
Licentia fundandi Monasterium non est ab Episcopo concedenda, nisi servata forma Constitut. Clem. VIII. & Greg. XV. ibid. num. 2.
Constit. prædictæ servandæ sunt etiam extra Italiam, ibid. n. 3.
Non sunt tamen Constitutiones præfatæ servandæ in translatione Conventuum, quæ fit ad alium situm ejusdem loci, ibid. num. 4.
Etiamsi translatio fieret ad locum, in quo adessent alii Conventus, qui gaudent privilegio distantiæ, ibidem à numero 5. ad 10.
Neque sunt servandæ in fundationibus Congregationum Presbyterorum Sæcularium collegialiter viventium, ibidem numer. 11.
Servanda è contra sunt in fundationibus Conventuum etiam non Mendicantium, & de ratione, ibid. 12.
Et à PP. Societatis Jesu, ibid.
Item ab illis Regularibus qui redeunt ad Monasteria jam prius derelicta, ibidem num. 13.
Licentia fundandi, seù aperiendi Hospitium non conceditur, nisi servata lege Hospitii, & quæ sit, ibid. n. 15. & 16.
Item prædictæ Constitutiones non erunt servanda in fundatione Monasteriorum Monialium, ibid. n. 17. ubi n. 18.
Referuntur requisita fundationis. 229
Licentiæ fundandi Conservatoria non conceduntur explicitè, sed tantum tolerantur, ibid. n. 19. & 20.
Monasteria Monialium erigenda, & erecta expedit, ut subjiciantur locorum Ordinariis, & non gubernio Regularium, ibid. n. 22. 23. 24. & 25.
In erectione Monasteriorum Monialium, quæ sint animadvertenda, ibid. n. 21.
Et quæ conditiones admittendæ, ibid.
Fundatio unius Monasterii acquirit antianitatem pro aliis Monasteriis futuris ejusdem Ordinis, ibid. n. 26.
In fundatione Conventuum Minor. Reformat. Recollector. & Cappucinorum non possunt, nec debet admitti assercuratores pro alimentis, nec præstationes annuæ, neque legata, & onera perpetua Missarum, ibid. num. 27.
Fundationes Conventuum Religiosorum possidentium bona possunt recipi cum obligatione non quæstuandi, ibidem numer. 28.
Et cum prohibitione acquirendi stabilia, num. 29.
In fundatione Conventuum tàm in Italia, quàm ultra Montes requiritur copulativè consensus Ordinarii, & Sedis Apostolicæ, ibid. num. 31.
Licentia fundandi Monasteria non potest dari à Vicario Generali, nisi habeat speciale mandatum, ibid. n. 32.
In fundatione Monasterii Monialium Cappuccinarum non conceditur licentia, nisi dentur Assecuratores in defectum eleemosynarum, ibidem numero 33. & 34.

Litteræ Apostolicæ.

Vide. Beneficium. Papa.

Litteræ Dimissoriæ, & Commendatitiæ.

Regulares Dimissorias Subditis non concedunt, nisi ad Episcopum Diœcesanum. Adnot. ad Formul. 1. Tit. 3. numero 1. 85
Dimissoriæ non sunt denegandæ nato ex Parentibus Catholicis inter hæreticos, ex motivo deficientiæ fide Baptismatis, ibid. n. 5.
Dimissorias Superiores Regulares æquivocè sui Subditis concedunt, ut Decreta Apostolica eludant. Adnotation. ad Formul. 23. Tit. 3. numero 1. 2. 3. & 4. 101

Di-

Dimissoriæ in Regno Neapolis concedun-
tur pro certo Episcopo. Adnot.ad For.1.
Tit.4. n.1. 103
Dimissoriæ debent concedi cum expressione
causæ, ibid. n.2. & Adnot. ad Form. 5.
ejusdem Tit. n.1. 107
Dimissoriæ pro Ordinibus Minoribus con-
cedendæ sunt cum clausula--- *Episcopo N. Ordinationes tenente*, & non clausula--*Pontificalia exercente*. Adnot. ad Form. 2. d.
Tit.4.n.1. 104
Dimissoriæ concedi debent ad tempus limi-
tatum, ibid. n.2.
Dimissoriæ non sunt exequendæ ab Episco-
po Ordinante, quando à die concessionis
effluxit tempus notabile, ibid.d.n.2.
Dimissoriæ absentibus per longum tempus
debent concedi, absque testimonio de vi-
ta, & moribus, ibid. n.3.
Dimissoriæ absentibus arctatis, & in Sacris
constitutis denegari non debent, secus
nullo modo arctatis, ibid. à n.6. usque ad
num.12.
Dimissoriæ ornatis virtutibus, & scientiæ,
etiam non arctatis absentibus non debent
denegari, ibid.n.13. 107
Dimissoriæ directæ Vicario Urbis non de-
bent habere clausulam--*super quo conscientiam Ordinantis oneramus*, ne per illam in-
juria inferri videatur. Adnotat. ad For.
4. Tit. 4. n.1. ibid.
Dimissoriæ non expirant morte Episcopi
concedentis, sed adhuc durant, nisi per
Successorem revocentur. Adnot.ad For.
5. ejusd. Tit. n.2. 109
Dimissoriæ per Episcopum nominatim con-
cessæ, si morte præventus illas non expe-
divit, potest Vicarius Capituli easdem ex-
pedire etiam intra annum Sedis vacantis,
ibid.d.n.2.
Dimissoriæ an debeant perneccsse in scriptis
concedi, ib. n.3. & 4.
Dimissoriæ concessæ ad omnes Ordines, non
censentur concessæ pro Ordinibus Sacris,
nisi exprimatur, ib. n.5.
Dimissoriæ, quæ vocantur commendatitiæ
discedere volentibus à Diœcesi, non
sunt denegandæ. Adnot. ad Form.6. Tit.
4. num.1. ibid.
Dimissoriæ differunt à Commendatitiis,& Testimonialibus,ib.n.2.& 3. Et quæ sint,
& in quo differant, demonstratur.
Dimissoriis commendatitiis, mores Subdi-
torum non sunt laudandi, nisi Episcopo
noti sint, ib.n.4.& 5. & affertur ratio.
Si de litteris Dimissorialibus non appareat,
Ordinantis assertioni standum est. Adnot.
ad Form. 19. Tit.3. n.1. 97
Cætera vide in verbo Vicarius Capitula-
ris, & in verbo Episcopus debet.

Litteræ Testimoniales.

Litteræ Testimoniales non conceduntur,
nisi capta extrajudiciali informatione de
vita, & moribus Ordinandi. Adnot. ad
Form.9.Tit.1.n.1. 112
Litteræ Testimoniales de vita, & moribus
subscribi debent ab Episcopo, non à Vi-
cario Generali, nisi Episcopus esset ab-
sens, vel haberet speciale mandatum con-
cedendi Dimissorias, ib.n.9.
Litteræ Testimoniales de vita, & moribus
dummodo non adsit aliquod canonicum
impedimentum, non possunt denegari,
ibid. n. 10.
Litteræ Testimoniales de vita, & moribus
debent continere tempus præcisum, ibid.
num.11.
Litteræ Testimoniales Prælati nullius, de-
bent continere commendationem mo-
rum, ibid.d.n.11.
Litteræ Testimoniales idoneitatis pro Da-
taria non sunt concedendæ Clericis, qui
Ecclesiis non inserviunt. Adnot. ad For.
10.d.tit.4.n.1. 115
Litteræ Testimoniales approbationis in con-
cursu debent exprimere non solum præ-
electum,sed quot fuerint ab Examinatori-
bus approbati. Adnot. ad Form. 16. tit.
4. num.1. 119
Litteræ Testimoniales paupertatis à quibus
exigantur. Adn.ad For.12.& 14.tit.4.ib.
Litteræ Testimoniales fructuum Beneficii,
quando exigantur. Adnot. ad Form. 18.
tit.4.n.1. 129
Litteræ Testimoniales identitatis personæ
& legalitatis. Adnot. ad Form. 22. titul.
10. num. 3. 315

M

Matrimonium, Denunciationes Matrimonii.

Matrimonia debent contrahi in Ecclesia.
Adnot. ad Form. 2. tit. 2. num. 7. & 8.
pag.43.& Adnot. ad Form.11. tit.8.n.1.
259.

Exa-

Examen Cestium pro Matrimonio contrahendo exterorum, potest delegari. Adnot. ad Form. 1. Tit. 8. n. 1. 248
Forma præscripta in examine Testium à Sac. Congreg. Inquisitionis de Urbe pro Matrimoniis exterorum, potest aliquando prætermitti, & in quo casu, ibidem num. 2. & 3.
Qui attestationem status liberi pro contrahendo Matrimonium non habet, quid agere debeat, ibid. d. n. 3. & 4. 249
Decretum dispensationis datæ vigore Brevis. Adnot. ad Form. 4. ejusd. Tit. 251
Denunciationes pro Matrimonio contrahendo, an possint ex dispensatione Episcopi fieri diebus ferialibus, in quibus adest concursus populi. Adnot. ad Form. 6. Tit. 8. n. 1. & 2.
Super denunciationibus Matrimonii solus Episcopus Diœcesanus dispensat, non autem alii Prælati inferiores jurisdictionem quasi Episcopalem habentes de jure speciali, ibid. n. 3.
Vicarius Generalis potest ex sola generali delegatione denunciationes Matrimonii remitteret, ibid. n. 4.
Parochus potest suos Parochianos Matrimonio conjungere servata forma Concilii absque alia licentia Episcopi. Adnot. ad Form. 7. d. Tit. 8. n. 4. 253
Dummodò diù absentes non permanserint, ibid.
Quæ dicatur ad hunc effectum longa absentia, ibid. n. 2.
Traductio privata Sponsæ tempore prohibito potest licitè fieri de licentia Ordinarii. Adn. ad For. 8. tit. 8. n. 1. & 2. 254
Episcopus debet esse rigidus in dispensando, ut Matrimonia fiant temporis ab Ecclesia prohibitis, ibid. n. 4.
Causæ autem dispensandi referunt, ibid. n. 5. & 6.
Matrimonia temporibus ab Ecclesia interdictis, non possunt absque peccato, & pœna contrahi sine dispensatione Episcopi, ibid. n. 7.
Matrimonium contractum per unicam Testis depositionem de impedimeto deponentis non destruitur, secùs si contrahendum. Adnot. ad Form. 9. tit. 8. n. 1. 256.
Unius Testis depositio deponentis de impedimento, non retardat Matrimonium contrahendum, si patiatur exceptiones, ibid. n. 2. & 3.
Sponsalia de futuro, an & ex quibus causis dissolvi possint, vel impedimentum præstent Matrimonio contrahendo. Adn. ad For. 10. d. tit. 8. à n. 2. ad 6. 257. & 258
Ex diffamatione Sponsalium oritur impedimentum publicæ honestatis, ibidem numer. 11.
Matrimonium dissolvitur, si Conjuges de communi consensu ad cælibatum ambo transire volunt, ibid. n. 6.
Uxor quando est provectæ ætatis potest in sæculo remanere emisso Voto continentiæ, ibid. n. 7.
Matrimonium solvitur quando alter ex Conjugibus adulteratus fuit, ibid. n. 8.
In impedimento dirimente Matrimonium Episcopus dispensat in foro conscientiæ, si post contractum Matrimonium non sit publicè detectum, & adsit periculum incontinentiæ, ib. n. 9.
Matrimonium est nullum. si Parochus materialiter, & physicè præsens, consensum utriusque contrahentium non percipit. Adnot. ad Formul. 8. Tit. 10. nu. 1. 2. & 3. 289
Matrimonii descriptio quomodo sit in libro facienda per Parochum, ibid. n. 6.
Matrimonium contractum è Græco Latino Catholico coram Sacerdote Græco est nullum. Adnot. ad Form. 10. Titol. 8. num. 12. 258
Matrimonia contracta coram Cappellanis exercitus sunt nulla sine licentia Parochi, ibid. n. 13.
Matrimonium contractum coram Sacerdote, qui licentiam asserit à Parocho habuisse, habet præsumptionem validitatis, ibid. n. 14.
Matrimonium contractum à Catholico coram Ministro Acatholico est nullum, ibid. num. 15.
Matrimonia non contrahuntur sine Dote, ibid. n. 16.
Matrimonium metu contractum non convalidatur per copulam subsecutam licèt liberam, ibid. n. 17.
Matrimonia puellarum expositarum non contrahunt coram Rectore Conservatorii, sed Parocho Parochiæ, ibidem num. 18.

Missa, Sacrificium Missæ, Missarum reductio.

Missas quis non tenetur celebrare, si legatum evasit infructiferum, vel otiosum sine culpa habentis onus. Adnot. ad For. 9. Tit.6.nu.1. & 2. 203
Missarum onera debent adimpleri, quamvis in acceptatione licentia Episcopi non fuerit requisita, & obtenta, ibid.n.3.
Missarum onera potest Episcopus reducere, si in ipso acceptationis actu inveniat redditus oneribus non correspondere, ibid. nu.7. & 8.
Missarum onera potest Episcopus reducere, quoties Testator dedit facultatem, ibid. num.9.
Missa in qualibet Ecclesia ædificata, & ædificanda debet bis, vel ter in anno celebrari. Adnot. ad Form.10. ejusdem Tit. nu.5. & 6. 206
Missa non debet celebrari in Ecclesiis, præsertim Ruralibus, in majoribus anni solemnitatibus, ibid. nu.23.
Missæ celebratio exteris Sacerdotibus non debet permitti, si velint in loco permanere, nisi servatis conditionibus præscriptis in Form.18. Tit.6.nu.1. 224
Missæ, quæ ex dispositione Testatoris sunt celebrandæ in Ecclesiis Regularium, celebrari debent à Cappellano per hæredem electo. Adnot. ad Form. 19.Tit.10. nu.17. & 18. 306
Missæ celebrandæ in Ecclesiis Regularium, quatenus hi nolint patientiam præstare, transferuntur ad aliam Ecclesiam, ibid. num.19.
Qui tenetur Missas pro suffragio Animæ Testatoris celebrare, Missam concordantem cum officio celebrare poterit, & debebit, si aliter Testator non præscribat, ibid. nu.20.
Missæ quando sint reducendæ ob diminutionem redituum, ibid. n.21.22.23. 24. & 25. 306 & 307
Missarum celebratio excellentior est eleemosyna, ac Chori residentia, ibid. n.25. & 26. & ideò potiùs hæc, quàm illæ tolli, & reduci debent.
Regulares non debent absque licentia Episcopi celebrare Missas in Ecclesiis Monialium. Adnot. ad Form.23.Tit.11.n.2.348.
Et si in illis ex dispositione Testatoris onus habent celebrandi, onus transfertur ad eorum Ecclesias, ibidem d. nnm.2.
Presbyteri, qui Cappellani non sunt, possunt prohiberi, ne accedant ad celebrandum in Ecclesiis Monialium etiam Regularibus subjectarum, vel aliàs exemptis, ibid. nu.4.
Missæ Sacrificio non debent inservire pueri immorigeri, rudes, & viles homines. Adnotat. ad Form. 8. Tit. 5. de Edict. num.16. 162

Moniales,

Monialium gubernium difficile. Adnot. ad Form.3. Tit.1. de elect. Offic.n.1. 17
Moniales non possunt Confessarium ab Episcopo deputatum recusare. Adnotat. ad Form.3. Tit.9. nu.5. 279
Moniales non tenentur confiteri Confessario Extraordinario. Adnot. ad Form. 4. ejusd. Tit. nu.4. 282
Accessus ad Collocutoria Monialium, an possit fieri casus reservatus, vel prohiberi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Prælud. ad Tit.11. de Monialibus nu.1.2. & 3. 315. & 316
Monialium Dos debet esse effectiva, & integrè deposita. Adnotat. ad Form. 7. Tit.11. nu.7. 322
Moniales præter Dotem Monachandæ possunt etiam per pactum aliquid aliud recipere pro Sacristia, vel Infirmaria, ibid. num. 8. & 9. Non autem alio titulo.
Monialium supranumerum Dos, debet esse duplicata, ibid. nu.10.
Moniales licitè, & absque labe Simoniæ recipiunt Dotes pro Monachandis, ibid. d.nu.10. & 11. ibid.
Monialis ad aliud Monasterium traslatæ Dos, & alia bona, si quæ habet, deferuntur ad Monasterium ad quod, ib.n.12.
Moniales convenit, quod subjiciantur jurisdictioni Episcopi. Adnot. ad Form. 19.n.21. circa fin.Tit.6.ibid. & redditur ratio nu.22. & seqq.
Moniales debent retinere Librum, in quo describantur professiones Monialium. Adnot. ad For.11. Tit.11.nu.2. 325.
Moniales debent professiones registrare uno ex pluribus modis tradito, ibid. num.4.5. & 6.
Moniales, si scribere nesciant, quomodò in profitendo debeant se subscribere, ibid. num.7.

Mo-

Moniales promittentes obedientiam, implicitè vovent Clauſuram, ibid.num.10. 326.
Moniales, ſi in Capitulo excludant Novitiam à profeſſione, non ſunt arctandæ ad exprimendam cauſam rejectionis, ibid. num.13.
Moniales antequam Puellas admittant ad habitum, vel profeſſionem, debent Epiſcopum certiorare, quamvis Regularibus ſint ſubjectæ, ibid. nu.14.
Monialis profeſſio emiſſa in manibus Abbatiſſæ, Epiſcopo non certiorato, ac etiam contra illius mandatum, valida eſt, quamvis Abbatiſſa poſſit puniri, ibidem dicto num.14.
Nec tamen eſſet valida quando Epiſcopus inhibuiſſet cum clauſula irritante profeſſionem, ibid. nu.15.
Moniales, quæ habent jus nominandi, & eligendi Puellas Monachandas, debent nominare ætate idoneas, & cætera requiſita habentes, aliàs nominatio nulla eſt. Adnotat. ad Form.12. d. Titul. 11. num.2. 328.
Moniales non ſuccedunt in hæreditate Clericorum Conſanguineorum, ubi adeſt Statutum excluſivum fœminarum. Adnot. ad Form.13. d.Tit.11.nu.4. 329
Moniales, quæ habent jus nominandi, & eligendi ſibi Officiales Monaſterii, debent manuteneri, reſervata Epiſcopo approbatione. Adnot.ad Form.14. Tit.11. num.2. 330
Moniales non debent habere proſpectum in Eccleſias Sæcularium. Adnot.ad For. 19. nu.35. Tit.6. 232
Moniales, quæ habent jus Officiales Monaſterii nominandi, non tenentur plures ſimultaneè Epiſcopo præſentare, ſed unum tantùm. Adnot.ad Form.15. Tit. 11. nu.1. 332
Moniales unum tantùm Medicum ordinarium habere debent. Adnot.ad Form.17. d. Tit.11. nu.1. 34
Moniales, quæ ex permiſſione Epiſcopi utuntur Medico extraordinario, non tenentur ſolvere medicamina, ſed Monaſterium, ibid. nu.2.
Moniales alloquentes cum exteris debent adhibere Auſcultatrices. Adnot.ad For. 19. d. Tit.11. nu.1. 336
Et veniam petere ab Abbatiſſa, præter licentiam Ordinarii, ibid. nu.2.
Monialium Famuli, & Famulæ tenentur præceptum Paſchale in Eccleſia Parochiali adimplere, & ſepulturam habere. Adnot. ad Form.20.d.Tit.11.n.2. 338
Moniales an & quomodò poſſint livellos retinere, & expendere, ibid. nu.3.4.5. & 6. ibid.
Moniales ubi vita communis non ſervatur, poſſunt de licentia Superioris minuta retinere. Adnot. ad Form.3. Tit.1.num.7. 18
Monialibus prohiberi non poteſt, ne ſolemnizent diem Feſtum Titularis Eccleſiæ. Adnot. ad Form.21. dict.Tit.15.n.2. 340
Non poſſunt tamen uti ornamentis prophanis, ibid. nu.3.
Neque Cantum figuratum exterorum habere in Eccleſia, ibid. nu.4.
Neque alias actiones prophanas ſacris miſcere, ibid. nu.5.6.& 7.
Aliàs poſſunt ſubjici interdicto, quamvis ſint Regularibus ſubjectæ, ibid. d.num.7.
Monialis, quæ voces, & ſuffragia procurat, ut eligatur Abbatiſſa, ſe ipſam indignam reddit electionis. Adnot. For.22.Tit.11. num.17. 345
Quæ dicantur inhabilis, ibid. nu.18.
Moniales carere poſſunt voce propter delictum, ex vi Regulæ, vel propter renunciationem, ibid. nu.19.
Monialis, quæ renunciavit voci ſuæ, ſivè ante acceptionem Superioris, ſivè poſt, poteſt pœnitere, & vocem reaſſumere, ac votum dare re integra, ibid. nu. 20.
Immò ſi renunciatio præjudicaret bono communi, compellitur ad ſuffragium ferendum, ibid. nu.22.
Moniales tenentur Epiſcopo jubente, delicta, quæ bonum Communitatis deſtruunt, revelare, etiamſi non precedat infamia, ibid. nu.29.
Moniales debent Cellas optare ſecundum earumdem antianitatem. Adnot. ad For. 17. Tit.11. nu.3. 334
Moniales non debent dormire aſſociatæ, ibid. d. nu.3.
Non veniunt nomine Monachorum. Adnot. ad Form. 21. ejuſdem Tit. num.9. 341.

Monitorium.

Vide. Excommunicatio.

Mores.

Morum nobilitas plus ornat, quàm Genitorum. Adn. ad For. 10. Tit. 4. n. 2. ibid.
Morum nobilitas, & vitæ honestas gratum Deo faciunt servitorem, ibid.
Morum probitas, & gravitas præsumitur in sene. Adnot. ad For. 23. Tit. 11. nu. 3. 348.

Mors.

Pater priùs mortuus præsumitur, quàm filius. Adnot. ad Form. 11. Tit. 10. n. 1. 291
Mortuus quis non præsumitur in pupillari ætate, ibid. d. n. 1.
Obiisse quem præsumitur post centum annos. Adnot. ad For. 13. d. Tit. 1. n. 3. 293
An autem quis præsumatur vivere usque ad centum annos, ibid. n. 4. & 5.
Obiisse quem præsumitur sine filiis, ibidem num. 6.
Uxor præsumitur priùs mortua, quàm Maritus, ibid. n. 7.
Mors non probatur fide Parochi, nisi in ea dicatur defunctum fuisse Sepulturæ traditum. Adnot. ad For. 9. Tit. 10. n. 1. 291
Mors Parochi auget fidem scripturæ illius. Adnot. ad For. 19. Tit. 10. nu. 35. in fin. 308

Mulier.

Mulieris gressus penetrant ad inferos. Adnot. ad For. 2. Tit. 2. de licen. num. 1. 167
Mulieres suspectæ non debent cohabitare cum Clericis, quamvis senilis ætatis sint, ibid. n. 2. & 4.
Cætera, vide. Ecclesia. Clericus. Parochus.

Musicæ.

Musica pertinet ad bonum commune. Adnot. ad For. 8. Tit. 5. de Edict. nu. 17. 162
Cætera, vide in verbo. *Ecclesia. Episcopus potest. Episcopus non potest.*

N

Notarius.

Vide. Excommunicatio.
Notarius quando teneatur revelare Instrumenta. Adn. ad For. 15. Tit. 6. n. 8. 243

Notorium.

Quando factum dicatur notorium. Adnot. ad For. 20. Tit. 6. n. 25. 236

Novitas.

Novitates sunt evitandæ, ibid. n. 25.

O

Occultum.

Occultum quid sit, & quid publicum. Adn. ad For. 1. Tit. 9. de For. pœnit. num. 18. 19. & 20. 264. & 265

Ordo, Ordinans, Ordinatus.

Ordinationes, præsertim Sacrorum Ordinum, celebrari debent in Ecclesia Cathedrali, & non in Cappella Palatii Episcopalis. Adnot. ad For. 1. Tit. 3. n. 3. 85
Ordinandus, si fidem Baptismatis non exhibeat, & est natus ex parentibus Catholicis, & inter hos conversatus, presumitur baptizatus, & poterit ordinari, ib. num. 4.
Ordinandus natus ex parentibus Catholicis in partibus Hæreticorum, non est repellendus ex motivo deficientiæ fidei Baptismatis, ibid. n. 5.
Ordinari potest, qui confirmationis fidem non exhibet, sed jurat se reminisci fuisse confirmatum, si aliter probari non posset, ib. n. 6.
Ordinari potest illegitimus ad minores Ordines dispensatione Episcopi, ibid. n. 7.
Ordinandorum requisita diversa sunt juxtà Diœcesum leges, ibid. n. 8.
Ordinandi exteri, dummodò à proprio Ordinario fuerint in litteris Dimissorialibus approbati, non sunt iterùm examinandi, si ordinans nolit, ibid. n. 9. 86

Ordinandorum requisita referuntur à For. 2. usque ad Form. 19. Tit. 3. de collat. Ordin. ibid.
Prima Tonsura potest conferri illi, qui habent requisita c. 4. sess. 23. de Refor. licèt ob aliquod impedimentum non possit ascendere ad alios Ordines, ibid. d. Tit. 3. Adnot. ad Form. 5. n. 1. 88
Ordinandi quando dicantur malæ vitæ, ut possint ab Ordinibus repelli. Adnot. ad Form. 13. Tit. 3. n. 1. 91
Ordinari quis potest ad titulum Beneficii habentis non Missarum, quæ si detraherentur, redditus non essent sufficientes pro congrua sustentatione; quia hujusmodi onera in calculo fructuum non sunt detrahenda, ibid. n. 2. & adducitur ratio, ibid. num. 3.
Ordinari quis non potest ab Episcopo non suo ad titulum Patrimonii, seù Pensionis, neque prætextu utilitatis Ecclesiæ, aut triennalis familiaritatis, nisi collato Beneficio. Ad. ad For. 17. tit. 3. n. 1. & 2. 95
Ordinari possunt ad titulum Pensionis, vel Patrimonii docti, & nobiles probatæ vitæ, qui tunc dicitur concurrere necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ ib. n. 3. 95
Ordines Sacri de præcepto conferuntur in Missa, Ordines verò minores conferuntur etiam extrà Missam à non jejuno. Adnot. ad For. 20. Tit. 3. n. 1. 98
Ordinandi non est necesse, quod examinentur ab Examinatoribus Synodalibus, sed sufficit, quod alii ab Episcopo Deputati illos audiant, ibid. n. 2.
Ordinandi debent omninò servitio Ecclesiæ adscribi, ib. n. 3. 4. 5. 6. & 7. quomodo adscriptio sit facienda, ibid. post n. 7.
Ordinans exterum debet in litteris Testimonialibus exprimere Ordinem contulisse vigore Dimissorialium. Adn. ad For. 19. Tit. 3. de collat. Ord. n. 1. & si Ordinem Sacrum contulit, ad quem titulum ordinavit, ibid. n. 2. 98
Ultramontani ordinari non possunt ab Episcopis Italiæ, nisi Dimissoriæ fuerint recognitæ per Nuncios ibid. n. 3. ibid.
Indulta Apostolica recipiendi Ordines extra tempora dispositionem Concilii Trident. non relaxant. Adn. ad For. 12. Tit. 3. numer. 1. 100

P

Papa.

Papa præsumitur suum arbitrium regulare juxta leges. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. num. 14. 129
Papa irrationabiliter agens timet reprehendi, ib. d. n. 14.
Papa in rescriptis, (nisi aliud exprimat) censetur se conformare velle cum dispositione juris communis, ib. d. n. 14.
Papæ Constitutiones non abrogantur per non usum. Adnot. ad Form. 11. Tit. 5. num. 23. 168
Papa liberè confert omnia Beneficia, etiamsi agatur de Beneficio, in quo adhibetur concursus. Adnot. ad For. 16. Titul. 4. num. 4. 119

Parochus, Curatus.

Parochus tenetur diebus Dominicis, & Festis de præcepto Sacrificium Missæ applicare pro populo, & ovibus suis, etiamsi congruam tenuem habeat, & incertam. Adnot. ad Form. 2. Tit. 2. n. 4. 5. & 6. 42. & 43.
Parochus, qui eligitur ab Episcopo in concursu, debet esse regulariter ætate provecta, bonæ famæ, gratus populo, aptus regimini, & utilis Ecclesiæ. Adnot. ad For. 11. Tit. 2. n. 1. 70
Parochus absens à residentia deputat Substitutum, & Episcopus approbat. Adnot. ad For. 1. Tit. 6. n. 2. 186
Parochus de licentia Episcopi potest retinere famulam ætatis 50. annorum. Adn. ad For. 2. Tit. 6. n. 1. 187
Parochus non tantùm famulam, sed nec Consanguineam, si suspecta sit, Domi retinere non debet, ibid. n. 2.
Parochus cum Concubina repertus in Domo Parochiali, potest inde extrahi, & ab Episcopo puniri. Adnot. ad Form. 8. Tit. 6. num. 2. 200
Parocho de jure debentur oblationes, quæ fiunt in Ecclesiis, & Oratoriis sitis intra confines Parochiæ. Adnot. ad For. 10. Tit. 6. n. 19. 108
Fallit regula pluribus modis, ib. n. 20. & 21.
Parochus, si velit per se ipsum gratis functiones facere, non tenetur concedere li-

cen-

centiam Confraternitati, ut illas exerceat per alios. Adnot. ad Form.11. Tit.6. num.31. 216
Parochus in ferenda, seu publicanda excommunicatione promulgata ab Episcopo, vel ejus Vicario contra non revelantes, debet monere populum de effectibus excomunicationis, & cœremonias explanare. Adnot. ad Form.17. Tit.6.n.1. & 2. 223
Parochus si velit, & non Cappellani Confraternitatum, dat benedictionem populo cum Sacramento Eucaristiæ. Adnot. ad Form.20.nu.3. Tit.6. 233
Parochus, qui non obstante Episcopi prohibitione Matrimonio conjunxit Parochianos, qui per longum tempus absentes fuerunt, potest severe puniri. Adnot. ad Form.7. Tit.8. nu.3. 253
Parochus quid agere, & quomodo se gerere debeat cum Pœnitente, qui habet casum pertinentem ad Sac. Pœnitentiariam Urbis. Adnotat. ad For.1. Tit.9.n.105. & plurib. seqq. 275
Parochus tenetur retinere quinque Libros Parochiales. Adnot. ad Form.1. Tit.10. num.1. 287
Parochi Libri quando dicantur legaliter retenti, & an probent, ibid. nu.2.
Parochi Libri qua forma sint describendi, ibid. nu.2. ibid.
Parochi præsentia in Matrimonio non debet esse physica, & materialis, sed moralis cum intelligentia, & advertentia. Adnot. ad Form.8. Tit.10. n.1. 289
Etiamsi Parochus affectet non audire, ibid. num.2. & 3.
Parochus quid advertere debeat in describenda partita Matrimonii contracti, ibid. nu.5. & 6. 290
Parochi fides de obitu alicujus non probat, nisi asserat quem fuisse Sepulturæ traditum. Adnot. ad Form.9.d.Tit.10.n.1. 291
Parochus quid advertere debet in descriptione partitarum mortuorum. Adnot. ad Form.13. Tit.10. nu.1. 292
Parochus peccat mortaliter, si Matrimonium contractum in Libro non describat. Adnot. ad Form.8. Tit.10.nu.7. 290
Parochus in concursu approbatus ab Episcopo Antecessore, potest denuò ad examen ab Episcopo Successore vocari, cui si subjici renuat, poterit à Cura suspendi Adnot. ad d. Form.15. Tit.10. n.2. 295
Parochi imperitia potest detegi ex indiciis extrajudicialiter habitis, ibid.d.nu.2.
Parochi, sivè Curati possunt esse amovibiles, & nominati ab Universitatibus Laicorum. Adnot. ad For.18.Tit.10.n.1. 295
Parochi jura, quæ sint privativa, & quæ cumulativa, ibid. plenè n.2.3.4.10.11. & 12.
Parochus vel Curatus, si simul sit Canonicus, potest eligi in Vicarium Capitularem, ibid. nu.5.
Parochus non tenetur subministrare Cappellanis, seù aliis Presbyteris in sua Ecclesia celebrare volentibus paramenta necessaria, ibid. nu.6.
Parochus non potest cogere hæredem defuncti ad tradendum solitam quantitatem ceræ, sed debet quantitatem illi benè visam recipere, ibid. nu.7.
Parochus non potest cogere hæredem defuncti, ut ad funus alii Presbyteri vocentur, ibid. d.nu.7.
Parochus pro publicatione Matrimoniorum nihil, pro fide autem decimam partem unius scuti percipere potest, ibid.n.8.
Parochus non potest cogere Parochianos, ut deferant pro Matrimonio contrahendo solita munuscula, ibid. d.nu.8.
Parochus non potest impedire, ne in alia Ecclesia intra fines Parochiæ detur benedictio Animalium, nec oblationes recipiantur in die Festo S. Antonii Abbatis, ibid. nu.9.
Parochus potest impedire, ne in aliis Ecclesiis suæ Parochiæ etiam Regularium non dentur benedictiones Puerperarum, ibid. nu.10. 11. & 12.
Parochus non potest ingredi cum Stola, & Cruce in Ecclesiis Regularium, neque exigere majorem eleemosynam ab exteris tumulandis in eorum Ecclesiis, quàm à Civibus, ibid. nu.13.
Parochus in funere peragendo in Ecclesiis Regularium potest in Ecclesia assistere tanquam unus de populo, ibid. d. nu.13.
Parochus per se ipsum, & non per Substitutum debet munus suum adimplere, ibid. num.14.
Parochus sivè Curatus debet habere congruam certam, quamvis sit amovibilis, ibid. num.15.
Parochus, sivè Curatus, qui Curæ Animarum præficitur, non excusatur à residentia prætextu insalubritatis aeris, neque consuetudinis, ibid. nu.16.
Parochus, sivè Curatus quamvis sit amovibilis, non potest à Cura amoveri absque

facultate Episcopi, ibid. nu.17. 30
Parochus potest condere Testamenta Parochianorum. Adnot. ad Form.19.nu.1. d. Tit.10. 303
Parochus in Testamento Parochiani adhibetur loco Notarii, ibid. nu.30. 330
Parochi Testamentum est validum in Foro Ecclesiastico, ubicumque tum in piis, tùm in prophanis causis, & sivè Testator sit sanus, sivè infirmus, ibid. d. n.30.
Immò Testamentum scribit etiam non Parochiani, ibid. nu.31.
Parochi Testamentum debet redigi in publicam scripturam, aliàs non probat, ibid. nu.32. & 33.
Parochi Testamentum quando sit exequendum, si ante illius obitum non fuit publicatum, ibid. à n.34. ad 38.
Parochus in Testamento per ipsum condito, debet apponere certum tempus, & diem, ibid. nu.42. 309
Parochi Testamentum quomodo, & ubi sit publicandum, ibid. à nu.44. & 45. usque ad 57.
Parochus debet infirmum roborare protestatione fidei, quæ datur in Formul. 20. Tit.10. ibid.
Parochus debet monere populum de obligatione sumendi communionem in Paschate. Form.21. dict. Tit.10. ibid.
Parocho spectat ministrare Sacramenta famulis Monialium, & illos in Parochia sepelire. Adnot. ad Form.20.n.2. Tit.11. 338
Parochus si vult potest prædicare in sua Parochia loco Concionatoris, non obstante contraria consuetudine. Adnot. ad Form.7. Tit.12. nu.10. 363
Non tamen petere eleemosynam Concionatori dari solitam, ibid. n.7.
Potest concionando eleemosynam petere, si non ex communi ærario, sed ex speciali legato solvatur, ibid. n.9.
Parochi Testamentum interpretatur juxta communem usum loquendi Patriæ Testatoris, si fuit scriptum lingua vernacula. Adnot. ad For.19.Tit.10.nu.1. 303
Parochus non potest se opponere ædificationi novæ Ecclesiæ, quoties illius jura salva remanent. Adnot. ad Formul.10. Tit.6. à n.8. ad 14. 207. & 208
Parochus Regularis non potest à Cura discedere sine licentia Episcopi. Adnot. ad Form.20.n.8. in fin. Tit.6. 234

Parochiani.

Congruam Rectori constituere coguntur in subsidium, & eo tantum casu in quo Rectori aliunde provideri non potest. Adnot. ad Form.2. Tit.2. nu.2. 42
Non sunt cogendi, sed hortandi, ut audiant Missam in Parochia. Adnotat. ad Form.10. Tit.6. nu.15. 207

Patrimonium Ecclesiasticum.

Patrimonium semel constitutum, non potest revocari à constituente prætextu fictionis, ad quam probandam non admittitur, sed cogitur illud liberè ordinato consignare. Adnotat. ad Formul.13. Tit.3. num.4. 92
Patrimonium non dicitur fictum, neque fiduciarium, si Patri, & fratribus constituentibus nihil remaneat pro victu, dummodo donatio sit realis, firma, & legitimè facta, ibid. nu.5.
Patrimonium, quod aufert legitimam aliis Fratribus, Pater filio ordinando constituere non potest, nec recipi debet, ib. n.6.
Patrimonium potest constitui cum conditione, quod si ordinatus Beneficium, vel alia bona sufficientia post ordinationem acquireret, revertatur ad constituentem. Adnot. ad Form.18. Tit.3. n.1. 96
At per simplicem acquisitionem Beneficii, sivè bonorum, non fit reversio sine Decreto Episcopi, ibid. nu.2.
Patrimonium, ad cujus titulum quis fuit ordinatus, non potest alienari, nec distrahi sine licentia Episcopi, etiamsi ordinatus habeat aliunde unde congruè sustentetur, ibid. d. n.2. & 3.
Patrimonii possessio debet esse pacifica cum perceptione fructuum, ibid. nu. 4.
Vide in verbo Ordo.

Pauper. Paupertas.

Pauperes nisi ab Episcopo protegantur in judicio, & extra, opprimuntur. Adnot. ad Form.9. Tit.1. nu.3. 26
Pauperes, & miserabiles personæ possunt convenire illorum Debitores in foro Episcopi, ibid. nu.5.
Pauperi in judicio nemo debet esse misericors, ibid. nu.7. in fine.
Pauperum protectio propria est Episcopi,

Ad-

Adnot. ad Form. 10. Tit. 1. nu. 30. 30
Pauper Clericus cæteris paribus præfertur in assecutione Beneficii. Adnot. ad For. 10. Tit. 4. nu. 3. 115
Pauper quisque præsumitur. Adnot. Form. 12. Tit. 4. nu. 1. 116
Paupertas probatur per testes familiares, seu vicinos, ibid. nu. 1.
Pauperes loci Testatoris præferuntur cæteris in distributione legati pauperibus relicti. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. n. 13. 306
Loca Pia veniunt sub nomine pauperum, ibid.
Pauperes Consanguinei Testatoris, præferuntur cæteris in distributione pauperibus facienda, ibid. num. 15.

Pecunia.

Pecunia quando veniat in legato mobilium Domus. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. de Paroch. num. 27. 307

Pestis.

Pestis dicitur Bellum Divinum. Adnot. ad Form. 12. Tit. 12. nu. 2. 370
Pestis dicitur casus fortuitus, & excusat à multis, ibid. d. nu. 2.

Pœna, Pœnitentia.

Pœnæ pecuniariæ debent locis, & usibus piis applicari, & si Episcopus est pauper debet recurrere ad Sedem Apostolicam, ut illas sibi concedat, aliàs sibi applicans propria auctoritate peccat. Adn. ad Form. 13. Tit. 1. nu. 3. & 4. 32
Pœna pecuniaria est pœna Canonica, ibid. num. 5.
Pœna pecuniaria pro delicto imposita si imbursetur, semper præsumitur ex ay artiæ fonte levata: At ex causa correctionis si pauperibus erogetur, ibid. d. num. 4. ibid.
Pœna pecuniaria si magis timetur, imponenda est potius, quã spiritualis, ib. d. n. 5.
Pœna pecuniaria est minor qualibet pœna corporali licèt levi, ibid. d. nu. 5.
Et major imponitur Nobili, quàm ignobili, ibid. dicto num. 5.
Pœnę pecuniarię applicandæ sunt Locis Piis Civitatis, & Diœcesis in qua exiguntur, & cæteris paribus præferendus est locus ubi delinquens inhabitat, ibid. nu. 6.
Adeout si reus condemnatus appellet ad Metropolitanum, & iste sententiam confirmet, pœna debet exigi ab Ordinario delinquentis, non autem à Metropolitano, ibid. d. nu. 6.
Pœna potest tolli, culpa perennis erit. Adnotat. ad Form. 9. Tit. 4. nu. 8. 113
Pœna frangentium jejunium quadragesimæ est imponenda à Judice Ecclesiastico privativè. Adnot. ad Form. 6. Tit. 5. de Edict. nu. 4. 147
Pœna pro transgressione festorum debet esse moderata; & non est imponenda excommunicatio, neque animalia vendi debent. Adnot. ad Form. 7. Tit. 5. n. 4. & 5. ibid.
Pœnæ arbitrio Episcopi imponendæ non debent extendi ad excommunicationem nisi in gravissima causa. Adnot. ad For. 9. Tit. 5. nu. 25. 169
Pœna Carceris in foro Episcopi adversus Clericos debet dari pro delictis gravibus, ibid. nu. 26.
Pœna Carceris famam onerat, & gravamen infert irreparabile, ibid. d. n. 26.
Pœna Carceris de jure Canonico datur in pœnam, & non ad custodiam, ibid. num. 27. & 28.
Pœna Carceris obstrictus dicitur, qui retinet Domum, vel Civitatem pro Carcere, ibid. n. 29. qui si injustè detineatur, impunè aufugere potest.
Carceratus si obtinuit à Carceribus relaxari præstita fidejussione, non debet habere Domum, vel locum pro Carcere, ibid. num. 30.
Reus, qui habuit dilationem redeundi ad Carcere, si aufugit, fidejussor tenetur eum repræsentare, ibid. nu. 31.
Carcer inducit metum cadentem in constantem virum, ibid. nu. 35.
Regulares offendentes Ministros, & Officiales Episcopi, possunt ab eodem carcerari, ibid. nu. 36.
Jugum, & lorum curvant collum durum, ibid. nu. 37.
Pœna illorum, qui non communicatur in Paschate, est interdictum ab ingressu Ecclesiæ. Adnot. ad For. 16. Tit. 5. n. 1. 182
Pœna prædicta si ex causa ab Episcopo augeatur, quid agendum, ibid. n. 2.
Pœna exilii expirat morte Episcopi. Adnot. ad Form. 17. Tit. 5. nu. 5. 184
Sacri Canones obligant ad pœnam, & ad culpam. Adnot. ad For. 2. Tit. 6. n. 4. 187

Pœna privationis vocis ipso facto incurrenda, incurritur à trangressore absque alia Judicis Sententia, quando transgressio est notoria. Adnot. ad Form. 23. Tit. 3. de collat. Ord. nu. 4. 101

Pœnitentiæ.

Vide, Sacramentum Pœnitentiæ.

Presbyter.

Vide. Clericus.

Præcedentia.

Vide. Canonicus. Processio. Regulares

Præsentatio, Præsentatus.

Vide. Beneficii collatio.

Privilegium.

Privilegium quod competit Universitati, non tollitur, neque aufertur per negligentiam particularium Civium. Adnot. ad Form. 14. Tit. 11. de Monial. nu. 5. 331

Processio.

Jus indicendi publicas Processiones est privativum Episcopi. Adnot. ad Form. 7. Tit. 5. de Edict. nu. 22. 154

Ad Processiones indictas pro causa, bono, vel honore publico, tàm Clerici sæculares Beneficia, vel Officia Ecclesiastica obtinentes, quàm Regulares invitati etiam per Edictum omnes intervenire debent, ibid. nu. 23.

Processiones publicæ, quæ dicantur ad hunc effectum, ibid. n. 24. & 25.

Regulares, Processiones non faciunt extra Claustra sine licentia Episcopi, nisi adsit legitima consuetudo præscripta, ibid. num. 26. & 27.

In Processionibus præcedentia regulanda est juxta dispositionem Bullæ Greg. XIII.

Ubi tamen viget consuetudo, quod Regulares inter se præcedant ratione originis, & institutionis ordinis, hæc servanda erit, ibid. nu. 28.

Ad Processiones publicas intervenire etiam debent Regulares parvorum Conventuum, & qui distant per milliare, ubi viget consuetudo, sicuti & Confraternitates laicorum, ibid. n. 29. & 30.

Processiones, quæ vigore Indulti fiunt per Regulares extra Claustra, ducendæ sunt per viam semel electam, ibid. n. 31.

Præcedentia in Processionibus debetur deferentibus Reliquias paratis, ibid. n. 32.

Regulares in suis processionibus non possunt ducere puellas habitu fictitio Angelorum, neque Pinzocheras, ibid. nu. 33.

Regulare non possunt processionem ducere nec inferre in Ecclesiam Monialium quamvis eorum regimini subjectarum, ibid. d. nu. 33. 155

Regulares ad processionem funeris invitati, debent accedere ad Ecclesiam parochialem, quamvis defunctus sit sepeliendus in eorum Ecclesia, ib. n. 34. & 35.

Si verò Cadaver per modum depositi in alia Ecclesia reperiatur, ad illam se transferre possunt, ibid. nu. 36.

In processionibus funeralibus quibus intervenit Capitulum Cathedralis, tàm Clerus Sæcularis, quàm Regularis debet in Cathedrali convenire, & sub unica illius Cruce incedere, ibid. n. 37. & 38.

In processionibus funeralibus Capitulum Cathedralis gaudet privilegio, quod omnes incedant sub sua Cruce; at in absolutione funeris intra Ecclesiam Regularium, Crux Ecclesiæ tumulantis adhibetur, ibid. nu. 39. & 40.

Regulares accedentes ad processiones, debent Ecclesiam ingredi, & non discedere nisi terminata functiones, ibid. n. 41.

Procuratio.

Vide. Episcopus non potest.

Regulares tenentur solvere procurationem Visitatori Apostolico. Adnot. ad Form. 20. Titul. 6. nu. 35. 237

Procurator Fisci.

Procurator Fisci regulariter non appellat, nisi in aliquibus casibus, & qui sint. Adnot. ad For. 8. Tit. 1. nu. 1. & 3. 26

Procurator Fiscalis hodie, excepto adulterio, in omnibus criminibus stat loco Accusatoris, ibid. nu. 2.

Procurator Fiscalis deputatur ab Episcopo, & non à Vicario, ibid. n. 40.

Procurator Fiscalis gaudet privilegio fori, ibid. num. 5.

Pro-

Procurator pauperum.

Procurator pauperum non solum in Tribunali Episcopi debet constitui, sed etiam in laico. Adnot. ad Form. 10. Titul. 1. num. 2. 29
Procurator pauperum potest comparere, & patrocinium assumere etiam sine mandato, ib. n. 3.
Procurator pauperum, pauperem non conteninat, quia judicabit Dominus causam ejus, ibid. n. 4.
Procurator pauperum dicitur litis patronus, & causam agit; Advocatus verò personas suscipit, hic agit calamo, ille ore, ibid. num. 5.
Procurator pauperum gratis officium, & patrocinium suscipere debet, ibid. n. 6.

Procurator in genere.

Procurator non admittitur ad emittendam professionem fidei, sed provisi de Dignitatibus, aut Canonicatibus in Cathedrali, tenentur per se ipsos illam emittere. Adnot. ad Form. 13. tit. 2. n. 4. 73
Procurator laicus admittitur ad resignandum Beneficium, & ad præsentandum. Adnot. ad Form. 10. ejusd. tit. n. 12. 69

Professio.

Vide. Moniales. Puella.

Professio Fidei.

Vide. Canonicus. Procurator.
Qui non emisit professionem fidei, non potest pro præsenti à Canonicis haberi. Adnotat. ad Form. 2. Titul. 5. de Edict. num. 30. 131
Professio fidei facta coram Vicario Generali etiam Episcopo non impedito, validè dicitur emissa. Adnotat. ad Formul. 15. tit. 2. n. 7. 73

Puella, Pueri.

Puella Monacanda de cujus libera voluntate oritur suspicio, debet in loco libero per Episcopum explorari. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 47. pag. 9. & Adnot. ad Form. 7. Tit. 11. num. 1. 321
Puellæ Monacandæ sunt bis explorandæ etiam in Monasteriis Regularibus subjectis ab Episcopo, ibid. n. 48. sed defectus explorationis, professionem non annullat, ibid.
Puellarum exploratio voluntatis debet redigi in scriptis, ib. n. 49.
Puella, quæ passa fuit ab Amasio comprimi, non potest concurrere ad legatum relictum Puellis honestis. Adnot. ad Form. 19. n. 3. tit. 10. 304
Puella civilis dicitur filia Mercatoris, seu Artificis, ibid. n. 5.
Puellæ educationis causa in Monasteriis Monialium recipi, & admitti non debent, nisi servatis conditionibus à Sacr. Congr. præscriptis. Adnot. ad Form. 1. tit. 11. n. 2. & 3. ibid.
Puellæ educandæ non debent admitti, nisi à Capitulo Monialium per suffragia secreta fuerint acceptatæ, ibid. n. 4.
Puellarum educandarum alimenta debent esse congrua, & in pecunia numerata. Adnot. ad Form. 3. tit. 11. n. 1. 318
Abusus recipiendi Puellas educandas sine solutione pecuniæ, ib. n. 2. & 4.
Abusus educationis earum, ibid. n. 2.
Puellæ educandæ non debent recipi in illis Monasteriis ubi non adest locus separatus, ibid. n. 5.
Neque ubi adest prohibitio recipiendi ad habitum Religionis, ib. n. 6.
Puella ad habitum Religionis recipienda debet in exercitatione rerum spiritualium per decem dies ante detineri. Adnot. ad Form. 5. Tit. 11. de Monial. n. 1. 319
Puella ut legitimè recipiatur ad Habitum Religionis, exigitur consensus Capituli Monialium, & ipsius recipientis, nec sufficit consensus solius Abbatissæ, ibid. num. 3.
Habitus gestatio, & consensus solius Abbatissæ non inducit professionem tacitam, ibid. d. n. 3.
Puella minor quindecim annorum non potest recipi ad habitum Religionis. Adn. ad Form. 7. tit. 11. n. 3. pag. 321. & quomodo dispensetur, ibid. n. 4. & 5.
Puellæ Novitiæ Dos, si decedat intra annum probationis, revertitur ad illius hæredes etiamsi in articulo mortis professionem emiserit, ib. n. 13. 323
Puellæ Novitiæ Dos, si decedat anno probationis expleto, emissa professione in

mortis articulo in manibus Abbatissæ, acquiritur Monasterio, licèt professio fuerit emissa insciò Ordinario, ibid. n. 14.
Puella, quæ professionem emittit, si scribere nesciat, quomodo debeat suam professionem subscribere. Adnot. ad Form. 11. Tit. 11. n. 7. 326
Puella recepta ad Habitum, si completo Novitiatu, denuò à Capitulo Monialium non recipiatur ad professionem, non habet jus reclamandi, ibid. n. 11. 12. & 13. ibid.
Puellæ educandæ in Monasteriis Regularibus subjectis, recipiuntur cum sola licentia Superiorum Regularum, ibid. n. 16.
Puellæ sine licentia Sac. Congr. non admittuntur pro educatione in Monialium Monasteriis, aliàs Episcopus, vel alius Ordinalius excommunicationem incurrit., ibid. n. 17.
Puellas admittere ad Habitum spectat ad Moniales. Adnot. ad Form. 12. Tit. 11. num. 1. 328
Puella Novitia antequam facit renunciationem debet super eadem audiri, ne fraudes fiant. Adnot. ad Form. 13. Tit. 11. n. 2. 329
Puellæ Novitiæ renunciatio evanescit, si moriatur ante emissam professionem, ibid. n. 5.
Puellæ Monachandæ possunt ex jure fundationis, Testatoris legato, vel alio Indulto præsentari, & nominari à laicis. Adnot. ad For. 14. Tit. 11. n. 6. & 7. 331
Puella, quæ verbis, & aliis signis externis professionem emittit, cogitur in Religione permanere, quamvis animum profitendi non habuerit. Adnot. ad For. 1. Tit. 1. n. 49. in fin. 9
Puellæ Monacandæ sæpè malis artibus ad suscipiendum Habitum inducuntur. Adn. ad For. 7. Tit. 11. de Monial. n. 2. 321
Pueri septennes non habent perfectum usum rationis, & possunt confirmari etiamsi non sint confessi. Adnot. ad For. 5. n. 3. 4. & 5. 144
Pueri minores duodecim annorum non excommunicantur, ibid. n. 7.
Puerorum juramenta non recipiuntur, ibid. d. num. 7.
Pueri perfectæ ætatis dicuntur hi, qui duodecimum saltem annum habent, ib. d. n. 4.
Puella stuprata non potest invitis Parentibus renunciare Doti de jure sibi debitæ. Adnot. ad For. 10. Tit. 8. n. 10. 258
Pueri immorigeri non debent Missis inservire. Adn. ad For. 8. Tit. 5. n. 16. 162

Q

Qualitas.

Qualitas, quæ requiritur à lege, non præsumitur adesse, nisi probetur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 32. 7
Qualitas extrinseca non præsumitur adesse, sicuti intrinseca, ibid.

R

Regulares. Religiosi.

Religiosus, qui sine licentia sui Superioris examinatur in judicio pro teste, validè deponit, si de licentia non objiciatur à partibus. Adnot. ad For. 3. Tit. 6. de licent. n. 7. 189
In Urbe, & in Causis Civilibus sufficit licentia Card. Vicarii, ibid. n. 8.
Regulares non possunt eleemosynas quærere per alios quàm per sui Ordinis Religiosos sine licentia Episcopi. Adnot. ad For. 6. tit. 6. n. 11. 147
Regulares in reassumptione Conventus antea derelicti, & postea ex gratia restituti, non reassumunt jura præcedentiæ, quibus ante dimissionem potiebantur. Adnot. ad Form. 19. tit. 6. n. 14. 228
Religiosi vulnerati, & offensi recognitio fit à Curia Episcopi. Adnot. ad For. 7. tit. 6. n. 11. in fin. 199
Regulares pro approbatione obtinenda ad audiendum Sæcularium Confessiones non possunt effugere judicium Episcopus Diœcesani. Adnot. ad For. 7. tit. 9. n. 1. 286
Benedictionem Puerperarum in suis Ecclesiis dare non possunt. Adnot. ad Form. 18. Tit. 10. n. 11. & 12. 300
Regulares Congruam, quam solvunt Curatis Secularibus Ecclesiarum Parochialium Monasteriis unitarum, non possunt diminuere, quamvis Curatus pro minori quantitate deservire spondeat. Adnot. ad Form. 18. Tit. 10. n. 15. ibid.
Religiosi S. Antonii Viennensi non possunt prohibere, quin in aliis Ecclesiis, quàm propriis, dentur benedictiones Animalibus, ibid. n. 9. in fin.

Re-

Regulares, qui accedunt ad colloquendum cum Monialibus de licentia Episcopi, & conditiones in licentia præscriptas non servant, peccant mortaliter, & privationem vocis ipso facto incurrunt. Adnot. ad Form. 18. tit. 11. n. 3. 335
Regulares, qui accedunt ad Collocutoria Monialium sine Episcopi licentia, peccant mortaliter quamvis ad breve tempus, ib. n. 4.
Regulares accedentes ad Monasteria Monialium sine licentia possunt ab Episcopo coerceri, & puniri, ib. n. 5.
Regulares occasionaliter, & ex rationabili causa cum Monialibus sine licentia alloquentes peccant mortaliter, ibid. n. 6.
Regulares intra Claustra delinquentes, possunt à Superioribus constringi, & puniri. Adnot. ad Form. 8. tit. 5. de Edict. n. 12. 161
Regulares non possunt Edicta publicare, quibus prohibetur accessus ad Collocutoria Monialium ipsis subjectarum, sed hoc pertinet ad Episcopum. Adnot. ad For. 19. Tit. 11. n. 7. & 8. 337
Religiosi Franciscani non possunt recipere in fundatione Conventus, assecurationes, neque legata Missarum pro alimentis. Adnot. ad Form. 19. Tit. 6. n. 27. 230
Regulares non debent inservire pro Cappellanis in Ecclesiis Monialium. Adnot. ad Form. 23. Tit. 11. de Monialibus, n. 1. 348
Regulares destinati ab Episcopo ad concionandum Monialibus debent esse moribus graves, & noti. Adnot. ad Form. 24. tit. 11. n. 1. 349
Non possunt tali occasione sub quovis prætextu Moniales alloqui, ib. n. 2.
Religiosi Milites Ordinis S. Jo: Gierosolymitani non possunt filios arrogare. Adn. ad Form. 13. Tit. 12. n. 4. 372
Regulares non præsentantur ad Beneficia Sæcularia Curata sine dispensatione Papæ. Adn. ad Form. 10. tit. 5. n. 3. 172
Vide in verb. *Concursus*.
Regulares subjiciuntur jurisdictioni Episcopi, si in numero prescripto à Constitutionibus Apostolicis in Conventu non commorentur. Adnot. ad Form. 20. tit. 6. num. 9. 234
Si non accedant vocati ad publicas processiones n. 10. & 11.
Si Censuras ab Episcopo promulgatas non servent, ibid. num. 12. 234
Si incedant sine socio, vel de nocte, aut indecenter vestiti, n. 13.
Si exerceant Curam Animarum, in his quæ pertinent ad administrationem Sacramentorum. n. 14.
Si non accedant ad Synodum, dummodo sint Curati, vel ad conferentias casuum conscientiæ n. 15.
Si ministrent Laicis Sæcularibus degentibus in Monasteriis, Viaticum, vel extremam Unctionem absque licentia, ib. n. 16.
Si lædant immunitatem Ecclesiasticam, n. 17.
Si Superiores non doceant Religiosum reum de delicto publico puniviſſe n. 18.
Si offendant Officiales Curiæ Episcopi, numer. 19.
Si Viaticum ministrent Religioso infirmo in Domibus Sæcularium, n. 20.
Si celebrent in Oratoriis privatis Domicellorum, post celebratam unam Missam, n. 21.
Si absolvant à casibus reservatis, vel pœnitentes extra Diœcesim Episcopo approbantis, n. 22.
Si degant extra Claustra, & delinquant, ibid. n. 23.
Si celebrent Missas horis inconsuetis, vel prædicent, aut miracula non authentica promulgent, n. 24.
Si Clericum notoriè percutiant, n. 25.
Si casum à Concilio exceptum incurrant, ib. n. 26.
Si recipiant Puellas ad Habitum Religionis sine Episcopi licentia, n. 27.
Si circumeant per Ecclesiam offerentes populo osculum Patenæ, n. 28.
In Causis Civilibus conveniuntur, & conveniunt alios servata forma Constit. Gregor. XV. ib. d. n. 28. vers. In prædictis.
Regulares Religionis suppressæ non remanent liberati à Votis, n. 29.
Omnes Regulares in alienationibus tenentur petere licentiam à Sac. Congreg. Concilii, n. 30. Quæ gratis conceditur, num. 31.
Regulares Dominicani non habent jus visitandi Societatis in eorum Ecclesiis erectas, n. 32.
Nec superintendentiam spiritualem in alias extra eorum Ecclesias, n. 33.
Superiores Regulares non posunt apponere Interdictum in Ecclesiis ipsis subiectis, n. 34.
Regulares possidentes tenentur solvere Visita-

sitatori Apostolico procurationem, num. 35. 237
Non possunt ordinari extra tempora, nisi habeant Indultum speciale n. 36.
Superiores Regularium tenentur residere intra Claustra, n. 37.

Reliquiæ.

Reliquiæ debent in Visitatione Episcopi recognosci. Adnot. ad Form. 2. Tit. 5. num. 37. 132
Reliquiæ debent custodiri ab Ecclesiasticis, ibid. n. 38.
Reliquiarum Custodia, quoad retentionem Clavis potest esse penes Laicos, ib. n. 39.
Hoc intellige de consensu Rectoris Ecclesiæ, vel ubi adest consuetudo, ib. n. 40.
Reliquiarum Clavem Rector Laicis non potest concedere, & de ratione, ibid. num. 41.
Episcopo, quando possit Laicis Clavem Reliquiarum concedere absque Rectoris Ecclesiæ consensum, ibid. à n. 41. & 46. 47. & 48.
Reliquiæ retentę in Ecclesiis Regularium, visitari possunt ab Episcopo, si proveniunt à Laicorum donatione, & expensas pro illarum ornatu subministrant, & Clavem retinent, ibid. n. 49.

Renuntiatio.

Vide. Puella.
Renunciatio bonorum facta per Novitium expirat non secuta professione. Adnot. ad Form. 13. tit. 11. n. 5. 329
Secus si fieret per viam Testamenti, quia tunc firma esset, ibid. d. n. 5. in fin.
Renunciatio Novitiæ non exigit præsentiam, sed licentiam Ordinarii, ib. n. 1.

Residentia.

Vide. Canonicus. Episcopus tenetur. Licentia. Parochus.

Revelationes.

Vide. Excommunicatio.
Revelare tenentur subditi, quæ vergunt in damnum publici boni. Adnot. ad For. 5. tit. 3. n. 2. 88
Revelare an & quando quis teneatur Simoniam confidentialem, si notitiam habeat sub sigillo secreti naturalis. Adnot. ad Form. 18. Tit. 2. n. 8. 81

Rusticus.

Rusticus, sivè Villicus, cor habet ad versandos sulcos, & vigilia ejus delectatur in sagina Vaccarum. Adnot. ad For. 16. Tit. 11. num. 1. 332

S

Sacramentum Baptismi.

Expositi quomodo sint Baptizandi. Adnot. ad For. 3. tit. 10. de Paroch. n. 1. ibid.
Obstetricis officium nulla Mulier debet exercere, nisi prius à Parocho fuerit instructa, & ab Episcopo approbata. Adnot. ad For. 6. d. Tit. 10. n. 1. 289
In collatione Sacramenti Baptismatis secluso mortis periculo adhibendæ sunt solemnitates ab Ecclesia præscriptæ; aliàs Baptizans sine illis graviter peccat, ibid. num. 6.

Sacramentum Confirmationis.

In Sacramento Confirmationis possunt esse Patrini omnes, qui sunt in ætate 14. annorum, quamvis non excedant ætate confirmandos. Adnot. ad For. 5. Tit. 5. n. 1. pag. 144. Et redditur ratio.
Pueri septennes possunt, & debent ad Sacramentum Confirmationis admitti, quamvis sint inconfessi, non tamen si sint adulti, ibidem à n. 3. ad 8. & afferuntur rationes.
Confirmandi debent esse instructi in rudimentis Fidei, ibid. n. 9. quæ ibidem enumerantur.
Confirmandi debent esse de Diœcesi, nam exteri sine licentia proprii Episcopi non possunt sine culpa confirmari, ibid. n. 11. & rejicitur sententia contraria.
Confirmationis Sacramentum debet ab Episcopo ministrari tempore Visitationis. Adnot. ad For. 7. Tit. 10. n. 1. ibid.

Sacramentum Eucharistiæ.

Eucharistia retinenda est in Altari majori Ecclesiæ Parochialis. Adnot. ad For. 2. Tit. 2. n. 3. 42

Qui

Qui Eucharistiam non sumunt in Paschate interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ: Sed Episcopus ex causa pœnam auget. Adnotat. ad For. 16. Tit. 5. n. 1. & 2. 182
Qui non communicatur in Paschate, si decedat antequam interdicatur, erit sepeliendus in Ecclesia, ibid. nu. 5. nisi intermissio esset notaria, vel adesset Synodus in contrarium.
Expositio publica Sacramenti Eucharistiæ fieri non potest à Regularibus, nisi de licentia Episcopi. Adnot. ad Form. 20. Tit. 6. nu. 1. 233
Neque ab aliis Ecclesiis exemptis nõ habentibus jurisdictionem in populum, ib. n. 2.
Neque à Confraternitatibus illis diebus, in quibus fit in Ecclesia Parochiali. ibid. n. 3.
Licentia exponendi publicè Eucharistiam danda est Regularibus in scriptis, & de ratione, ibid. nu. 4.
Quando simpliciter datur, intelligitur pro unica vice, ibid. nu. 5.

Sacramentum Pœnitentiæ.

Confessarius Executor Brevis Pœnitentiariæ quomodo se gerere debeat in certiorandis Conjugibus de nullitate consensus matrimonii ob impedimentum dirimens quando alter eorum inscius contraxit. Adnotat. ad Form. 1. Tit. 9. de for. pœnit. num. 54. 55. & 56. 269
Confessarii, & Parochi quid agere, & quomodo se gerere debeant, quoties eveniant casus, pro quibus sit recurrendum ad Sac. Pœnitentiariam Urbis, ibid. à num. 105. cum seqq. 275
Regulares semel approbati & examinati ad audiendas Confessiones, ab eodem Episcopo non possunt denuo examinari. Adnot. ad For. 17. Tit. 5. nu. 2. pag. 184. & Form. 1. Tit. 9. nu. 1. 262
Confessarii approbati cum clausula — *Ad nostrum beneplacitum*, possunt ad libitum removeri. Adnot. ad For. 1. Tit. 9. nu. 2. & 3. ibid.
Confessarii debent in Ecclesiis Confessiones audire de licentia Rectorum earumdem, ibid. nu. 4.
Confessarii Regulares debent certiorare Parochum de administrato Sacramento Infirmis, ibid. nu. 5.
Confessarii non debent audire Confessiones extra Sedem Confessionalem, vel è conspectu nulla interposita crate, ib. n. 6
Confessarii etiamsi Regulares sint non debent audire Confessiones extra casum infirmitatis, vel alterius honestæ causæ, nisi in Ecclesia, ibid. n. 7.
Confessarii in Sacramentali Confessione sollicitantes ad turpia qui dicantur, ibid. num. 8. 236
Confessarii ad turpia sollicitantes denunciandi sunt nulla præmissa fraterna correctione, & non obstante parvitate materiæ, ib. n. 9. Immò etiam Sacerdos, qui licèt non sit confessarius approbatus, nihilominus fingens se esse talem, sollicitat, num. 9.
Confessarii tenentur scire obligationem, quam habent monendi pœnitentes denunciandi Confessarios sollicitantes, ib. num. 10.
Confessarii sollicitantes possunt in Sacramentali Confessione absolvi ab hoc delicto à quocumque Confessario, ib. d. n. 10.
Confessarii Ordinarii Monialium non possunt esse Regulares, nisi in casu penuriæ Sacerdotum Sæcularium de licentia Sac. Congreg. Adnot. ad Form. 3. Tit. 9. n. 2. 3. & 4.
Confessarius ab Episcopo deputatus non potest à Monialibus recusari, ibid. n. 5.
Confessarii Monialium quicumque sint non possunt ingredi Clausuram ad officium funeris peragendum, ibid. ad n. 9.
Confessarii Monialium debent ita Confessiones Infirmarum audire, ut possint janua Cellæ aperta videri à Commitatricibus, ibid. n. 10.
Confessarii Monialium longè à collocutoriis abesse debent, ibid. num. 11. præsertim dum adest Confessarius Extraordinarius, ibid. n. 12.
Confessarii Monialium congruam debent habere mercedem, quæ victui eorum sufficiat, ibid. n. 13. & de ratione n. 14.
Confessarii Extraordinarii Monialium an possint esse Regulares. Adnot. ad For. 4. ejusdem Tit. n. 1. 281
Confessarius Extraordinarius etiam Monialibus Regularibus subjectis datur ab Episcopo aliqua justa causa concurrente, ibid. n. 2.
Confessarius Extraordinarius est offerendus etiam non petitus, ibid. n. 3.
Confessario Extraordinario non tenentur Moniales confiteri, ibid. n. 4. sed convenit, quod omnes se præsentent, num. 5.
Confessarius Extraordinarius est dandus in com-

communi, non alicui Moniali tantum, ibid. num. 6.
Confessarius Extraordinarius datur aliquando etiam Moniali particulari, ibid. d. num. 6.
Confessarii Regulares Monialium eorumque socii, non possunt cum illis alloqui. Adnot. ad For. 5. d. Tit. 9. n. 1. 283
Confessarii Regulares non possunt ingredi Clausuram pro administratione Sacramentorum sine socio provectæ ætatis, ibid. n. 2.
Confessarii Regulares pro Monialibus debent ab Episcopo approbari servatis aliquibus conditionibus. Adnot. ad Form. 6. d. Tit. 9. num. 1, 284
Confessarii Regulares Monialium, conditiones ab Episcopo præscriptas non servantes, possunt ab eodem puniri, ibid. d. num. 1.
Confessarii Regulares Monialium ipsis Regularibus subjectarum debent approbari ab Episcopo ad triennium, non autem ad tempus brevis, ibid. n. 2.

Scamna, seu Sedilia.

Vide. Ecclesia. Laici.

Scientia.

Scientia, & sapientia reperitur in senibus. Adnot. ad For. 1. Tit. 1. n. 28. 6
Scientia inflat, charitas verò ædificat. Adnot. ad For. 6. Tit. 12. n. 2. 360
Scientia Constitutionum Synodalium præsumitur, si fuerunt publicatæ. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. n. 27. 141
Scientia Edicti præsumitur. Adnotat. ad Form. 17. Tit. 5. n. 1. 184

Scripturæ.

Scripturæ, & Instrumenta, quæ pertinent ad Forum Episcopale, debent servari in ejusdem Cancellaria, non autem in Archivio publico Universitatis. Adnotat. ad For. 5. Tit. 1. n. 2. 22
Scripturæ, & rogitus spectantes ad Monasteria Monialium, debent custodiri, & per Notarios exhiberi ad mandatum Episcopi in eadem Cancellaria, ibid. n. 3.
Non potest tamen prohibere, ne Capitulum, sivè Judices Synodales, utantur opera alterius Notarii, quàm Cancellarii præterquam in Visitatione, ibid. n. 4.

Seminarium, Seminarii Taxa.

Seminarium debet habere Canonicos deputatos pro illius regimine ad formam Concilii. Adn. ad For. 1. Tit. 12. n. 1. 351
Seminarii Deputati non possunt amoveri sine causa, ibid. d. num. 1.
Seminarium dicitur formaliter erectum, quando pueri in Domo etiam conducta introducti, collegialiter vivunt, & hospitantur, ibid. nu. 2.
Seminario ratam fructuum Mensæ primo loco Episcopus contribuere debet, ib. n. 3.
Seminario an contribuere debeant Regulares, qui gaudent Beneficiis unitis, ibid. nu. 4. & 5.
Beneficia, quæ ob illorum tenuitatem Decimis Papalibus non contribuunt, nec Seminario contribuere tenentur, ibid. n. 6.
Beneficiati, qui passi sunt absque culpa notabilem fructuum diminutionem Beneficiorum, debent sublevari reductione taxæ, ibid. nu. 7.
Taxa Beneficiorum pro manutentione Seminarii debet constitui cum consilio Deputatorum ad formam Concilii. Adnot. ad Form. 2. d. Tit. 12. nu. 1. 353
Taxa Beneficiorum potest constitui ante formalem erectionem Seminarii, ib. n. 3.
Taxa Beneficiorum debet fieri in subsidium, ibid. nu. 4.
Taxa debet fieri deductis prius oneribus, & expensis necessariis Beneficiorum, ib. n. 5.
Taxa fit habita consideratione locorum, & Beneficiorum qualitate, ibid. nu. 6.
Taxa potest augeri in futurum, ibid. n. 7.

Sepultura, Funus.

Vide. Confraternitas.
Qui morte improvisa decedunt, possunt liberè sepeliri, absque licentia, dummodo non sint publici peccatores. Adnot. ad Form. 10. Tit. 10. nu. 1. 292
Confratres quomodo, & in quo loco possint sibi eligere Sepulturam. Adnot. ad Form. 11. Tit. 6. nu. 26. 214
De electione Sepulturæ vide, ib. post d. n. 26. ubi plura Dubia resoluta referuntur.
Electio Sepulturę facta ab Infirmo, si postea convalescat, non censetur revocata, si deindè ex alia infirmitate decedat, ib. n. 30
Privilegium Sepulturæ conceditur ab Episcopo, ibid. nu. 25.
Nemo potest pro alio Sepulturam eligere, ibid. n. 28. pag. 216. & redditur ratio, n. 29
Sepultura Ecclesiastica non est deneganda Cadaveribus interfectorum, licèt inconfessi decesserint, dummodo non sint publici peccatores, vel Excommunicati.

Adnot.

Adnot. ad For. 12. Tit. 10. n. 1. 291
Ad funus potest hæres defuncti vocare, quos sibi placuerit, vel neminem præter Parochum. Adnot. ad Form. 18. Tit. 10. num. 7. 299
Si Testator disponat sepeliri contra morem, & ritum Ecclesiæ, vel quod prophana funeri admisceantur, ejus voluntas non est servanda. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. nu. 2. 304
Sepultura cadaveribus Laicorum in Ecclesiis Monialium dari non potest, quamvis ibidem defunctus illam elegerit, sine licentia Sac. Congreg. Adnot. ad For. 23. Tit. 11. nu. 5. pag. 348. Neque Monialium famulis. Adnotat. ad Formul. 20. Tit. 11. num. 2. 198
Sepultura Ecclesiastica non est deneganda illi, qui præceptum Paschale non implevit, si decedat antequam per Edictum declaretur incursus in pœnam interdicti. Adnot. ad For. 16. Tit. 5. de Edict. n. 5. 182
Vide Parochus.

Simonia.

Qui promittit aliquid temporale in consecutione Beneficii, vel pro præsentatura obtinenda, Simoniam committit, quamvis promissum erogari debeat in utilitatem Ecclesiæ. Adnot. ad Form. 4. Tit. 7. nu. 2. & 3. 243
Præsentatus ad Beneficium Jurispatronatus si promittit præsentantem reddere indemnem, vel expensas litis in se assumere, simoniam dicitur commisisse, ibid. n. 3.
Simonia est crimen, quod accedit hæresi, & qui scit illud fuisse patratum per secretam consultationem, revelare tenetur Judici legitimè interroganti. Adnotat. ad Form. 19. Tit. 2. nu. 8. 81

Sponsalia.

Vide. Matrimonium.

Stuprum, Stuprator.

Stuprator, qua pœna sit puniendus. Adnot. ad Form. 10. Tit. 8. ibid.

Syndici.

Syndici, & alii Officiales Monialium, quando debeant, & possint ab Episcopo removeri. Adnotat. ad Form. 14. Tit. 11. num. 8. & 9. 331

Synodus.

Synodorum frequentia ab aula recedit paulatim. Adnot. ad Form. 3. Tit. 5. de Edict. n. 1. 137
Synodum debet præcedere Visitatio Diœcesis, ibid. n. 2.
Synodo interesse debent omnes de Clero, ibid. n. 3.
Et Regulares Episcopo subjecti, ibid. n. 4.
Ad Synodum nominatim debet vocari, & invitari Capitulum Cathedralis, ibid. n. 5.
In Synodi convocatione Episcopus non tenetur requirere consilium Capituli, ibid. d. num. 5.
Laici ad Synodum vocandi non sunt, ibid. num. 6. licèt possint si Episcopus velit invitari.
Synodo, qui interesse debet, accedit personaliter, & non per Procuratorem, ibid. num. 8.
Nisi sint exempti, ibid.
Synodus potest celebrari extra Ecclesiam, ibid. n. 7.
Synodi Decreta fieri, & promulgari non debent sine consilio Capituli, ibid. n. 9.
Aliàs nulliter agitet Episcopus, ibid. n. 10.
Synodo interesse Capitulo recusante, vel negligente, quid Episcopus facere debeat, ibid. n. 11. 12. & 13.
Synodi Decreta non debent promulgari lingua vernacula, ibid. n. 26.
Synodi ignorantia est allegabilis in loco, ubi fuit publicata, ibid. num. 27.
Et quando Synodus habeat vim monitionis, vide ibid. d. n. 27.
Synodi Decreta non possunt retardari, etiamsi major pars Clericorum congregatorum contradiceret. Adnot. ad For. 4. d. Tit. 5. num. 1. 142

T

Tertiariæ.

Vide. Licentia pro Monialibus.
Gaudent privilegio fori. Adnot. ad Form. 14. Tit. 6. n. 1. 129

Teſtis.

Teſtes, qui revelarunt metu excommunicationis, quomodo examinandi. Adnot. ad Form. 15. n. 12. Tit. 6. 222
Teſtes in Teſtamento Parochi debent eſſe rogati. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. num. 39. 309
Teſtes in Teſtamento condito ad pias cauſas, vel favore pauperum, non eſt neceſſe, quod fuerint rogati, ibid. d. n. 39.
Teſtes in Teſtamento Parochi adhibiti debent eſſe mares, & non fœminæ, ibid. num. 40.
Teſtes adhibiti in Teſtamento Parochi debent eſſe idonei, & integri, ibid. d. n. 40. aliàs ſi eſſent ſuſpecti, fides eorum vacillaret.
Teſtes adhibiti in Teſtamento Parochi, ſi ſcribere neſciunt, debent ſe ſubſcribere ſigno Crucis, ibid. num. 41.
Teſtes adhibiti in Teſtamento Parochi, ſi teſtentur ſe fuiſſe præſentes, cenſentur fuiſſe rogatos, ibid. n. 43.
Teſtes examinandi in cauſis Canonizationis Sanctorum quomodo ſint recipiendi. Adnot. ad For. 12. Tit. 7. n. 1. 2. & 3. 248
Teſtes examinandi ſuper ſtatu libero contrahere volentium Matrimonium, qualiter recipiantur. Adnot. ad Form. 1. Tit. 8. n. 1. & 2. ibid.
Teſtis unici depoſitio an retardet Matrimonii contractum, quando deponit de impedimento. Adnot. ad Form. 9. n. 1. & 2. Tit. 8. 255

Teſtamentum.

Vide. Parochus.
Teſtamentum quando dicatur conditum favore piæ cauſæ. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. n. 38. ibid.
Teſtamentum per Parochum ſcriptum coràm quo Judice debeat in publicam ſcripturam relevari, ibid. à n. 45. ad 57.
Teſtamentum nullum, an in foro conſcientiæ ſit exequendum, ibid. n. 59.
Teſtamenti publicatio differt ab apertura, ibid. n. 60.

Teſtator, Voluntas Teſtatoris.

Teſtator non poteſt generalem Conſtitutionem Legis, vel Canonis ſua diſpoſitione immutare. Adnot. ad For. 14. Tit. 1. n. 4. pag. 35. & For. 19. n. 21. in fi. Tit. 6. 229
Voluntas Teſtatoris deſumitur ex communi uſu loquendi ejus Patriæ, quando Teſtamentum fuit conditum vernacula lingua. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. de Paroch. nu. 1. 303
Voluntas Teſtatoris inepta, & irrationabilis non eſt ſervanda, ibid. nu. 2.
Teſtator defunctus plus ſuffragii capit ex celebratione decem Miſſarum, quàm ſi pro Anima illius canatur una, vel fiat Anniverſarium, ibid. nu. 25. 307

V

Venatio.

Vide. Clericus. Licentia.

Vicarius Capitularis.

Vicarius Capituli poteſt eligi aliquando etiam extra cauſam mortis Epiſcopi. Adnot. ad Form. 2. Tit. 1. nu. 1. 12
Vicarius Capituli non poteſt eligi quando Epiſcopus degit in remotis, vel eſt ſuſpenſus ab ordine, aut excommunicatus, ſed tunc recurritur ad Sedem Apoſtolicam, ibid. nu. 2.
Vicarius Capituli non eligitur quando Vicarius Generalis Epiſcopi defuncti eſt miſſus à Sac. Congr. ibid.
Vicarius Capituli debet eligi infra octo dies à die ſcientiæ mortis certæ, & non præſumptæ, vel translationis ad aliam Eccleſiam, ibid. nu. 3.
Vicarii Capitularis electio devolvitur ad Metropolitanum, quando eligitur inhabilis, rejectis habilibus, ibid. nu. 5. pag. 13. & rejicitur Pignatelli.
Vicario Capituli à Metropolitano electo decedente Capitulum novum eligit, ibid. nu. 6.
Conſuetudo admittendi abſentes per Procuratorem ad votandum in electione Vicarii Capitularis, intelligenda eſt de abſentibus intrà Provinciam à qua commodè vocari poſſint, & legitimo detinentur impedimento, ibid. n. 8.
Conſuetudo legitimè præſcripta non vocandi quoquomodo abſentes, & admittendi in electione Vicarii Capitularis alios de Clero, qui non ſunt de corpore Capi-

Capituli, est servanda, ibid. n.9.
Vicarius Capitularis debet eligi secretis suffragiis, ib. n.10.& 11.
Vicarius Generalis Capituli debet esse Doctor in jure Canonico, & non in Civili tantùm, ib. n. 12.
Vicarius Generalis Capituli non potest sine causa à Sac. Congr. approbanda removeri, ib. n. 14. 14
Vicarius Generalis Capituli salarium ex reditibus Ecclesiæ vacantis, & alias expensas pro Ministris Curiæ consequi debet, ib. n. 15.
Vicarius Generalis Capituli debet eligi cum plena, & illimitata potestate, ib.n.16.
Vicarius Capituli, si allegetur suspectus, datur illi Adjunctus, ib.n.17.
Vicarius Capituli cognoscit causas super violatione immunitatis Ecclesiasticæ, non tamen in casibus Bullæ Greg.XIV.ib.n.18
Vicarius Capituli non potest absolvere neque cum reincidentia reos à censuris incursis ob violatam immunitatem Ecclesiasticam, ib. n. 19.
Vicarius Capituli, si habeat à Capitulo facultatem recipiendi resignationes Beneficiorum, poterit cum causa illas admittere, ib. num. 21.
Vicarius Capituli concedit Dimissorias arctatis infrà annum, & qui dicantur arctati, ib. n.22.
Vicarius Capituli etiam non arctatis concedit Dimissorias infrà annum pro prima Tonsura, ib. n.23. 15
Vicario Capitulari conceditur aliquando à S.Congr. facultas concedendi Dimissorias infrà annum cum Voto pleni Capituli, ibid.n.24. ibid.
Vicarii Capitulares plerumque abutuntur facultate concedendi Dimissorias post annum, ib.num. 25. & ideò utilius foret, quod post annum non possent concedere Dimissorias, nisi de Voto Capituli.
Vicarius Capituli dispensat super interstitiis, ib. n. 26.
Vicarius Capituli non Doctor debet assumere Consultorem Doctorem, ibid. n. 27. Non tamen à Capitulo est dandus, ibid. num.27.
Debet deputari juxtà Formulam traditam, ib. num. 28.
Vicarius Capituli potest expedire litteras Dimissorias, quas Episcopus defunctus nominatim concesserat ante obitum, etiam intrà annum, si non fuerunt expeditæ. Adn. ad Form. 5. Tit.4.n.2. 109
Visitatur ab Episcopo electo. Adnotat. ad For.9. tit.12. n.5. 367

Vicarius Generalis Episcopi.

Vicarius Generalis, quæ facere non possit sine speciali mandato. Adnot. ad Form. 1. Tit. 1. n. 2. 4
Vicarius Generalis debet esse fidelis, probus, & peritus. Adnot.ad Form.1. d. tit. 1. n.24. 25. & 26. aliàs Clerum inficiet, ibid. 6
Vicarius Generalis imperitè judicans in jure certo, facit litem suam, & tenetur ad interesse partis, ibid. n. 27.
Vicarius Generalis ætatis 25. annorum regulariter non est aptus ad gubernium, ib. n.28.& 29. & expedit, ut sit ætatis 30. annorum.
Vicarius Generalis dicitur Judex Ordinarius, & habet potestatem à lege, ibidem num. 30.
Vicarius Generalis debet constitui, & deputari per litteras patentes, & de ratione, ibidem.
Vicarius Generalis asserens se habere facultatem Episcopi in aliquo speciali non creditur illi, nisi commissionem ostendat, ib. num. 32. & 33.
An Vicarii Generales plures possent constitui in eadem Diœcesi, alii affirmant, alii negant, ib. n. 34.
Vicarius Generalis ex sola Episcopi delegatione non potest paramenta sacra benedicere, ibid. n.50.51. & 52. 10
Vicarius Generalis qui habet facultatem ab Episcopo conferendi Beneficia & substituendi, potest alium substituere ut sibi Beneficia vacantia conferat, ib.n.53. ib.
Vicarii Generalis officium, & præeminentiæ, ib. n. 54. remissivè.
Vicarius Generalis non potest absolvere neque cum reincidentia reos à Censuris incursis ob violatam immunitatem in Ecclesiasticam. Adnot. ad Form. 2. Tit.1. num.19. 15
Vicarius Generalis sivè alius deputatus pro revisione computorum locorum piorum nihil debet recipere. Adnot. ad Form.14. ejusd. Tit.n.1. 35
Vicarius Generalis licentias Monasteria fundandi non concedit nisi habeat speciale mandatum. Adnot. ad Form.19.tit. 6.num.32. 231

Vi-

Vicarius Generalis ex sola delegatione generali potest in denunciationibus Matrimonii dispensare. Adnotat. ad Form.6. Tit.8. num.4. 252
Vicarius Generalis Episcopi non debet interesse Capitulo Canonicorum. Adnot.ad Form.4.Tit.2. n.26. 52
Posset tamen interesse ad sedanda scandala, ibidem.

Vicarius Monialium.

Vicarius Monialium debet eligi ætate provectus, morum probitate spectabilis. Adnot. ad Form.3. Tit.1. n.2. 17
Vicarius Monialium ex delegatione Episcopi potest licentiam concedere, ut Moniales possint aliquid minutum retinere, & expendere pro illarum indigentiis, puta scutum unum singulo mense absque cura Depositariæ, ib. n.7. 18
Vicarius Monialium pro tuenda Clausura ex delegatione Episcopi jurisdictionem exercet, etiam in exemptas, ib.n.8.
Vicario Monialium non potest delegari facultas concedendi licentias ingressus in Clausuram, sed Vicario Generali dumtaxat, ib.n.10.

Vicarius Foraneus.

Vicarius Foraneus debet deputari in locis Diœcesis, nè Subditi pro causis levibus cogantur Civitatem petere. Adnotat.ad Form.4.Tit.1.n.1. 20
Vicarius Foraneus in causis, pro quibus est delegatus, est Judex cumulativè cum Vicario Generali, ib.n.2.
Vicarius Foraneus regulariter judicat in causis minimis, nisi expressè majores delegentur, & de ratione, ib.n.3.
Vicarius Foraneus in causis criminalibus levibus sumit informationes, non autem in gravibus, ib. n.4.
Vicarius Foraneus non interponit Decreta in contractibus Mulierum, & Minorum, ib.n.5. Neque non delegatus, delegantem repræsentat.
Vicarius Foraneus ratione officii non præcedit alios Presbyteros, nisi adsit consuetudo, non obstante contraria Episcopi ordinatione, ib. n.6.
Vicarius Foraneus non potest exequi Brevia Apostolica, nisi ex certa scientia Papæ, vel nisi Vicarius Foraneus esset Canonicus Cathedralis, ibidem num.7.
Vicario Foraneo non potest delegari facultas concedendi Monitoria ad finem revelandi, ib. n. 8.
Vicario Foraneo debetur tertia pars pœnarum exactarum contrà violantes dies Festos, ib. n.9.

Virginitas.

Virginitas læsa deperit illa semel. Adnot. ad Form. 19. Tit. 10. de Paroch. num.4. 303

Visitatio.

Vide. Episcopus Visitator.
Visitatio est de jure Divino. Adnotat. ad Form.2. Tit.5.n.1. 126
Invisitatione Episcopus inquirit ex officio multa. Adnot.ad Form.1. Tit.5.n.15. 16. & 17. 129

Unio.

Vide. Beneficii unio.

FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

TITULUS I.

De electione, & deputatione Officialium.

Deputationis Vicarii Generalis.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 C *Lausula* - Et alia omnia gerendi, etiamsi talia forent, quæ mandatum speciale requirerent, *habet vim mandati specialiis.*
2 *Vicarius Generalis, quæ non possit facere sine mandato speciali?*
3 *Onus Episcopatus gravissimum. Episcopus debet esse intentus internis, & externis, ibid.*
4 *Episcopi plures ex ommissione dănătur.*
5 *Episcopus quando teneatur Vicarium assumere? & num. 6.*
7 *Episcopus tenetur prædicare, Missam celebrare quotidiè, vel saltem audire, num. 8.*
9 *Diœcesim per se ipsum visitare.*
10 *Delicta Clericorum punire.*
11 *Examini Ordinandorum interesse.*
12 *Consortium Mulierum vitare.*
13 *Eleemosynam elargiri.*
14 *Concordiam Civium procurare.*
15 *Pupillis, & Viduis providere.*
16 *Officiales, & Ministros bonis moribus imbutos retinere.*
17 *Iracundiam, & Avaritiam fugere.*
18 *Mansuetudinem amplecti.*
19 *In Civitate, seu Diœcesi residere.*
20 *Ordinationes sine suspicione Simoniæ tenere, & ordines conferre.*
21 *Bonos mores in populo, & disciplinam in Clero promovere.*
22 *Moniales reformare, & clausuram tueri.*
23 *Vita irreprehensibili viam Cœli Subditos docere.*
24 *Vicarius Generalis debet esse probus, & fidelis, & num. 25.*
26 *Scientia, & experientia idoneus.*
27 *Scientia ad regimen est necessaria. Judex non syndicatur de imperitia, sed de corruptione, & barrattaria, ibid. Judex imperitè judicans in jure certo facit litem suam, ibid.*
28 *Prudentia, & Sapientia reperitur in senibus.*
29 *Lex respicit ad ea, quæ frequentius eveniunt. Non ad ea, quæ raro. Episcopus tenetur de facto Vicarii imperii, ibidem.*

30 *Vicarius Episcopi est Ordinarius. Vicarius Generalis debet deputari in scriptis, ibidem.*

31 *Vicarius non præsumitur habere facultatem explendi reservata Episcopo, nisi probetur, num. 32. & 33.*

34 *Episcopus, an possit retinere plures Vicarios Generales?*

35 *Ecclesia consecrata, si polluatur, non potest reconciliari, nisi per Episcopum.*

36 *Episcopus non potest exigere charitativum subsidium, si non est pauper.*

37 *Episcopus, qui habet congruam excedentem taxam Concilii, non potest exigere charitativum subsidium. Episcopus non exigit charitativum subsidium à Clericis non Beneficiatis, nisi fortè adsit consuetudo, ibid. An illud possit exigere, si habeat bona patrimonialia, ibid.*

38 *Episcopus ex causa rationabili non tantum semel, sed pluries potest exigere charitativum subsidium.*

39 *Episcopus ex jure novo Taxæ Innocentianæ semel exigere potest charitativū subsidiū pro primo ingressu, n. 40.*

41 *Quantitas charitativi subsidii est regulanda juxtà indigentiam Episcopi, dummodò sit moderata.*

42 *Charitativum subsidium exigere non possunt Prælati inferiores Episcopo.*

43 *Episcopus potest delegare suo Vicario Generali omnia, quæ sibi specialiter commissa fuere, quoties non fuit electa industria personæ.*

44 *Vicarius Generalis venit sub nomine Episcopi, aut Ordinarii, nisi expressè excludatur.*

45 *In delegatione, quando dicatur electa industria personæ?*

46 *Episcopus per se ipsum debet explorationem facere voluntatis Puellarum habitum Religionis suscipere volentium, nisi impeditus non sit.*

47 *Exploratio voluntatis suscipientium habitum Religionis debet fieri ab Episcopo in loco libero. Exploratio voluntatis ubi adest suspicio subornationis debet fieri extrà locum, ubi Puella retinetur, ibi.*

48 *Exploratio voluntatis debet fieri ante susceptionem habitus, & renovari ante professionem etiam in Monasteriis exemptis.*

49 *Exploratio voluntatis debet redigi in scriptis. Actus qualis apparet in sua figura, talis præsumitur in sua essentia. Ecclesia per externa præsumit interna, ibid. Puella, quæ per externa professa fuit cogitur in Religione permanere, etiamsi animum profitendi non habuisset, ib.*

50 *Vicarius Generalis non potest ex sola Episcopi delegatione indumenta sacra benedicere, & rejicitur Nicol. num. 51. & 52.*

53 *Episcopi in deputatione Vicarii Generalis, debent sibi ipsis reservare collationem Beneficiorum. Vicarius Generalis, qui habet facultatem substituendi, potest alium substituere, ut sibi conferat Beneficium vacans, ibid.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo N. Salutem in Domino.

CUm *onus Episcopalis* Ministerii tanti sit momenti, ut etiam ipsis Angelicis humeris *formidandum* videatur, operæ pretium duximus in administratione Episcopatus N. quem Sanctiss. D. N. Papa nostræ inbecillitati superimposuit, *Vicarium idoneum advocare*, qui partem sollicitudinis nostræ in se assumendo pondus, quo ultrà vires premimur, allevet. Hinc aciem nostræ mentis in personam tuam dirigentes, *& fidelitate, probitate, prudentia, scientia, & experientia*, aliisque quibus polles virtutibus plenè confisi, Te nostrum Vicarium Generalem, & Officialem ad nostrum beneplacitum in dicto nostro Episcopatu N. in spiritualibus, & temporalibus, *tenore præsentium* facimus, constituimus, & de-

deputamus, dantes, & concedentes tibi potestatem, & mandatum speciale Ecclesias, Altaria, & Oratoria ædificata, & ædificanda, & Divino Cultui deputata *benedicendi*, eaque polluta (*non tamen consecrata*) *reconciliandi*, *à Casibus quibuscumque Nobis reservatis absolvendi*, *& aliis Confessariis*, *ut ab iisdem absolvere possint*, *facultatem delegandi*, *publicas*, *& solemnes pœnitentias injungendi*, *litteras commendatitias*, *& testimoniales concedendi*, *dimissorias ad quoscumque ordines dandi*, *& super interstitiis dispensandi*, Nobis tamen à Diœcesi absentibus; Causas matrimoniales cognoscendi, & decidendi; *procurationem visitationis*, *Synodaticum*, *quartam Funeralem*, *& charitativum subsidium*, ut juris erit, exigendi; *Novas Parochias erigendi*, *& erectas*, *collapsasque reficiendi*, *vel in Matrices Ecclesias transferendi*, *Beneficia erigendi*, *& resignationes illorum etiam ex causa permutationis recipiendi*, *& ad ea præsentatos instituendi*, ad Curata vacantia concursum indicendi, & eadem digniori conferendi, *Æconomos tempore vacationis instituendi*: *Coadjutores Rectoribus Parochialium imperitis*, & infirmis dandi; Causas omnes ad Forum nostrum tam de jure, quàm ex consuetudine spectantes, & pertinentes, *etiam si feudales*, *& hæresis sint*, cognoscendi, & decidendi; *Edicta nostra exequendi Censuras fulminandi*, *ab ordine*, *Officiis*, *administratione*, *& Beneficiis*, *prout juris erit*, *suspendendi*, *privandi*, *destituendi*, *& deponendi*, *inquisitos*, *excommunicatos à Canone*, *suspensos*, *& interdictos à jure in casibus Nobis permissis absolvendi*, causas criminales cognoscendi, & decidendi, brachium sæculare implorandi, pias voluntates exequendi, *in erectione*, *& fundatione Beneficiorum jura Patronatus Fundatoribus reservandi*, *in alienationibus bonorum Ecclesiarum*, *& Locorum Piorum ad formam Sac. Canonum auctoritatem præstandi*, *& decreta interponendi*; Litteras Monitoriales in forma significantes pro rebus deperditis, seu furto subtractis juxtà formam juris, & Bullam Beati Pii V. concedendi, Ecclesias omnes, Loca pia *etiam exempta*, *& Monasteria Monialium visitandi*, litteras Apostolicas Nobis, seu Vicario nostro directas, & dirigendas aperiendi, & *nisi industria personæ eligatur*) exequendi; *Jurisdictionem in Regulares*, *& exemptos ad formam Sac. Concil. Trid. Constit. Apostolic. & Decret. Sac. Congreg. exercendi*, juramentum ad effectum tantùm, agendi, & dummodò absolutionem petentes perjuri non sint, relaxandi, Confessarios tùm Seculares, tùm Regulares (*non tamen Monialium*) examinandi, & ad tempus approbandi, & facultatem eis concessam ex causa revocandi, *voluntatem Puellarum habitum Religionis suscipere*, *sivè profiteri volentium* (*Nobis impeditis*, *aut absentibus*) explorandi, licentias pro ingressu in Clausuram Monialium pro rebus tantùm necessariis Officialibus, Artificibus, & Colonis concedendi, Sac. Suppellectilem, aliaque indumenta Ecclesiastica, in quibus Sacra Unctio non adhibetur (*quantum ad nos spectat*) benedicendi, unum, vel plures Vicarios, Nobis absentibus, in casu alicujus necessitatis cum eadem, vel minori auctoritate nomine nostro ad tempus substituendi, & cætera exercendi, quæ ad Officium Vicariatus noscuntur pertinere. Volumus autem, quòd in Vicarium, & Officialem nostrum Generalem omnes Nobis in Episcopatu, & jurisdictione subjecti Te recognoscãt, recipiant, & admittant, atque, ut par est, Tibi obediant; Si quis verò inobediens fuerit, condigna pœna feriatur. In quorum, &c. Dat. &c.

N. N. Episcopus N.

ADNOTATIONES.

1. SI Episcopus, habita consideratione ad qualitates personæ electæ, vellet pauciora expressis in formula concedere, & aliqua ex ibidem concessis reservare, poterit ad libitum facultatem restringere ad pauca specialia, quæ non censentur commissa, nisi in litteris exprimantur: At si majora expressis concedere vellet, & illimitatam electo facultatem tribuere, tunc post enumerationem aliquorum specialium in formula contentorum, addat in fine clausulam sequentem -- *Et cætera alia omnia faciendi, gerendi, & exercendi; etiamsi talia forent, quæ mandatum magis speciale requirerent*: Cujus vigore Vicarius Generalis in his, quæ sunt jurisdictionis. eamdem potestatem, quam Episcopus habet, consequitur, quamvis specialia, quæ Vicarius vigore mandati generalis facere non potest, non exprimantur, ut tradunt Barbos. *de Offic. & Potestat. Episc.alleg.* 54.*n.*124. Pirhing. *in jus Can. tom.*1. *lib.* 1.*tit.* 28. §. 4. *num.* 48. *in fin.*

2. Præter autem specialia, quæ exprimuntur in formula, & quæ Vicarius vigore mandati generalis explere non valet, alia plura inveniuntur jure, prout sunt elargitio Indulgentiarum, potestas absoluta dimissorias concedendi, ea quæ sunt ordinis Episcopalis committendi, Beneficia conferendi, & uniendi, pensiones in casibus à jure permissis super illis imponendi, reis gratiam faciendi, voluntates Testatorum in casibas de jure Episcopo concessis commutandi, juspatronatum in Laicum donandi, & transferendi, nova Monasteria erigendi, licentias dandi, Confessarios Moniallum approbandi, numerum Canonicorum augendi, Concionatores approbandi, interdictum relaxandi, irregularitates, & vota occulta in casibus Episcopo permissis dispensandi. Hæc inquam censentur præter alia notata minusculo caractere informula Episcopo reservata, nisi explicitè, vel saltem implicitè, & virtualiter per clausulam -- *Et cætera alia omnia*, &c. de qua *in* §. præcedenti concedantur, ut communiter docent Tusch. *litt.V. conclus.*189. Zecch. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc.*Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop.alleg.*83. *num.* 5. Ventrigl. *prax. p.*2. *annot.* 14. Pac.Jordan. *tom.*2.*lib.*12.*tit.*1.*à n.*142. *ad* 230. Passerin.*in c.Cum in Generali num.* 20. & 21. *de Offic. Vicar. super* 6. Nicol.*lucubr. Can.lib.*1.*tit.*28. *de Offic. Vicar. ampl.* 44. & 45.Rot.coram Buratt. *decis.*702. & coram Coccin. *decis.* 652.*num.* 8. & coram Zarat.*decis.*26. *n.*3.& 4.& coram Cels.*dec.* 199. *n.*6. *apud quos alia specialia invenies.*

3. *ONUS EPISCOPALIS*. Gravissimum quidem est onus Episcopatus: inest enim huic Dignitati principaliter, & essentialiter labor maximus in procuranda salute Animarum, quæ Cura cum sit ars artium, & à paucis sciatur, meritò iste honor à viris prudentibus, non solum non appetitur, sed exhorrescitur, quia cum salus populi sit præcipua, & finalis, nemo sapiens læto creatur animo; nam exterioribus Curis non debet esse tam deditus, ut ab intimis corruat; nec solis interioribus occupatus, ut quæ foris sunt, proximis non impendat, ut monet Divus Gregor. relatus à Barbos. *de Potest. Episcop.par.*1.*tit.*2.*glos.* 16. *num.*2. & *glos.* 2. *num.* 14.

4. *FORMIDANDUM*. Quia quamplures Episcopi non tantum commissione, sed omissione damnantur, teste Episcopo Sperellio *dec.*126.*n.*30.

5. *ADVOCARE*. Quæstio olim fuit inter DD. an Episcopus teneretur, & cogi posset ad sibi assumendum Vicarium? Et affirmativam sententiam tenuit Zecch. *de Republ. Eccl. cap.*23.*de Vicar. Episc.*cum aliis ab eo allegatis. Verùm Rot. Romana coram Cavaler. *dec.* 418. & *in Recent. par.* 14.*deci.*115.*n.*19. absolutè negativam sequitur: Alii autem quos citat,& sequitur Gratian. *discept.*561.*n.*16.& *seqq.* fædere distinctionis oppositas has Sententias conciliant, nempè quod prima Sententia affirmativa procedat in Episcopatibus magnis, & numerosis, secunda verò negativa locum habeat in Episcopatibus parvis, quam distinctionem sequutus est Pirhing. *in jus Can.tom.*1. *lib.*1. *tit.*28. *nu.* 28.

6. Cardinalis verò de Luc.descendendo ad praxim, relicta opinione Rotæ quam

am-

amplexus fuerat *in disc.24.n.5.de jurisd.* dicit quod Sac. Congreg. Episcop. in Diœcesibus, ubi retineri consuetum fuit, soleat demandare retentionem Vicarii, si Diœcesani recurrant; In aliis vero Diœcesibus exigui Territorii, vel ubi paupertas Ecclesiæ ità suadeat, soleat dispensare ad tempus, etiam dilatione pluries concedendo, prout facti qualitas exigit, ut *in disc.4.n.4.adnot.ad Concil.* & cum hac praxi hodiè vivitur saltem in nostra Italia. Verum Sacr. Congreg. Concilii sub die 11. Februar. 1696. approbando Votum Rotę edictum 18. Junii 1694. & 11. Martii 1695. *coram Emerix. in Valven. Præeminentiarum*, admisit quod Episcopus non possit arctari ad tenendum Vicarium, juxtà *decis. Cavalerii*.

7 *PREMIMUR*. Premitur enim Episcopus obligatione Verbum Dei prędicandi, monita salutis dandi, & populum in Lege Domini instruendi, non tantum in Cathedrali, verùm etiam in Diœcesi tempore visitationis, *c. Episcopus* 88. *dist. cap. Placuit* 10. *quæst. prima cap.* 1. *§. Sanè de Cens. in sexto*, *Concil. Trid. sess.* 5. *cap.* 2. *de Refor.* Fagnan. *in cap. Ex parte de Cler. non res.* Rot. *coram Merlin. dec.* 618. *ferè per tot. Act. Apost.* 6.

8 Sacrificium Misse quotidiè celebrandi, vel saltem audiendi, *cap. fin. de privil. in sexto*, ac si celebret, pro ovibus suis Sacrificium applicandi, *Concil. Trid. sess.* 23. *de Reform. cap.* 1.

9 Diœcesim per se ipsum legitimè non impeditus diligenter tempore debito visitandi, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 3. *de Reform.* Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. Barbos. *de Offic. Episc. par.* 1. *tit* 2. *glos.* 10. *n.* 24. Fagnan. *in dicto cap. Ex parte de Cleric. non resid. nu.* 39. Chrispin. *de visit. par.* 1. *§.* 1. *num.* 2. & 3.

10 Delicta Clericorum, præsertim publica, puniendi, & mores reformandi, *cap. Nemo quippè & cap. Si quis Episcopus dist.* 83. *cap. Quid autem* 8. *quæst.* 1. *cap. Et injusta* 33. *quæst.* 4. *cap. fin. de excess. Prælat. c.* 1. *§. Sanè de Cens. in sexto*, Sperell. *decis.* 126. *num.* 23. & 24.

11 Examini Ordinandorum præsentialiter interessendi, & à personarum acceptione cavendi, Glos. *in cap. Ad hæc de Offic. Archid. vers. Examinentur*, Piasec. *prax. Episc. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 7. *n.* 5. & 6. Barbos. *de Offic. & potest. Episc. alleg.* 10. *num.* 1.

12 Consortium Mulierum fugiendi, *cap. Interdixit*, & *cap. seq.* 32. *dist.* Barbos. *eodem tract. part.* 1. *tit.* 2. *glos.* 8. *per tot.* ubi dictum Divi Hieronymi refert illis verbis-*Fœminam quam benè videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentia*.

13 Eleemosynam etiam publica liberalitate elargiendi, *cap. Fratrem* 86. *dist. Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 1. *de Reform. cap. Episcopus*, *cap. Rex Ecclesiæ*, & *cap. seq.* 12. *quæst.* 1. quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam, *Tob.* 12. si autem obturaverit aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur, *Proverb.* 21.

14 Concordiam, & pacem, & unitatem non tantum inter Ecclesiasticos, sed etiam Laicos fovendi, *cap. Præcipimus*, & *per tot.* 90. *dicto cap. Episcopus*, & *dicto cap. Res Ecclesiæ*, & *cap. seq.* 12. *quæst.* 1. Graff. *dec. aur. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 21.

15 Pupillis, Viduis, aliisque pauperibus oppressis providendi, tuendi, & justiam ministrandi, *c. Pervenit*, &c. *c. seq.* 84. *dist. c.* 1. 2. & *per tot.* 87. *dist. c. Scire* 23. *q.* 8. *c. Super quibusdam in fin. de verb. signif.*

16 Officiales, & Ministros bonis moribus, bonaque fama præditos retinendi, improbosque arcendi, *Concil. Trid. sess.* 2. *de Reform. cap. unico*, Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. par.* 1. *tit.* 2. *glos.* 16. *nu.* 10. Piasec. *prax. Episc. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 1. *post nu.* 4. *cap. Pervenit*, & *cap. seq.* 2. *quæst.* 8.

17 Iracundiam, & avaritiam fugiendi, ut de prima monet *Apostolus ad Rom. cap.* 12. quia ira viri justitiam Dei non operatur, *Jac. Apost.* 1. *cap. Episcopus* 11. *quæst.* 3. *in fin.* Pac. Jord. *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *à num.* 1. & *seqq.* & de secunda à Sacris Canonibus execrata, Amostaz *de caus. piis lib.* 2. *cap.* 6. & Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 34. & est Text. *in cap. Ex parte de Cens.*

18 Mansuetudinem Pastoralem, & humilitatem amplectendi, nàm ubi est humilitas, ibi est sapientia, *Proverb.* 11. *cap. Licèt plerumque* 45. *dist. Concil. Trident. sess.* 13. *cap.* 1. *de Refor.* Barbos. *de*

Offic.& Poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 2. gloſ. 12. tit. 17.

19 In Civitate, vel loco ubi Cathedra exiſtit (niſi neceſſitas aliud expoſcat) continuo reſidendi, muniaque Epiſcopalia per ſe ipſum explendi, *Concil. Trid.cap. 1.ſeſſ.23. de Reform.* Tuſch.*litt.E.concl.234. num.7.* Graff.*dec.aur.part. 2. lib. 3.cap. 14. n.2. cap.Relatum, cap. Nonnulli de reſid.in ſexto*, Fagnan.*in cap.Dudum n.27.de elect. & in cap.Ex parte n.25. & 29. de Cler. non reſid.*

20 Sacramentum Ordinis ſine labe, & ſuſpicione Simoniæ, aut ſpe munerum, & tantum dignis conferendi, *cap.Sacerdotes 49. diſt. cap. Presbyter 1. quæſt. 1. cap. Per tuas de Simon.* Bellet.*diſq. Cler. par. 1. §. 4. num. 49.* memor ultionis Dei in Domum Jeroboam *lib. 3. Reg. cap. 3.* ubi narratur, quod quicumque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat Sacerdos excelſorum, & propter hanc cauſam, peccavit Domus Jeroboam, & everſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

21 Bonos mores in populo, diſciplinam in Clero, nitorem, & decorem in Eccleſiis totis viribus fovendi, & promovendi *Concil.Trid.cap.3.ſeſſ.24.de Reform.* Bellet. *diſq.Cler.par.1.§.5.de favor.Cler.real. n.67. & ſeqq.* Chriſpin.*de viſit.part.2.§.14. nu. 8.* reportantes finem Fidei eorum ſalutem Animarum, *Petr. 1.*

22 Moniales reformandi, Clauſuram cuſtodiendi, & tuendi, *Concil. Trid. ſeſſ. 15.de Regular.cap.5.* Donat. *prax.rer. Regular. tom.2.ca.3.de Clauſ.Monial.quæſt. 2.nu. 18. & quæſt. 4. num. 5. & tom. 4. tra. 15. de vot. paupert. quæſt. 5. num. 1.*

23 Vita irreprehenſibili iter quo ad Cœleſtem Patriam pergimus, cunctos ſibi ſubjecto docendi, *Divus Paul.1.ad Tim. cap.3.* Pac.Jord.*tom.1.tit.1.num.60. & ſeqq.* Barboſ. *de Offic. & Poteſt.Epiſc.par.1. tit.2. gloſ.3.n.4.* Si enim Epiſcopus præmiſſa negligeret, & flocci faceret, non eſſet ſine crimine, & populus in die Domini eum ſua officia non agentem judicabit, *cap. Vereor 8. quæſt. 1.*

Undè cum nil magis deceat debilitatem humanam, quàm, ſubſidia, & fulcimenta venari, quibus innixa deficere, ac ponderi ſuccumbere non paveſcat, Epiſcopus in tam grandi Dignitatis faſtigio adjutorem ſibi adſciſcat idoneum.

24 *FIDELITATE, PROBITATE, SCIENTIA, ET EXPERIENTIA*, Vicarius debet eſſe fidelis in iis, quæ ſibi ab Epiſcopo demandata fuere, ſcilicet in exequendo, in referendo, in ſecreto tenendo, in conſilio dando, in jura tuendo, & in adminiſtrando juſtitiam.

25 Probus, quia qui præeſt, ut juvet, exemplo virtutum eum præire neceſsè eſt, aliàs in gubernio nihil proficiet, ſed potiùs Clerum, & Plebem inficiet, *cap. cum in cunctis 7. de elect. in princ.*

26 Debet eſſe ſcientia, & experientia idoneus, quia imperitus non poteſt eſſe Judex Eccleſiaſticus, ut dicit Gloſ.*in præfatione diſt.20.verb. imperitis*: Aliàs ſi Epiſcopus indoctum, ad officium ineptum deputaret, graviter, peccaret, ut communiter tradunt Navar.*lib.1.conſ. 1. de Offic. Vicar.* Ricc.*dec.Cur.Archiepiſ.Neap.305.n.1. & 2. par.4.* Garz.*de Benef.p.5.cap.7.n. 17. & 18.*

28 Et ratio convincens eſt, quia ſcientia ad regimen eſt ſimpliciter neceſſaria: Et licèt hodiè de conſuetudine Judices non ſyndicentur de Sententiis per imperitiam malè datis, ſed tantum de furtis, malè ablatis, dolo, ſordibus, corruptione, & barrattaria, Merlin. *dec. Lucen.priman.2.* Vulpin.*ſucc.Farinac.par.12. ex quæſt. 111. art.16.n.46.* Nihilominùs Judex imperitè judicando in jure certo, facit litem ſuam, & tenetur ad intereſſe partis, Gloſ. *punctualis in cap. Sacro, verb. de intereſſe de Sentent. excommunic.* quia imperitia annumeratur culpæ, Gloſ. *in cap. Si homicidium, verb.imprudenti 23. quæſtion. 5.*

28 Caveant propterea Epiſcopi, ne pretio, aut precibus, ſivè alia quavis ſuadente ratione inducantur ad aſſumendum, Vicarium, qui ætate, moribus, & doctrina non ſit gravis. Et quamquam ætas 25. annorum ſufficiens in jure reputetur, tamen difficile eſt, quod in iſta ætate quis ſit aptus: Nàm Divina eloquia Nos docent, quod prudentia, & ſapientia reperitur in ſenibus, juxta illud *Job. 12.-In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, & Exod. 3. Vade, & congrega ſeniores*: Et Moyſes juſſu Dei rerum omnium Proviſoris elegit

git 70. Presbyteros (hoc est seniores) qui simul cum eo gubernarent Num. 11. & denique Dominus cum ad judicandum venerit Assessores habebit seniores, *Isaias* 3.

29. Non inficior tamen, quod non possit aliquis juvenis hujusmodi ætatis acri ingenio idoneitatem necessariam habere, sed dico, quod casus rarò continget, ad quem lex, regulaque non respicit, sed ad id, quod frequentiùs accidit, *l. nam ad ea, ff. de leg.* Sanchez *de Matrim. l. 3. disp. 41. num. 5. vers. Quod si dicas*, Fulgnin. *de jur. emphyt. tit. de solut. Can. quæst. 1. n. 129.* Proptereaque existimo, quòd, si non possit haberi magis providus, & ætate provectior, debeat esse saltem triginta annorum completorum: Cum enim juvenilis ætas ad malum prona difficilè refrenetur, non expedit, quod Tribunal Episcopale, à quo bona cuncta Diœcesis procedere debent, junioribus committatur. Quia Episcopus se exponit periculo relevandi factum sui Vicarii, de quo teneretur, si delinqueret in officio, & sibi imputare deberet, si malum elegit Ministrum, ut monet Piasec. *Prax. Episc. tit. de person. Judic. num. 16.*

30. *TENORE PRÆSENTIUM.* Quamvis Vicarius Episcopi dicatur Judex Ordinarius, & habere mandatum à lege per Glos. *in cap. 2. vers. Officialem de Offic. Vicar. & in cap. Romana, vers. Generaliter de appellat. & cap. 1. & 2. de Offic. Ordin. in sexto*, ibique DD. communiter; nihilominus debet in scriptis constitui, & deputari, non quia sit necessaria scriptura; sed ad probationem in casu, quo à partibus ejus auctoritas super aliquo speciali de jure Episcopo reservata negaretur, vel aliàs in dubium revocaretur.

31. Periculosa est enim doctrina Ventriglia *in prax. part. 2. annor. 14. nu. 52. & 53.* ubi conatur probare, quod si auctoritas Vicarii negetur, aut de ea apponatur postquam Vicarius ea usus est, debeat præsumi illam habuisse ad sustinendum actum, maximè si præsente Episcopo expleviset ea, quæ requirunt specialem facultatem.

32. Quia cum specialia Episcopo à jure reservata, ut suprà probatum fuit, non censeantur, neque præsumantur concessa, nisi in mandato, & constitutione Vicarii exprimantur, præsumptio stat pro nullitate actus, nisi probetur commissio, quam probare tenetur ipse Vicarius, vel alius, qui eam supponit, ut in individuo advertunt Zecch. *de Republ. Eccles. cap. 23. de Vic. Episcop. vers. 1. nu. 6.* Pac. Jord. *tom. 2. lib. 12. tit. 1. num. 119.* Et est generale, quod quando qualitas, seù idoneitas requiritur à lege, non præsumitur, sed est probanda, cum sit qualitas extrinseca, licèt intrinseca præsumatur inesse, ut distinguit Piasec. *prax. Episcop. part. 1. cap. 1. art. 7. nu. 2. & art. 8. num. 5.*

33. Tutior ergò via est, quòd Vicarius in principio sui Officii coram Capitulo Cathedralis per Cancellarium litteras suæ deputationis publicare faciat, & deindè penes Acta Cancellariæ per extensum registrari curet.

34. An autem unus tantùm, vel plures Vicarii Generales in eadem Diœcesi ab Episcopo constitui possint, affirmant Zecch. *de Republ. Eccles. loco cit. vers. 1. numer. 3.* Ricc. *prax. For. Eccles. part. 2. resol. 199.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. alleg. 54. num. 126.* Pac. Jord. *tom. 2. libr. 12. tit. 1. num. 24.* Pirhing. *in jus Can. lib. 1. tit. 28. num. 29.* Negant alii quos sequitur Nicol. *Iucubr. Canon. libr. 1. tit. 28. nu. 7. pag. mihi 51.* nisi adesset in loco consuetudo, vel agatur de Episcopo, qui habeat unitas duas Diœceses: At omnes in hoc conveniunt, quod Episcopus non possit habere plures Vicarios, vel Tribunalia juxtà numerum dominiorum temporalium, ad quæ Diœcesis se extendit.

35. *NON TAMEN CONSECRATA.* Ecclesia consecrata, si polluatur non potest reconciliari, nisi per Episcopum, neque per eum facultas ista delegari potest, *capit. Proposuisti de consecrat. Eccl.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. allegat. 28. numer. 55.* Nicol. *Iucubr. Canon. libr. 5. tit. 39. de pollut. Eccles. num. 257.*

36. *CHARITATIVUM SUBSIDIUM EXIGENDI.* Exigi non potest charitativum, nisi concurrente necessitate, egestate, & impotentia Episcopi; Quia cum sit charitatis auxilium, & remedium subsidiarium, non est diviti succurrendum,

ut communiter firmant Hoſt. *in c. cum Apoſtolus numer.* 7. ibique Abb. *numer.* 2. Graff. *deciſ. aurea part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 2. *n.* 39. & 42. Barboſ. *de Offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 87. *num.* 28. Bellett. *diſq. Cler. part.* 1. §. 12. *de Cler. debit. num.* 2. & 6. Tambur. *de jur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 1. & 2. Ventrigil. *prax. rer. notab. p.* 2. *annot.* 25. §. 1. *num.* 2. & *ſeqq.*

37. Et hinc oritur, quod Epiſcopus, qui habet congruam pinguem, quæ excedat taxam à Concilio præſcriptam, illud non exigit, ut reſpondit *Sac. Congreg. Concilii in Gerunden.* 17. *Febr.* 1663. & *Sacr. Congr. Epiſcop. in Policaſtren.* 19. *Aprilis* 1697. *referente clar. mem. Card. Petrucci*. Neque à Clericis non Beneficiatis, Leoncil. *de privil. paup. part.* 2. *privil.* 50. *num.* 29. Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 87. *num.* 48. niſi fortè adeſſet conſuetudo contraria, quod ab omnibus Clericis exigeretur, juxtà opinionem Ventrigil. *ſuprà citat. nu.* 40. *in fin.* Imò quod, ſi Epiſcopus habeat bona propria patrimonialia non poſſit exigere charitativum ſubſidium tenet Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 178. *nu.* 13. quem tamen reprobat Ventrigil. *prax. part.* 2. *d. annot.* 25. §. 1. *nu.* 4. dicens doctrinam Menochii procedere in ſubſidio debito domino temporali.

38. Concurrente autem legitima cauſa rationabili, & manifeſta, non tantum ſemel, ſed etiam pluries poſſet ab Epiſcopo exigi charitativum ſubſidium, juxtà diſpoſitionem Text. *in c. cum Apoſtolus de cenſ.* ubi Abb. *nu.* 2. Barboſ. *d. alleg.* 87. *nu.* 36. Bellet. *loc. cit. num.* 5.

39. Attamen jure novo Taxæ Innocentianæ per viam legis univerſalis ſaltem in Italia publicatæ exigi tantum poteſt in illis Diœceſibus, in quibus ſolitum fuit ſolvi, & quidem unica vice in primo ingreſſu Epiſcopi, ut ipſa Taxa diſponit, ibi-- *Il ſuſſidio caritativo in quelle Dioceſi, nelle quali ſia ſolito d' eſigerſi, e non altrimente, ſi eſiga ſolamente per una ſol volta nel primo ingreſſo del Veſcovo, ſecondo la Taſſa ſolita antica di* 40. *anni indietro*.

40. Verùm animadvertas, quod verba illa -- *Nel primo ingreſſo del Veſcovo*, non debent intelligi judaicè de ingreſſu phyſico, adeout non poſſit Epiſcopus exigere, niſi perſonaliter ingreſſum faciat; ſed quod non debeatur, niſi legitimè ingrediatur in poſſeſſionem Cathedræ, vel per ſe ipſum, vel per Procuratorem.

41. Quantitas verò abſque læſione Innocentianæ, præſertim in illis Regionibus ubi publicata non fuit, taxanda erit juxtà indigentiam, dummodò ſit moderata, & non onerosa, *Sac. Congr. Concil. in dict. Gerunden. de anno* 1663. ad quintum, tàm pro expeditione Bullarum, quàm pro alia cauſa dependente ab Eccleſia, *Sac. Congr. Epiſcop. in Hidruntina* 22. *Jan.* 1601.

42. Hoc charitativum ſubſidium Prælati inferiores Epiſcopo, etiamſi habeant Territorium ſeparatum, & jura Epiſcopalia, non debent, nec poſſunt exigere, ut cenſuit *Sac. Congr. Epiſcop. in una Nullius Altamuræ* 14. *Martii* 1697. quod autem in hujuſmodi caſu eſſet indulgenda facultas exigendi, tenet Ventrigil. *prax. p.* 2. *d. annot.* 25. §. 1. *num.* . . . .

43. *NISI INDUSTRIA PERSONÆ ELIGATUR*. Generaliter loquendo Epiſcopus etiam ea, quæ non ut Ordinarius, ſed ut ſpecialis Delegatus Apoſtolicus agere poteſt, ſuo Vicario Generali valet committere, & ſubdelegare, ex illa vulgari regula, quod Delegatus Principis poteſt ſubdelegare, niſi in reſcripto delegationis aliter expreſſum non reperiatur aut ex tenore, & vi verborum deſignata, & electa non cenſeatur induſtria perſonæ Epiſcopi, *cap. ultimo*, §. *Is autem de Offic. Tit.* & etiam quia ea omnia, quæ ſunt juriſdictionis, committi poſſunt Vicario Generali, per Gloſ. *in c. Pervenit* 95. *diſt.* Piaſec. *prax. Epiſc. pag. mihi* 409. *n.* 50. *in fin.*

44. Et tandem quia ſpeciale eſt, quod ſub nomine Epiſcopi, aut Ordinarii, Vicarius Generalis ſemper includatur, niſi expreſsè excludatur, prout tradunt Gratian. *deciſ. March.* 97. *n.* 15. Ricc. *deciſ. Cur. Arch. Neapol.* 79. *n.* 5. *p.* 4. Petr. Paul. Guazzin. *ad defenſ. animar. l.* 2. *de Judic. defenſ.* 1. *ca.* 9. *nu.* 28. & 29. Sperell. *deciſ.* 97. *n.* 1. & 2.

45. Quando autem dicatur in litteris delegationis electa induſtria perſonæ, videndi ſunt, Gratian. *diſcept.* 644. *n.* 23. Pac. Jord. *tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *à n.* 28. *ad* 47. Fagnan. *in cap. Quoniam n.* 18. & 23. *de Offic. Judic. deleg.* Roſ. *de execut. litt. Apoſtol. p.* 2. *cap.* 5.

cap. 5. à nu. 10. usque ad 27. Graff. *dec. aur. par. 1. lib. 1. c. 13. n. 17.* nbi septem demonstrationes affert; nempè. Prima, quando ratione confidentiæ alteri committitur. Secunda, quando conscientia oneratur, & proprium nomen exprimitur. Tertia, quando præstatio consilii requiritur in certo actu ad certum tempus. Quarta, quando mandatur negocium non determinatum. Quinta, quando Delegatus esset datus ad partis instantiam. Sexta, quando gravia, & ardua mandantur. Septima, quando agitur de re, & controversia, quæ ingenium, & hominis peritiam respicit.

46. *NOBIS IMPEDITIS, AUT ABSENTIBUS.* Hæc clausula ponitur in formula ad demonstrandum, quod, si Episcopus non est legitimè impeditus, vel absens, debet per se ipsum explorationem facere, quia *Concil. Trid. sess. 25. cap. 17. de Regul.* videtur in hoc elegisse industriam personæ ipsius, ut observat Zecch. *de Republ. Eccles. de Vicar. Episcop. c. 23. n. 3. vers. Undecimo potest.* Barbos. *supr. d. c. 17. nu. 5.* Tambur. *de jur. Abbatis disp. 4. q. 2. nu. 7.* Agitur enim de re gravi, quæ si diligenter, prout Concilium mandat, fieret, & non cursim, & perfunctoriè, non audirentur quotidiè cum perturbatione Monasteriorum, & conscientiarum tot recursus in Sac. Congr. Conc. super nullitatibus professionum ex defectu liberæ voluntatis.

47. Ideòque ne illarum sanguis de manu eorum requirat Deus, curare debent Episcopi, quòd Puellæ spontanea, libera, & devota voluntate profiteantur; Et si adsit suspicio, quod non solùm ex parte consanguineorum, sed etiam Monialium Puella vi, metu, vel minis, ac importunis precibus impellatur ad profitendum, aliisque malis artibus subornetur, & quod ejus voluntas non sit libera, sed seducta, si retineatur in Monasterio, indè extrahi illam faciant, & voluntas in loco libero semotis arbitris ab ipsismet Episcopis exploretur, ut pluries demandavit *Sac. Cong. Episc. & Regul.* nempè *in Lunen. Sarzanen. 5. Octobr. 1692. in Fulginat. 3. Octob. 1692. & in Maceraten. 8. Augusti 1698.* & monent Barbos. *de Offi. & Potest. Episc. alleg. 100. n. 5.* Donat. *de Regular. tom. 4. tr. 9. q. 8. n. 4. & q. 22. per tot.*

48. Advertendum quoque est, quod hujsmodi voluntatis profitendarum exploratio debet fieri tam ante susceptionem habitus, quàm ante emissionem professionis post annum probationis, etiamsi Monasterium Monialium esset subjectum Regularibus *Sac. Congr. Episc. & Regul. in Vicen. 30. Septemb. 1596.* Barbos. *d. alleg. 100. nu. 4.* Tamb. *de jur. Abbat. disp. 4. q. 4. n. 4.* Donat. *ubi sup. n. 3.* Quamvis si semel tantum fieret, aut nunquam, adhuc professio valida esset, Donat. *d. qu. 8. nu. 8.* Nicol. *Iucubr. Can. lib. 3. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. post num. 22. vers. Si verò examen.*

49. Factaque per Episcopum, sive eo impedito per Vicarium exploratione, cautela est, quod redigatur in scriptis, & reponatur una cum licentia congregandi Capitulum, & fide Abbatissæ super acceptatione in Actis Cancellariæ; Nam licèt defectus iste non irritet (ut mox dicebam) professionem, attamen multum juvat alleganti libertatem, & seductionem voluntatis; sicuti non parum prodest validitati professionis contrà illam infringere volentem, si constet per diligens examen animum voventis ad formam Concilii fuisse exploratum. Quia tunc actus qualis apparet in sua figura, talis præsumitur in sua essentia, ut dicit Castr. *cons. 261. in princ. l. 2.* & Ecclesia per externa præsumit interna, quia per illa, hęc declarantur, etiàsi animum profitendi non habuisset; Undè *in ca. Quod interrog. 27. dist.* dicitur - *Pœnitētiā agat de illusione nefanda, & revertatur ad id, quod spopondit,* & idē habetur *in c. Viduas 27. q. 1.*

50. *QUANTUM AD NOS SPECTAT.* Hæc clausula ponitur in formula, quia juxta praxim præter auctoritatem delegatam Episcopi debet Vicarius pro benedicendis paramentis sacris obtinere licentiam Sac. Congr. Rituum, quæ solet illam concedere in hunc, qui sequitur modum *Sac. Rit. Congr. attribuit ad triennium N. Vicario Generali N. facultatem benedicendi sacram suppellectilem, aliaque indumenta Ecclesiastica, in quibus tamen Sacra Unctio non adhibetur, & dummodo expressus interveniat Ordinarii consensus, &c.* vel rescribendo Episcopo -- *Sac. Rit. Congregat. facultatem indulsit Reverend. D. N. moderno Episcop. N. ut subdelegare possit licentiam benedicendi Sacra Suppellectilia*

Eccle-

Ecclesiastica, in quibus tamen Sacra Unctio non adhibetur, ejus Vicario Generali, & aliis Sacerdotibus suæ Diœcesis sibi bene visis in aliqua Dignitate Ecclesiastica constitutis, &c. juxta Decretum relatum à Gavant. *in Manual. Episcop. verb. Benedictio num. 5.* & quod servatum vidi pro me ipso, dùm munere Vicarii Generalis functus fui in Ecclesiis Venusina, & Æsina.

51 Contrà hanc observantiam, & Decretum à Gavant. relatum, insurgit Nicol. *Iucub. Can. lib. 5. tit. 33. de privil. post nu.* 18. Et primò objicit, quod de Decreto non constat authenticè. Secundò, quod non est usu receptum, præsertim Romæ cùm R. P. D. Vicesgerens passim auctoritate ordinaria deleget quibuscumque Presbyteris hanc facultatem. Tertiò, quod hujusmodi benedictio, in qua non intervenit Unctio Sacra, & non sit Ordinis Episcopalis, sed jurisdictionis, & Sacerdotalis, possit à solo Episcopo delegari, sicuti delegatur reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quod est plus. Quartò, quod licentiæ, quæ expediuntur à Sacra Congregatione Rituum, fiant ad cauthelam, & ad majorem conscientiæ serenitatem non autem de necessitate.

52 Huic Nicolii sententiæ favere videbantur Decreta, relata à Barb. *in Sum. decis. Apostol. collect.* 301. *num.* 5. quæ tamen per errorem ibidem allegata fuisse (ut sæpè accidit Collectoribus) credendum est: Quia *in verb. Benedictio collect.* 59. *num.* 3. referendo eademmet Decreta, dicit idem Barbos. quod, ut Episcopus possit hanc facultatem aliis delegare, exigitur licentia Sedis Apostolicæ, & ità concordat cum Gavanto, cui cum praxis ità servet, & ipse adhærere non dubito, quicquid sit, an speculativè loquendo opinio Nicolii sustineri possit, nec nè. Et hanc Sententiam tenet modernus Corsett. *prax. Cœrem tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. ubi quod hæc benedictio sit de potestate Ordinis.

53 Tandem in constitutione Vicarii Generalis, sive pauca, sive multa, sive plura, sive omnia specialia concedantur, semper collationem Beneficiorum sibi ipsis Episcopi reservent; tùm quia congruit, quod soli possint dignos, & emeritos Ecclesiæ præmio fovere; tum ne Vicarius, qui habet facultatem ad tempus substituendi, affectando causam absentiæ, vel alterius necessitatis, alium substituat, ut sibi conferat, quod facere validè posset, prout sustinet Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Vicar. Episc. cap.* 23. *post num.* 4. §. *Et ubi Vicarius interpretatione sexta;* Tùm demum ne collusionis, aut cujusvis alterius pactionis pravæ cum proviso suspicandi occasio relinquatur.

54 Cætera, quę pertinent ad officium, potestatem ordinariam, durationem, & præeminentias Vicarii, & Officialis Generalis Episcopi, videri possunt apud Cucch. & Jacob. Sbroz. qui integros, & absolutos ediderunt Tractatus, necnon Tusch. *lit. V. conclus.* 189. Zecch. Barb. Pac. Jord. Ventrigl. & Pirhing. *in locis supra allegatis:* Non enim ad hæc transcribenda calamum paravi; sed tantummodò pro intelligentia clausularum in formulis contentarum, quæ non omnibus in foro Ecclesiastico versantibus obvia est, explanationis Provinciam licèt exiguam pro mea tenuitate aggredior.

Deputationis Vicarii Generalis Capituli.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum etiam extrà casum mortis Episcopi potest Vicarium constituere.*

2 *Capitulum non eligit Vicarium, quando Vicarius Episcopi in remotis degentis moritur, vel est suspensus, aut excommunicatus, vel missus à Congregatione, sed recurritur pro provisione ad Sedem Apostolicam.*

3 *Tempus à Concilio præfixum pro electione Vicarii Capitulari incipit currere à die scientiæ mortis certæ, & non præsumptæ, vel à die translationis ad aliam Ecclesiam.*

4 *Capitulo negligente eligere, vel nulliter eligente, electio Vicarii devolvitur*

vitur utroque casu ad Metropolitanum, & num. 5.

6 *Capitulum iterùm eligit Vicarium, si constitutus à Metropolitano decederet.*

7 *Canonici absentes non debent vocari ad Capitulum electionis Vicarii, nisi commodè fieri possit.*

8 *Canonici absentes, qui de consuetudine vocandi sunt, non sunt vocandi, nisi sint intra Provinciam.*

9 *Canonici quoquomodo absentes, non sunt vocandi, si ita consuetudo obtinuit.*

Capitulo electionis Vicarii præter Canonicos vocandi sunt etiam ii, qui de jure non sunt de Capitulo, si adest consuetudo illos vocandi, ibid.

10 *Electio Vicarii Capitularis debet fieri secretis suffragiis.*

11 *Capituli resolutiones debent fieri secretis suffragiis.*

12 *Vicarius Capituli debet esse Doctor in jure Canonico, & non in Civili tantum.*

13 *Capitulum unum tantum Vicarium elegit.*

14 *Capitulum Vicarium non potest constituere ad tempus, sed illum pro toto tempore Sedis vacantis deputare debet.*

15 *Vicario Capituli debetur salarium ex redditibus Ecclesiæ vacantis.*

16 *Capitulum in constitutione, & electione Vicarii non potest sibi aliquid reservare, seu potestatem electi coarctare.*

17 *Vicarius Capituli, si allegetur, suspectus, non potest procedere sine adjunctis.*

Quod procedit etiam in Vicario Episcopi, & in ipsomet Episcopo, ibid.

18 *Vicarius Capituli cognoscit causas violationis immunitatis Ecclesiasticę exceptis casibus Bullæ Greg. XIV. quorum cognitio sede vacante ad Episcopum viciniorem devolvitur.*

19 *Vicarius Capituli, sicuti nec Episcopi, nec Apostolicus possunt absolvere à censuris incursis, seu fulminatis ob læsam Immunitatem Ecclesiasticam.*

20 *Metropolitanus non absolvit subditos suffraganei, neque appellationes debet recipere in causis læsæ Immunitatis, nisi integraliter restitutæ.*

21 *Vicarius Capituli potest ex causa resignationes Beneficiorum admittere.*

22 *Vicarius Capituli concedit dimissorias post annum, & infrà annum arctatis, aliisque ratione Beneficii recepti, vel recipiendi.*

23 *Vicarius Capituli concedit infrà annum etiam non arctatis dimissorias pro prima Tonsura.*

24 *Vicarius Capituli aliquando de Voto pleni Capituli concedit etiam infrà annum dimissorias.*

25 *Vicarius Capituli utilius esset, quod post annum dare dimissorias semper de Vota pleni Capituli, & de ratione.*

26 *Vicarius Capituli dispensat super interstitiis data speciali commissione.*

27 *Vicarius Capituli non Doctor debet habere Consultorem Doctorem ab ipsomet assumendum.*

28 *Vicarius Capituli non debet constitui* juxtà formulas traditas à *Quarant. & Barbos.*

Nos Archidiaconus, Canonici, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ N. Sede Vacante per mortem bon. mem. N. Episcopi.

Admodum Rev. D. N. J. V. D. salutem in Domino sempiternam.

CUm ex Sacrorum Canonum dispositione Cathedralium Ecclesiarum Capitula in locum deficientium Episcoporum (*præsertim si ex humanis eripi contigerit*) subrogentur, eisque in spiritualibus, & temporalibus succedant, eorumque

que munus sit, viduatis Ecclesiis, ità consulere, ut Ministrorum solertia, atque diligentia incommoda minimè sentiri permittant. Ne igitur supradicta Ecclesia culpa nostra aliquid detrimenti patiatur, Nos Canonicis sanctionibus, & Sacr. Concil. Trid. Decretis, ut par est obtemperando, vocatis omnibus, & singulis Canonicis intra tempus *octo dierum* à prefato Concilio statutum ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum, congregatisque his, qui *debuerunt*, potuerunt, & voluerunt interesse, habitis Capitulariter, *secretisque suffragiis*, sive Votis omnium, seu majoris partis interessentium, & ut permittitur congregatorum: Te Advocatum Rev. D. N. *I.V. D.* supradictum de cujus probitate, scientia, & sollicitudine plurimum in Domino confidimus, Generalem in spiritualibus, & temporalibus, *Vicarium, & Officialem nostrum* in prædicta Ecclesia Cathedrali, Civitate, & Diœcesi tenore præsentium deputamus, facimus, creamus, & constituimus *pro tempore Sedis Vacantis*. Cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegiis, honoribus, oneribus, *emolumentis*, præeminentiis, & prærogativis ad hujusmodi munus exercendum debitis, necessariis, & opportunis.

Dantes Tibi *plenam*, & liberam potestatem omnia, & singula exercendi, quæ Capitulo Sede Vacante in utroque Foro à jure permittuntur, & proindè causas omnes tam Civiles, quam Criminales, & mixtas etiam hæresis, & matrimoniales audiendi, *cognoscendi*, terminandi, ac decidendi, cum facultate excommunicationem, aliasque Ecclesiasticas Censuras, & pœnas *etiam pro Ecclesiarum immunitate*, & libertate tuenda, ferendi, & infligendi, *Resignationes Beneficiorum* cum causa recipiendi, præsentatos ad Beneficia Jurispatronatus instituendi, & nova cum reservatione dicti juris dotandi, & erigendi, salvis juribus Episcopalibus. Concursus ad Parochiales vacantes indicendi, & magis dignum ex approbatis præeligendi, *ac dimissorias* ad Ordines post annum, & infrà annum arctatis ad formam Concilii Tridentini concedendi, & super *interstitiis* dispensandi. Necnon ea omnia faciendi, mandandi, & exequendi, quæ Nos facere, mandare, vel exequi possumus, etiamsi requirerent speciale mandatum (si Vicarius deputatus non esset Doctor, addatur)-- *cum Voto tamen Consultoris idonei I.V.D. Tibi benè visi in sententiando, & procedendo ad actus quoscumque irretractabiles, & qui consilio videbuntur indigere*.

Precipimus itaque universo Clero hujus Civitatis, & Diœcesis, aliisque hujus Ecclesiæ jurisdictioni subjectis, quatenùs Te in Vicarium, & Officialem nostrum Generalem, ut præmittitur, recipiant, Tibique tanquam tali in omnibus pareant, & obediant. Dantes Tibi voces, & vices nostras, contradictores, & rebelles pœnis, & Censuris Ecclesiasticis compescendi. In quorum fidem præsentes scribi jussimus per infrascriptum nostræ Curiæ Notarium, & manu propria subscripsimus, si illoque Capituli jussimus muniri. Datum &c.

ADNOTATIONES.

1 PRÆSERTIM SI EX HUMANIS ERIPI CONTIGERIT. Ponitur illa dictio--*Præsertim*, ad exprimendum casum minùs dubitabilem, & indicandum, quod etiam extrà casum mortis Episcopi, potest Capitulum Vicarium Generalem constituere, puta si in captivitatem apud fidei Hostes redigeretur, ad *Text. in c. Si Episcopus de suppl. neglig. Prælat. in sexto*, Carol. Anton. de Luca *ad Ventrig. p. 2. annot. 15. n. 2*

2. Non tamen posset Vicarium deputare, si Episcopus degens in remotis, & Vicarius ab eodem relictus moreretur, aut suspensus ab Ordine, vel excommunicatus existeret, quia tunc recurrendum esset

esset ad Sedem Apostolicam pro provisione, Nicol. *in flosc. verb. Vicarius Capituli nu.* 57. Fagnan. *in cap. Per diversitatem à num.* 25. *usque ad fin. de concess. præb.* Sicuti nec posset illum constituere, quando Vicarius Episcopi defuncti fuisset missus à Sacra Congregatione, ut advertit idem Nicol. *loc. cit. num.* 58.

3 *OCTO DIERUM.* Tempus à Concilio Tridentino statutum incipit à die scientiæ mortis certæ, & non præsumptæ, vel à die translationis ad aliam Ecclesiam, Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Capitulum Sed. Vacante in appendice vers. Termino octo dierum*, Barbos. *de Canonic. cap. ultimo num.* 32.

4 Si autem in dicto termino octo dierum à die scientiæ Capitulum eligeret non Doctorem, existentibus Doctoribus, jus eligendi non esset devolutum ad Metropolitanum, sed facta per eum declaratione nullitatis deputationis, remittenda esset nova electio ad Capitulum præfixo termino ad eligendum, sic opinatur Pignatel. *consult. Can.* 34. *à n.* 13. *ad* 24. *to.* 8. innixus rationi, quòd cum devolutio sit pœna imposita principaliter ob negligentiam non factæ electionis, non debeat extendi ad casum, quo actus iste gestus quidem fuit, sed nulliter.

5 Verùm relicto Pignatello adhæreas Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Archiepisc. auctoritas n.* 36. Barbos. *supra Conc. sess.* 24. *cap.* 16. *nu.* 28. *de Reform. & de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 102. Ventrigl. *prax. tit. de jurisd. Archiep. cap.* 49. *n.* 23. Card. de Luc. *de Canonic. discurs.* 24. *n.* 7. *& discurs.* 25. *n.* 3. firmantes Concilium Trid. illis verbis-*Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur*, utrumque casum pariformiter comprehendere ad effectum devolutionis, quòd scilicet sive Capitulum negligat suam facultatem exercere intrà octo dies, sive malè exerceat inhabilem eligendo, pro illa vice privetur tali facultate, quę devolvatur ad Metropolitanum, vel viciniorem juxtà dispositionem Concilii.

6 At si Vicarius deputatus per Metropolitanum, vel viciniorem ob negligentiam, vel malam electionem Capituli, decederet, tunc posset Capitulum novum eligere Vicarium infrà octo dies, ut priùs, quia pro prima vice tantùm jus amisit Barbos. de *jur. Eccles. dict. cap.* 7. *dict. num.* 102. *in fin.*

7 *QUI DEBUERUNT.* Canonici absentes non debent vocari, nisi commodè fieri possit: Nec ità absentes possunt mittere, aut constituere Procuratorem ad ferendum in electione suffragium, Glos. & Canonistæ communiter *in cap. Quia propter de elect.* Quia eo ipso, quòd Canonicus transit ad locum, ex quo commodè vocari non possit, facit se extraneum, & perdit jus ad eligendum, Passerin. *de elect. cap.* 10. *num.* 37.

8 Quatenus autem adesset consuetudo legitimè præscripta admittendi in electione Canonicos absentes per Procuratorem, talis consuetudo esset intelligenda, & restringenda ad absentes intrà Provinciam & ibidem detentos aliquo legitimo impedimento de tempore actualis electionis Vicarii, prout censuit, & declaravit *Sacr. Concilii Congregatio in Hidruntina* 11. *April.* 1699. in qua non obstante prætensa, & allegata consuetudine admittendi absentes per Procuratorem, fuit declarata nulla electio Officialium, in qua fuerunt ad votandum admissi per Procuratorem duo Canonici, qui morabantur Neapoli.

9 Et si è contrà adesset consuetudo non vocandi quoquo modo absentes à Civitate, servanda esset, & admittenda, ut dixit Rot. *coram Cels. decis.* 85. *n.* 11. Si autem præter Canonicos vocandi essent juxtà consuetudinem præscriptam alii de Clero, qui aliàs de jure non dicuntur de corpore Capituli, prout sunt Portionarii, alique Beneficiati Ecclesiæ, esset pariter consuetudo servanda, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Castellaneten.* 1. *Decembris* 1696. *& in Nullius Altamuræ* 9. *Decembris* 1690. *& 4. Aprilis* 1593. Dixi juxtà consuetudinem præscriptam, quia si pauci tantùm actus afferantur, in quibus ii, qui non sunt de corpore Capituli, fuissent admissi ad suffragium ferendum, & consuetudo non esset legitimè probata, nec pacifica, Capitulum posset illos excludere, & jus suum vindicare, ut accidit *in Recineten. proposita in Sac. Congregat. Concilii* 4. *Junii* 1701. in qua Altaristæ Cathedralis, qui pluries in electione Vica-

Vicarii Capitularis interfuerunt, & suffragium dederunt, fuerunt excluſi, ex quo conſuetudo non erat pacifica, neque legitimè præſcripta.

10 *SECRETIS QUE SUFFRAGIIS*. Quamquam *Conc. Trid. in cap. 16. ſeſs. 24. de Reform.* formam ſcrutinii in habenda electione Vicarii Capitularis non præſcribat, adhuc cum agatur de electione, & deputatione Prælati habentis juriſdictionem, videtur quod in dandis ſuffragiis ſervanda ſit diſpoſitio *cap. Quia propter de elect.* ad tradita per Paſſerin. *de elect. cap. 9. q. 8. num. 53. & ſeqq.*

11 Et ſi fortè in aliqua Cathedrali eſſet uſus, ſivè potiùs abuſu ſuffragia publicè, & in aperto præſtandi, omninò tollendus eſſet, non ſolùm in iſta Vicarii electione, ſed etiam in aliis reſolutionibus Capitularibus, ut liberiùs quiſque valeat ſuam ſententiam dicere, propriaque exonerare conſcientiam, & ut ità evitentur jurgia, rixæ, & inimicitiæ inter Capitulares, prout expedire cenſuit *Sac. Congreg. Concilii in Melevitana 23. Novembris 1697. & 20. Septembris 1698.* & ſanctiſſima eſſe ſtatuta, quæ mandant, ut ſecretis ſuffragiis negocia Capituli reſolvantur, dicit Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 185.*

12 *J. U. D.* Vicarius Generalis Capituli, debet eſſe Doctor in jure Canonico, & non in Civili tantùm, Ricc. *in prax. For. Eccleſ. par. 1. reſol. 107.* Barboſ. *de Canon. cap. 42. num. 49.* Ventrigl. *prax. par. 2. annot. 15. §. 2. num. 5.* Card. de Luc. *annot. ad Concil. diſc. 31. num 16.*

13. *VICARIUM NOSTRUM* Unum tantùm Vicarium Generalem deputare poteſt Capitulum, & non plures, niſi adeſſet in loco immemorabilis conſuetudo eligendi duos, vel eſſent duo Epiſcopatus uniti, & unuſquiſque haberet ſuum Capitulum, & Eccleſiam Cathedralem, Garz. *de Benef. in addit. ad cap. 7. num. 37.* Quarant. *in Sum. Bull. verb. Capitulum Sed. Vacant. num. 9.* Ricc. *deciſ. Archiep. Neapol. 193. num. 1. & 2. par. 4.* Barboſ. *de Canonic. cap. ultimo num. 33.* Fagnan. *in cap. His quæ nu. 68. de major. & obed.* Nicol. *lucubr. Can. lib. 1. cap. 28. reſp. 10.*

14 *PRO TEMPORE SEDIS VACANTIS*. Non poteſt Capitulum Vicarium eligere ad tempus, puta ad ſex menſes, ſed debet illum conſtituere pro toto tempore Sedis Vacantis: Quicquid enim in contrarium dixerint Quarant. *ubi ſup. num. 4.* Garz. *de Benef. p. 5. cap. 7. nu. 25. & ſeqq.* Ventrigl. *prax. par. 2. annot. 15. §. 2. num. 18. & 19.* aliivè ab eis allegati, eorum opinio in praxi non ſervatur, ſed inconcuſsè noſtra concluſio vera eſt, & ideò ſequenda, prout ſequuntur Nicol. *in floſ. verb. Vicarius Capitularis nu. 59. & in lucubr. Canon. lib. 1. cap. 28. de Offic. Vicar. num. 18.* Fagnan. *in dict. cap. His quæ num. 71. de majorit. & obed.* quod comprobatur Decretis Sacr. Congregationis Epiſcop. quibus prohibetur amotio Vicarii Capitularis ſine juſta cauſa cognoſcenda, & approbanda ab eadem Congregatione, ut *in Montis Regalis 17. Junii, in Neapolitana 1. Septembris, in Tarantina 22. ejuſdem 1603. & in Aretina 26. Octobris 1604.* cum aliis apud Nicol. *loc. citat. num. 54. §. 4.*

15 *EMOLUMENTIS*. Debetur Vicario Capitulari ſalarium ex redditibus Eccleſiæ vacantis, ex quibus deduci etiam debente aliæ expenſæ neceſſariæ pro carta, & Miniſtris Curiæ, ad quas tenetur Camera Apoſtolica in locis, ubi vigent, & percipit ſpolia. Tuſc. *litt. C. concl. 56. num. 9.* Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Capitulum Sed. Vac. num. 7.* Nicol. *floſc. ubi ſuprà num. 79.* cum aliis quos allegat, & ſequitur Ventrigl. *prax. p. 2. annot. 15. §. 1. num. 24. & §. 2. num. 35.*

16 *PLENAM*. Non enim poteſt Capitulum in deputatione Vicarii, ſeu litteris patentibus aliquid ſibi reſervare, aut poteſtatem electi coarctare, ſeu reſtringere: Et ſi de facto conditione, aut modificatione aliqua Vicarium eligeret, poſſet iſte reſtrictionibus non obſtantibus munus ſuum liberè exercere uſque ad adventum novi Epiſcopi, prout paſſim ſolet reſcribere Sacr. Congreg. Epiſcop. & egomet obtinui pro D. Archidiacono Dominico Cannia electo Vicario Capitulari Venuſino, Viro probo, doctrinaque ornato, 14. Novembris 1698. & firmant auctoritates ſuprà allegatæ *in §. Non poteſt*.

17 *COGNOSCENDI*. Si Vicarius Capitularis allegetur ſuſpectus, non poteſt de

de causa cognoscere, sed tunc recurrendum erit ad Capitulum tanquam Superiorem pro electione Arbitrorom ad cognoscendum de causis suspicionis, eo modo, quo Episcopus potuisset, ut respondit *Sac.Congreg. Conc.* 31. *Martii* 1588. *supra cap.*16. *sess.*24. *de Refor.* ad hoc, ut illi detur Adjunctus, *Thesaur. For. Eccles. p.* 2. *c.*1. *n.*68. præsertim in causa, in qua Capitulum haberet interesse, Fagnan. *in cap. Nosti n.*21. *de elect.* ubi de Vicario Episcopi suspecto, allegato Zecch. *de Republ. Eccles. c.*23. *de Vicar. Episcop. vers.*4. *n.*5. Et de ipsomet Episcopo, si justis de causis allegetur suspectus, quod debeat procedere cum Adjuncto, rescripsit *Sacr. Congregat. Episc. in Nuscana gravaminis* 10. *Novemb.*1690. *& in Sulmonen. Redditionis Rationis* 5. *Septembr.*1692.

18 *ETIAM PRO ECCLESIARUM IMMUNITATE*. Habet Vicarius Capituli jurisdictionem cognoscendi causas super violatione Immunitatis Ecclesiasticæ, ut resolvit *Sacr. Congregat. Immunitatis in Tropien.* 27. *Novemb.* 1626. Non tamen habet facultatem, qua utitur Episcopus in casibus Constitutionis Greg. XIV. super Immunitate Ecclesiarum emanatæ, quæ est *in Bullar. tom.*2. *la VII.* nam illorum cognitio Sede Vacante, non ad Vicarium Capituli, sed Episcopum viciniorem spectat, prout eadem Sacr. Congr. Immunitatis declaravit *in Vercell.* 8. *Novembr.* 1650. *lib.*4. *Decret. Pauluc. fol.*125. *à tergo*.

19 Item advertere debet Vicarius Capituli, quod non potest nec ipse, nec Vicarius Episcopi, nec Apostolicus absolvere reos cum reincidentia à Censuris incursis, ex causa læsionis Immunitatis, jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ, seu fulminatis, sed pro absolutione debet recurri ad Sedem Apostolicam, cui casus hujusmodi reservatur, ut sæpè declaravit eadem Sac. Congregat. Immunitatis, & præsertim *in Capuana* 16. *Junii* 1632. *in Sancti Marci* 13. *Decembr.* 1633. *& in Biuntina* 20. *Novembr.* 1657. & tradit *del Ben. de immunit. Eccles. cap.* 16. *dub.* 38. *sect.* 2. *num.* 12. *tom.*2.

20 Et hæc procedunt etiam respectu ad Metropolitanum, qui non potest absolvere excommunicatos suffraganei occasione violatæ libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ, neque appellationes admittere, nisi Ecclesia, seu libertas Ecclesiastica in ejus honore integraliter priùs sit restituta, ut rescriptum fuit contrà Archiepiscopum Rhegiensem favore Episcopi suffraganei Tropeæ per Sac. Congreg. Episc. 9. Novembr. 1618.

21 *RESIGNATIONES BENEFICIORUM CUM CAUSA RECIPIENDI*. Quando Vicarius Capituli habet hoc speciale expressum in mandato, potest cum causa recipere resignationes Beneficiorum, ut tenet Garz. *de Benef. part.* 11. *c.*3. *n.*255. *&* 256. non tamen providere, ut dicam in Appendice.

22 *AC DIMISSORIAS*. Ex facultate, quam tribuit Concil. Trid. Vicarius Capituli concedit post annum dimissorias ad Ordines, & infrà annum arctatis, prout sunt præsentandi ad Beneficia Jurispatronatus, *Sacr. Congreg. Episc. in Squillacen.* 3. *Januarii* 1594. Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capituli n.* 70. *vers. Non autem*; aliique ratione Beneficii recepti, vel recipiendi, puta, si Beneficium debeatur certo generi personarum, ut amplius Garz. *de Benef. parti* 5. *c.*7. *n.*76. quibus potest Beneficia conferre.

23 Immò quod possit Vicarius Capituli concedere etiam non arctatis infrà annum dimissorias pro prima Tonsura, ex eo quia *Concil. in cap.* 10. *sess.*7. *de Reform.* primam Tonsuram non comprehendat, declaravit super *dict. Text. Sac. Congregat. Concilii*, & comprobat Fagnan. *in cap. Cum contingat num.* 39. *de ætat. & qualit.*

24 Et aliquando conceditur facultas Vicario Capitulari, ut etiam infra annum à die vacationis Sedis Episcopalis possit concedere litteras dimissorias ad Ordines cum voto tamen pleni Capituli, & ubi pro Ecclesiarum ministeriis exequendis necessarium fore judicatur, prout à Sac. Congr. Episc. concessa fuit Vicario Capitulari *Antuerpiensi* 15. *Martii* 1589.

25 Hoc provisionale Decretum dandi dimissorias ad Ordines infrà annum *cum voto pleni Capituli* utilius foret, si à Sede Apostolica extenderetur per viam

legis

legis universalis ad omnes Vicarios Capitulares post annum, ad reparanda mala, quæ eveniunt Ecclesiis illis, quæ ultrà annum manent viduatæ Pastore : Nam Vicarii Capituli non semel hac potestate abutuntur, quia prece, consanguinitate, & favoribus, aliisque casibus victi, dimissorias concedunt improbis, illitteratis, & immorigeris Laicis, & Clericis; Clerumque ità miserè labefactant, quod certè non eveniret, si dimissoriæ de voto pleni Capituli essent expediendæ.

26 *ET SUPER INTERSTITIIS DISPENSANDI*. Hæc facultas transit in Vicarium Capituli data speciali commissione, ut pluribus auctoritatibus cumulatis probat Garz. *de Benef. in addit. ad 5. par. cap. 7. num. 92. vers. Quandotamen*.

27 *CUM VOTO TAMEN CONSULTORIS*. Cum ex conciliari dispositione *sess. 24. cap. 16. de Reform.* quatenus in Capitulo Doctores in jure Canonico, aut Licentiati non adsint, possit eligi, & deputari in Vicarium magis idoneus non graduatus : Tunc electo per modum consilii, & providentiæ (non autem restrictionis facultatis) debet dari Consultor arbitrio ejusdem Vicarii eligendus, qui sit Doctor, & in rebus legalibus, & arduis peritus, à quo dirigi possit, prout fit quando Vicarius Generalis Episcopi est Theologus, & non jurista, ex Decretis Sacr. Congregat. relatis à Nicol. *in flosc. in verb. Vicarius Generalis Episcopi n. 30. vers. Nè semper, & in verbo Vicarius Capituli num. 58.* Vel quando Judex Delegatus à Sede Apostolica non est Doctor; Nam requisitus debet judicare cum voto Assessoris partibus non suspecti, ut mandat Leo X. *Constit. X. §. 9. Bullar. tom. 1. pag. 481.*

Dixi quòd iste Consultor, sive Assessor ab ipso Vicario Capituli non Doctore assumendus est, non autem à Capitulo venit deputandus : Quia si hoc faceret Capitulum, deputatio esset nulla, ut decisum refert Nicol. *mox citatus d. nu. 58. in una Acernen. 1604.* Et sic doctrinam Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede Vacante num. 3. & 6.* quem sequitur Pac. Jord. *lib. 12. tit. 2. de Vic. Capit. Sede Vacant. num. 16.* intelligendam esse, quod Vicarius Capituli non Doctor, possit sibi Consultorem (immò ex congruentia debeat) assumere, non autem illum Capitulum deputare.

28 Ex hucusque animadversis facilè colliges, quòd in constitutione Vicarii Capituli, non est procedendum cum formulis impressis apud Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede Vacant. post num. 15.* quas transcripsit Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 12. tit. 2. nu. 60.* & apud Barbos. *de Canonic. cap. 42. n. 137.* in quibus plura leguntur correctione digna tamquam contraria Decretis Sac. Congregat. Sed videtur inhærendum formulæ hìc traditæ, vel si magis placet alteri impressæ apud Nicol. *in flosc. verb. Vicarius Capitularis n. 66.* quæ in paucis differt.

29 De officio, potestate, & qualitate Vicarii Capituli, scripserunt, Panvin. *de Offic. & Potest. cap. Sede Vacant.* Garz. *de Benef. par. 5. cap. 7. & in addit. ad eumdem cap.* Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 12. tit. 2.* Nicol. *in flosc. verb. Vic. Capituli.* Ventrigl. *in prax. par. 2. annot. 15.* Marchet. *in Prax. Vicar. Capit.*

Deputationis Vicarii Monialium.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

1 *Gubernium Monialium difficile.*
2 *Vicarii Monialium requisita.*
3 *Licentiæ accessus, vel ingressus ad Monasteria Monialium Regularibus subjecta debent subscribi etiam ab Episcopo : Ac etiam à solo Episcopo, ubi adest consuetudo num. 4. & 5.*
6 *Episcopus potest prohibere Regularibus, nè celebrent in Ecclesiis Monialium.*
Onus celebrandi in Ecclesiis Monialium Regularibus à Testatore injunctum, debet transferri ad eorum Ecclesias, ibid.
7 *Moniales de licentia Superioris possunt*

sunt expendere minuta.

8 *Episcopus pro tuenda Clausura Monialium, jurisdictionem habet in exemptas.*

9 *Quæ dantur ad Clausuram dantur à solo Episcopo, qui talem facultatem potest delegare Vicario Generali dumtaxat.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. N. salutem &c.

VIrginibus Deo Sacris, quarum jugi cura sollicitudo Pastoralis Nos urget, salubriter providere cupientes: Ne Nobis aliis totius Diœcesis ærumnis intenti aliquod illarum gubernium detrimentum patiatur, & gravi *sub onere fatiscamus:* Te de cujus *probitate, idoneitate, & fidelitate* valdè in Domino confidimus, Vicarium, & Officialem nostrum Monialium tam Civitatis, quàm Diœcesis facimus, deputamus, & constituimus ad nostrum beneplacitum. Dantes Tibi facultatem Moniales *etiam Regularibus subjectas* alloquendi, licentias (servata forma nostrorum Edictorum, & Decretorum Apostolicorum respectu ad Regulares in primo, & secundo gradu conjunctos) tam maribus, quàm fœminis concedendi, educandas servatis conditionibus in licentiis à Sac. Congreg. obtinendis præscriptis in Monasteriis, in quibus recipi, & admitti solent, recipiendi, Missas in earundem Monialium Ecclesiis Sacerdotibus Sæcularibus, *& Regularibus* celebrandi, ad habitum Religionis Puellas, & ad solemnem professionem Novitias, præmissa voluntatis exploratione per Nos, vel Delegatum facienda, admittendi, electioni Abbatissarum etiam Monasteriorum Regularibus subjectorum nomine nostro præsidendi, *minuta subventionum retinendi, & expendendi*, & alia gerendi, & faciendi, quæ ad tuendam servandamque Clausuram, etiamsi Moniales *Regularibus subjectæ, aut aliàs exemptæ sint*, & dummodò judicialiter agendum non sit, *noscuntur pertinere. Licentias autem ingressus in Clausuram*, visitationem, & Confessariorum approbationem Nobis reservamus. Mandamusq; propterea Abbatissis, Vicariis, & Monialibus Monasteriorum nostræ jurisdictioni subjectorum, & etiam exemptorum, aliisque quibus pertinet, ut Te in talem recipiant, & agnoscant, & in præmissis plenariè obtemperent. Si quis autem inobediens fuerit, condigna pœna plectetur. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 GRAVI SUB ONERE FATISCAMUS. Una ex præcipuis curis Episcoporum est gubernium Monialium, quod, si bene regatur, cætera Pastoralis regiminis inter maris scopulos tuto navigio vigilantia superabit, Leo *Thesaur. For. Eccles. par. 2. cap. 1. n.* 33. Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 12. num. 2.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 3. quæst. 5. num. 2.*

2. PROBITATE, IDONEITATE, ET FIDELITATE. Eligendus in Vicarium Monialium debet esse ætate provectus, non minùs 40. annorum, Presbyter sani consilii, morum probitate irreprehensibilis, fidelitate spectabilis, qui possit in hoc munere ostendere gravitatem, & omnia facere cum hone-

neſtate juxta Apoſtoli præceptum--*Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant*, 1. *ad Corinth.* 14. *c. Cum in cunctis* 7. *de elect.*

3. *ETIAM REGVLARIBUS SVBJECTAS.* Licentiæ acceſſus, vel ingreſſus ad Monaſteria Monialium Regularibus ſubjecta, quicquid dicat Lantuſch. *in Theatr. Regul. verb. Clauſura Monialium nu.* 13. debent nedum à Superiore Regulari, ſed etiam ab Ordinario, vel ejus Vicario ſubſcribi, prout Sac. Congreg. Concilii ad tollenda inconvenientia declaravit de anno 1610. & deindè etiam *Sac. Congr. Epiſc. in Camerinen.* 21. *Februar.* 1617. in qua præſcribitur modus ſubſcriptionis, quæ Decreta per extenſum referunt Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1 *cap.* 44. *num.* 107. & Paſſerin. *in c. Periculoſo num.* 132. & 169. *de ſtat. Regular. in ſexto*, & nuper eadem *Sacr. Congr. Concilii idem confirmavit in Hieracen.* 26. *Januar.* 1692. *ad* 13. Donat. *de Regular. tom.* 4. *tract.* 5. *quæſt.* 17. *n.* 10. *& ſeqq.*

4 Ratio motiva fundatur in proviſione boni regiminis, & ad tutiorem cuſtodiam Clauſuræ, cum Ordinarii habeant meliorem notitiam perſonarum, quibus licentiæ conceduntur, & faciliùs punire valent tranſgreſſores, ut ex alio Decreto obſervat Nicol. *in floſc. verb. Clauſura n.* 17. *verſ. Ordinarii.*

5 Et hic eſt, quod ubi adeſt conſuetudo habendi licentias, etiam pro Monaſteriis juriſdictioni Regularium ſubjectis à ſolo Epiſcopo ſervanda eſt, & à Superiore Regulari non ſunt petendæ, Barboſ. *d. c.* 44. *d. n.* 107. *in fine*, ubi aliud Decretum allegat, de cujus, & aliorum ſuprà adductorum exiſtentia, nullatenus dubitandum eſſe fidenter aſſerit Donat. *prax. rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 5. *d. quæſt.* 17. *n.* 13.

6. *ET REGVLARIBUS CELEBRANDI.* Poteſt enim Epiſcopus prohibere, ne in Eccleſiis Monialium celebrentur Miſſæ non tantum à Sæcularibus, ſed neque à Regularibus Sacerdotibus, Nicol. *in floſc. ver. Miſſa n.* 25. Quod procedit, etiamſi illis ex præcepto Teſtatoris reperiretur injunctum; nam tunc onus eſſet transferendum ad illorum Eccleſiam, vel alibi, prout Sac. Congr. Epiſc. prohibitionem laudando reſcripſit *Venetiarum Patriarchæ* 15. *Junii* 1592.

7. *MINVTA RETINENDI, ET EXPENDENDI.* Poteſt Superior permittere Monialibus, præſertim in illis Monaſteriis, in quibus ob deficientiam reddituum exacta vita communis non ſervatur, ut poſſint aliquid minutum ex ſubventionibus, quas à conſanguineis recipiunt, retinere, & expendere pro illarum indigentiis, ac rebus neceſſariis, puta ſcutum unum in ſingulo menſe, abſque eo quod cogantur ſingulis vicibus pecunias recipere è manibus depoſitariæ, aut alterius Miniſtri Monaſterii, prout reſcribendo Archiepiſcopo Neapolitano juſſu Clem. VIII. pro interpretatione Decretorum ſuper reformatione emanatorum, declaravit Sac. Congregatio Epiſc. cujus litterarum tenorem refert Quar. *in Sum. Bullar. verb. Monaſteria Monialium pag. mihi* 358. & meminit Piaſec. *prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 7. *pag. mihi* 262.

8. *REGVLARIBUS SVBJECTÆ, AVT ALIAS EXEMPTÆ.* Pro tuenda conſervandaque Clauſura, Ordinarii locorum juriſdictionem habent in Monaſteria Monialium Regimini Regularium ſubjectarum, vel alio modo exemptarum, tùm vigore Decretorum *Concilii Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 5. *&* 9. tum virtute *Conſtit. Gregor. XV. impreſſæ in Bullar. novo tom.* 4. *Conſtit.* 18. *Sacr. Congr. Concilii in Hieracen.* 26. *Januarii* 1692.

9. *NOSCVNTVR PERTINERE.* Dicuntur pertinere ad Clauſuram. Primò, viſitatio Monaſterii etiam inconſultis Superioribus Regularibus (quæ tamquam de re gravi hic in formula non permittitur Vicario, ſed Epiſcopo reſervatur) Secundò, deputatio Cuſtodis clavis, Januæ Clauſuræ. Tertiò, acceſſus ad colloquutoria, & ad alias Monaſteriorum partes. Quartò, publicatio Edicti prohibitionis acceſſus ad Monaſteria Monialium. Quintò, ingreſſus in Clauſuram. Sextò, elevatio, ſeu reparatio fabricæ. Septimò, exploratio voluntatis Puellarum ſtatum Religionis amplecti cupientium. Octavò, præſidentia in electione Abbatiſſarum. Nonò, approbatio Confeſſariorum tam Ordinariorum, quàm Extraordinariorum. Decimò, redditio rationum ad formam Bullæ Greg. XV.

XV. Undecimò, remotio prospectuum. De quibus omnibus agunt Fagnan. *in c. Quando de privileg. per tot.* Lauret. de Franch. *par. 1.* ibique Pasqual. *num. 174.* Nicol. *in flosc. verb. Clausura*, Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Abbatissa*, Chrispin. *de visit. par. 1. §. 13. num. 36. & par. 2. §. 28. n. 5. & 6. Sacr. Congr. Episc. in Camerinen. 7. Martii 1617. & Sacr. Congr. Concilii in dicta Hieracen. 26. Januar. 1692.*

10. *LICENTIAS AUTEM INGRESSVS IN CLAVSVRAM*. Facultas concedendi licentias ingressus in Clausuram reservatur Episcopo, quia per eum non potest delegari, nisi Vicario Generali, juxtà Decretum *Sac. Congr. Concilii emanatum in Senen. 6. Augusti 1599.* quod per extensum refert Chrispin. *de visit. part. 2. §. 42. n. 76.* & hoc ex dispositione Concilii provenire tradit Pelizar. *de Monial. c. 5. num. 145. & 147.*

Et licèt Tambur. *de jure Abb. disp. 23. q. 3. n. 4.* putet posse Episcopum, aliumvè Superiorem hanc eandem facultatem Abbatissæ, vel Confessariis delegare: ejus opinio videtur reprobata, ex citato Decreto à Chrispino *allegato in responsione ad secundum dubium*, ibi -- *Ad secundum respondit; Hanc facultatem esse omninò tribuendam per scripturam, & Vicario Generali dumtaxat:* Quod Decretum cum Tamburin. fortè non viderit, erit excusandus, sed non sequendus.

Deputationis Vicarii Foranei.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Vicarii Foranei pro expeditione rerum levium debent constitui in locis Diœcesis.*
2 *Vicarius Foraneus est Judex Delegatus cumulativè cum Vicario Generali.*
3 *Vicariis Foraneis committi non debent causæ graves, & de ratione.*
4 *Judex præter salem conscientiæ, debet habere salem scientiæ.*
5 *Vicarii Foranei, an valeant interponere Decreta in contractib s minorum?*
6 *Vicarius Foraneus ratione officii non præcedit alios Presbyteros, nisi adsit consuetudo.*
7 *Vicarius Foraneus non potest esse Executor Brevium Apostolicorum, nisi ex certa scientia Papæ, vel sit etiam Canonicus Cathedralis.*
8 *Vicario Foraneo non potest Episcopus delegare facultatem concedendi Monitoria ad finem revelandi.*
9 *Vicarius Foraneus potest sibi, & Executoribus applicare tertiam partem pœnarum exactarum à violatoribus Festorum.*

N. Dei, & Apostolicę Sedis gratia Episcopus N.

Dilecto N. &c.

OMnibus nostræ jurisdictioni subjectis pro administratione justitiæ providere cupientes, & ne pro rebus levibus, præsertim in Civilibus, *extrà locum domicilii lites sustinere cogantur*: Te de cujus probitate, & idoneitate plurimum in Domino confidimus, in nostrum Vicarium Foraneum ad beneplacitum nostrum loci N. nostræ Diœcesis facimus, constituimus, & deputamus: Dantes Tibi facultatem causas Civiles *usque ad summam scutorum....*, & non ultra audiendi, cognoscendi, & terminandi; *in Criminalibus verò levibus* Testes examinandi, Processum informativum conficiendi, & ad nostrum Vicarium Generalem transmittendi: aliaque negocia ad jurisdictionem, & Tribunal Episcopale spectantia audiendi, & postea Nobis referendi; & alia faciendi, quæ Vicarii Foranei dicti loci pro tempore facere *consuevere*, cum omnibus *honoribus*, oneribus, & emolu-

mentis solitis, & consuetis, mandantes omnibus ad quos spectat, ut Te in talem recognoscant, Tibique obediant sub pœnis arbitrio nostro infligendis. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. *EXTRA LOCUM DOMICILII.* Ad sublevandum Diœcesanos ab incommodis itineris, & expensarum, & ne pro rebus levibus cogantur Civitatem petere, tenetur Episcopus deputare in locis Diœcesis Vicarios Foraneos, ut decrevit *Sac. Cong. Episc. in Trojana 27. Martii* 1590, Nicol. *Lucubr. Can. lib. 1. tit. 28. de Offic. Vic. num. 29.* Peregr. *prax. Vic. p. 1. sect. 7. subsect. unica num. 4.*

2. *LITES SUSTINERE COGANTUR.* Hoc est ex defectu; & carentia Judicis in loco domicilii; non autem ut Vicarius Foraneus ita constituatur, quod debeat esse Judex loci privativè, sed cumulativè in causis delegatis cum Vicario Generali: Et non ut Vicarius Foraneus præveniendo prætendere possit, quod Vicarius Generalis, vel Episcopus non possit ampliùs causas prædictas ad se advocare, & reassumere; sed quod possit Vicarius Foraneus in illis, Episcopo non revocante, judicare, ut tradit Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 1. n. 20. & 21.*

3. *USQVE AD SVMMAM.* In causis Civilibus coarctatur facultas Vicarii Foranei judicandi in parvis summis, habito respectu ad qualitatem loci, & ut plurimum in causis scuta quinque non excedentibus: Tùm quia in majoribus adest præjudicium Tribunalis Episcopi: Tum quia cum hujusmodi Vicarii (regulariter loquendo) non sint in jure, nec in judicando valdè periti, non debent eis committi causæ graviores, ne subditi majus damnum sentiant quàm lucrum, ut dicit Card. de Luca *de jurisd. disc. 23. n. 2. Sac. Congreg. Episc. in Motulen. 9. Junii* 1592. Nisi particulariter, & expressè majores causæ delegentur, *Sac. Congr. Conc. in Hortana 20. Junii* 1693.

4. *IN CRIMINALIBVS VERO LEVIBVS.* Datur facultas in causis, criminalibus levibus Processum informativum conficiendi: Nam quæ sunt relevantes, & graves, non sunt committendæ, nisi Judicibus Peritis propter periculum nullitatum Processus: Judex enim præter salem conscientiæ, debet habere quoque salem scientiæ, ad Text. *in l. neminem la 1. §. Juris peritos Cod. de advoc. diversi. Judic.* Mastrill. *de Magistr. lib. 2. cap. 3. nu. 1. cum plurib. seqq. Sacr. Congr. Episc. in d. Motulen. 9. Junii* 1592.

5. *CONSVEVERE.* Si esset solitum, quod Vicarii Foranei in locis, ubi sunt constituti, interponerent Decreta in contractibus minorum, & mulierum, fortè tales contractus sustinerentur, quamvis Foranei Vicarii non sint Judices Ordinarii, sed Delegati ad certos actus, ut videtur tenere Rot. coram Seraph. *dec. 1004. n. 4.* saltem vigore *l. Barbarius, ff. de Offic. Præsid.* Cæterùm quod hujusmodi Decreta interposita ab istis Judicibus Castrorum, & Villarum in contractibus, & alienationibus bonorum minorum non sustineantur tamquam invalida, tenet Tusch. *litt. D. concl. 125. n. 59.* Quia cum ut plurimum sint imperiti, eorum Decreta non habent præsumptionem justitiæ, Sabell. *in Summ. divers. tract. verb. Decretum nu. 3.* habeantque Vicarii Foranei jurisdictionem delegatam ad certas causas tantùm, pro cæteris uti privati habentur, nec delagantem repræsentant, Menoch. *de arbitr. quæst. 91. n. 17.*

6. *HONORIBVS.* Vicarius Foraneus ratione officii non præcedit alios Presbyteros, nisi adsit consuetudo, Barbos. *in Summ. dec. Apostol. collect. 720.* Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capitul. num. 82.* & non obstante contraria Episcopi ordinatione Barbos. *de Canon. c. 5. n. 57.* Præcederet tamen in conferentiis casuum conscientiæ.

7. Neque potest esse Executor Brevium

vium Apostolicorum, nisi ex certa scientia Papæ, vel nisi Vicarius Foraneus esset unus de Canonicis Cathedralis, Pac. Jord. *tom. 2. lib. 12. tit. 1. nu. 91. & seqq.*

8 Non ei potest Episcopus delegare facultatem concedendi Monitoria ad finem revelandi, ut plenè probat Fagnan. *in cap. Quoniam n. 43. de potest. Judic. Deleg.* & est contrà Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. allegat. 96. num. 9.* tenentem, hanc facultatem delegabilem esse Vicario Foraneo.

9 *EMOLUMENTIS*. Tertiam partem pœnarum à Festorum violatoribus exactarum sibi, & Executoribus applicare posse, dixit Nicol. *in flosc. verb. Vicarius Capitularis num. 83.*

Deputationis Cancellarii.

FORMVLA V.

SUMMARIVM.

1 *Deputatio Cancellarii Episcopi debet in actis, registrari.*

2 *Scripturæ, & Instrumenta, quę rogantur à Cancellario Episcopi uti Cancellario, servari debent in Cancellaria, nec transferri ad Archivium Communitatis.*

3 *Episcopus potest per Edictum præcipere, quod Notarii exhibeant in Cancellaria Episcopali exemplaria Instrumentorum pertinentium ad Monasteria Monialium.*

4 *Episcopus non potest prohibere Capitulo, seù Judicibus Synodalibus, quod non utantur opera alterius Notarii, quàm sui Cancellarii, præterquam in visitatione.*

5 *Cancellarii Episcoporum debent esse probi, & misericordes.*
Cancellarii Episcoporum, si mali sint famam Prælati onerant, & Tribunal Ecclesiasticum in scandalum vertitur Laicorum, ibid.

6 *Scripturæ Cancellarii Episcopi plenam fidem faciunt etiam in foro Laico.*

7 *Clerici possunt esse Cancellarii Tribunalis Episcopi, prout pluries sunt in Regno Neapolitano.*

8 *Cancellarius Episcopi Laicus gaudet privilegio fori, & exemptionem ab oneribus personalibus.*

9 *Cancellarius Episcopi in emolumentis exigendis debet servare (saltem in Italia) Taxam Innocentianam in his, in quibus ipsa Taxa disponit.*
Cancellarius, sivè Notarius debet exigere mercedem taxatam à lege, & si aliquid ultrà recipiat, peccat, & tenetur ad restitutionem, ibid.

10 *Cancellarius Episcopi pro mercede copię Processus tenentur servare Taxam hic præscriptam à Sacra Congregatione, & num. 11.*

12 *Cancellario suspecto allegato, datur alius Actuarius.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

CUm de idoneo Cancellario *providere cupiamus*, qui Nobis, & Tribunali nostro inserviat, & quæ in illo agenda sunt diligenter adimpleat, & scripturas, librosque ad nostram Cancellariam spectantes fideliter *custodiat*, erga personam tuam mentis aciem direximus, cujus vitæ honestas, *morum probitas*, fides, diligentia, habilitas, alięque qualitates apud Nos multiplici commendantur testimonio. Quapropter illarum intuitu tenore præsentium auctoritate nostra ordinaria, & omni alio meliori modo, quo possumus, Te in nostrum Cancellarium eligimus, & deputamus cum facultate universa, & singula agendi, & faciendi tàm in voce, quàm in scriptis, quæ gerere, & facere possunt, & debent Cancellarii Episcopales. Itaut tuis scripturis *tàm publicis, quàm privatis* durante officio omnis fides in judicio, & extrà adhibeatur.

Ac insuper cum omnibus, & singulis *exemptionibus*, privilegiis, honoribus, & *emolumentis*, quibus tam de jure, quàm de consuetudine nostri Cancellarii uti, frui, potiri, & gaudere solent, & debent: Mandantes omnibus nostræ jurisdictioni subjectis, cæterisque ad quos pertinet, ut Te in talem *agnoscant*, & *recipiant* sub pœnis nostro arbitrio pro modo culpæ infligendis. Præsentibus ad nostrum beneplacitum valituris. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

ADNOTATIONES.

1. *PROVIDERE CUPIAMUS*. Provisione Cancellarii per Episcopum facta, debent litteræ Patentes in actis Cancellariæ per Secretarium Episcopi registrari, ne umquam de validitate, & legalitate gestorum Cancellarii electi valeat dubitari; multumque interest, ut de deputatione constet ex ipsis Actis Cancellariæ.

2. *CUSTODIAT*. Scripturæ, & Instrumenta, quæ conficiuntur, & rogantur à Cancellario Episcopi tamquam Cancellario, servari debent in Episcopali Cancellaria, non autem transferri debent in Archivio Communitatis, sicuti tenentur facere alii Notarii ad præscriptum Bullæ 83. Sixti V. prout declaravit Sac. Congreg. Concilii 5. Novembris 1625. cujus Decretum refert per extensum Pignatell. *Consult. Can.* 210. *n.* 3. *tom.* 4. in quo enumerantur omnes scripturæ, quæ pertinere dicuntur ad Curiam Episcopalem.

3. Immò potest Episcopus per Edictum præceptum facere aliis Notariis, quod exhibere debeant in Cancellaria Episcopali acta, seù rogitus, illorumque exemplaria spectantia ad Monasteria Monialium, prout laudando Episcopum Eugubinum, qui tale mandatum dederat respondit Sac. Congreg. Episc. 31. Januarii 1596.

4. Non posset tamen prohibere, quod Judices Synodales, aut Capitulum non valeant uti opera alterius Notarii, quàm sui Cancellarii in conficiendis Instrumentis contractuum, præterquam in visitatione, Nicol. *in flosc. verb. Depositum num.* 4. *& verb. Judex num.* 25. *& in lucubrat. Can. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 17.

5. *MORUM PROBITAS*. Cancellarii Fori Ecclesiastici debent esse probi, bonæque famæ, & æstimationis, non autem (ut non semel contigit) vitiis dediti, aut lupinis uberibus pecunias inhiantes. Ideòque Episcopi aliive Prælati jurisdictionem habentes, qui illis utuntur, multum invigilare debent, ut huic officio viri misecordes, & probatæ vitæ destinentur. Hi etenim Cancellarii, si mali sunt, non tantùm propriam, sed Prælati famam, & bonum nomen fædant, & deturpant, rudes, & pauperes exçoriant, & Tribunal Ecclesiasticum, quod debet esse in exemplum Foro Laico, potiùs in scandalum vertitur, & quicquid in eo agitur turpe, alibi licitum reputatur.

6. *TAM PUBLICIS, QUAM PRIVATIS*. Licèt hic in formula Cancellarius non creetur Notarius (sicut Episcopus posset pro tota sua Diœcesi) adhuc ejus scripturæ plenam fidem faciunt etiam in Foro Sæculari tamquam factæ à publico Ministro habente facultatem Notarii publici, ut per doctrinam Abb. *in cap.* 2. *de fid. Instrum.* probant Piasec. *prax. Episc. tit. de person. Judic. n.* 46. Passerin. *de stat. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 2. *num.* 54.

7. Et hinc fit, quod Clerici, quibus est interdictum officium Tabellionatus, ut *in cap. Sicut Te ne Cler. vel Monach.* ubi plenè Fagnan. nihilominùs ad officium Cancellarii Curiæ Ecclesiasticæ possit assumi, Bellett. *disq. Cler. par.* 1. *de disciplin. Cler.*

Cler. §. 29. *num.* 9. Ciarlin. *controv.* 63. *n.* 15. Sicuti passim assumuntur in omnibus ferè Curiis Ecclesiasticis Regni Neapolitani, ubi vocantur Magistri Actorum, & tradit Piasec. *prax. Episc. loco citato num.* 47. asserens magis expedire Cancellarios esse Clericos, quam Laicos, cui adhæret Pac. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 15.

8 *EXEMPTIONIBUS*. Si Cancellarius Episcopi est Laicus, gaudet privilegio Fori, ut communiter docent Ciarlin. *dicta contr.* 63. *num.* 12. *& contr.* 20. *num.* 34. Gratian. *discept.* 340. *per tot.* Sperell. *decis.* 128. *num.* 34. Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *de favor. Cler. real.* §. 1. *num.* 24. Nicol. *in flosc. verb. Cancellarius num.* 7. *& lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *nu.* 109. *ampl.* 5. *Sac. Con. Immunitatis in Beneventana* 21. *Januarii* 1631. *in Fundana* 25. *Novembris* 1636. *& in Aquinaten.* 17. *Junii* 1649. in qua fuit etiam declaratum gaudere debere exemptione ab oneribus personalibus.

9 *EMOLUMENTIS*. In emolumentis exigendis debet Cancellarius servare Taxam Innocentianam (quæ saltem in Italia fuit publicata per viam legis universalis) in his, in quibus ipsa Taxa disponit; in reliquis verò vel Metropolitanam, vel propriam Diœcesim, quatenus non sit rigidior, & contrà Decreta Sacræ Congregationis, ut responsum fuit à *Sac. Congregat. Episc. in Thelesina* 19. *Aprilis* 1697. Quando enim merces reperitur taxata à lege, illam tenetur Notarius, sive Cancellarius exigere, nec potest aliqui ultrà recipere, & contrarium faciens, nedum peccat, sed tenetur ad restitutionem, ut pluribus allegatis firmat Passerin. *in c. Statum*, §. *Notarium num.* 321. *& 322. de rescript. in sexto*, ubi hunc Notarii excessum appellat crimen concussionis.

10 Pro mercede verò copiæ Processuum, sivè Actorum servanda erit Taxa pluries à Sac. Congr. Episc. approbata, & præsertim *in Larinen.* 7. *Julii* 1690. in qua recurrent Dominico Sorella fuit Episcopo injunctum--*Che pagandosi dal medesmo la mercede al Cancelliere alla ragione di bajocchi due, e mezzo per qualsivoglia facciata di carta di venti versi, continenti venti lettere per ciascun verso, trasmetta all' EE. Loro la copia autentica de' predetti Atti &c.*

11 Et *in Savonen.* 4. *Septembris* 1693. recurrentibus Cappellanis, & Sacerdotibus Burgi Finalis, proponent clar. mem. Card. Petrucci fuit rescriptum--*Ad mentem Eminentissimi Ponentis*, & mens fuit quod nomine Congregationis injungeret Ordinario transmissionem Actorum soluta mercede juxtà supradictam Taxam, prout mandavit transmitti Decreto sequenti--*Cancellarius, & alii Actuarii, seu Officiales, & Ministri Curiæ Episcopalis Savonen. soluta ipsis per Oratores mercede ad rationem medii julii Romani pro qualibet integra carta, cujus unaquaque pagina constet saltem viginti lineis, quarum unaquæque contineat saltem viginti litteras, itaut integra carta habeat quadraginta lineas juxtà mentem Sacræ Congregationis, integram copiam Processus, & omnium Actorum prædictis Oratoribus tradant, & consignent &c.* Datum Romæ 9. Septembris 1693. *P. M. Card. Petruccius Ponens.*

12 *AGNOSCANT, ET RECIPIANT*. Si Cancellarius ex justa, & rationabili causa partibus esset suspectus, debet dari alius Actuarius, ut rescripsit *Sac. Congr. Episc. in Aretina* 19. *Aprilis* 1619.

Deputationis Cancellarii Foranei.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *Cancellarius Vicarii Foranei potest deputari, & retineri in locis Diœcesis, ubi constituitur ipse Vicarius, quia est Officialis necessarius, & num.* 2. *& 3.*

4 *Cancellarius Vicarii Foranei, si est Laicus gaudet privilegio Fori.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

PRobitas, & idoneitas Tua, quibus apud Nos fido commendaris testimonio Nos inducunt, ut quibus *possumus* favoribus Te gratiosè prosequamur, sperantes propterea ea, quæ Tibi committenda sunt, fideliter exequuturum. Idcircò præsentium tenore Te in Cancellarium Episcopalem R. D. N. Vicarii nostri Foranei loci N. ac cujusvis alterius pro tempore existentis cum honoribus, oneribus, *privilegiis*, & exemptionibus solitis, & consuetis ad nostrum beneplacitum constituimus, & deputamus; Mandantes ad quos spectat, ut Te in talem habeant, & recognoscant. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 POSSUMUS. Quod Episcopus possint habere, & retinere in locis suæ Diœcesi hunc Officialem suadet ipsa ratio constituendi Vicarium Foraneum, qui cum sit Judex Delegatus, & necessarius ad certas causas indiget Actuario, qui acta causarum conscribat, ad Text. *in c. Quoniam contrà de probat.*

2 Et quamvis nonnulla Decreta Sac. Congregat. Episc. quæ refert Pignatell. *consult. 5. tom. 4.* videantur huic propositioni contraria, quibus deciditur, quod Episcopus præter Vicarium Foraneum non debeat retinere in locis Diœcesis alios Patentatos, quod iterùm declaratum extitit *in Ferentina 4. Augusti 1690.* Attamen talia Decreta non obstant nostræ assertioni quia hæc loquuntur de Patentatis non necessariis pro administratione justitiæ, & pro gubernio Ecclesiastico, prout erat in casu Episcopi Ferentini, qui in omnibus locis Diœcesis retinere prætendebat Vicarium Foraneum, Cancellarium, Depositarium Pignorum; & Birruarium.

3 Cæterùm quoad Cancellarium Foraneum, ubi adest consuetudo illum deputandi, vel necessitas, & qualitas loci id exigit, cum sit Officialis non excogitatus de novo, verum necessarius pro regimine Tribunalis utique deputari, & retineri poterit in locis Diœcesis, ut pluribus relatis firmat Nicol. *Iucubr. Can. lib. 5. cap. 39. num. 109. ampl. 5.* & comprobant alia favorabilia *apud eumdem* Pignatell. *consult. 51. num. 4. tom. 2.*

4 PRIVILEGIIS. Cancellarium Vicarii Foranei gaudere debere privilegio Fori, pluries resolutum fuit à Sac. Congregatione Immunitatis, & præcipuè *in una Senogallien. 19. Augusti 1630. in Auximana 26. Augusti 1636. & in Æsina 7. Augusti 1657.* Et sic patet ad evidentiam, quod Decreta Sacræ Congregationis Episc. quibus prohibetur retentio Patentatorum præter Vicarium Foraneum, non loquuntur, neque comprehendunt Cancellarium Foraneum: Quia si hunc deputare, & retinere Episcopus non posset, certè neque privilegio Fori, quod illi tribuit Sac. Congreg. Immmunitatis, potiretur.

De-

Deputationis Advocati Fiscalis.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus Fisci non est necesse, quod sit laureatus.*
2 *An juret de calumnia.*
3 *Advocatus Fisci non advocat pro Fisco contrà suos, neque allegatur suspectus.*
4 *Advocatus Fisci gaudet privilegio Fori, & nobilium, quia dicitur persona egregia.*
5 *Advocatus Fisci licitè recipit emolumenta ab adhærentibus Fisci.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. I. V. D. salutem.

UT Causæ, quas in nostro Tribunali cognosci contigerit, debita cum maturitate discutiantur, & jura nostri Fisci, mensæque tueantur, Advocatum Fiscalem providere cupientes, in tua integritate, *scientia*, & rerum agendarum experientia plurimum in Domino confisi, Te ad hoc munus eligimus, & deputamus, cum omnibus honoribus, *prærogativis*, *privilegiis*, & *emolumentis*, tam de jure, quàm de consuetudine exigi solitis: Mandantes omnibus, & singulis nostræ jurisdictioni subjectis, ut Te in talem habeant, & recognoscant, & ubi opus fuerit foveant, & assistant. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *SCIENTIA*. Non est necesse, quod Advocatus Fiscalis sit laureatus, quia Advocati Officium requirit solam doctrinam, ut dicit Rot. *decis.* 357. *num.* ..... *part.* 18. *Rec.*

2. *PRÆROGATIVIS*. Una ex prærogativis Advocati Fiscalis est, quod non juret de calumnia, ut tenet Gratian. *discept.* 56. *num.* 21. qui allegat pro se Surd. *decis.* 18. At contrarium tenent Bertacch. *repertor. in verb. Advocatus post num.* 10. *pag. mihi* 76. *tergo*, Ricc. *decis. Curiæ Archiep. Neap.* 56. *n.* 12. *par.* 2.

3. Secunda prærogativa, quod non cogitur advocare pro Fisco contrà se ipsum, neque suos, Bertacchin. *loc. cit. pag. mihi* 78. *tergo*. Tertia, quod in causis spectantibus ad Sanctum Officium non allegatur suspectus, in aliis verò ex causa tantùm inimicitiæ, Caren. *de Sanct. Offic. part.* 1. *tit.* 9. *num.* 51. 56. & 57.

4. *PRIVILEGIIS*. Advocatus Fiscalis gaudet privilegio Fori, *Sacr. Congregat. Immunitatis in Bellicastren.* 4. *Decembris* 1629. necnon præeminentiis, quæ Senatoribus elargiuntur, quia dicitur de corpore Concilii, ut ait Raynald. *observ. Crimin. tom.* 2. *cap.* 19. §. 1. *num.* 124. dicturque persona nobilis, & egregia Bertacch. *in repertor. verb. Advocatus pag. mihi* 77.

5. *EMOLVMENTIS*. Quod possit Advocatus Fiscalis licitè accipere honorarium ab adhærentibus Fisci, ex Scannarol. *de visit. carcerat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 16. tenet Raynald. *loco cit. n.* 141.

De-

Deputationis Procuratoris Fiscalis.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Procurator Fisci licèt regulariter non appellet, adhuc appellat in pluribus.*
2 *Procurator Fisci stat hodiè ferè in omnibus delictis (excepto adulterio non publico) loco Accusatoris.*
3 *Procurator Fisci in Statu Ecclesiastico vigore Bullę Pii IV. appellat, & ubi consuetudo non appellandi non adest.*
4 *Procurator Fisci ab Episcopomet deputato non appellat.*
5 *Procurator Fisci gaudet privilegio Fori.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. &c.

IDoneitatis, probitatis, & experientiæ merita, quibus Te ornatum dignoscimus, Nos inducunt, ut operam tuam libenter adhibeamus, sperantes ea, quæ Tibi mandabuntur, & alia, quæ *tuo muneri injuncta sunt*, omni fide, & solertia exequeris. Te igitur Procuratorem Fiscalem nostræ Curiæ *ad beneplacitum nostrum*, honoribus, oneribus, exemptionibus, *privilegiis*, & emolumentis solitis, & consuetis constituimus, & deputamus, mandantes hominibus nostræ jurisdictioni subjectis, cæterisque ad quos spectat, ut Te in Officialem nostrum Episcopalem agnoscant, & quoties opus fuerit Tibi assistant. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus, N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *TUO MUNERI INJUNCTA.* Promotor Fiscalis licet de laudabili consuetudine non appellet, Sperell. *decis. 65. nu. 6.* Guazzin. *ad defens. reor. defens. 36. num. 14.* Conciol. *resol. Criminal. verb. Appellatio resol. 2.* Appellat tamen à Decreto remissionis causæ ad alium Judicem, à Decreto declarante, quod reus gaudet indulto in causis pecuniariis descendentibus ex delicto, & à Decreto modicitatis pœnæ, ut declarat Raynald. *observ. Criminal. in supplem. 2. ad cap. 32. §. 4. num. 1.* ad quem casu eveniente recurras.

2 Promotor Fiscalis nostra hac tempestate (in qua ex consuetudine omnium Tribunalium proceditur ad publicam vindictam per inquisitionem ferè in omnibus criminibus, ut tradunt Conciol. *resol. Crimin. verb. inquisitio resol. 1.* Zuff. *de legit. proces. lib. 2. quæst. 92. num. 12. & quæst. 120. num. 9.* excepto adulterio non publico, cujus accusatio competit tantùm quibusdam personis, quas enumerat Tusch. *litt. A. concluf. 226. per tot.* Antonell. *de loc. legal. lib. 3. cap. 6. num. 44.*) stat loco Accusatoris, Sperell. *decis. 92. num. 2.* Ciarlin. *contr. 165. n. 20. & 21.*

3 In Statu Ecclesiastico potest quicumque Promotor Fiscalis vigore Bullæ 58. Pii IV. §. 44. à Sententia contrà se lata appellare, & ad Signaturam Justitiæ recurrere, ut cognoscat, an appellatio sit admittenda, ut observat Raynald. *loc. cit. d. supplem. 2. num. 36.* Sicuti appellare poterit, ubi consuetudo non appellandi non

non adest, prout non adesse Neapoli testantur Januen. & Ricc. quos citat Raynald. *observ. Criminal. tom.* 3. *cap.*32. §. 4. & 5. *n.*245. & *tom.*2. *cap.*19. §. 1. *n.*193.

4. *AD BENEPLACITUM NOSTRUM.* Quod deputatio Promotoris Fiscalis debeat fieri ab Episcopo, non autem à Vicario Generali, dicit Nicol. *in flosc. verb. Fiscus*, quia ità deputatus non appellat, ad tradita per Gabr. *commun. opin. li.* 7. *concl.*14. *n.*7. At in praxi hæc distinctio non curatur.

5 *PRIVILEGIIS*. Promotor Fiscalis gaudet privilegio Fori, Bellett. *disq. Cleric. par.*1. *de favor. Cler. person.* §. 1. *num.*19. *Sac. Congr. Immun. in Ipporegien.* 3. *Augusti* 1666.

Deputationis Advocati Pauperum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus Pauperum non tenetur gratis patrocinium præstare Viduis, & pupillis divitibus.*

2 *Advocatus Pauperum datur ex officio ab Episcopo.*

Advocatus cogitur ab Episcopo ad suscipiendum patrocinium Pauperum, ibid.

3 *Pauperes opprimuntur, nisi ab Episcopo tueantur.*

4 *Advocatus non est necesse, quod sit laureatus, sed doctrina idoneus, nam multi laureati sunt Doctorelli.*

5 *Pauperes, & miserabiles personæ possunt convenire eorum debitores in Foro Episcopi, præsertim ubi adest consuetudo.*

6 *Advocati requisiti tenentur egenis amore Dei patrocinium gratis præstare, aliàs recusantes peccant mortaliter.*

7 *Advocatus Pauperum defendens malam causam peccat, & tenetur ad restitutionem.*

Nemo Pauperi in mala causa debet esse misericors, ibid.

8 *Advocatus Pauperum, si est Laicus gaudet privilegio Fori.*

N. Episcopus N.

Dilecto N.

UT Pauperibus, Viduis, Pupillis, aliisque *miserabilibus* personis, quæ sibi de Advocato providere non possunt, *consulamus*, inspecta tua probitate, *doctrina*, & pietate, qua erga destitutos humano auxilio polles, Te Advocatum earumdem personarum, aliorumque egenorum hujus Civitatis, & Diœcesis constituimus, ac deputamus, ad hoc, ut misericordiæ viscera indutus, *causas ad Forum nostrum* spectantes pro iisdem suscipias, & *gratis defendas*, à Deo munerum Datore pro opere tam grato mercedem plenam recepturum: Cum omnibus *Privilegiis*, & exemptionibus tam de jure, quàm de consuetudine debitis. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *MISERABILES*. Si enim Viduæ, & Pupilli essent divites, tunc Pauperum Advocatus non teneretur gratis patrocinium præstare, Sperell. *decis.*156. *n.*31. Pirhing. *in jus Canon. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 37. §. 1. *assert.* 3.

2. *CONSULAMUS*. Tenetur Episcopus ex officio providere Pauperes de

de Advocato, per Text. *in cap. Ex litteris 1. de offic. Judic.* ubi Glos. & Host. *num. 7.* & potest quem cogere ad suscipiendum illorum patrocinium, etiam in Criminalibus, *l. nec quidquam 9. §. Advocatos, ff. de offic. Procons. l. providendum 7. Cod. de postul.* Barbos. *in dicto cap. 1. n. 2. de Offic. Judic.* Glos. *in cap. De præsentium verb. defunctor 16. quæst. 1.* Conciol. *resol. Crimin. verb. Advocatus resol. 2. nu. 2.* mulctando renitentem, aut illi prohibendo munus advocationis exercendi, Zacch. *de salar. quæst. 52. num. 109. & seqq.* quem sequitur Zaul. *observ. ad Stat. Favent. tom. 1. rub. 13. lib. 3. nu. 5.*

3. Pauperes etenim, qui non habent, quod offerant, si ab Episcopo non protegantur, non solùm in judicio, & extrà contemnuntur, sed etiam contrà veritatem opprimuntur, ut inquit Text. *in cap. Pauper 11. quæst. 3.*

4. *DOCTRINA.* Non est necesse, quod Advocatus Pauperum sit laureatus, sicuti jam dixi de Advocato Fiscali, ex quo Advocati officium solam doctrinam exigit: Nam multi laureati sunt Doctores necessitatis, idest sine lege, cum necessitas non habeat legem; Vel sunt monetæ tonsæ, idest sine litteris, cum tales monetæ non habeant litteras, quos Doctorellos vacat, & irridet Grat. *discept. 186. n. 41. & 42.*

5. *AD FORVM NOSTRVM SPECTANTES.* Pauperes, & miserabiles personæ possunt convenire illorum Debitores in Foro Episcopi, *cap. super quibusdam, §. ult. de verb. signif. cap. Significantibus de offic. deleg. cap. Ex parte de for. comp.* Leoncil. *de privil. Pauper. privil. 165. per tot. part. 2.* & præsertim ubi adest consuetudo, *Sac. Congr. Immunit. in Montis Falisci 26. Februarii 1636. in Macerat. 18. Novemb. 1653. in Æsina 51. Maii 1639. & 15. Junii 1675.* Eisque Judex ex officio mandare debet, ut dentur acta gratis, *l. tam dementis Cod. de Episc. audientia*, ibique Glos. & DD. Pelleg. *prax. Vicar. part. 4. sect. 10. num. 78.* & præcipit Const. Pii IV. *la 58. §. 83.*

6. *GRATIS DEFENDAS.* Quoniam Advocati tenentur requisiti egenis amore Dei patrocinium gratis præstare, ut in Statu Ecclesiastico mandant Constitutiones Apostolicæ Benedicti XII. *la 2. §. 2.* & Pauli V. *la 71.* & generaliter ubique ex communi DD. Sententia, Guazzin. *ad defens. reor. in præfat. n. 5.* Gratian. *discept. 55. n. 46.* Nicol. *in flosc. verb. Advocatus*, & quod recusantes peccent mortaliter ex D. Thom. & Cajet. tenent Guazzin. *ubi supra*, Barbos. *in cap. Non licet Judic. 11. quæst. 3. n. 8.* Caroc. *de locat. par. 3. tit. de libert. quæst. 7. n. 4. & seqq.*

7. Hoc tamen debet intelligi quando Pauperes, & egeni fovent bonum jus, aliàs in quacumque judicii parte, si Advocatus agnosceret causam illorum esse injustam, teneretur patrocinium dimittere; eosque admonere, ut causam deserant, vel componant, ne ipse peccet aliter faciendo, & teneatur de proprio ad restitutionem expensarum, ut ex D. Tho. *2. 2. quæst. 71. art. 3.* monet Lazzar. *quæst. Canon. sect. 3. quæst. 12. num. 18. & 19.* Nemo enim Pauperi in mala causa debet esse misericors, *cap. Si res 14. quæst. 6.*

8 *PRIVILEGIIS.* Advocatus Pauperum, si est Laicus gaudet privilegio Fori, ut declaravit *Sac. Congreg. Immunitatis in Beneventana 20. Junii 1655.*

Deputationis Procuratoris Pauperum.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Cura, & protectio Pauperum propria est Episcoporum.*

2 *Pauperes debent habere in Tribunali Episcopi Advocatum, & Procuratorem.*

3 *Procurator Pauperum potest in judicio comparere, & patrocinium sumere etiam sine mandato.*

4 *Procurator Pauperum non debet illos contemnere, quia Dominus judicabit causam eorum.*

5 *Procurator Pauperum suscipit negocium, Advocatus personas, hic quasi Tutor, ille quasi Curator, ille calamo, hic agit ore.*

6 *Procurator gratis Pauperibus patro-*

trocinium præstat.
Procurator, si pro Paupere postulare recuset, potest affici pœna pecuniaria, ibid.

N. Episcopus N.

Dilecto N.

UT Pauperes,& miserabiles personę hujus Civitatis,& Diecesis,quarum Cura nostræ Pastoralis sollicitudinis *maxima pars est*, in eorum litibus subleventur, virum probum, & idoneum, qui in judicio pro eis, postulare,& causas defendere queat, eligere, & deputare statuimus. Idcircò de tua scientia, & experientia valdè in Domino confisi, Te Procuratorem eorumdem Pauperum pro causis *in nostro Tribunali agendis*, cum honoribus, oneribus, & exemptionibus solitis constituimus, & deputamus: Enixè Te in Domino hortantes, ut defensam, & patrocinium illorum tam in judicio, quàm extrà, & *etiam absentium omni charitate tamquam Patronus gratis suscipias*. Quoniam merces tua copiosa erit in Cęlis. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 MAXIMA PARS EST. Cura, & protectio Pauperum propria est Episcopi, & tenetur illos tueri, & defendere, Textus & Canones sunt aperti *in c. Pervenit, & seq. 84. dist. c. 1. & per tot. 87. dist. c. Scire 23. q. 8. & c. 1. dist. 86.*

2. *IN NOSTRO TRIBUNALI AGENDIS*. Non tantùm debent Pauperes habere Advocatum,sed & Procuratorem, præsertim in Civitatibus qualificatis; & non solùm in Tribunali Ecclesiastico,sed etiam Laicorum sumptibus publicis Civitatis constituendos,Zacch.*de Salar.q.52. n.118.* Barb.*in c.Ex litteris n.6.de off.jud.*ubi testatur in pluribus locis ità laudabiliter servari,Pirhing.*in jus Can.to.1.tit.37.§.1.asser.3.*

3. *ETIAM ABSENTIUM*. Pro pauperibus, etiam sine mandato potest Procurator comparere, & patrocinium assumere, Guazzin. *tract. Moral. ad defens. animar.lib.1. defens.2. c.3. n.9.*

4. *OMNI CHARITATE*. Non debet Procurator Pauperem contemnere, aut ei violentiam facere, quia Pauper est, neque contemnere egenum in Porta,quia judicabit Dominus causam ejus,& configet eos, qui confixerunt animâ ejus,*Prov.22. v.22.*

5. *TAMQUAM PATRONUS*. Hortatur Procurator ad suscipiendum Pauperum patrocinium,ad ostendendam differentiam deputationis Advocati: Hic enim advocatur in consilium, Procurator verò Patronus litis dicitur, & causam agit: Advocatus suscipit personas, Procurator verò negotia; ille quasi Tutor, hic quasi Curator, ille agit magis calamo, hic ore.

6. *GRATIS SUSCIPIAS*. Quamvis Officium Procuratoris non sit publicum, & necessarium, prout est illud Advocati, adeout nemo invitus hoc suscipere cogatur, *l.invitus 17. C.de Procur.* Nihilominus pro Pauperibus gratis agere, & causas defendere debet, Leonc.*de privil. Paup.p.2.priv. 339.n.1.ubi n.3.*dicit,quod,si Procurator pro Paupere postulare, & agere recusaret, posset affici pena pecuniaria,sed quod hoc privilegium Pauperū malè in praxi servetur.

Deputationis Depositarii Pignorum.

FORMVLA XI.

SUMMARIVM.

1 *Electio Depositarii Pignorum pendet ab arbitrio Episcopi.*
2 *Depositarius Pignorum gaudet Fori Privilegio.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto N.

INdemnitati non minùs creditorum, quàm debitorum lites agentium in nostro Foro consulere cupientes, de idonea persona, quæ pignora in executione reali capta custodire debeat, providere statuimus. Quapropter in tua fidelitate confisi, facta prius per Te in Actis nostræ Cancellariæ *obligatione* officium hujusmodi fideliter exercendi, librum benè compactum, in quo pignora describantur, retinendi, descripta custodiendi, & non nisi mandato in scriptis habito nostri Tribunalis illa restituendi, seu consignandi, & rationem reddendi: Te in Depositarium Pignorum nostræ Curiæ cum omnibus honoribus, oneribus, emolumentis, & *privilegiis* solitis, & consuetis constituimus, & deputamus. In quorum fidem præsentes expediri, & in nostra Cancellaria registrari jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 FACTA OBLIGATIONE. Cum agatur de Officiali, cujus electio pendet ab arbitrio Episcopi, sive alterius Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem habentis, non autem à lege, vel Canone exigatur, non requiritur in illius deputatione fidejussio, sed pro securitate partium sufficit Deputati obligatio pignora custodiendi, & rationem reddendi: Dum hoc officium dari non solet, nisi personis fide, & facultatibus idoneis.

2. PRIVILEGIIS. Depositarium Pignorum Curiæ Episcopalis gaudere debere privilegio Fori, declaravit *Sacr. Congr. Immunit. in Spoletana* 5. *Maii* 1637.

Deputationis Depositarii Mensæ Episcopalis.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Depositarius Mensæ Episcopalis gaudet privilegio Fori.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. &c.

BOnorum, & jurium nostræ Mensæ, quæ nullum Provisorem habent præter Episcopum, curam jugiter ferentes, idoneum Depositarium illis dare statuimus: Idcircò de tua fidelitate, experientia, & dexteritate in rebus agendis satis edocti, Te Depositarium pecuniarum, censuum, livellorum, canonum, responsionum, aliarumque rerum ad nostram Mensam, & Episcopatum spectantium, & pertinentium, ad nostrum beneplacitum cum honoribus, oneribus, & *privilegiis* tam de jure, quàm de consuetudine debitis, constituimus, & deputamus. Dantes Tibi plenam facultatem, deposita pecuniarum recipiendi, canones, census, res-

responsiones, laudemia exigendi, deponentes, & solventes respectivè scripto quietandi: Facta tamen priùs per Te obligatione in actis nostræ Cancellariæ, rationem tui officii ad omne mandatum nostrum reddendi, & cui, vel quibus mandaverimus, deposita, aut reliquatum solvendi, In quorum testimonium præsentes à Nobis subscriptas expediri, & in nostra Cancellaria registrari, & publicari jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 PRIVILEGIIS. Gaudet Depositarius Mensæ Episcopalis privilegio Fori, prout declaravit *Sac. Congregatio Immunitatis in Cæsenat.* 10. *Junii* 1636. & alia Decreta refert Pignat. *consul.* 5. *n.* 4. *to.* 4

Deputationis Depositarii pœnarum.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus tenetur mulctas, & pœnas pecuniarias locis, et usibus piis applicare.*

2 *Episcopus Pauper non potest sibi applicare partem mulctarum, & si hoc faciat, peccat mortaliter, & num.* 3.

4 *Episcopus Pauper pro sibi applicandis pœnis pecuniariis debet recurrere ad Sedem Apostolicam.*

Pœna pecuniaria, si imbursetur, præsumitur ex fonte avaritiæ levata, ex fonte autem charitatis, si Pauperibus erogetur, ibid.

5 *Pœna pecuniaria est pœna Canonica.*

Pœna pecuniaria, si magis timetur, est imponenda potiùs quàm spiritualis, ibid.

Pœna pecuniaria licèt sit carior, est minor quacumque pœna corporali quamvis levi, ibid.

Pœna pecuniaria major imponitur nobili, quam ignobili, sed corporalis major imponitur ignobili, ibid.

6 *Pœnæ pecuniariæ debent distribui locis piis Diœcesis arbitrio Episcopi, & cæteris paribus, loca pia Patriæ delinquentis præferenda sunt.*

7 *Depositarius pœnarum Fori Episcopi cavere debet de fideliter administrando.*

Depositarius pœnarum debet esse Ecclesiasticus, ibid.

8 *Depositarius pœnarum debet reddere rationem coram Deputatis.*

9 *Depositarius pœnarum non debet deputari pro forma, sed ut verè, & realiter mulctæ apud eum deponantur.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. &c.

SAcri Concilii Tridentini, & Sacræ Congregationis *Decretis inhærentes*, & ut par est obedire volentes, ut mulctæ *pœnæque pecuniariæ*, quæ in Tribunali nostro pro delictis, illorumque absolutione imponi, infligi, & exigi contigerint usibus, & *locis piis Civitatis*, *vel Diœcesis* arbitrio nostro integrè applicentur, Te de cujus fidelitate, & probitate plurimùm in Domino confidimus, Depositarium dictarum mulctarum, & pœnarum constituimus, & deputamus, *data cautione in*

Actis

Actis nostræ Cancellariæ de benè administrando, & de libro benè compacto, in quo adnotari, & describi debebunt, retinendo, & rationem reddendi in fine anni coram Nobis, & duobus de Capitulo, ac de illas non solvendo, nisi de expresso nostro in scriptis mandato, vel Nobis absentibus Vicarii Generalis, recepta in calce ejusdem mandati confessione ejus, cui solveris. Mandamusque Cancellario nostro, ut nullatenùs in exactione dictarum mulctarum, & pœnarum pecuniariarum se ingerat, sed integrè penes Te *deponi curet*, præsentibus in Cancellaria registrandis ad nostrum beneplacitum duraturis. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *DECRETIS INHÆRENTES.* Tenetur Episcopus ex juris dispositione *in cap. Presbyteri de pœn.* & ex præcepto *Sac. Conc. Trid. cap. 1. sess. 6. c. 1. sess. 23. & c. 3. sess. 25. de Refor.* pœnas, & mulctas pecuniarias, quas reis, infligit, usibus, & locis piis applicare absque ulla participatione Ministrorum, seu Officialium Tribunalis, ita communiter tradunt Quarant. *in Summ. Bullar. verb. pœna pecuniaria*, Ciarlin. *contr. 50. n. 39. & seqq.* Barbos. *supra Concil. dict. c. 3. sess. 25. n. 24. & de Offic. & Potest. Episc. alleg. 107. nu. 19.* Nicol. *Iucubr. Can. lib. 5. tit. 37. num. 1. & per tot.* ubi plura Decreta refert Conciol. *resol. Crim. verb. Episcopus resol. 1. num. 10.*

2. Quæ theorica vera est hodiè etiam in Episcopo paupere: nam etsi Ciarlin. & Conciol. *in locis mox allegatis* indulgeant, quod Episcopus pauper possit sibi aliquam portionem mulctarum applicare: Tamen hæc indulgentia fortè esset practicanda in illis pœnis, & mulctis, quę taxatæ, & præfixæ reperiuntur à jure, statuto, vel Constitutionibus Synodalibus, Cæterùm pœnæ, & mulctæ, quas Episcopus, vel Vicarius imponit, vel taxat arbitrio suo, aliisque contumacialibus, etiam in casu egestatis Episcopi, indistinctè piis locis sunt applicandę, prout articulo examinato, & Decretis Sacrę Congregationis conciliatis firmat Fagnan. *in cap. Presbyteri n. 18. 39. & per tot. de pœn.* cum quo concordat Pirhing. *in jus Canon. lib. 5. tit. 37. num. 7.*

3 Undè illi Episcopi, qui doctrinam Fagnani praxi malè servant, non sunt immunes à culpa mortali, quia contemnunt Sacros Canones, & sic magis delinquunt, quàm Principes sæculares leges contemnendo, *cap. Nulli fas 25. quæst. 1.* Abb. *in cap. Nam concupiscentiam n. 2. de constit.* Sperell. *dec. 113. n. 76.* Concilium etenim non hortatur, neque obiter decerint sed imperativè omnibus Episcopis tam pauperibus, quàm divitibus præcipit, quod mulctæ pecuniariæ-*Locis piis assignentur*, ut videre est *in dicto c. 3. sess. 25. de Reform.* ideoque transgressio ex sui natura est culpa mortalis, *c. Nulli fas 19. dist.* idem Fagnan. *in c. Acrapula num. 21. de vit. & honest. Cleric.*

4. Si autem Episcopus verè indigeat potest recurrere ad Sedem Apostolicam, prout faciunt viri timorati, & monent Quarant. *in Sum. Bullar. verb. pęnę pecuniariæ*, Ricc. *prax. For. Eccles. p. 1. resol. 311.* Graff. *dec. aur. p. 1. lib. 2. c. 23. n. 18.* his verbis *Quod benè notent Episcopi, ne perditum eant animas suas.* Non autem in propria causa in præjudicium Pauperum, & locorum piorum sibi tamquam Pauperi mulctas applicando, jus dicere: Quoniam pęna pecuniaria pro delicto impósita, si imburset, semper præsumitur ex avaritiæ fonte levata; at ex causa correctionis, & ex fonte charitatis si Pauperibus erogetur, ut benè concludit Abb. post Host. *in cap. ut Clericorum n. 7. & 8. de vit. & honest. Cler.*

5. Hic notandum, quod pœna pecuniaria, est pœna Canonica, *cap. Si quis contumax 17. quæst. 4. cap. Si quis cujuslibet 21.*

bet 21.q.5. Glos. *in cap. Prodest verb. corrigatur* 23.q. 5. *& in cap. Quoniam verb. quadruplum dist.* 18. Quæ quando magis timetur imponenda est potiùs quàm spiritualis, ut consulit Glos. *in cap. Dictum est verb. illud ergo* 94. *dist.* Et in Arbitrariis quamvis carior sit, est tamen minor qualibet pœna corporali, licèt levi, *l. in servorum ff. de pœn.* & major imponitur nobili, quàm ignobili, sed corporalis major imponitur ignobili, *cap. qui contrà*, ubi Glos. *verb. ignobiles* 24.q.1.

6. *LOCIS PIIS CIVITATIS, ET DIOECESIS*. Pœnæ pecuniariæ, quæ secundum Canones *in c. Quamquam dist.* 23. *&c. Quoniam dist.* 18. irrogantur, debent distribui locis piis, & Pauperibus Civitatis, vel Diœcesis arbitrio Ordinarii, & cæteris paribus præferendus est locus, ubi delinquens habitat, *S. Congr. Episc. in Venusina 21. Nov. 1600.* Nicol. *Iucubr. Can. lib. 5. tit. 37. n. 1. ampl. 2.* Adeout si reus appellaret à Decreto condemnationis ad Metropolitanum, non posset iste pœnam pecuniariam, in qua appellans fuit condemnatus, exigere, sed quatenùs Sententiam confirmaret, illa Ordinario delinquentis, & loco commissi delicti solvi deberet, ut declaravit eadem *Sac. Congreg. in Squillacen. 6. Martii 1618. contra Archiepiscopum Rhegiensem.*

7. *DATA CAUTIONE*. Depositarius mulctarum Fori Ecclesiastici cavere debet de benè administrando, & rationem reddendo, ut Sacræ Congregationes Episcoporum, & Concilii declararunt apud Nicol. *in flosc. verb. pœna n. 6. & Iucubr. Can. lib. 5. tit.* 37. *num.* 1. *ampl.* 1. & apud Fagnan. *in cap. Presbyteri nu.* 33. *de pœn.* ubi quod Depositarius debet esse aliquis de Capitulo, ne fortè Laicum Episcopus deputando videatur velle absque necessitate Officialem non subditum creare, ut illum à suo eximat Foro.

8. *ET DUOBUS DE CAPITULO*. Redditio rationis super applicatione mulctarum debet fieri coram Ordinario, & duobus de Capitulo eligendis, alter ab Episcopo, & alter à Capitulo, ut eadem Decreta à præfatis Authoribus mox adductis relata præscribunt; Et convenit, ut ità fiat, nè unquam de pœnarum non recta versione contingat suspicari.

9. *DEPONI CURET*. Deputatio hujus Officialis non debet fieri pro colore quæsito, & ad captandam excusationem in malo; sed ut verè, realiter, & fideliter mulctæ pecuniariæ apud eumdem deponantur, & ut per illius manus locis, & usibus piis, & pauperibus elargiantur: Excepto aliquo casu exemplari, in quo, ut omnibus innotescat Episcopus exacta multa statim pauperibus publicè erogari juberet, ad tradita per Card. de Luc. *annot. ad Concil. disc.* 43. *n.* 19.

Deputationis Revisoris Computorum Administratorum locorum piorum.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus exigere potest rationem administrationis locorum, & legatorum piorum quibusvis privilegiis non obstantibus.*

2 *Episcopus non obstante, quod à Testatore, & lege fundationis excludatur à visitatione, & revisione computorum, potest supplere negligentiam Executorum, & Administratorum etiamsi defunctus disponeret, quòd legatum irritum sit, quando Episcopus se immiscat, & illos removere, si malè administrant, nu. 3. 4. & 6.*

5 *Episcopus in absolutione, seù condemnatione Administratore, habet unicum votum, ubi alii Deputati ex lege fundationis adhibendi sunt.*

7 *Episcopus cogit quoscumque Administratores locorum piorum, ad exhibendum libros administrationis, etiam in Palatio Episcopali, quando sunt in loco residentiæ.*

8 *Administratores tenentur retinere libros dati, & accepti, aliàs contra vos tamquam dolosos juratur in litem.*

9 *Administratores æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus, & præstare debent ea, quæ illi præstant.*

Administrator à Testatore datus licèt non teneatur satisdare, tenetur tamen rationem administrationis reddere,

quamvis nihil Testator de hoc disponeret, ibid.

Obligatio reddendi rationem de administratis imponitur à jure, ibid.

10 *Administrator, seù Executor Testamentarius, qui debet eleemosynas distribuere pauperibus, potest filiis, & sibi distribuere, si verè sint pauperes.*

11 *Episcopus, sivè alius Deputatus pro revisione computorum non potest mercedem, sivè propinam recipere.*

N. Episcopus N.

Dilecto N.

EXigit providentia Pastoralis officii, ut bona, & redditus locorum piorum rectè administrentur, & eorum computa *debito tempore* examinentur, & revideantur. Quapropter Nos gravioribus curis occupati de tua fidelitate, & experientia plurimùm in Domino confisi, Te in Revisorem generalem computorum, & administrationum omnium locorum piorum tàm Civitatis, quàm Diœcesis, & nostræ ordinariæ, & delegatæ jurisdictioni subjectorum, eligimus, constituimus, & deputamus cum facultate Officiales, & *Administratores quoscumque*. prout juris erit, citandi, & ad *exhibendos libros*, & computa pro redditione rationis compellendi. Ad Sententiam autem absolutoriam, seù condemnatoriam non devenias *Nobis*, vel nostro Vicario Generali inconsultis, præsentibus ad nostrum beneplacitum valituris. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. DEBITO TEMPORE. Episcopi vigore *Conc. Trid. c. 8. & 9. de Reform.* consuetudinibus etiam immemorabilibus, & privilegiis non obstantibus, possunt exigere rationes ab Administratoribus locorum, & legatorum piorum, non solum tempore visitationis, sed extrà sine ulla distinctione, nisi in fundatione aliter cautum non esset expressè, prout Sac. Congr. Conc. *apud Gallemart. suprà dictis cap. 8. & 9.* non semel declaravit.

2. Immò si Episcopus à Testatore in revisione computorum administrationis legati pii expressè excludatur, adhuc poterit negligentiam Executorum Testamenti supplere, & illos ad adimplendum cogere vigore *c. Tua nobis de Testam.* ubi Fagnan. *n.* 16. sic decisum fuisse testatur his verbis -- *Et rursùs cum quæsitum esset, an Episcopus in fundatione excluſus à visitatione Hospitalis, quia in fundatione sit cautum, ne se administrationi, visitationi, aut correctioni immiscat, possit se immiscere in casu negligentiæ Administratorum, S. Congreg. censuit posse juxtà cap. Tua Nobis de Testam.*

3. Quam decisionem à Fagnano *relatam eadem Sacr. Congreg. Concilii confirmavit in Civitatis Plebis* 10. *Decemb.* 1695. in qua bis resolvit Episcopum tamquam Executorem omnium legatorum Piorum posse ad formam dicti *cap. Tua Nobis de Testam.* cogere Administratores ad exequendam, & adimplendam Testatoris voluntatem non obstante, quod excluderetur in Testamento, his verbis -- *Che Monsig. Vescovo, o suo Vicario pro tempore non possa mai in alcun modo, ne sotto qualsivoglia pretesto, e causa ingerirsi, nè ad effetto d'eseguire, esortare, e persuadere, nè ad altro effetto nelle cose contenute nella presente donatione, dispositione, & Instromento, mà il tutto sia esente dalla sua giurisditione,*

tione ordinaria, e delegata, e dalla legge Diecesana, che con questa conditione espressa il detto Donatore dichiara haver fatta, e voler fare donatione, che altrimente non haverebbe fatta, nè vorebbe haverla fatta, mentre questi potessero ingerirsi.

4. Et ratio horum est, quia privata Testatoris dispositio non valet generalem constitutionem legis, vel canonis immutare, & ideò voluntati defuncti irrationabili standum non est, etiamsi ulteriùs procederet disponendo, quod alias legatum irritum sit, & in diversam causam bona ejus expendantur, ut in individuo firmant Piasec. *prax. Episc. part. 2. cap. 3. art. 5. tit. de visit. Benef. simpl. n. 9.* Passerin. *in cap. Religiosus, §. Sanè n. 106. cum seqq. de Testam. in sexto.*

5. *ADMINISTRATORES QUOSCUMQUE*. Etiam exemptos, qui si aliis soleant reddere rationes, adhuc vigore dispositionis Concilii principaliter erit adhibendus Episcopus, *Sac. Congr. Conc. in Conversanen. 2. Martii 1697. & in Melevitana 20. Martii 1700.* qui quoties ad condemnationem, vel absolutionem Administratorum procedet unicum tantùm votum habebit, juxtà antiquas resolutiones *S. Congr. supra dicto cap. 9. sess. 22. de Reform.* Itaut major pars suffragiorum cæterorum, qui ex consuetudine, vel privilegio redditioni rationum Deputati adhibentur, absolvat, aut condemnet.

6. Quando autem Administratores essent dati à Testatore, possent ex causa ab Episcopo amoveri, ut dicit Pignatell. *consult. Can. 17. n. 8. tom. 8.* Et si in administratione malè se gessissent, alterando partitas minus, aut plus conscribendo in præjudicium legati, sive loci pii, cujus redditus, & bona administrant, accusari, & puniri possent etiam criminaliter, ut in praxi servari testatur *Raynald. observ. Crim. tom. 2. cap. 14. §. 21. num. 4.*

7. *AD EXHIBENDUM LIBROS*. Potest Episcopus cogere quoscumque Administratores Piorum Locorum, & Ecclesiarum, necnon Canonicos Cathedralis ad exhibendum, & asportandum libros administrationis, etiam ad Palatium Episcopale, si sint in loco residentiæ, seù alterius stationis, & permanentiæ Episcopi, ut præter Decreta, quæ refert Chrispin. *de visit. par. 2. §. 28. n. 7. & 8.* nuper declaravit *S. Congr. Conc. in Narnien. 8. Augusti 1693. in Montis Falisci 27. Aug. 1695. in Hispal. Visitationis 18. Aug. 1696. & in Calaguritana Visitationis 18. Junii 1701.*

8. Nec possunt Administratores exhibitionem effugere pretextu carentiæ, & non existentiæ librorum: quia quilibet Administrator conficere, & retinere tenetur librum rationum, qui contineat data, & accepta, ex qua causa, & qua die, aliàs non valerent rationem reddere quamvis exhiberent notulas, sivè listas, aut folia, immò contrà eos tamquam dolosos juratur in litem, *Rot. apud Farinac. dec. 540.* quam allegat. Nicol. *Iucubr. Can. lib. 3. tit. 35. num. 7.*

9. Quia Administratores æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus, & ea omnia præstare debent, quæ illi præstant Text. *est in Clement. quia contingit, §. Ut autem de Relig. Dom. Rot. coram Coccin. dec. 625. n. 10.* Et hinc oritur, quòd licèt Administrator à Testatore datus non teneatur satisdare, ut docet Glos. *in dicta Clem. quia contingit in verb. præstare;* attamen rationem administrationis reddere tenetur, quamvis de hoc nihil Testator disponeret, quia est obligatio, quæ de jure tacitè censetur imposita omnibus Administratoribus, ut probant Fagnan. *in c. Ad hæc num. 59. de Relig. Dom.*

10. Nota quod Administrator, sivè Executor Testamentarius datus ad distribuendum eleemosynas in pauperes, potest sibi, & filiis tamquam pauperibus distribuere, ut tenent Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 94. num. 5.* ibi -- *Ideò Pater Executor ultimæ voluntatis, potest in distributione bonorum, quæ debet fieri in pauperes, nominare filium suum, si verè sit pauper.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. glos. 2. n. 55. & 56.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. alleg. 83. num. 22. & 23.*

11. *PRO REDDITIONE RATIONIS*. Deputatus pro redditione rationis, quicumque sit, non potest pro labore revisionis computorum locorum piorum mercedem, seù propinam exigere, sed gratis hoc munus tenetur implere non obstante quacumque contraria con-

suetudine, prout mandat Taxa Innocentiana, & *Sac. Congreg. Concilii apud* Nicol. *in flosc. verb. gratis*, §. 3., ibi -- *Ordinarius nihil debet accipere pro revisione rationum, non obstante qualibet contraria, vel immemorabili consuetudine. Congreg. Concilii &c.* Et ratio viva est, quia Ordinarius habet redditus Mensæ, ut onera officii sustineat, *cap. Statutum de rescript. in sexto*, ubi plenè Passerin. *§. Si quid autem à num.* 369. *cum seq. Sac. Congr. Concilii in Panormitana* 4. *Martii* 1690.

Deputationis Baroncelli.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus potest retinere familiam armatam.*
2 *Episcopus implorat aliquando brachium seculare in subsidium, non necessitate.*
3 *Barisellus Curiæ Episcopi gaudet privilegio Fori.*
Offendens Barisellum Curiæ Ecclesiasticæ punitur privativè ab eadem Curia, ibid.
4 *Barisselli cognitio præsumitur, non autem aliorum satellitum.*

N. Episcopus N.

N. N.

DElicta, quæ pacem turbant, & rempublicam vexant, ne quantum in Nobis est impunita remaneant, & justitiæ administratio brachio, quo fulciatur non careat, *familiam armatam habere* statuimus. Quocircà de tua fidelitate confisi, Te Baroncellum nostræ Curiæ tàm in Civitate, quam pro tota Diœcesi ad nostrum beneplacitum constituimus, & deputamus, cum lictoribus, quos tibi socios pro exercitio tui officii tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus adjunxerimus, cum *oneribus*, emolumentis, *& privilegiis* solitis, & consuetis: monentes omnes, ut Te in Baroncellum, & Officialem nostræ Episcopalis Curiæ *recognoscant*, tibique tuum officium exequenti non resistat sub pœnis arbitrio nostro, prout juris erit, infligendis. In quorum fidem præsentes expediri, & in Cancellaria nostra registrari jussimus. Datum &c.

N. Episcopus, sivè Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *FAMILIAM ARMATAM HABERE*. Quòd Episcopus possit retinere familiam armatam, & satellites, est propositio inter DD. nostros communiter recepta, quia in sua Diœcesi dicitur Princeps, & habere merum, & mixtum imperium, ut post Glos. *in c. Si quis* 2. *q.* 7. *& Conc. Trid. sess.* 25. *c.* 3. docent Tusch. *litt. E. concl.* 253. *per tot. & concl.* 59. *n.* 16. *lit. I.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. alleg.* 107. *n.* 2. *& seqq.* Ciarlin. *contr.* 50. *n.* 25. Sperell. *dec.* 4. *n.* 7. *& 8. & dec.* 124. *n.* 14. Nicol. *lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *post n.* 109. *ampl.* 7. Conciol. *resol. Crim. verb. Episcopus resol.* 2. *Sac. Congr. Episc. in Civitatis Castelli* 14. *Aprilis* 1615. *responsione ad tertium dubium*.

2. Et quamquam quamplures Episcopi careant lictoribus, & familia armata, hoc evenit, non quia talem jurisdictionem non habeant, sed quia vel sunt pauperes, vel alia causa impediuntur: Et cum sit actus facultativus, aliquandò etiam aliis pru-

prudentialibus respectibus hac facultate uti nolunt, brachiumque sæculare implorant in subsidium, non autem necessitate, ut inquiunt Sperell. & Ciarlin. *loc. cit.* quorum primus laudat ad evitanda inconvenientia, quod Episcopus carens lectioribus, deputet suis litteris Patentibus unum, vel plures satellites Curiæ Laicæ, prout ipse ita sæpè practicasse testatur *in dicta decis. 124. num. 67.*

3. *ONERIBUS, ET PRIVILEGIIS.* Baroncellus Curiæ Episcopi, quod teneatur stare Syndicatui, & gaudeat privilegio Fori, dicit Nicol. *in flosc. verb. Barisellus n. 1. & 2.* & quo ad Forum ità declaravit *Sacr. Congreg. Immunitatis in Narnien. 28. Julii 1648.* Et quod occidens, vel offendens Birruarios Curiæ Ecclesiasticæ ratione officii puniri debeat privativè ab eadem Curia, censuit eadem *Sacr. Con Congr. Immunit. in Verulana 8. Julii 1692.* quam refert Zaul. *observ. ad Statut. Faven. tom. 1. lib. 4. rubr. 50. post num. 18.* & idem dicas quando Baroncellus esset offensor, *Sacr. Congr. Immnnit. in Narnien. 28. Julii 1648.*

4 *RECOGNOSCANT.* Barisselli cognitio præsumitur ex deductis apud Panimoll. *decis. 75. num 28.* non autem particularium militum Curiæ, qui in dies mutantur; nisi satellites gererent insignia in loco portari solita, Panimol. *ibid. num. 29.*

Deputationis Cursoris sive Bajuli, sive Nuncii.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Cursores, & Bajuli Curiæ Sæcularis tenentur requisiti exequi mandata Curiæ Episcopi absque alia licentia Judicis Laici, aliàs puniri possunt.*
2 *Nuncius, sive Bajulus electus à Judice præsumitur talis, sit in possessione exercendi officium, licèt de deputatione non constet, secùs in Nuncio electo ab Vniversitate.*
3 *Nuncius sive Cursor, sive Bajulus, an teneatur juramentum præstare de fideliter exercendo?*
4 *Gaudet privilegio Fori.*
5 *Satellites non debent fungi officio Cursoris.*
6 *Officium Cursoris non inducit infamæ maculam, neque irregularitatem.*
7 *Cusores diversimodè nuncupantur.*

N. Episcopus N.

Dilecto N.

PRovidere volentes Curiam nostram Episcopalem de idoneo Cursore, sive Bajulo, qui fidelitate, & assiduitate, commissa sibi adimpleat, Te de cujus diligentia, & fidelitate simul confidimus, in publicum Cursorem, Bajulum, sive Nuncium nostri Tribunalis tenore præsentium ad nostrum beneplacitum *eligimus*, constituimus, *& deputamus* cum *oneribus*, *privilegiis*, emolumentis solitis, & consuetis. Dantes tibi omnem facultatem necessariam, & opportunam, *Officium Cursoris*, sive Bajuli exercendi in tota nostra Diœcesi quoties fueris requisitus, hortantes Te in Domino, ut officium tuum exerceas fidelitate plena. Mandantes omnibus, ut Te in talem recognoscant, & recipiant sub pœnis &c. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *PROVIDERE*. Curia Episcopalis quando non habet proprium Cursorem, sive Bajulum, uti poterit Cursoribus Curiæ Laicæ absque alia licentia Judicis Laici, sive Gurbernatoris, aut Civitatis; & si renunt citationes, & mandata exequi, eos etiam censuris compellere, ut respondit *Sacr. Congreg. Immunit. in Narnien. 23. Junii 1648. l.4. Decr. fol.53. à tergo*.

2. *ELIGIMUS, ET DEPUTAMUS*. Cursores, & publici Nuncii regulater eliguntur, & deputantur à Judice; Si verò electio vigore statuti fieri contingat à Prioribus, & Magistratu loci, debet constare de deputatione, ut illis credatur, ad differentiam Nuncii, sive Bajuli à Judice electi, qui præsumitur talis quoties constat de commissione citationis, vel quod sit in possessione officium exercendi, quamvis de deputatione non doceatur, ut per doctrinam Bart. *in Extravag. ad reprimendam n.5.* tenet Tusch. *litt. N. concluſ.154. n.1. & 2. & concluſ. seq.* ubi enumerat casus, in quibus Nuncio credendum sit.

3. *CUM ONERIBUS*. Aliqui tenent, quod Nuncius, sive Bajulus antequam incipiat officium exercere, debeat juramentum præstare de fideliter exercendo, & stare Syndicativi: Alii verò putant, quod possit validè officium exercere etiam juramento non præstito, quos refert Tusch. *dicta litt. N. concl. 154. n.4.* Nic. *in flosc. verb. Barisellus n. 2.* Ubert. *de cit. tom.3. c.12. n. 361. in fin.* & hoc ultimum frequentiùs in praxi servatur.

4 *PRIVILIGIIS*. Nemo quod viderim negat, quod Nuncius, sive Cursor Curiæ Episcopalis non gaudeat privilegio Fori, cum sit officium necessarium pro regimine Tribunalis, Nicol. *lucubr. Can.lib.5. tit.39. n. 109. ampliat.5. Sacr. Congr. Immunit. in Cathacen.27. Januarii 1643. lib.3. Decr. fol.194. à tergo*.

5 *OFFICIUM CURSORIS*. Satellites non possunt, neque debent exercere officium Cursoris, sed citationes, & intimationes per fidele, & publicum Bajulum ab Ordinario electum exequi, & intimari debent, sic respondit *Sacr. Congr. Episc. in Civitatis Castelli 14. Aprilis 1615. ad quintum dubium*.

6. Officium Cursoris non inducere infamiæ maculam, neque irregularitatem, quæ indigeat dispensatione, si loquamur de eo, qui satellites in capturis non adjuvat, ut latè probat Sperell. *dec.77. per tot.*

7. Nomina Cursorum varia sunt secundum locorum denominationem, ut observat Zacc. *de salar. quæst. 79. n. 1.* In Regno enim Neapolis non Cursores non Nuncii, non Bajuli, sed servientes nuncupantur.

TITULUS II.

De erectione, unione, collatione, & resignatione Beneficiorum.

Erectionis Beneficii cum reservatione juris patronatus.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium debet erigi decreto, & auctoritate Episcopi.*

2 *Prælatus inferior Episcopo, qui jura Episcopalia non habet, Beneficia non erigit.*

3 *Beneficium Ecclesiasticum erigi non potest, nisi ad Altare, dote constituta. Beneficium indotatum dicitur Beneficium de pratica, ibid.*

4 *Beneficii dos debet constitui nominatim hoc nomine.*

5 *Be-*

5 *Beneficii Fundator debet dotem constituere de propriis bonis, aliàs non posset illi reservari Jurispatronatus.*

6 *Cappellania manualis non potest erigi in Beneficium cum reservatione Jurispatronatus, neque de consensu heredis.*

7 *Beneficii Fundator potest in limine fundationis conditiones sibi benè visas apponere, etiam juri communi contrarias, de licentia Episcopi.*

8 *Episcopus si nollet conditiones Fundatoris admittere, datur recursus ad Superiorem, qui supplet illius consensum.*

9 *Conditiones, & leges fundationis Beneficii, non possunt alterari, quamvis consensus Patroni interveniat.*

10 *Fallit regula, quando conditio de novo apponenda non est contra juris dispositionem; Nam Fundatore me instante, si Episcopus consentiat poterit supperaddi.*

11 *Institutio differ à collatione, & provisione.*

12 *Erectionis Beneficii substantia est, quod fiat in Ecclesia ad certum Altare sub invocatione alicujus Sancti, & assignentur bona nomine dotis.*

N. Episcopus N.

A *Tenta comparitione*, & instantia coram Nobis facta per N. qui ob magnam devotionem, quam erga S. N. gessit, & gerit, *dotare statuit illius Altare*, & Cappellam ab eodem erectam in Ecclesia N. loci N. annuo redditu, sine censu scutorum... super bonis stabilibus videlicèt, ... prout latiùs ex instrumento dotationis confecto manu Notarii publici N. sub die..... in nostra Cancellaria in forma authentica exhibito apparet cum reservatione Jurispatronatus præsentandi Rectorem, & Rectores, seu Cappellanos dictæ Cappellæ quoties vacare contigerit per ipsum comparentem, suosque hæredes. Nos propterea considerantes, quod in iis, quæ ad Divini Cultus augumentum tendunt, favorabiles esse debemus, dictam Cappellam, seu Altare sub invocatione S. N. in Ecclesia N. ordinaria auctoritate, & omni alio meliori modo, causa, & forma, nobis de jure permissis, in perpetuum Beneficium Ecclesiasticum erigimus, & erectum esse volumus, & declaramus, & bona prædicta *propria dicti Oratoris pro dote, & loco dotis* illi sic erecto assignamus, appropriamus, & applicamus. Nec non præfato N. ejusque hæredibus Juspatronatus, & *præsentandi Rectorem*, & Cappellanum, Rectores, & Cappellanos toties quoties casus vocationis occurrat, concedimus, & reservamus, *instituendum* tamen, & confirmandum, instituendos, & confirmandos per Nos, & Episcopos Successores, cum obligatione Rectoris intrà legitima tempora præsentandi, celebrandi, seu celebrare faciendi..... Missas in qualibet hebdomada pro salute Animæ..... & ità salvis juribus Episcopalibus *erigimus*, & reservamus omni, &c. In quorum fidem has præsentes litteras, & erectionis Decretum à nobis subscriptum expediri, & in Cancellaria nostra una cum dicto instrumento dotationis registrari, & servari mandamus. Datum &c.

N. Episcopus N.

ADNOTATIONES.

1. *ATTENTA COMPARITIONE*. Ad hoc, ut Beneficium Ecclesiasticum dicatur erectum inter alia requisita illud est præcipuum, ut prævia instantia sit fundatum auctoritate, & Decreto Episcopi, *Clem. 2. de Decim.* ubi Glos. *in verb. si Beneficium in fin.* Felin. *in cap. ex parte il 2. num. 2. de*

reſcript. Scipio *de Rub. Aphoriſm. Epiſcop. verb. Beneficium num.* 17. Rot. *deciſ.* 1. *n.* 24. coram Buratt. ubi Add. Si enim Epiſcopi aſſenſus in erectione deficiat, non dicitur Beneficium, ſed Cappellania manualis, & amovibilis, Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 6. Rot. coram Manzan. *deciſ.* 283. *num.* 8. & coram Rembold. *deciſ.* 180. *num.* 5.

2. Neque à Prælato inferiori, qui jura Epiſcopi non habet, erigi poteſt quantum vis exempto, & nullius, Gloſ. *in Clem.* 2. *in fin. de Decim.* Abb. *conſ.* 59. *num.* 3. *p.* 2. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 40. & 56. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 38.

3. *DOTARE STATUIT ILLIUS ALTARE*. Hoc exprimitur in formula, quia nullum Beneficium Eccleſiaſticum erigi poteſt, niſi ad Altare, & cum dote congrua, *cap. Nemo de conſecr. diſt.* 1. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 4. *nu.* 55. Aliàs ſi erigeretur, vel jam erectum remaneret ſine doto, diceretur Beneficium de pertica, Rot. coram Durand. *dec.* 285. *n.* 25. & 57.

4. *PRO DOTE, ET LOCO DOTIS*. Debet Epiſcopus in erectione Beneficii advertere, quod conſtitutio dotis nuncupatim fiat hoc nomine, non autem nomine ſtipendii, vel ſalarii pro Rectore, ſeu Cappeliano, quia ex perceptione annui redditus non infertur ad ſtatuum Beneficii Eccleſiaſtici, ut advertit Lotter. *de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 60. Rot. coram Cerr. *deciſ.* 526. *n.* 5.

5. *PROPRIA DICTI ORATORIS*. Hæc clauſula, ſive expreſſione datur intelligi, quod Epiſcopus nemini poteſt Juſpatronatus reſervare, niſi fundans conferat Beneficia erigendo dotem de propriis bonis liberis, juxta Rotæ ſententiam coram Celſ. *deciſ.* 239. *num.* 6. & cor. Cerr. *deciſ.* 526. *num.* 5. Si quis enim tamquam Adminiſtrator, Executor, vel Protector loci pii vellet ex illius redditibus, aut ex aliis piorum fidelium contributionibus, largitionibus, & eleemoſynis annuis, Beneficium erigere, non poſſet Epiſcopus illi juſpatronatus reſervare, ex plenè firmatis *in deciſ.* 383. & *dec.* 413. coram Peutinger.

6. Ex quo infertur, quod, ſi hæres, vel Succeſſor in Capellania manuali non collativa ab aliquo Teſtatore relicta cum onere celebrationis Miſſarum vellet illam in Beneficium perpetuum collativum erigere cum reſervatione Juriſpatronatus, non poſſet Epiſcopus, neque cum conſenſu talis hæredis hoc facere, quia nihil hæres confert de ſuo, nec valet mutare legem à Teſtatore præſcriptam, Pac. Jord. *lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *poſt n.* 91.

7. *JUS PRÆSENTANDI RECTOREM*. Non ſolum Fundator Beneficii poteſt ſibi, & ſuis jus præſentandi Rectorem reſervare in erectione, ſed etiam alias conditiones ſibi benè viſas dummodò non ſint turpes, impoſsibiles, & contra naturam Juriſpatronatus, etiam juri communi contrarias apponere, juxtà communem DD. ſententiam, Ricc. *deciſ. cur. Archiep. Neapol.* 29. *per tot. par.* 1. Ciarlin. *contr.* 53. *num.* 48. dummodò tamen in limine fundationis ab Epiſcopo fuerint concordatæ, & admiſsæ, Lotter. *de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 3. Tondut. *q. Benefic. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Add. ad Pamphil. *deciſ.* 54. *n.* 8. & *ſeqq.*

8. Quatenùs verò Epiſcopus nollet conditionibus hujuſmodi per Teſtatorem, vel Fundatorem appoſitis in erectione conſentire, neque illas Decreto admittere poterit tunc recurri ad Superiorem, ut eum cogat ad conſentiendum, & ſi contumax ſit, ipſe Superior ſuppleat, & conſentiat, ut docet Lotter. *d. quæſt.* 32. *num.* 17. Ricc. *dicta deciſ.* 29. *num.* 7. & 13. & *deciſ.* 240. *n.* 5. & 6. *p.* 3. ubi enumerat conditiones, quæ debent recipi, & quæ reiici.

9. Verum tamen eſt, quod conditiones, & leges fundationis poſtquam in limine erectionis Beneficii fuerunt appoſitæ, & ab Epiſcopo approbatæ, non poſſunt ampliùs mutari, neque alterari, etiamſi conſenſus Patroni interveniat, Garz. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 222. & 224. Fagnan. *in cap. Conquerente num.* 24. *de Cler. non reſid.* Caren. *reſol.* 142. *num.* 2. Vivian. *de jurepatr. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 10. *in fin.*

10. Quod tamen diſtinctione modifica, videlicet; Si conditio, quæ de novo vult apponi poſt erectionem eſt contra jus, & tunc ſuperaddi non poteſt, etiamſi Epi-

Episcopus consentiat; Aut conditio non est contrà juris dispositionem, & tunc ipsomet Fundatore instante, poterit nova conditio superaddi etiam ex post, si Episcopus consentiat, ut notabiliter limitando regulam firmavit Rot. *coram Seraph. decis.* 1414. Vivian. *de Jurepat. lib. 2. dict. cap. 8. d.num.10.*

11. *INSTITUENDUM*. Ad differentiam collationis, & provisionis. Nam collatio propriè dicitur quando Beneficium est liberum, & in mera Episcopi dispositione jure ordinario. Provisio autem quando Beneficium confertur de jure devoluto propter negligentiam inferioris, vel Patroni. Institutio verò tunc dicitur quando Beneficium confertur ad præsentationem alterius, ex notatis *in Rubrica de instit. in sexto*.

12. Hæc formula poterit deservire in erectione aliorum simplicium Beneficiorum, in quibus Juspatronatus non reservatur, mutatis mutandis juxta facti, & rei gestæ expositionem, retenta substantia Decreti erectionis, quæ ad hoc reducitur nempè, Quod erectio fiat in Ecclesia ad certum Altare sub invocatione alicujus Sancti, & assignentur bona libera stabilia fructifera nomine dotis, Lotter. *de re Benefic. lib.1.qu.4.num.55.*

Erectionis Ecclesiæ Parochialis.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 *Parocho est providendum de congrua etiam per collectam Parochianorum.*
2 *Parochiani cogendi sunt ad contribuendum pro congrua Parochi in subsidiũ.*
3 *In Parochiali Ecclesia Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti debet retineri in Altari Majori.*
4 *Parochi tenentur Dominicis, & Festis diebus Sacrificium Missæ pro populo applicare, etiamsi congruam habeant tenuem, & n. 5. & 6.*
7 *Parochus Parochianos conjungere debet in Matrimonio in Ecclesia.*
8 *Parochus, qui contra prohibitionem Episcopi Matrimonia celebrat extra Ecclesiam, peccat mortaliter.*
Episcopus non potest cogere subditum ad observantiam præcepti injusti, ib.
9 *Concursus non est adhibendus in provisione Parochiæ de novo erectæ, sed pro prima vice liberè confert Episcopus, approbatione facta Provisi coram Examinatorib. Synodalibus.*

N. Episcopus N.

CUM in visitatione nuper per nos facta invenerimus in loco N. non adesse Ecclesiam Parochialem, in qua Christi fideles ibidem commorantes Sacramenta recipere, & monita salutis audire possint, sed promiscuè per simplices Presbyteros non certos, nec per proprium Parochum cum Animarum discrimine, & periculo audiverimus. Propterea Gregis Nobis commissi soluti consulere, & malis, quæ ex Pastoris deficientia occurrere in dies solent, providere volentes, attenta præsertim hominum dicti loci humili instantia, & supplicatione pro erectione Parochialis, *ac obligatione* per eosdem in Actis nostræ Curiæ solemniter facta (cum nec per subtractionem redditumum Matricis, nec per unionem Beneficiorum de dote providere non valuerimus) solvendi certam pecuniarum summam, & tradendi certam frumenti, & vini quantitatem pro unaquaque familia Parocho pro tempore eligendo, ut commodè sustentari possit, *donec de congrua aliundè provideatur*; Invocato D. N. Jesu Christi nomine, ejusque Matris sẽper Virginis Mariæ, Ecclesiam loci N. sub invocatione Sancti N. hujus nostrę Diœcesis, nostra auctoritate ordinaria, & omni &c. tenore præsentium in Parochialialem erigimus, & erectã volumus, & declaramus, in eaq; postquam de decenti Tabernaculo, & aliis necessariis ad custodienda Sacramenta provisum fue-

fuerit, prout in visitatione provideri mandavimus: Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum *ad Altare Majus*, Fontem Baptismalem, Olea Sacra, & alia, quæ ad Ecclesiam Parochialem pertinent, retineri, & custodiri mandamus. Ecclesiæque prædictæ sic in Parochialem erectæ jura omnia, & privilegia, quæ Parochialibus de jure competunt, concedimus, & illis gaudere debere decernimus, cum assignationibus, & proventibus à præfatis Parochianis promissis, ac aliis obventionibus, eleemosynis, & oblationibus universis certis, & incertis Curæ à Sacris Canonibus concessis, & permissis. Ipsamque Ecclesiam Parochialem nulli Juris patronatus servituti subjectam esse, sed ad liberam nostram, & successorum nostrorum collationem, & provisionem servata forma Sacr. Concil. Trid. spectare, & pertinere decernimus.

Ut autem præfata Ecclesia Parochialis de novo erecta de idoneo Rectore provideatur, qui populo in Divinis, & Animarum Cura regenda præsit, & Missis diebus festivis *pro Ovibus suis* celebrare, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ ministrare, necnon in *eadem Ecclesia Matrimonio Parochianos conjungere*, ac rudimenta fidei edocere debeat, & teneatur, dilectum Nobis in Christo N. Presbyterum *per Nos*, *& Examinatores nostros Synodales* tamquam habilem, & idoneum repertum præficimus, illique curam, regimen, & administrationem Sacramentorum committimus, ac eidem de præfata Ecclesia Parochiali noviter erecta collationem facimus, & providemus. Mandantes &c. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *OBLIGATIONE*. Quando nova Parochia de congrua pro sustentatione Parochi aliundè provideri non potest, puta, per unionem Beneficii simplicis, Parochiani tenentur, & cogi possunt ad contribuendum, ut notant communiter Canonistæ *in c. Ad audientiam de Eccles. ædific.* quam juris dispositionem innovavit *Concil. Trid. in cap.* 13. *sess.* 24. *de Reform.* his verbis -- *Per Parochianorum Symbola, aut Collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantùm redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochi necessitate decenter sufficiat.*

2. *DONEC DE CONGRUA ALIUNDE PROVIDEATUR*. Parochiani cogendi sunt, ad contributionem congruæ in subsidium, & eo tantum casu, in quo Parocho aliundè provideri non possit, ut patet ex lectura *dict. cap.* 13. *sess.* 25. *& cap.* 7. *sess.* 21. *de Reformat.* Undè quatenùs Ecclesia de redditibus provideatur, Parochiani exonerandi essent.

3. *AD ALTARE MAJUS*. In Parochiali Ecclesia Tabernaculum Sanctissimi debet retineri in Altari Majori tamquam digniori, ut declaravit *Sacr. Congr. Episcop.* apud Nicol. *in flosc. verb. Eucharistia num.* 20.

4 *PRO OVIBUS SUIS*. Parochus tenetur diebus saltem Dominicis, & Festis de præcepto Sacrificium Missæ pro Ovibus suis applicare, etiamsi congruam in solitis incertis haberet, quicquid dicant in contrarium nonnulli Theologi moderni morales blandientes Parochis, illosque ab hoc onere eximentes, si tenuem habeant congruam, & incertam: Nam ista propositio erronea est, & articulo maturè discussio non semel, sed bis terque illam rejecit Sac. Congregat. Concilii, cujus est *Concilium Trident. interpretari*, *die* 10. *Maii* 1681. *in Lucana*, *&* 10. *Maii* 1691. *in Mileten.* 7. *Julii ejusdem anni in responsione ad quar-*

quartum, & *in Cremonen.* 20. *Decembris* 1692.

5. In quarum causarum secunda proposito Dubio -- *An Parochus celebrare teneatur*, & *Sacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis*, & *Festis sive habeat congruam*, *sivè non?* responsum fuit -- *Dentur Decreta*: Quæ referuntur à Nicol. *in flosc. verb. Parochus num.* 34. & à Fagnan. *in cap. Fraternitatem n.* 94. & 95. *de Sepultur.*

6. In tertia, in qua recursum habuit Archipresbyter Rosarni à Decreto Episcopi, quo adstringebatur ad applicandum Sacrificium pro populo in omnibus Dominicis, & Festivis diebus, & partibus informantibus propositum fuit Dubium *An Decretum Episcopi super applicatione Sacrificii pro populo omnibus Dominicis*, & *Festis diebus sit observandum?* responsum fuit -- *Affirmativè*. Undè caveant Parochi à sententiis, & opinionibus hujusmodi Probabilistarum.

7. *IN EADEM ECCLESIA PAROCHIANOS MATRIMONIO CONJUNGERE*. Matrimonia per verba de præsenti, juxtà monitum *Concili. Trid. sess.* 24. *de reform. Matr. cap.* 1. fieri debent in Ecclesia, si non de necessitate præcepti, saltem de honestate, ut dixit *Rot. coram Coccin. decis.* 1887. *n.* 37. Undè quamvis plures Authores, quos refert, & sequitur Barbos. *in dict. cap.* 1. *nu.* 35. firment, quod Episcopus non possit prohibere, ne Matrimonia Domi celebrentur, sed tantum hortari, ut in Ecclesia fiant: Nihilominùs in praxi contrarium semper tenui; Quia cum Ecclesia sit proprius locus Sacramentorum, & maximè deceat in ipsa ministrari, laudandi sunt Episcopi, qui id prohibent fieri sine eorum licentia extrà illam, sequendo vestigia *Divi Caroli in Concil. Mediol.* 2. *tit.* 1. *Decret.* 28. & est laudabilis usus, vel praxis Urbis, nàm Card. Vicarius, nec etiam Principibus, & Magnatibus hujusmodi licentiam concedere solet.

8. Etenim si Nicol. *lucubr. Civil. lib.* 1. *tit.* 10. *de nupt. num.* 60. *vers. ultimo*, & Biss. *in Hierug. litt. M. nu.* 108. §. 16. non dubitant affirmare, quod, si Parochus præcepto Episcopi non pareret, sed sine licentia Domi Matrimonium celebraret, mortaliter peccaret, evidens est, quod licitè, & laudabiliter valet Episcopus prohibere, ne Matrimonia sine licentia extrà Ecclesiam celebrentur: Aliàs non peccaret Parochus, si præceptum esset injustum, juxtà opinionem Barbosæ, & sequacium; Cum non valet ad observantiam præcepti injusti subditum cogere, *cap. Si Episcopus quis fortè* 11. *q.* 3. & benè hoc probat Biss. *supra allegatus*. Nec curandum de Antonello *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. quia iste Author cæca fide Barbos. sequutus, cæteris auctoritatibus per eum allegatis, nil prorsùs de prohibitione Episcopi agentibus, vacuus remanet.

9. *PER NOS, ET EXAMINATORES SYNODALES*. Quamvis agatur de provisione Parochiæ de novo erectæ, in qua forma concursus adhibenda non est, & pro prima vice confert liberè Episcopus, Pac. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 102. Adhuc super idoneitate, seù approbatione personæ provisæ examen faciendum erit per Episcopum unà cum Examinatoribus Synodalibus, ut advertit. Card. de Luc. *de Paroch. disc.* 37. *num.* 51.

Erectiones novæ Parochiæ per dismembrationem.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

1 *Causa legitima dismembrationis est periculum Animarum.*

2 *Distantia Ecclesiæ Parochialis, quando sit causa justa dismembrationis, vel non? num.* 3. 4. 5. 6. & 7.

8 *Causa justa dismembrationis non probatur assertione Episcopi, sed de ea debet in Actis constare.*

9 *In dismembratione Ecclesiæ Parochialis vocandus est Rector, & alii interesse habentes; aliàs nulliter agitur.*

10 *In dismembratione Parochiæ exigitur Capituli consensus.*

11 *Abundantia reddituum Ecclesia Matricis*

tricis est causa sufficiens dismembrationis.

Redditus non dismembrantur, si Rector præter congruam parum haberet, sed coguntur Parochiani, quorum intuitu fit dismembratio, ad providendum novum Parochum de victu. ibi.

12 *Ecclesia Matrix, si in dismembratione passa fuit diminutionem reddituum, efficitur Patrona novæ Ecclesiæ.*

13 *Ecclesiæ Matrici, quæ passa fuit dismembrationem, reservatur honor arbitrio Episcopi.*

Accedere ex obligatione ad aliquem locum, est species subjectionis, ibid. & num. 14.

15 *Decimæ, nisi in dismembratione explicitè assignentur, non censentur translatæ, præter personales, & sacramentales.*

EA quæ *Animarum pericula* submovent, & populo Nobis credito levamina præbent, sedulò amplectentes, supplicationibus hominum loci N. inclinati, quibus dolentes Nobis exposuerunt, quod cum ipsi sub Parochia Sancti N. loci N. existant, *ob distantiam*, ac etiam impedimentum fluminis N. quod Parochiam dividit, & rapidè decurrit, præsertim tempore hyemali, necnon asperam, cœnosamque viam, non possint, præsertim senes, pueri, ac debiles, absque maxima difficultate, & periculo, ad illam, pro Divinis Officiis audiendis, & percipiendis Sacramentis, accedere, quodque persæpè *sine illis* quamplures ex hac vita discesserint, & Rector dictæ Parochialis S. N. *consentire noluerit*, quod alius Sacerdos ipsis incolis in Capella, seù Ecclesia Sancti N. ibidem constructa, & de suppellectilibus sacris decenter provisa, Missam diebus Festis celebret, & Sacramenta in casu necessitatis ministret; ad dismembrationem, & erectionem respectivè novæ Parochiæ, *prout ipsi postularunt*, procedere statuimus. Idcircò facta per Vicarium nostrum Generalem de mandato nostro diligenti super expositis inquisitione, ac desuper constructo, *citato, & audito d. Rectore*, processu, de quo in actis, illisque plenè per Testium depositiones, aliisque legitimis probationibus *concludenter verificatis*, dictum locum N. cum Ecclesia Sancti N. hominibus, incolis, & familiis, à Parochiali Ecclesia loci N. auctoritate ordinaria, & à *Sac. Concil. Trid. cap. 4. sess. 21. de Reform.* delegata, separamus, dividimus, & dismembramus, & dictam Ecclesiam S. N. cum suo loco, & districtu à... usque ad.... accedente etiam *consensu nostri Capituli*, in Parochialem Ecclesiam erigimus, & constituimus, dantes, & concedentes incolis, & habitatoribus dicti loci, & districtus plenam, & liberam potestatem in dicta Parochiali Ecclesia, Sepulturas, Cœmeterium, Fontem baptismalem, Campanile, Campanas, & alia insignia Parochialitatis construendi, & retinendi.

Pro exercitio autem Curæ in populum, & utriusque sexus fideles in dicto loco, & districtu habitantes, dilectum Nobis in Christo Presbyterum N. (qui populo, & Ecclesiæ prædictis in Divinis, & Animarum Cura regenda præsit) tamquam habilem, & idoneum, ab examinatoribus Synodalibus examinatum, & approbatum præficimus, & deputamus, illique administrationem omnium Sacramentorum Ecclesiæ committimus, & de Ecclesia Parochiali sic noviter erecta providemus.

Volentes, & mandantes Rectori dictæ Ecclesiæ Parochialis S. N. Matricis, & aliis pro tempore existentibus, quatenùs de cætero singulis annis in Festivitatibus Nativitatis D. N. Jesu Christi, & Sancti Jo: Baptistæ de universis fructibus Decimalibus, & aliorum bonorum, quos ipse intra, & extra limites dictæ Ecclesiæ Matricis *abundanter percipit*, scuta..... dicto N., & suis in dicta

Eccle-

Ecclesia Parochiali per Nos erecta Curatis successoribus in duabus æqualibus ratis, nec non tempore messis salmas . . . . frumenti, & tempore vindemiarum cados . . . vini, liberè persolvat, & tradat respectivè. Quam pecuniæ, & fructuum quantitatem, & ratas ex redditibus Ecclesiæ Matricis percipiendas, una cum eleemosinis, & oblationibus universis pro ipsius novi Curati, & successorum sustentatione, onerum supportatione, & congrua taxamus, & assignamus.

Reservantes Rectori præfatæ Ecclesiæ Matricis N. illiusque successoribus (ex quo redditum suorum dismembrationem patitur) jus personam idoneam infrà terminum à jure statutum toties quoties per cessum, vel decessum vacare contigerit, in dicta Parochiali Ecclesia N. à Nobis, vel successoribus nostri instituendam, præsentandi.

Prætereà, ut dictæ Ecclesiæ Matrici *debitus honor* servetur, & exhibeatur, volumus, quòd singulis annis in festo N. dictus novus Curatus, suique successores unà cum in colis Parochianis processionaliter ad eam accedat, & ad Altare Majus unum cereum ceræ elaboratæ librarum ... in signum recognitionis offerat. Et ita Auctoritate qua supra dismembramus, erigimus, assignamus, & reservamus omni &c. Datum hac die &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit supradictum Decretum dismembrationis, & erectionis respectivè, die ... in Aula ... præsentibus N. N. Testibus &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *ANIMARUM PERICULA.* Justa causa dismembrationis regulariter reputatur illa, quæ implicat periculum Animarum, cui alia ratione prospici, & occurri non potest. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 2. *& seqq.*

2. *OB DISTANTIAM.* Ut plurimum damnum spirituale Parochianorum oritur ob distantiam, asperitatem, & incommoditatem itineris, qua impediuntur, præsertim tempore hyemali, ut nec ipsi ad Ecclesiam Parochialem, nec Parochus respectivè ad illos occasione infirmitatis pro administratione Sacramentorum sine periculo, aut magno incommodo non valeant accedere; & his circumstantiis concurrentibus, Episcopus vigore *Concil. sess.* 21. *de reform. cap.* 4. innovata dispositione *cap. Ad audientiam de Eccles. ædific.* solet, immò debet ad dismembrationem procedere, & novam Parochiam, vel si magis expedire dijudicet, Vicariam perpetuam erigere, Nicol. *in flosc. verb. Parochus.*

3. *SINE ILLIS.* Ob numerositatem populi, Episcopus cogit Rectorem ad assumendum Coadjutorem in exercitio Curæ: At ob distantiam loci, etiam invito Rectore, quamvis exempto, ad dismembrationem potest devenire, absque eo quod teneatur expectare, quod aliqui ex Parochianis decedant sine Sacramentis, ut probant decisiones Rotæ, quas expendit Graz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 4. *num.* 9. *& seqq.* & sequitur Pac. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 31. *nu.* 6. Nihilominùs si de hoc in Processu constaret, provisio Episcopi esset innixa firmiori fundamento, Rot. *decis.* 32. *num.* 2. *& decis.* 34. *num.* 6. post Tambur. *de jur. Abb.*

4. *CONSENTIRE NOLUERIT.* Etenim si in loco adesset Oratorium, vel Ecclesia publica, in qua Parochus per suum Coadjutorem vellet Missas diebus Festis celebrare, & Sacramenta

Pœni-

Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ adminiſtrari facere, tunc Epiſcopus à diſmembratione, quæ dicitur ſpecies alienationis abſtinere potiùs deberet, quàm illam ad effectum perducere, quia tali caſu dicitur conſultum Parochianis à Matrice diſtantibus, ex animadverſis à Ric. *prax For. Eccleſ. reſol. 486. num. 6. verſ. Limitatur part.* 1. & à Card. de Luca *annot. ad Concil. diſc.* 16. *num.* 2. *& Paroch. diſc.* 34. *per tot.*

5. Ut enim unitas Parochialis non dividatur, juriſdictio Territorialis non ſecetur, & redditus illius diminutionem non patiantur, non de facili deveniendum eſt ad diſmembrationem, ſed juſtis de cauſis (quas enumerant Barboſ. *ſupra Concil. d. cap.* 4. & Corrad. *prax. Benef. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 5. *& ſeqq.*) benè perpenſis Epiſcopus conſenſum præbeat.

6. Verum tamen eſt, quod cum frequenter ad formalem diſmembrationem ſoleat deveniri, quando Parochianorum pars, vel Communitas, quæ id petit ob diſtantiam loci, & magnam incommoditatem itineris, congruè dotat Novam Parochian erigendam, ut obſervat. Card. de Luc. *de Decim. diſc.* 12. *nu.* 8. & tunc oblatio Cappellani, ſeu Coadjutoris pro adminiſtratione Sacramentorum diebus Feſtis per Rectorem facta ad evitandam diſmembrationem, non eſt ſufficiens ad retardandam novæ Parochiæ erectionem, ſed ad illam juſtè proceditur, ea non obſtante, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii in Januen.* 16. *Januar.* 1694. quod eſt contra opinionem *Rotæ in Ovecten. de anno* 1681. quæ deciſio allegabatur in dicta Cauſa Januen. favore Matricis.

7. *PROUT IPSI POSTULARUNT.* Licèt Epiſcopus vigore citati *cap.* 4. *ſeſſ.* 21. *de Reform.* poſſit, & debeat ex officio quotieſcumque expediens judicaverit novas Parochias erigere: Attamen quia ut plurimum hoc fiat ad petitionem incolarum, ut ponderat Card. de Luc. *dicto diſc.* 10. *de Decim.* ideoque hæc circumſtantia exprimitur in formula, juxta praxim Corrad. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9.

8. *CONCLUDENTER VERIFICATIS.* Ad probandam juſtam cauſam diſmembrationis, non ſufficit aſſertio Epiſcopi, ſed debet de ea in Actis per legitimas probationes conſtare, Rot. coram Seraph. *deciſ.* 1062. *num.* 1. & coram Otthob. *deciſ.* 6. Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 45. *& de Paroch. diſc.* 35. *utrobique num.* 6.

9. *CITATO, ET AUDITO RECTORE.* Citatio, & vocatio Rectoris Eccleſiæ Matricis, aut illius Defenſoris deputati, quatenus eſſet vacans, in diſmembratione facienda, eſt omninò neceſſaria, aliàs etiamſi concurrerent juſtæ cauſæ, & requiſita pro illa obtinenda, adhuc nulliter eſſet facta, ſi ſine hac ſolemnitate fieret, Garz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 3. *num.* 3. *& ſeqq.* Nicol. *lucub. Can. lib.* 3. *cap.* 48. *de Eccleſ. ædific. num.* 1. *verſ. Non verò*, Corrad. *prax. ubi ſuprà.* Sicuti vocandi quoque eſſent cæteri intereſſe habentes, quando Epiſcopus vellet novæ Eccleſiæ Parochiali unire Beneficia; & qui ſint, habes apud Barb. *ſupra Concil. ſeſſ.* 8. *de refor. c.* 6. *n.* 19. *cum ſeq.*

10. *ACCEDENTE CONSENSU ETIAM NOSTRI CAPITULI.* Quod in diſmembratione exigatur conſenſus Capituli Cathedralis, præſertim Parochiæ non exemptæ, tenent Pac. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 30. *nnm.* 2. Piaſec. *prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *nu.* 89. Fagnan. *in cap. Ad Audientiam nu.* 54. *de Eccleſ. ædific.* Quando tamen abſolutè non admittit Garz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 3. *nu.* 11. & 12. ubi concluſionem ait procedere, quando agitur de diſmembratione Eccleſiæ inferioris, & Epiſcopus eſt Auctor diſmembrationis, non autem quando Epiſcopus non eſt Auctor ſed Rector Eccleſiæ non habentis Collegium, quia tunc ſufficere ſolam auctoritatem Epiſcopi putat.

11. *ABUNDANTER PERCIPIT.* Abbundantia reddituum dicitur cauſa ſufficiens diſmembrationi, juxtà *deciſ.* Seraphin. 428. Sicuti enim quando Parochia eſt numeroſa, & pinguis, debet Parochus Coadjutori ſibi dato mercedem ſolvere, Nicol. *in floſc. verb. Cura num.* 7. ità quando juridica fit diſmembratio, debet diminutionem fructuum pati. Si verò Eccleſia Matrix bonis non abundaret, & Rector præter congruam nihil, aut parum haberet, non

non posset Episcopus ex ea aliquam partem fructuum, seu bonorum dismembrare sed Parochiani, quorum intuitu nova Parochia, sive Vicaria perpetua erigitur compellendi essent ad providendum Parochum, seu Vicarium de victu, ad formam litteralis dispositionis *dicto cap.* 4. *sess.* 21. *de Reform.* ubi Barbos. *num.* 15. Bellett. *disq. Cleric. par.* 1. §. 14. *de Cler. debit. num.* 7. *& tribus seqq.* Gallemart. *suprà dicto cap.* 4. *num.* 7. ubi ex doctrina Host. quam reassumit etiam Abb. *in cap. Ad audientiam num.* 7. *de Eccles. ædific.* firmat, quod, si Parochiani ob paupertatem alimenta Curato assignare non possent; Episcopus teneretur dare de suo.

12 *RESERVANTES*. Ecclesia Matrix, quæ passa fuit dismembrationem, & de suo contulit pro sustentatione Rectoris novæ Parochiæ, acquirit Juspatronatus, juxtà dispositionem Text. *dicto c. Ad audientiam*, ubi Glos. *de Eccles. ædific.* Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 57. Barbos. *supra dicto cap.* 4. *sess.* 21. *nu.* 13. Fagnan. *in dicto cap. Ad audientiam num.* 35. & 38. ubi quod, si adesset, qui novam Ecclesiam Parochialem fundasset, efficeretur Compatronus unà cum Rectore Matricis.

13 *DEBITUS HONOR*. Præter Juspatronatus, debet in dismembratione reservari Ecclesiæ Matrici debitus honor ad formam præscriptam in sæpè citato *cap. Ad audientiam de Eccles. ædific.* in signum recognitionis, puta quod illi solvatur census annuus moderatè arbitrio Episcopi taxandus, vel quod reservetur sepultura, vel celebratio Missæ solemnis cantandæ in Ecclesia noviter erecta à Rectore Matricis in die Sancti Titularis, aut in aliqua ex solemnioribus anni Festivitatibus, vel demum quod Curatus novæ Parochiæ, & illius successores unà cum Parochianis semel in anno poceßionaliter v. g. in die Corporis Christi, accedant ad Ecclesiam Matricem, & cereum offerant, & hæc reservatio fortè est aliarum magis propria, cum accedere ad aliquem locum sit species subjectionis, Rot. coram Seraphin. *decis.* 15. *num.* 3.

14 Quem autem ex his honoris signis debeat impendere Ecclesia filialis erga Matricem, prudentiæ Episcopi in dismembratione facienda relinquitur, qui perpensis loci, Ecclesiæ, Rectoris, distantiæ, incolarum facultatibus, moribus, qualitatibus, & congruentiis, unum ex recensitis reservabit, ut monet Glos. *in dicto cap. Ad audientiam in verbo honor*, nulla habita prorsùs consideratione ad expressum in formula, quia tantùm pro exemplo reponitur.

15 Item varianda erit formula juxta facti variationem, si per unionem Beneficiorum, aut per alicujus Fundatoris liberalitatem, aliovè modo de congrua novo Rectori provideretur, hoc unum advertendo, quod Decimæ Prædiales, nisi in dismembratione ab Episcopo explicitè assignentur pro sustentatione novi Curati, non censerentur in eum translatæ, neque pro rata, sed remanerent integraliter Rectori Matricis, ex quo Decimæ solent dari in defectum aliorum reddituum, & est in arbitrio Episcopi, sive de Decimis, sive aliis fructibus providere, prout explosis antiquorum sententiis, per Text. *Concilii cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.* latè probat Fagnan. *in cap. Cum contingat. de Decim. à num.* 31. *usque ad* 51. Decimæ verò personales, seu sacramentales transeunt ipso jure in Curatum, & Parochialem noviter erectam, Fagnan. *ibid. num.* 52.

Erectionis Canonicatus.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum Canonicorum non potest remittere residentiam, neque servitium condonare, non obstante consuetudine, sive Ecclesiæ statuto.*

2 *Canonici non possunt exire à Choro, nisi petita venia ab Archidiacono, sive Præsidenti sub pœna punctationis.*

3 *Canonici non interessentes concioni tempore Quadragesimæ possunt punctari.*

4 *Canonici absentes à Choro non debent pu-*

puniri, nisi in ammissione distributionum.

Episcopus auget punctaturas, quando servitium Ecclesiæ negligitur, ibid.

5 *Canonicus gravatus pensione, si sit absens, perdit tertiam partem fructuum, qui remanent pensione detracta.*

6 *Canonici tenentur inservire pro Diacono, & Subdiacono tam Dignitatibus, quàm eorum Coadjutoribus solemniter celebrantibus, non obstante contraria consuetudine.*

Et non tantùm Canonici juniores, quàm etiam antiquiores, ibid.

Dignitates numquam debent Canonicis inservire, ibid.

7 *Canonici non tenetur Episcopo Pontificalia exercenti inservire, nisi servata forma Concilii.*

8 *Canonici, qui de consuetudine solent Choro inservire per totum annum non gaudent vacatione Concilii. Quid si vigore statuti?*

9 *Canonici, & Dignitates debent per se ipsos officia Ecclesiæ obire.*

Canonici Dignitatibus impeditis celebrant pro illis, nec substituunt aliam Dignitatem, ibid.

10 *Dignitates Collegiatarum tenentur exercere officium Hebdomadarii, & alia munia subire sicuti cæteri Canonici.*

11 *Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius non possunt se eximere ab officiis Capitulis: Neque eis competit præcedentia super alios Canonicos non obstante consuetudine, quia non sunt Dignitates.*

12 *Canonici Jubilati non tenentur per se ipsos, neque per alios Missam Conventualem celebrare.*

13 *Canonici, qui per 40. annos laudabiliter non inservierunt Ecclesiæ, non deberent Indultum jubilationis obtinere, etiamsi aliqua alia commiserationis causa intercederet.*

14 *Episcopus non erigit Canonicatus, nec Dignitates sine consensu Capituli.*

15 *Capitulum se irrationabiliter opponens erectioni Canonicatus, seu Dignitatis, consensum supplet Sac. Congr. Concilii.*

16 *Canonici non possunt à Capitulo voce privari, neque ad officia inhabiles declarari.*

17 *Canonici non electa Sepultura, debent tumulari in Cathedrali, si adsit Sepulchrum separatum.*

Et idem procedit in Clericis non attento Sepulchro majorum, ibid.

18 *Canonici Cathedralis non sunt in Dignitate constituti, sed dicuntur Clerici primi ordinis.*

19 *Præeminentia jubendi in Choro spectat ad digniorem præsentem, non obstante solito in contrarium.*

20 *Prima Dignitas Cathedralis præcedit Vicario Capituli.*

21 *Canonici, & Capitulum Cathedralis præcedunt Magistratum sæcularem in omnibus functionibus Ecclesiasticis.*

22 *Canonici Collegiatæ à jure insignis, præferuntur Canonicis Collegiatę insignis per Indultum.*

23 *Canonicus Sacerdos præfertur in Choro, & in aliis functionibus Canonico non Presbytero, licet priùs recepto.*

24 *Capituli convocatio spectat ad digniorem, etiamsi non sit in Ordinibus Sacris constitutus.*

25 *Episcopus ex aliqua justa causa potest convocationem Capituli prohibere.*

Canonici, qui sunt præsentes, constituunt Capitulum nulla habita ratione absentium, ibid.

26 *Vicarius Generalis Episcopi non debet interesse, nec votum dare in Capitulo.*

Posset tamen interesse ad sedandum tumultum Canonicorum, ibid.

27 *Canonici non possunt recipere eleemosynam pro celebratione Missæ Conventualis, quia tenentur illam applicare quotidiè pro Fundatoribus.*

28 *Canonici non possunt novum signum sive habitum in Choro deferre absque Indulto Apostolico.*

Neque in celebratione Missa uti palmatoria, ibid.

29 *Canonicus Coadjutor non est verus Canonicus, sed fictus.*

Canonici Coadjutoris antianitas computatur à die obitus coadjuti, ibid.

Ca-

Canonicus Coadjutor non potest interesse Capitulo quando intervenit coadjutus, ibid.

Canonicus Coadjutor tenetur ad omnes functiones, quas facere deberet coadjutus, & sedere in ultimo loco sui ordinis, ibid.

30 *Canonicus Supranumerarius institui, & creari non potest.*

31 *Canonicus, qui optavit aliam Præbendam per impetrationem Datariæ, dicitur novus Canonicus, & debetur ei locus secundi Canonicatus.*

32 *Præsbyteri, qui non habent officium, neque Beneficium in Ecclesia Cathedrali, non possunt cogi, ut inserviant Canonicis in Missis cantatis.*

33 *Neque ut assistant in Cathedrali functionibus Ecclesiasticis, nisi adsit consuetudo.*

N. Episcopus N.

TEstatorum pias voluntates, ut exequantur, libenter intendimus. Sanè sicut accepimus N. N. in humanis agens in ultimo, cum quo decessit Testamento, inter alia per eum disposita voluit, & mandavit, quod ex suis bonis unus Canonicatus cum Præbenda in Ecclesia Cathedrali N. erigeretur, & institueretur, dictusque Canonicatus pro prima vice per dilectum Nobis in Christo N. d. Testatoris Executorem Testamentarium; pro futuris verò vicibus per N. nominaretur, prout in d. Testamento plenius continetur: Volens propterea idem N. Executor præmissa executioni demandari facere, Nobis humiliter supplicavit, quatenus auctoritatem nostram ordinariam interponere dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, in d. Ecclesia Cathedrali N. unum Canonicatum, unamque Præbendam præter illos, qui ad præsens existunt, pro uno Presbytero, seu Clerico Sæculari, qui ad instar veterum dictæ Ecclesiæ N. Canonicorum locum, & stallum in Choro, ac vocem in Capitulo habeat; necnon in ea in Processionibus, ac Missarum, & aliorum Divinorum Officiorum celebrationibus, cæterisque universis actibus publicis, & privatis aliis d. Cathedralis Canonicis se conformare, ac in eadem *personaliter residere, eique in Divinis deservire* debeat, & teneatur, auctoritate nostra ordinaria *habito consensu nostri Capituli*, ac aliàs omni meliori modo, quo possumus, *cum honoribus, & oneribus universis* perpetuò erigimus, & instituimus, illique sic erecto, & instituto pro ejus Dote, & Præbenda, & onerum supportatione bona stabilia fructifera hæreditaria d. N. & per d. N. Executorem Testamentarium assignata in Territorio N. vocabulo N. valoris...., ut constat in Actis nostræ Curiæ, tradimus, applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Canonicatum obtinenti per se, vel per alium nomine d. Canonicatus, & Præbendæ propria auctoritate corporalem, realem, & actualem possessionem bonorum hujusmodi cum omnibus juribus, & pertinentiis suis liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, erigere, levare, locare, dislocare, ac in suum usum convertere, & utilitatem, cujusvis licentia desuper minimè requisita.

Et insuper prædicto N. Executori Testamentario pro prima vice, reliquis verò vicibus N. ejusque hæredibus in perpetuum Jus patronatus, & præsentandi personas idoneas ad dictum Canonicatum, & Præbendam erectos, & institutos, quoties illum, seu illos tam hac prima vice, ut præfertur, quàm ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus, & ex quarumcumque personis obitu, vel cessu etiam apud Sedem Apostolicam, ac in quibuscumque anni mensibus va-

care contigerit, per Nos, seu Episcopum pro tempore existentem, ac nostrum, seù illius Vicarium in spiritualibus Generalem in d. Canonicatu, & Præbenda ad eamdem præsentationem instituendam; itaut Juspatronatus, & præsentandi hujusmodi Laicorum futuris Patronis prædictis non ex privilegio, sed ex veris, primæva, reali, actuali, integra, & omnimoda fundatione, & dotatione laicali dumtaxat competat, & ad illos pertineat, & quæcumque præsentationes per ipsos Patronos tempore debito ad d. Canonicatum, & Præbendam faciendæ, & efficaces sint, & existant, suosque plenarios, & integros effectus sortiantur, & obtineant, eadem auctoritate, & aliàs omni alio meliori modo, quo possumus, concedimus, & reservamus. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit supradictum Decretum erectionis Canonicatus die.... in Aula.... præsentibus N. N. Testibus.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *PERSONALITER RESIDERE.* Canonici residentiam facere coguntur ad formam *Concilii cap. 12. sess. 24. de Reform.* quam Capitulum non potest remittere, neque servitium condonare, non obstante statuto, sivè consuetudine, quæ potiùs dicitur corruptela, Ricc. *dec. Cur. Archiep. Neap. 65. n. 4. & 5. p. 4.* Piasec. *prax. Episc. par. 2. c. 3. tit. de visit. Eccles. Cathedr. n. 13. Rot. cor. Coccin. dec. 108. n. 4. & 5. Sacr. Congr. Concilii in Turracon. 26. Januar. 1697. in Giennen. Vacationum 26. Januarii 1700.*

2 Ideoque non possiunt exire à Choro, nisi petita venia ab Archidiacono, sivè Præsidenti per salutationem, sub pœna punctationis, ut præscripsit *Sac. Congreg. Episcop. in Aprutina 18. Aprilis 1617.* & nuper declaravit *Sac. Congr. Concil. in Lunen. Sarzanen. 4. Junii 1701.*

3 Et non interessentes concioni tempore Quadragesimæ possunt punctari, quia est defectus gravis, & mali exempli Nicol. *in flosc. verb. Canonicus n. 33.* Pignat. *consult. 206. num. 61. tom. 4.* apud quos plura Decreta referuntur.

4 Absentes autem à Choro non debent puniri, nisi in amissione distributionum, *Sacr. Congregat. Episcop. in Fundana 16. Martii 1593.* & alia Decreta refert Nicol. *loco mox citato num. 31. vers. Sed qui.* At si amissio ista esset parva, & contumacia Canonici absentis perduraret, frequenter servitium negligendo, tunc posset Episcopus punctaturas augere, Nicol. *ubi supra verb. distributiones num. 1. Sacr. Congr. Concilii in Civitatis Castellanæ 15. Junii 1697.*

5 Si verò Canonicus absens Canonicatum possideat gravatum pensione, dummodò de licentia sit absens, perdet tertiam partem fructuum, qui remanent pensione detracta, ut respondit *Sac. Congr. Concil. in Romana 3. Junii 1690.*

6 *EIQUE IN DIVINIS DESERVIRE.* Canonici tenentur inservire pro Diacono, & Subdiacono Dignitatibus, ac eorum Coadjutoribus solemniter celebrantibus; non obstante contraria consuetudine, sic sæpè sæpiùs declaravit *Sacr. Rituum Congregatio*, nempè *in Clusina 20. Aprilis 1641. in Brundusina 7. Decembris 1655. in Tolentinat. 7. Aprilis 1696. & in Neapolit. 25. Januarii 1698.* in qua plura alia Decreta fuerunt allegata, & tenuit quoque *Sac. Congregat. Concilii in Casalen. 28. Januarii 1690.* Et non tantùm Canonici juniores, sed etiam antiani, & antiquiores, ut eadem *Sac. Congr. Rituum* declaravit *in Nucerina Paganorum 25. Januar. 1698.* Dignitates verò numquam debent Canonicis celebrantibus inservire, ut fuit à *d. Sac. Cong. Rituum responsum in Gerunden. 3. Octobris 1699.*

7 Non

7 Non tenentur Canonici Episcopo Pontificalia exercenti inservire, nisi servata forma *Concilii sess. 23. cap. 8. de ref.* ut declaravit *Sac. Cong. Rituum in Sarnen. 9. Junii 1696.* ad quam *Sac. Cong. Concil. sub die 11. Junii 1695.* causam remiserat. Cum enim quæreretur, an Canonici tenerentur assistere Episcopo ordinationem in Cappella Palatii Episcopalis tenenti, fuit responsum -- *Servetur omnino dispositio Sac. Concil. sess. 23. de Refor. c. 8.* ubi disponitur, quod ordinationes præsertim Sac. Ordinum in Cathedrali Ecclesia publicè celebrentur.

8 Si ex consuetudine Ecclesiæ soleant Canonici Choro inservire per totum annum, non gaudent vacatione Concilii, Barb. *in Sum. decis. Apostol. verb. Canonici absentes collect. 101. n. 5. Sac. Cong. Concil. in Illerden. 28. Novembr. 1699.* Quandò autem hoc servitium reperiretur injunctum à statuto, posset indulgeri vacantia, ut refert decisum Garz. *de Benefic. part. 3. cap. 2. n. 311. & 312.*

9 Canonici, & Dignitates tenentur per se ipsos officia Ecclesiæ obire, & non per substitutos, *Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. & sess. 24. cap. 12. de Refor.* Garz. *de Benef. par. 3. cap. 2. num. 494. & seqq.* Barbos. *de Can. cap. 31. n. 3. 4. & seqq. ubi n. 61.* dicit, quod, si impediti substituant, teneantur alium æqualis gradus substituere. At hæc assertio non videtur absolutè vera: Quia passim Dignitate aliqua impedita celebrant pro ea Canonici, & alii ministrant, sicuti ministrarent Dignitati, & admittunt ipsa Decreta *Sac. Congreg. Rituum in Mediolanen. 16. Maii 1643. Bellocastren. 11. Julii ejusdem anni, & in Trevisana 26. Augusti 1645.*

10 Dignitates Collegiatarum tenentur exercere officium Hebdomadarii, & alia munia subire, sicuti cæteri Canonici Nicol. *in flosc. verb. Dignitas n. 4. & in lucubr. Can. in addit. ad flosc. verb. Dignitas* ubi refert Decretum *Sac. Cong. Conc. in Cursulen. 29. Maii 1653.* & alia congerit Pignat. *consult. 80. & consult. 374. tom. 1.* ac nuper declaravit ead. *Sac. Cong. Concilii in Rom. contra Archipresbyterum Collegiatæ S. Mariæ in Cosmodin. 11. Decembris 1694. 26. Martii 1595. & 11. Februarii 1696.*

11 Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius non possunt se eximere ab officiis Capituli, ut respondit *Sacr. Congreg. Concil. Episc. Vicensi 15. Aprilis 1690.* neque illis competit præcedentia super alios Canonicos, non obstante contraria consuetudine, quia non sunt Dignitates; Sed sedere, & incedere debent secundum eorum antianitatem, Garz. *de Benef. in addit. ad par. 5. cap. 4. num. 111. Sac. Cong. Couc. in Senen. 16. April. 1695. & in Murana 11. Aprilis 1699.*

12 Canonici Jubilati non tenentur neque per se ipsos, neque per alios Missam Conventualem per turnum celebrare, *Sac. Congr. Concilii in Aquipendii 27. Martii 1697.*

13 Indultum istud jubilationis, quod est Ecclesiæ odiosum, & ideò parcè concedendum, non constito de laudabili servitio Ecclesiæ per 40. annos præstitos, ac de aliqua alia commiserationis causa, puta infirmitatis habitualis, vel senectutis, quæ unà cum laudabili servitio concurrere debet, non solet, neque debet concedi, ut fuit ponderatum *in Maceraten. Indulti 8. Martii 1698.* in qua Indultum per subreptionem jam concessum fuit revocatum.

14 *HABITO CONSENSU NOSTRI CAPITULI.* Quamquam Corrad. *in prax. Benef. l. 2. c. 3. n. 61. cum seqq.* ac etiam in ejus formula, quam tradit ibi *n. 73. & 80. l. 4. c. 7. n. 24.* videatur sentire, quod Episcopus propria auctoritate erigere possit tàm in Cathedrali, quàm in Collegiata Ecclesia Canonicatus: Nihilominus hæc doctrina in praxi tenenda non est, neque sequenda: Quia, si sine consensu Capituli Episcopus Canonicatum, seù Dignitatem (quam cum eodem consensu creare potest) erigeret, nulliter ageret, ut per doctrinam Felin. *in c. Cum accessissent n. 15. de const.* necnon Fagnan. *in c. Dilecto n. 18. de Præb.* decisum reperies à *Sac. Cong. Concil. in Clodien. 5. Julii 1608. Aquinaten. 20. Februar. 1677. in Mazarien. 20. Septembr. 1692. & in Sabinen. 14. Aprilis 1696.*

15 Verumtamen est, quod, si Capitulum irrationabiliter erectioni se opponeret, & consensum præstare nollet, illum supplet *Sac. Cong. Concil.* ut practicatum

vidi *in d. Sabinen.* 2. *Junii* 1696. Et iterùm suppleri petebatur *in alia Amerina* 25. *Junii* 1695. in qua Episcopus cupiens in executionem legati Testatoris duos Canonicatus erigere de novo, Capitulum assensum præbere renuit ob deficientiam redditum, & ideò fuit rescriptum -- *Firmetur status hæreditatis*, ut dignosci posset, an Capitulum rationabiliter se opponeret, necnè.

16 *CUM HONORIBUS*. Canonici non possunt à Capitulo voce privari, neque ad officia inhabiles declarari Barb. *de Canonic. cap.*42. *n.*16. Fagnan. *in c.cum omnes n.* 38. *de constit.* & declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Pisana* 25. *Junii* 1695.

17 Non electa Sepultura debent sepeliri in Cathedrali, quando adsit pro illis Sepulchrum separatum, *Sac. Cong. Concilii apud* Pignatell. *consult.*5. *n.*6. *tom.* 5. & nuper *in Narnien.* 26. *Septembris* 1699. Quod privilegium competit omnibus aliis Clericis, non attento Sepulchro majorum, Samuel. *de Sepult. disp.* 5. *tr.*1. *controv.*9. *concl.*20. *num.*30. Panimol. *decis.*5. *per tot.* Nicol. *Iucubr. Can. lib.*4. *tit.*15. *de Sepult. n.*15. *Sac. Congr. Episc. in Forosempronien. prima Septemb.* 1690.

18 Canonici Cathedralis non sunt in Dignitate Ecclesiastica constituti, nisi latè sumpto vocabulo, sed dicuntur Clerici primi ordinis, Sperell. *decis.* 167. *n.* 8. & 10. Panimol. *decis.*1. *adnot.* 6. *n.* 28. & *duob. seqq.*

19 Præeminentia jubendi in Choro spectat ad digniorem præsentem, *Sac. Rituum Congregatio in Cassanen.* 11. *Maii* 1651. *Lamacen.* 30. *Augusti* 1692. *Politianen.* 13. *Julii* 1697. & *in Neapol.* 25. *Januarii* 1698. Quæ regula procedit non obstante solito, quod ista præeminentia jubendi daretur Canonico Antiano, ut *in d. Politianen.*

20 Prima Dignitas Cathedralis præcedit Vicario Capitulari, quia cum hic habeat auctoritatem, & jurisdictionem à Capitulo, non debet præcedere primam Dignitatem, in qua Capitulum repræsentatur, Barbos. *de Canonic. & Dignit. c.* 16. *n.*8. *Sac. Ritum Congreg. in Jeracen.* 9. *Decembris* 1634. *in Nullius* 2. *Junii* 1638. & *in Ferentina* 2. *Aprilis* 1667.

21 Canonicis, & Capitulo Cathedralis competit præcedentia suprà Magistratum Sæcularem in omnibus functionibus Ecclesiasticis, *Sacr. Congr. Rituum in Capuana* 23. *Januarii* 1700.

22 Canonici Collegiatæ de jure insignis præferuntur Canonicis Collegiatæ, quæ est insignis per Indultum de recenti. Vel dic, Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à jure, præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriorem, *Sac. Rituum Congreg. in Civitati Castellanæ præcedentiæ* 13. *Februarii*, & *in Novarien.* 8. *Maii* 1700.

23 Canonicus Sacerdos præfertur in Choro, & in aliis functionibus Ecclesiasticis Canonico non Presbytero licèt priùs recepto non obstante contraria consuetudine, Pignatell. *consult.*55. *n.* 12. *tom.*3. ubi Decreta affert de more, *Sac. Congreg. Rituum in Tyburtina* 11. *Januarii* 1676. & *in Prædestina* 6. *Septembr.* 1698.

24 Capituli convocatio spectat ad majorem, seù digniorem, Innoc. & Host. *in cap.*1. *de major. & obed.* Fagnan. *in cap. Ut Abbates n.*27. *de ætat. & qualit. Sac. Cong. Rituum in Neapolit.* 25. *Januarii* 1698. *ad quintum*. Etiamsi major, seu dignior non sit in Ordinibus Sacris constitutus, nec votum habeat, Bonac. *de Hor. Canonic. disp.* 2. *qu.* 3. *punct.* 3. *n.* 7. Nicol. *Iucubr. Canon. l.*1. *tit.*14. *de ætat. & qualitat. n.* 7. *limit.* 3.

25 Convocationem tamen potest Episcopus ex aliqua rationabili, & justa causa suspendere, & prohibere, Crispin. *de visit. p.*2. §.30. *n.*3. & 4. *Sac. Cong. Episc. in Regien.* 4. *Junii* 1604. & *Sac. Cong. Concil. in Lauretan.* 6. *Februarii* 1700. in qua fuit quoque approbata conclusio, quod Canonici præsentes constituant Capitulum, nulla habita ratione absentium, juxtà sensum Rotæ *in dec.* 85. *n.*9. *coram Celso*.

26 Et hic nota, quòd Vicarius Generalis in casibus, in quibus agendum est in Capitulo de re spectante ad Episcopum, sivè suorum commodo, non debet interesse, ut respondit *Sacr. Congr. Concilii in Mediolanen. . . . . Januarii* 1587. *lib.* 4. *fol.* 223. immò *in Turritana* 24. *Januarii* 1651. absolutè fuit dictum, Episcopi Vicarium debere abstinere interessentia in

Ca-

Capitulo *lib.*19. *fol.* 104. Et quòd si Vicarius non sit de Capitulo, non possit interesse, & si est de Capitulo, debeat egredi, quando agitur de re pertinente ad Episcopum, tenuit *Sac. Congr. Episc. & Regular. in Brundusina* 17. *Januarii* 1584. Nicol. *in verb. Capitulum n.*4. Barb. *suprà Concil. sess.*25. *cap.* 6. *de reform. num.*43.& alia Decreta refert Pignatell. *consult.* 154. *tom.*4. Et quod non possit interesse, neque vocem habere, etiamsi Episcopus sit absens, declaravit novissimè *Sac. Cong. Concilii in Hydruntina* 11. *Aprilis* 1699.

Posset tamen intervenire ad sedandas factiones, & tumulta vitanda Canonicorum, nè oriantur scandala, & Canonici tenerentur illum admittere, ut assistat, non tamen, ut suffragium habeat, ut docet Ventrigl. *in sua prax. part.* 2. *annot.* 14. §. 2. *num.*15.

27 *ET ONERIBUS*. Canonici pro Missa Conventuali, quam quotidiè celebrare, & Sacrificium pro Benefactoribus, & Fundatoribus applicare tenentur, nullatenùs possunt aliam eleemosynam recipere, non obstante contraria consuetudine, nec tenuitate reddituum, *Sacr. Congreg. Concil. in Civitate Castellanæ* 4. *Martii* 1690. *in Hidruntina prima Mart.* 1692. *& in Cathacen.* 29. *Novemb.*1698.

28 Novum signum, sive habitum in Choro assumere, & deferre non debent absque Sedis Apostolicæ Indulto, Nicol. *lucubr. Can. lib.*3. *tit.*1. *de vit. & honestat. Cler. num.*29. Neque in celebratione Missæ uti palmatoria vulgò Bugia, *Sac. Cong. Rituum in Vicentina* 11. *Julii* 1699. in qua tale Indultum denegatum fuit.

29 Canonicus Coadjutor non est verùs Canonicus, sed fictus, Tondut. *qu. Benef. tom.*1. *part.*2. *cap.* 1. §. 13. *num.* 6. Et ideò illius antianitas computatur à die obitus coadjuti, Tondut. *ibid. num.*10. Nec potest Capitulo interesse quando intervenit coadjutus, *Sac. Congr. Concilii in Narnien.* 5. *Maii*, *&* 22. *Septemb.* 1646. apud Pignatell. *consult.* 360. *tom.*1. Tenetur tamen ad omnes functiones, quas facere deberet suus coadjutus, & sedere in ultimo loco sui ordinis, *Sacr. Congreg. Concilii in Casalen.* 15. *Aprilis* 1690.

30 Canonicus Supranumerarius, neque ad futuram Præbendam creari potest, quia hujusmodi expectativæ fuerunt abrogatæ à *Sac. Concil. Trid. sess.*24. *cap.* 19. *de reform.* ubi Barbos. *n.* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœm. n.* 64. *Sacr. Congr. Concil. in Tirasonen.* 10. *Maii* 1698. in qua fuit denegata confirmatio talis electionis, seu institutionis.

31 Canonicus, qui mutavit Præbendam, & alterum Canonicatum obtinuit per impetrationem, dicitur novus Canonicus noviter receptus, & debetur ei locus in Choro secundi Canonicatus, Monet. *de option. Canon. cap.*5. *quæst.*1. *n.* 12. Barbos. *de Canonic. cap.*18. *num.* 16. *Sacr. Rituum Congregat. in Sutrina præcedentiæ* 11. *Junii* 1701.

32 Et hic notandum, quod simplices Sacerdotes, non habentes officium, neque Beneficium in Ecclesia Cathedrali, non possunt per Episcopum cogi ad eidem, & Canonicis inserviendum in functionibus Ecclesiasticis, seu munere Diaconi, & Subdiaconi in Missis cantantis, non obstante numero Canonicorum, ut pluries declaravit *Sac. Congr. Concilii* apud Nicol. *lucubr. Can. lib.*1. *tit.*22. *num.*3. *&* 4. *& in Sarnen. Servitii Ecclesiæ* 17. *Junii* 1690. *in Nullius S. Laurentii in Campo* 27. *Januarii* 1691. & recenter *in Auximana* 26. *Novembr.*1701. *&* 19. *Augusti* 1702.

33 Nisi tamen adesset consuetudo immemorabilis in contrarium legitimè probata: Vel ageretur de Clericis servitio Ecclesiæ adscriptis: Quia cum eis indiget, possunt cogi, dato illis assignamento competenti pro servitio, ut respondit *Sac. Congr. Episc. & Regul. Archiepisc. Cusentino* 5. *Aprilis* 1593. Quando etenim Clerici de redditibus Ecclesiæ non participant, non tenentur suis stipendiis militare, *cap. fin.* 1. *qu.* 2. *cap. Cum secundum de Præb.* Abb. *in cap. Episcopus n.* 3. *eod. tit.* Et de simplicibus Sacerdotibus, quod non valeant compelli ad interessendum, & assistendum functionibus Ecclesiasticis in Cathedrali, adest resolutio *Sacr. Congreg. Episc. in una Castri Maris* 20. *Martii* 1692. *emanata partibus informantibus ad relationem cler. mem. Card. Petrucci.*

Erectionis Præbendæ Theologalis.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Prebenda Theologalis potest erigi pro Canonicatu primò vacaturo.*
2 *Canonicus Theologus tenetur per se ipsum munus expositionis Scripturæ adimplere.*
3 *Dispositio Sacr. Concilii malè servatur.*
4 *Canonicus Theologus gaudet vacatione tempore æstivo.*
5 *Intentio Concilii est, ut Clerus, & populus instruatur à Theologo.*
Episcopi, qui intentionem Concilii non exequuntur, aberrant, ibid.
6 *Clerus, & populus indigent ferè ubique Cathechesi.*
Canonici Cathedralis possunt cogi ab Episcopo, ut intersint lectioni Sacræ Scripturæ per Canonicum Theologum explanandam, & adducuntur rationes n.7.8.9.10. & 11.
12 *Episcopus præscribit Canonico Theologo materiam explicandam.*

N. Episcopus N.

CUM in Decreto Consistoriali nostræ electionis ad Episcopatum N. & in ipsis litteris Apostolicis desuper expeditis, Sanctissimus D. N. CLEMENS XI. nostram conscientiam oneraverit ad erigendam in hac nostra Cathedrali Ecclesia Præbendam Theologalem, juxtà præscriptum Sacri Concilii Tridentini, hucusque à nostris Prædecessoribus numquam erectam. Volentesque propterea Nos ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, ut decet, parere mandatis, & Decretis prælibati Concilii Trid. promptam pro viribus dare executionem: Hinc est, quod vacante Canonicatu ejusdem Cathedralis, quem dùm viveret obtinebat N. illius ultimus possessor, qui extrà Romanam Curiam de mense N. proximè præteriti diem suum clausit extremum, Canonicatum prædictum *modò vacantem*, & cujus collatio ad Nos spectat, in Præbendam præfatam Theologalem vigore dicti Sac. Concilii Trid. erigimus, & instituimus pro uno idoneo Canonico, *qui per se ipsum* singulis diebus Dominicis anni, & servata forma ejusdem Concilii, *exceptis temporibus vacationis* de jure permissis, lectionem Sac. Scripturæ publicè in eadem Cathedrali Ecclesia, *Clero populoque* modo, & super materiam à *Nobis*, & *successoribus nostris præfiniendam* habeat, quique in posterum perpetuis futuris temporibus Canonicus Theologus nuncupetur. Cui quidem Præbendæ Theologali sic erectæ attenta exiguitate reddituum Canonicatus ad hoc, ut idem Canonicus Theologus ejusdem onera alacriùs, & commodiùs subire valeat, etiam nunc pro tunc, & quando casus vacationis evenerit, vigore ejusdem Concilii, perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus Beneficium simplex Sancti N. erectum in Ecclesia N. quod nunc possidet N. liberæ collationis, cum omnibus suis juribus, redditibus, & proventibus, sine tamen præjudicio hodiè possidentis: Ita quod idem Canonicus Theologus dicto Beneficio, ut præmittitur, posteà vacante licitè corporalem, realem, & actualem possessionem ejusdem, auctoritate propria liberè apprehendere, illiusque fructus, & proventus percipere, & in suos usus convertere, ac retinere possit, cujusvis alterius Superioris licentia minimè requisita, & ita

erigi-

erigimus, & unimus respectivè tam ordinaria, quàm delegata auctoritate, ac aliàs omni. Datum &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit supradictum Decretum erectionis præbendæ Theologalis in Aula &c. die . . . præsentibus N. N. Testibus specialiter adhibitis, & vocatis.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *MODO VACANTEM*. Advertat hìc Episcopus, quòd erectio Præbendæ Theologalis in illis Cathedralibus, in quibus adhuc erecta non fuit, non solùm potest fieri quando actu Canonicatus est vacans, sed etiam pro primo Canonicatu vacaturo, dummodò vacantia Canonicatus affecti, in mense reservato non contingat, ad Text. *Concil. d. cap. 1. sess. 5.* ubi Barbos. *num. 21.*

2 *PER SE IPSUM*. Præbenda Theologalis ex Decreto *Concilii cap. 1. sess. 5. de Reform.* debet conferri personis idoneis, qui per se ipsos munus expositionis Sacræ Scripturæ ab Episcopo præfinitæ explere valeant, aliter facta provisio nulla, & invalida esset juxtà declarationem Sacræ Congregationis Concilii, quam refert Crispan. *de visit. par. 2. §. 23. num. 4.*

3 At hac nostra ætate dispositio Concilii malè servatur, quia hæc Præbenda non semel confertur ab Episcopis, vel familiaribus incapacibus, vel aliis personis indoctis, qui per substitutionem alicujus Regularis explicatione aliquorum casuum conscientiæ semel, vel bis in mense in mansionibus Episcopalibus habenda, obligationi ipsis à Sac. Concil. injunctæ satisfacere arbitrantur. Undè huic malo, quod in dies in Italia ingravescit, Apostolica provisione occurrendum videtur, vel collationes per Episcopos factas contrà dispositionem Concilii, tamquam nullas sibi reservando, vel taliter provisos, qui per se ipsos sine Indulto Apostolico munus injunctum à Concilio non adimplent, ad restitutionem fructuum Præbendæ expressè gravando, illosque Sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ, vel S. Petri applicando.

4 *EXCEPTIS TEMPORIBUS VACATIONIS*. Canonicus Theologus in mensibus Julii, Augusti, & Septembris gaudet vacatione, Pac. Jord. *lucubr. to. 2. lib. 7. tit. 3. num. 38.* Crispin. *de visit. par. 2. §. 25. num. 9.* ubi Decreta Sacræ Congregationis refert.

5 *CLERO POPULOQUE*. Finis, & intentio Concilii Tridentini in institutione Præbendæ Theologalis fuit, ut non solùm Ecclesiastici, sed etiam cæteri fideles de populo in lege Divina instruerentur, ut non obscurè percipitur ex verbis Textus, ibi -- *Ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commodè haberi non possit*. Et ibi -- *Saltem Magistros Scholæ, qui Clericos, aliosque Scholares pauperes grammaticam gratis doceant*. Menti propterea Concilii non videtur satisfactum, sed potiùs à tam salutari provisione sapientiæ plena illos Episcopos aberrare, qui tolerant, immò & præscribunt, quòd Canonicus Theologus per se ipsum, vel per alium non Clero, neque populo, sed paucis Parochis, & Confessariis sæcularibus, loco explicationis Scripturæ, quæstiones morales semel, vel bis in mense extrà Ecclesiam proponat.

6 Est ne fortè Clerus hodiernus in lege Testamenti doctior antiquo? est ne Plebs, populusvè Christianus magis edoctus, & instructus in Mysteriis Fidei, quàm esset tempore Concilii, ut debeat privari hac brevi Cathechesi? proh dolor! Et populus, & in quibusdam locis etiam Clerus ignorantia tam grandi Doctrinæ

Christianæ laborant, ut non ad Indos, aut ad Coptos, sed ad Italos mittendi essent frequenter Instructores, & Cathechistæ.

7 Si igitur explanatio Scripturæ è suggestu publicè in Ecclesia Cathedrali, & illius partis, & loci, qui facilis, & populo fructuosus est: Prout sunt præcepta Decalogi, Mysteria Fidei, & novissima hominis, ut monet Marcant. *in suo Hort. Pastor. in fin. ubi de casibus moralibus agit*. Et si conferentiæ casuum Episcopo placeant, hoc unum faciat, at aliud non prætermittat.

8 An autem lectioni per Canonicum Theologum faciendæ interesse debeant alii Canonici, & Sacerdotes de Clero, *Sac. Congreg. Concilii in una Cæsenaten. 18. Junii* 1648. videtur declarasse, quod sint ab Episcopo hortandi, non autem cogendi excepto Pœnitentiario, qui teneatur assistere; quamvis eadem *Sacr. Congreg. in Fundana de anno* 1618. relata à Chrispin. *de visit. part. 2. §. 23. num.* 10. eos cogi posse respondisset.

Hanc secundam declarationem, qua firmatur, quod Canonici, & alii Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis possint ab Episcopo mulcta compelli ad audiendam lectionem Canonici Theologi, amplexi, & sequuti sunt Barbos. *supr. Concil. dicto cap. 1. sess. 5. de reform. num.* 14. *& de Canonic. cap. 27. num. 28.* Pac. Jord. *lucubr. Can. tom. 2. lib. 7. tit. 3. num.* 48. ubi testatur ità in sua Ecclesia Jadrensi practicasse, & appellationem à suo Decreto, & ordinatione interpositam fuisse rejectam, cui ipse quoque libenter adhæreo, motus ex sequentibus rationibus.

9 Tum quia favet alia resolutio in *Urbinaten.* 10. *Maii* 1663. quam refert Pignatell. *consult. 62. num. 45. tom. 3.* & aliud Decretum *Sacr. Congreg. Episc. in Fundana* 16. *Martii* 1593. Tùm quia Clerici in rebus honestis tenentur obedire Superiori, *cap. Si autem vobis* 11. *quæst. 3.* Tum demum quia Clerici omnes tenentur ignorantiam evitare, & legem scire, ut alios erudiant: Ignorantia enim scripturarum, ignorantia Christi est, nec excusatione digna, nec venia, *c. Ignorantia, & cap. Sicut stellas dist. 38.* Et cum hæc deficientia assistentiæ Cleri Cathedralis sine scandalo Laicorum non possit evenire, sequitur quod possint cogi, ut scandalum vitetur, ut probat Text. *in cap. Cum ex injuncto, §. Super de nov. oper. nunc.* ubi Glos. Hicque verum sit dicere, quod attendendum est, quod dicet secundum honestatem, & quod expedit secundum utilitatem, ad Text. *in cap. Magnæ de vot. & vot. redempt.*

10 Cætera autem Decreta ejusdem *Sacræ Congregat. Concilii*, & præsertim *in Civitatis Plebis* 15. *Martii* 1692. quibus declaratum fuit, quod Canonici, & Presbyteri non Confessarii non possint cogi, sed tantùm hortari ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ, non obstant, quia de his non loquimur; sed de lectione, & explicatione Sacræ Scripturæ in Ecclesia Cathedrali publicè ex suggestu coram Clero, & populo ad præscriptam formam Concilii habenda, in qua conveniens est, quod Canonici, & Presbyteri servitio Cathedralis addicti interveniant, & assistant non solùm, ut erudiantur, sed ut vitetur scandalum, & præbeant bonum exemplum Laicis: Multò plus enim intelligitur, quod oculis videtur, quàm quòd aure percipitur, & quæ in aliis membris Ecclesiæ vacant à culpa, in Clericis habentur illicita, *c. 1. 32. dist.* & mens clara Concilii servetur.

11 Compulsio tamen hujusmodi debet esse moderata, & censeo, quod Episcopus debeat uti mulcta, ubi & postquam suavitas hortationis priùs adhibita non profuit, & laudarem, quod ipsemet aliis curis non detentus assisteret, ut faciliùs, & alacriùs Ecclesiasticos suo exemplo ad obediendum ità disponat: Et hæc dicta sint sub correctione ejusdem Sac. Congregationis.

12 *A NOBIS, ET SUCCESSORIBUS PRÆFINIENDAM*. Episcopus præscribit materiam explicandam à Theologo, *Sacr. Congreg. Concil. in Urbinaten.* 10. *Martii* 1663. *& in Ripana* 12. *Januarii* 1692.

Ere-

Erectionis Præbendæ Pœnitentialis.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *In Cathedrali Ecclesia primo loco erigi debet Præbenda Theologalis, & posteà Pœnitentialis.*

2 *Canonicus Pœnitentiarius non est necesse, quod sit laureatus, sed sufficit, quod sit aptior in loco.*

3 *Canonicus Pœnitentiarius debet assistere in Sede Confessionali diebus Festivis, etiam non vocatus.*

4 *Qui confitetur peccata sua Pœnitentiario, satisfacit præcepto Ecclesiæ contento in cap. Omnis utriusque sexus de pœn. & remiss.*

5 *Canonicus Pœnitentiarius tenetur residere in Confessionali de manè Festis solemnioribus, & quæ sint.*

6 *Canonicus Pœnitentiarius lucratur distributiones, quando actu audit confessiones in Ecclesia.*

7 *Quod privilegium non datur aliis Canonicis, nec Dignitatibus, quamvis cura habitualis esset penes Capitulum.*

8 *Taxa distributionum quomodò, & in qua quantitate sit constituenda.*

9 *Canonici non possunt sibi invicem remittere, & condonare distributiones.*

10 *Distributiones à Canonicis absentibus amissæ inservientibus accrescunt, nec Episcopus potest illas usibus piis applicare.*

11 *Distributiones amissæ à Dignitatibus ob non interessentiam Divinis Officiis cedunt dispositioni Episcopi, quando tertia pars fructuum Præbendarum reperiatur separata.*

12 *Canonico Jubilato non solùm debentur distributiones, sed fallentiæ Canonicorum absentium, nisi obstet statutum Ecclesiæ.*

13 *Quæ regula procedit in distributionibus auctis, & in Canonicis, qui Papæ inserviunt cum indulto percipiendi distributiones pro diebus, & horis, quibus actualiter servitio occupantur.*

14 *Canonicus, qui in Cathedrali Curam Animarum exercet, computat distributionem in congruam.*

15 *Canonici licèt sint pauci tenentur canere Officium in Choro, aliàs possunt distributionibus privari.*

16 *Canonico inquisito, & posteà absoluto uti non culpabili debentur distributiones totius temporis, quo talem ob causam inservire non potuit, etiamsi esset absolutus cum clausula* — Ex hactenus deductis.

17 *Secùs si Canonicus inquisitus, vel alia de causa absens haberet Coadiutorem, nam si iste non inservit, non deberentur coadiuto distributiones.*

18 *Vel ante absentiam, seù impedimentum non esset solitus inservire.*

19 *Canonicus dispensatus ab ætate, cum clausula, quod promoveri se faciat postquam ad legitimam ætatem devenerit, amittit distributiones, si conditionem non curavit adimplere.*

20 *Canonici, sivè Dignitates Prothonotarii, amittunt distributiones, si intersint Choro cum habitu Prælatitio.*

21 *Canonici non possunt concordare, quod Prothonotarii deferunt habitum Prælatitium in Coro, & acquirant distributiones, soluta eleemosyna Sacristiæ, & num. 22.*

23 *Canonicus surdus non lucratur distributiones, nisi præstet præsentiam in Choro: Secus si sit cæcus, quia hic illas acquirit, quamvis sit absens.*

24 *Canonici licèt velint amittere omnes distributiones, adhuc compelli possunt ab Episcopo ad personaliter residendum.*

25 *Distributionum differentia, in quo consistat, & num. 26.*

27 *Canonicus Pœnitentiarius, si non resideat, servanda est contra eum dispositio Sac. Concilii sess. 24. cap. 12. de reform.*

28 *Canonicus Pœnitentiarius eo ipso, quod est institutus, habet à jure facultatem audiendi confessiones.*

29 *Non potest à casibus Episcopo reservatis absolvere, nisi illi detur specialis facultas.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

CUM in hac nostra Cathedrali Ecclesia N. *erecta* adhuc non fuerit Præbenda Pœnitentialis, Nos Sanctissimi D. N. CLEMENTIS XI. jussionibus in litteris Apostolicis nostræ promotionis ad Episcopatum factis, & Decretis Sac. Concil. Trid. obedire volentes: Hinc est, quod vacante Canonicatu nostræ Cathedralis, quem dum viveret obtinebat N. illius ultimus possessor, qui extra Romanam Curiam de mense N. diem suum clausit extremum, Canonicatum prædictum modò vacantem, & cujus collatio, & provisio ad Nos spectat, in præfatam Præbendam Pœnitentialem vigore Decreti *Concilii Trid. cap.* 8. *de Reform. sess.* 24. erigimus, & instituimus pro uno Canonico J. U. D. aut in Sacr. Theologia, vel jure Canonico Licentiato, *aut alias aptiori, ætatis* (si fieri potest) *quadraginta annorum*, quique in posterùm futuris perpetuis temporibus Canonicus Pœnitentiarius nuncupetur, *cum onere* confessiones fidelium nostræ jurisdictioni *subjectorum* ad Cathedralem Ecclesiam confluentium, præsertim diebus *Festis solemnioribus* sacramentaliter audiendi, & tempore, quo frequentiùs accedunt in Sede Confessionali à Nobis destinata, Pœnitentes absolvendi, & horis opportunis confiteri volentibus sui copiam faciendi, cum indultis, & gratiis in lucrandis fructibus, *& distributionibus* dictæ Præbendæ, dum confessiones audit, ab eodem Sacro Concilio, & Decretis Sacræ Congregationis concessis, *ac aliis facultatibus* opportunis; Et ita auctoritate ordinaria, ac Apostolica delegata, & omni alio meliori jure quo possumus, & debemus, erigimus, & instituimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit supradictum Decretum erectionis Præbendæ Pœnitentialis in Aula N. die.... præsentibus N. N. ad id specialiter adhibitis, & vocatis &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *ERECTA*. Non potest Episcopus primam Præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, quamvis in loco videretur magis necessarius, sed priùs debet erigi Theologalis, quatenùs non reperiatur erecta, vel confirmationem Apostolicam expostulare Gallemart. *supra Conc. c. 8. sess. 24. de refor. n. 12.*

2. *AUT ALIAS APTIORI ÆTATIS QUADRAGINTA ANNORUM*. Pro validitate collationis hujus Præbendæ non est necesse, quod provisus sit Doctor, vel Theologus, sed sufficit, quod in loco sit aptior, quando Doctores, & Licentia in jure Canonico, vel Theologia apti non inveniantur, & idem procedit quò ad ætatem 40. annorum, ut probant Garz. *de Benef. part. 7. cap. 4. num.* 32. & Barbos. *supra Concil. dicto cap. 8. num.* 16. 17. & 18.

3. *CUM ONERE*. Onus Pœnitentiarii est in Sede Confessionali ab Episco destinata assistere, præsertim diebus Festis solemnioribus, etiam non vocatus: Alias poterit præcepto pœnali cogi, & contumacia illius perdurante Præbenda quoque privari, Nicol. *Iucubr. Canon. l. 5. tit. 38. de pœn. & remiss. n. 14. Sac. Congr. Concil. in Verulana*, quam pro se allegat Chrispin. *de visit. part. 2. §. 24. n. 1.*

SUB-

4. *SUBJECTORUM*. Quilibet Diœcesanus potest Pœnitentiario confiteri peccata sua tempore Paschatis, & satisfacit præcepto Ecclesiæ contento *in cap. Omnis utriusque sexus extra de pœnit. & remiss. Sac. Congreg. apud* Gallemart. *supr. Concil. dicto cap.* 8. *sess.* 24. *circa fin.*

5. *FESTIS SOLEMNIORIBUS*. Videlicet tempore jejuniorum, Quadragesimæ, Aventus, Quatuor Temporum, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ Virgini, Omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini, ut habetur decisum *in Sagobien.* quam per extensum refert Chrispin. *loco citato num.* 2, & concordat Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *n.* 122. Barbos. *supra dicto cap.* 8. *nu.* 33. Gallemart. *num.* 10.

6. *ET DISTRIBUTIONIBUS*. Privilegium Pœnitentiarii est distributiones lucrari quando actu audit in Ecclesia Confessiones pœnitentium, Garz. *de Benef. part.* 3. *capit.* 2. *num.* 335. Barbos. *supra Concil. sess.* 24. *de Reform. cap.* 12. *& de Offic. & Potest. Episc. alleg.* 53. *nu.* 127. Rot. *coram Otthob. decis.* 58. *Sacr. Congregat. Concil. in Theatina* 18. *Aprilis* 1643. quam refert Pignatell. *consult.* 13. *num.* 2. *& 3. tom.* 7.

7. Quod privilegium non datur aliis Canonicis, & Dignitatibus, quamvis Cura habitualis Ecclesiæ esset penes Capitulum: Nam hi si tempore servitii Chori audiant Confessiones, amittunt distributiones, sic respondit *Sac. Congr. Concil. in Romana Servitii Chori* 23. *Septembris* 1690. contra Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

8. Et hinc desumpta occasione de distributionibus loquendi, hæc pauca, quę sequuntur, nota. Primò, quod Taxa pro distributionibus constituendis, debet esse in tertia parte fructuum Præbendarum ad formam prescriptam à *Concilio cap.* 3. *sess.* 21. *de Reform. Sac. Congreg. Concilii in Albanen.* 9. *Decembris* 1690. quæ tertia pars, si non adest aliud assignamentum, neque alia dos pro distributionibus, debet effectivè separari, & deponi, ut eadem *Congreg.* respondit *in Aquipendii* 29. *Novembris* 1692. *& in Civitatis Castellanæ* 5. *Maii* 1696.

9. Secundò, quod distributiones debent dividi, & lucrari ad præscriptum ejusdem *cap.* 3. non obstante statuto, consuetudine, aut pactione contraria Canonicorum, qui illas sibi invicem remittere, cedere, nec condonare non possunt, *Sac. Congreg. Concilii in Giennen.* 24. *Aprilis*, *& in Avenionen.* 25. *Septemb.* 1700.

10. Tertiò, quod distributione à Canonicis absentibus amissæ, inservientibus accrescunt, adout ab Episcopo non possint applicari fabricæ, Sacristiæ, aliisvè usibus, ut *in dicto cap.* 3. statuitur, & sæpè declaravit *Sac. Congreg. Concil.* ac nuper *in S. Severin.* 16. *Julii* 1695. *& in Cathacen.* 18. *Julii* 1699. Nicol. *in flosc. verb. distributiones num.* 6.

11. Quartò, quod distributiones amissæ à Dignitatibus, & Personatibus ob non interessentiam Divinis Officiis, cedunt arbitrio, & dispositioni Episcopi, nec cum aliis Canonicorum distributionibus commisceri valent, Barbos. *in dicto cap.* 3. *sess.* 22. *de Reform. num.* 3. *Sac. Congr. Concilii in Cephaluden.* 6. *Martii* 1694. Dummodo tamen tertia pars fructuum earumdem Præbendarum reperiatur pro distributionibus separata, aliàs secùs, ut observat, & distinguit Nicol. *in flosc. verb. distributiones n.* 6. Tunc enim juxtà Sententiam Garz. *de Benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 465. portiones Dignitatum, & Personatuum absentium arbitrio Episcopi applicantur fabricæ, aut alteri loco pio, quando pro fallentiis detracta effectivè reperitur tertia pars fructuum, prout verificabatur *in dicta Cephaluden.*

12. Quintò, quod Canonico Jubilato vigore Indulti debentur distributiones, & fallentiæ Canonicorum absentium, etiamsi Choro non interfit, quatenùs ei non obstet statutum, vel consuetudo contraria Ecclesiæ, sic censuit *Sacr. Congreg. Concil. in Romana* 19. *Aprilis* 1692. *& in Aquipendii* 23. *Martii* 1697. & est contrà Fagnan. *in cap. cum percussio num.* 28. *& seq. de Cler. ægrot.*

13. Quæ conclusio vera est, etiamsi distributiones essent auctæ post obtentam jubilationem, ut eadem *Sac. Congr.* bis declara-

claravit *in Bononien. 16. Junii 1696. & 20. Aprilis 1697.* in qua augumentum proveniebat ex legato conditionali, quod distributiones dari deberent tantummodò inservientibus. Et extenditur quoque ad Canonicos, qui Papæ, vel Cardinalibus inserviunt cum indulto percipiendi distributiones pro diebus, & horis quibus actualiter in servitio occupantur, nam hi gaudent fallentiis absentium, ut respondit *Sac. Congr. Concil. in Romana punctaturarum 27. Januarii 1691.*

14. Sextò, quod Canonicus, qui in Ecclesia Cathedrali Curam Animarum exercet, computat distributiones in congruam; *Sac. Congr. Concil. in Acernen. 14. Novembr. 1693. ad tertium, & Isernien. 20. Aprilis 1697.*

15. Septimò, quod Canonici quamvis pauci sint, puta duo, vel tres, tenentur canere officium in Choro, aliàs possunt ab Ordinario distributionibus punctatura privari, ità censuit *Sac. Congreg. Concil. in Nullius Orbetelli 31. Martii 1696.*

16. Octavò, quod Canonico inquisito, & posteà absoluto uti non culpabili, etiam cum clausula ex hactenus deductis, debentur quotidianæ distributiones totius temporis, quo talem ob causam Ecclesiæ inservire non valuit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 122.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 24. num. 41. & 42. Sac. Congr. Concil. in Arianen. 28. Aprilis 1635. & Sac. Congreg. Episc. in Lucerina 17. Augusti 1696. referente Eminentissimo Card. de Abdua.*

17. At si inquisitus haberet Coadjutorem, qui de tempore Carcerationis, seù contumaciæ coadiutor inservire debuisset, & non inservit, tunc distributiones non deberentur, ut censuit *Sac. Congr. Concil. in Brixien. 2. Junii 1696.* in qua licèt Coadiutor reperiretur absens causa studii, adhuc talis excusatio non fuit admissa: Quia hic tenetur inservire durantibus coadiutis impedimentis, cum coadjutoriæ cum futura successione dentur in præmium servitii, & ideò fuit rescriptum -- *Distributiones non deberi Canonico Nigrono reservatis juribus contrà Coadiutorem, prout de jure.*

18. Nonò, quod ad effectum recuperandi distributiones amissas tempore absentiæ causatæ ex justa causa, & impedimento, debet probari aliud extremum, nempè, quod Canonicus absens esset solitus inservire ante impedimentum, aliàs etiamsi in casu inquisitionis plenariè fuisset absolutus, distributiones non recuperet, ut de communi tradunt Monet. *de distrib. part. 2. q. 5. num. 21.* Fagnan. *in cap. De cætero num. 26. de Cler. non resid.*

19. Decimò, quod Canonicus dispensatus super ætate ad obtinendum Canonicatum, si promoveri non curavit ad Ordines postquam ad legitimam ætatem pervenit, juxtà formam in dispensatione præscriptam, distributiones non acquirit, quamvis Choro inserviat, ut declaravit *Sac. Congr. Concil. in Florentina 12. Januarii 1697.*

20. Undecimò, quod Canonici, sivè Dignitates Prothonotarii, si Choro intersint cum habitu Prothonotarii, distributiones juxta Decreta *Sac. Congreg. Rituum in Asculana Apuliæ 16. Martii 1610. & 19. Novembris 1611.* quæ refert Pignatell. *consult. 76. num. 1. & 2. tom. 4.* non percipiunt, immò nec fructus Præbendæ, ut ibi declaratur. Et nuper quoad distributiones iterum decisum fuit *in Spoletana contrà Priorem Collegiatæ S. Michaelis Terræ Bevaniæ 9. Julii 1695.* qui cum parere Decreto recusaret, & Indultum saltem habitum prædictum in Choro deferre posse postularet, Causa reproposita 17. Decembris ejusdem anni, responsum fuit -- *Distributiones restituendas esse à die Decreti, & Indultum non esse concedendum.*

21. Et cum post dictam resolutionem Canonici cum Priore concordassent, quod posset d. habitu uti in functionibus Ecclesiasticis, solutis tamen annuatim Sacristiæ scutis quindecim loco amissionis distributionum, & concordiæ approbationem ab eadem Congregatione postulassent, sub die 5. Julii 1698. referente clar. mem. Card. Petruccio prodiit resolutio -- *Non esse locum approbationi concordiæ.*

22. Et meritò ita decisum fuit; quia Dignitates, & Canonici accedentes sine habitu Canonicali servitio Chori, faciunt

ciunt se extraneos, & incapaces lucrandi distributiones: Undè consensus Capituli non potest illos capaces reddere contrà rubricas Ecclesiæ, & Decreta Sac. Congregationis.

23. Duodecimò, quod Canonicus, qui surdus evasit, ut acquirat distributiones, præsentiam in Choro præstare debet, ut censuit *Sacr. Congregat. Episc. in Theanen.* 12. *Martii* 1619. Secùs si evaderet cæcus, quia hic distributiones acquirit, quamvis non intersit, cum iste connumeretur inter miserabiles personas, quamvis dives sit, ut plenè probat Fagnan. hanc miseriam passus *in cap. Licèt num.* 143. & 144. *de Præbend. & cap. cum percussio num.* 26. *de Cler. ægrot. & in cap. Significantibus num.* 50. *de Offic. deleg.*

24 Decimotertiò, quod Dignitates, & Canonici, non obstante, quod velint amittere tertiam partem fructuum Præbendarum pro distributionibus applicatam, adhuc ab Episcopo compelli possunt ad residendum personaliter, ut declaravit *Sac. Congr. Concil. suprà cap.* 3. *sess.* 21. prout refert ibidem Gallemart. Decretum autem ex libris Secretariæ excerptum sic loquirur -- *Congregatio censuit Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis posse compelli ad residendum personaliter pœnis præfixis Decr. Concil. sess.* 24. *cap.* 12. §. *Prætereà, non obstante, quod velint amittere tertiam partem fructuum pro distributionibus quotidianis applicatam.*

25. Decimoquartò, in materia distributionum notanda est differentia inter *cap.* 3. *sess.* 22. & aliud *cap.* 3. *sess.* 21. *de Reform.* in quorum intelligentia nonnulli falluntur, & hæc est: Quod illud loquitur de Dignitatibus, à quarum Præbendis Ordinarii tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas convertendam separare possunt, dato etiam quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & id in odium obtinentium Dignitates, & negligentium residere, & quando ista tertia pars ità subtracta per non inservientes amittitur, locis piis est applicanda.

26. At verò *cap.* 3. *sess.* 21. loquitur solùm quando distributiones ità sunt tenues, ut negligantur, & hoc casu tertia fructuum Præbendarum pars ità separata, & in distributione ab Ordinario conversa, si per non inservientes amittitur, proportionabiliter servientibus accrescit, non obstante contraria consuetudine.

27. Decimosextò, quod, si Canonicus Pœnitentiarius non faciat residentiam, & Episcopus velit procedere contrà eum ad privationem Canonicatus, tenetur servare regulam præscriptam à *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.* ut respondit *Sac. Congr. Conc. Episcopo Curien.* qui cum supplicasset declarari-- *An absente Canonico Pœnitentiario ultrà tres menses, & per alium inservire faciente quoad munus Pœnitentiarii, contrà eum servanda sit regula præscripta à Sacr. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform. super privatione Canonicatuum Ecclesiæ Cathedralis, vel potiùs sit diversimodè procedendum? Die* 7. *Decembris* 1697. *Sacr. Congr. Concil. censuit Canonicum Pœnitentiarium esse comprehensum sub dispositione Concilii.*

28. *AC ALIIS FACULTATIBUS.* Pœnitentiarius eo ipso, quod est institutus, habet à jure facultatem audiendi confessiones pœnitentium, & jurisdictionem recipit absolvendi à peccatis, ac si esset Parochus in hac parte totius Diœcesis, absque ulla alia licentia Ordinarii, prout docent Barbos. *in dicto cap.* 8. *sess.* 24. *num.* 21. & Corrad. *prax. Benef. libr.* 2. *cap.* 4. *num.* 106. aliique ab eis allegati.

29. Non tamen potest à casibus Episcopo reservatis absolvere, nisi illi detur specialis facultas, ut pluries Sacr. Congreg. declaravit, cujus Decreta referunt Piasec. *prax. Episc. part.* 2. *cap.* 1. *art.* 3. *de casib. Episc. reserv. num.* 16. Nicol. *lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 38. *de pœnit. & remiss. num.* 13. Gallemart. *in dicto cap.* 8. *sess.* 24. *num.* 9. & 10. Crispin. *de visit. part.* 2. §. 24. *num.* 4.

Unio-

Unionis Ecclesiæ Parochialis alteri simili propter illarum paupertatem.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Unio Beneficiorum requirit justam causam, de qua debet in actis constare.*
2 *In unione facienda, an requiratur Capituli consensus?*
3 *Qui alii sint vocandi?*

N. Episcopus N.

UNiversis salutem in Domino. Ut Ecclesiarum Parochialium nostræ Diœcesis, ubi Sacra ministrantur, Cultus resplendeat, ac illas obtinentium personæ Animarum Curæ incumbentes habeant redditus sufficientes, ut de Altari vivere possint, libenter nostri officii impartimur præsidium. Cùm igitur nuper per dilectum in Christo N. Rectorem Ecclesiæ Parochialis S.A. loci N. hujus Diœcesis Nobis fuerit expositum, quod in dicto loco alia Parochialis Ecclesia sub invocatione S.B. existit, cujus fructus, & proventus ad sustentationem Rectoris ejusdem pro tempore existentis propter illorum exiguitatem minimè suppetunt, & quod si d. Parochialis Ecclesia B. dictæ Ecclesiæ similiter Parochiali A. quæ in commodiori situ est posita, uniretur, annecteretur, & incorpōraretur, congrua, quam non habet, sufficiens constitueretur Rectori; in eaque Divina officia majori cum decore celebrarentur, Cultusque Divinus augeretur; & proindè humiliter supplicatum fuit, ut super præmissis providere dignaremur: & cum per legitimam, & diligentem informationem per nos captam, *& examen Testium* fide dignorum invenerimus singula per eum asserta, & exposita veritate fulciri: Idcircò auctoritate nostra ordinaria, & Sedis Apostolicæ delegata per *Sac. Conc. Trid. sess. 21. c. 5. de Reform.* & omni alio meliori modo, quo possumus, Parochialem Ecclesiam S.B. prædictam cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Parochiali Ecclesiæ A. *accedente consensu nostri Capituli* pro Divini Cultus augumento, & salubri regimine Curæ in perpetuum unimus, annectimus, & per præsentes incorporamus, Ita quod cedente, vel decedente moderno ipsius Parochialis B. Rectore, seu illam quomodolibet dimittente, & quovis modo vacet, & ejus provisio, & dispositio ad Nos pertineat, liceat Rectori dictæ Ecclesiæ A. pro tempore existenti, corporalem, realem, & actualem Ecclesiæ B. juriumque, & pertinentiarum possessionem auctoritate propria liberè apprehendere, illiusque fructus, & proventus percipere, ac in suos, & dictarum Ecclesiarum sic unitarum usus, & utilitatem convertere, & perpetuò retinere, cujusvis alterius Superioris licentia super hoc minimè requisita. Volumus autem, quod postquam unio effectum sortita fuerit, Parochialis Ecclesia B. non fraudetur debitis obsequis, nec Animarum Cura in ea negligatur, sed ejus supportentur onera. Quę omnia, & singula vobis omnibus supradictis *notificamus*. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit supradictum Decretum unionis Ecclesiæ B. cum Ecclesia A. etiam per affixionem ad valvas earumdem Ecclesiarum, ut constat ex relatione Bajuli, die ... in Aula &c. præsentibus N. N. Testibus &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

A D-

ADNOTATIONES.

1 *ET EXAMEN TESTIUM*. Unio ad hoc, ut sustineatur, requirit justam causam, de qua debet formiter in actis constare per examen Testium; quia sola Episcopi assertio non sufficit, Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 32. num. 64.* Corrad. *prax. Benef. lib. 2. cap. 5. n. 26. & cap. 15. num. 76.*

2 *ACCEDENTE CONSENSU NOSTRI CAPITULI*. Quod in unionibus ab Ordinario faciendis requiratur consensus Capituli, tenent Garz. *de Benefic. part. 12. cap. 2. à num. 1. ad 168.* Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 32. num. 69.* Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapol. part. 4. decis. 198. num. 15.* Fagnan. *in cap. Ad audientiam num. 54. de Eccles. ædific.* Alii verò putant, quod Capituli consensus non sit necessarius, ex quo Episcopi in hac parte uniones faciunt vigore Concilii tamquam Sedi Apostolicæ Delegati, nempè Navarr. *cons. 10. de Offic. & Potest. Judic. Delegat.* Ricc. *prax. For. Ecclesiast. part. 1. resol. 388. num. 4. vers. Limita secundo*, Gallemart. *in cap. 5. sess. 21. de Reform.* Tu autem sequere primam opinionem, quia per rationes, quas expendunt DD. hanc tenentes, magis tuta videtur.

3 *NOTIFICAMUS*. Quamvis in hac specie unionis citandi sint interesse habentes, non tamen necessariò vocandi sunt Parochiani, Pac. Jord. *loco cit. num. 94.* Barbos. *in dict. cap. 5. n. 8.* Neque vocandus est Rector Ecclesiæ unitæ, cui durante illius vita non infertur præjudicium, sed tantùm notificanda erit illi unio, nè ignorantiam valeat allegare, ut advertunt Ricc. *prax. For. Eccles. part. 1. resol. 392. num. 1. & 2.* Corrad. *prax. Benef. lib. 2. cap. 15. num. 85.*

Unionis Beneficii simplicis Parochiali exigui redditus.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Unio Beneficiorum simplicium viventium potest fieri sine illorum præjudicio.*

2 *Non tamen si possideantur à familiaribus Cardinalium, vel ab aliis, per quorum obitum certum sit ea affecta fore.*

N. Episcopus N.

CUM in visitatione Ecclesiæ Parochialis N. nostræ Diœcesis per Nos nuper habita invenerimus illam adeò exiguos redditus habere, ut ex eis Parochus pro tempore minimè sustentari valeat, ut ex Actis visitationis apparet. Volentes propterea in quantum possumus fructus dictæ Ecclesiæ augere, ad hoc, ut Parochus juxta præscriptum Sac. Canonum congrue sustentetur, & Divinus Cultus debitis obsequiis non fraudetur, nec deseratur: Ideò tam nostra ordinaria, quàm delegata Sacri Concilii Tridentini auctoritate, & omni alio meliori modo, eidem Parochiali N. unimus, annectimus, applicamus, & incorporamus Beneficium simplex S. N. erectum in Ecclesia S. N. cum suis juribus, & pertinentiis, *quod nunc, & ad præsens possidetur* à N. sine tamen præjuditio dicti Possessoris, & sine Divini Cultus diminutione: Ità quod cedente, vel decedente illius moderno Rectore, seu illud quomodolibet dimittente, sive quovis modo vacet, liceat Rectori dictæ Parochialis pro tempore existenti corporalem, realem, & actualem possessionem dicti Beneficii simplicis liberè apprehendere, illiusque fructus, & proventus percipere, & in suos, & dictæ Parochialis usus, & utilita-

litatem convertere, & perpetuò retinere, cujusvis alterius Superioris licentia minimè requisita. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Lectum, lactum, & publicatum fuit supradictum Decretum unionis Beneficii simplicis S. N. Ecclesiæ Parochialis N. die ... in Aula &c. præsentibus N. N. Testibus ad id specialiter adhibitis &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *QUOD NUNC, ET AD PRÆSENS POSSIDETUR.* Beneficia simplicia viventium, quod possint uniri sine præjudicio illa obtinentium, docet Barbos. *suprà Concil. cap. 15. sess. 24. de Reform. num. 14.*

2. Si tamen possiderentur à familiaribus Cardinalium, aut ab aliis personis similibus, per quarum obitum quocumque mense decedant, certum si ea fore affecta Sedi Apostolicæ, uniri non possent, obstante Decreto Clementis VIII. ab Urbano VIII. confirmato, ut advertit Fagnan. *in cap. Sicut unire num. 37. de excess. prælat.* de quo latiùs infrà in sequenti formula dicetur.

Unionis Beneficiorum simplicium Seminario.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Unio Beneficiorum favore Seminarii est remedium subsidiarium.*
2 *Unio Beneficiorum favore Seminarii debet fieri consilio quatuor Deputatorum.*
3 *Qui debet cum consilio alicujus agere, consilium requirit, sed non sequitur, secus si de consilio.*
4 *Beneficia, quæ possidentur à familiaribus Cardinalium, & ab aliis, per quorum obitum certum sit remanere affecta uniri non possunt Seminario.*
5 *Unionis Decretum debet fieri coram testibus.*

N. Episcopus N.

ANimadvertentes annuos redditus, & proventus hactenus per Antecessores nostros Episcopos, Seminario Ecclesiastico hujus Civitatis assignatos pro sustentatione Alumnorum, Rectoris, Magistrorum, & aliorum Ministrorum *cum Taxa Beneficiorum*, minimè sufficere, & ob eorumdem reddituum tenuitatem, & diminutionem secutam, Seminarium prædictum ferè destitutum existere. Proindè vacantibus ad præsens duo perpetua simplicia Beneficia Ecclesiastica nullibi personalem residentiam requirentia, nec affecta, sub invocationibus videlicèt Sanctorum N. N. in Ecclesia N. hujus Civitatis (seu Diœcesis *cum consilio* RR. DD. NN. præfati Seminarii quatuor Deputatorum præsentium, & nobiscum convenientium, præmissorum intuitu illa per obitum illorum ultimorum possessorum extra Romanam Curiam nunc vacantia: Necnon *alia duo similia* Beneficia Ecclesiastica, nempè Sanctorum N. & N. in Ecclesia N. loci N. erecta, quæ ad præsens N. & N. obtinent, per eorumdem cessum, vel decessum, aut

aut aliàs quocumque alio modo vacabunt, etiamsi ultimò dicta duo Beneficia ad præsens non reservata, neque affecta tempore illorum vacationis fuerint Sedi Apostolicæ reservata juxtà formam ejusdem Sac. Concil. Trid. ex nunc pro tunc cùm illorum vacationis casus occurret, dictorum Beneficiorum omnium fructus, redditus, & proventus, cum omnibus juribus, & actionibus suis, eidem Collegio, seù Seminario auctoritate ejusdem Concilii, ac etiam nostra ordinaria, ac aliàs omni &c. unimus, annectimus, incorporamus, & applicamus, sine tamen, quo ad duo ultima Beneficia, illa obtinentium præjudicio. Itaut tàm Beneficiorum nunc vacantium, quam aliorum duorum vacaturorum postquam vacaverint, possessionem corporalem, realem, & actualem, necnon fructus, redditus, & proventus iidem Deputati per se ipsos, vel per alios vigore præsentis Decreti capere, percipere, & apprehendere nomine Collegii possint, & valeant; ac virtute unionis, annexionis, incorporationis, applicationis prædictæ, eorumdem Beneficiorum fructus in utilitatem, & necessitates Seminarii absque alia licentia, vel Decreto convertere liberè & licitè possint. Et ità decernimus, unimus, & incorporamus omni meliori modo. Datum &c.

N. Episcopus. N.

Supradictum Decretum unionis lectum, latum, & publicatum fuit in mansionibus Episcopalis palatii N. per Illustrissimum, & Reverendissimum D.N. Episcopum die ... cum consilio, & præsentia præfatorum RR. DD. N. & N. quatuor Seminarii Deputatorum, ibidem *præsentibus N.* & N. Testibus ad omnia in dicto Decreto contenta adhibitis, atque rogatis.

Ità est Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *CUM TAXA BENEFICIORUM.* Unio Beneficiorum est remedium subsidiarium, & ideò, ut validè fieri possit, debet concurrere necessitas Seminarii jam formaliter erecti, & præcedens detractio fructuum de mensa Episcopali, & aliorum Beneficiorum, ut firmant pluribus Rotæ decisionibus relatis Lotter. *de re Benef. lib. 1. quæst. 29. nu. 60. & 61.* Corrad. *prax. Benef. lib. 4. quæst. 8. nu. 11.* Ventrig. *prax. par. 2. annot. 29. §. unico num. 42.*

2. *CUM CONSILIO.* Item, ut unio, quæ per Episcopum fit Seminario vigore Concilii sustineatur, debet fieri cum consilio, & præsentia quatuor Deputatorum, licèt illud sequi non teneatur, ut communiter tradunt Garz. *de Benef. part. 12. cap. 2. n. 190. & 191.* Leo *Thesaur. For. Eccles. par. 2. cap. 16. nu. 25.* Ricc. *prax. For. Eccles. par. 3. resol. 422. nu. 1. & 2.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. alleg. 77. nu. 32. & 33.* Corrad. *prax. Benef. lib. 4. cap. 8. n. 24. & seqq.*

3. Et hinc nota, quod, qui *cum consilio* alicujus agere debet, actum gerit validè, si consilium requirat, & non sequatur: Qui verò *de consilio* aliorum judicare, vel actum facere compellitur, non tantùm requirere, sed consilium sequi tenetur, Barbos. *tract. variar. diction. 76. n. 14.* ibi -- *Si statutum dicat, quod Prætor faciat de consilio, tenetur sequi consilium, si verò dicat cum consilio, non ità præcisè arctatur ad consilium sequendum, ità* Cornel. *consil. 53. lib. 1.* Tondut. *quæst. Benefic. tom. 1. capit. 103. numer. 5.* ibi -- *Quoties quis debet judicare, vel actum facere de consilio alicujus, qui cum eo particeps officii, illius votum, non solùm requirere, sed etiam sequi, & secundum illud judicare tenetur &c.*

4 *NECNON ALIA DVO SIMILIA.* Quamvis Episcopis à *Concil. Trid. in cap. 18. sess. 23. de refor.* amplissima tributa legatur facultas uniendi

Beneficia simplicia Seminario, etiamsi reservata sint, & affecta, nec per resignationes illorum, uniones suspendi possint: Nihilominùs post Decretum Clem. VIII. hac de re editum, hujusmodi facultas quod Beneficia, quæ obtinent personæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliàs tales sint, ut quocumque mense decedant certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ, sublata est, adeout hodie hujusmodi Beneficia non possunt amplius per eos uniri, ut distinguendo tempora firmat Fagnan. *in cap. Sicut unire nu.37. de exceſſ. prælat.* ubi per extensum refert Decretum Urbani VIII. quo aliud Glementis confirmatur, & nuper declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Policastren. Unionis 7. Junii* 1692. Proptereaque dicitur in formula -- *Etiamsi ultimò dicta duo Beneficia ad præsens non reservata, neque affecta tempore illorum vacationis &c.*

5 *PRÆSENTIBUS N. N. TESTIBUS.* Testes in Decreto unionis debent adhiberi ad excludendam suspicionem fraudis, & antedatæ, de quibus in Dataria Apostolica non semel dubitari solet, ut monet Corrad. *prax. Benefic. lib. 4. dicto cap. 8. num. 20.* Ideoque Cancellarius Episcopi ad cauthelam majorem advertere debebit, quòd Testes quos ipse ad hunc actum adhibet non sint de Domo, nec de familia Episcopi, Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 23. num. 10.*

Collationis Ecclesiæ Parochialis de Jurepatronatus.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, si jure devolutò conferat Parochialem Jurispatronatus, tenetur conferre per concursum.*

2 *Inter plures præsentatos ad Ecclesiam Parochialem quis præferatur? & n. 3.*

4 *Quid, si præsentatus non esset Sacerdos, & esset approbatus sub spe futuræ idoneitatis? & n. 5.*

6 *Quid inter præsentatos ad Beneficia non Curata, & num. 7. & 8.*

9 *Clerici conjugati non solùm ad Beneficia, sed neque ad Cappellanias manuales nominari, nec præsentari possunt, etiamsi sint vocati de familia.*

10 *Præsentatus ad Beneficium Parochiale non potest institui, nisi examinetur ab Examinatoribus Synodalibus.*

11 *Ad Beneficium Parochiale potest præsentari, qui jam obtinet aliud Beneficium Curatum.*

12 *Præsentatio, & resignatio potest fieri per Procuratorem Laicum.*

13 *Beneficia, quæ debent conferri certo generi personarum, si conferantur ab Episcopo jure devoluto, tenetur legem fundationis servare.*

14 *Executor Testamentarius, hæres, & Episcopus non possunt in erectione Beneficii injungere onera, quæ Testator non injunxit.*

15 *Præsentatus ad Beneficium Parochiale, si non instituatur in termino à jure præfixo, provisio devolvitur ad Papam, vel Metropolitanum.*

N. Episcopus. N.

Dilecto N.

UNiversis, & singulis has præsentes nostras litteras inspecturis, visuris & audituris notum facimus, atque testamur, quòd vacante Parochiali Ecclesia S. N. loci N. hujus nostræ Diœcesis per obitum N illius, dum viveret ultimi, & immediati Possessoris, quæ de Jurepatronatus infrascripti Patroni Laici existit, comparuisti coram Nobis in nostra Curia N. asserens Te fuisse præsentatum à Patro-

Patrono dictæ Parochiæ, & Juspatronatus in ea habente, & existente in pacifica possessione, seu quasi præsentandi Rectorem toties quoties casus vacationis occurrerit, petens à Nobis ordinario jure institui, & confirmari in Rectorem dictæ Parochialis, cum ejus honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & volentes in præmissis maturè procedere, generale Edictum ad tui instantiam expediri, & ad valvas Ecclesiæ nostræ Cathedralis, & dictæ Parochialis affigi, legi, & dimitti jussimus, per quod citari, & moneri fecimus omnes, & singulas personas sua quomodolibet interesse putantes, quatenus infrà certum terminum competentem in eodem Edicto præfixum comparere debuissent coram nobis, & in dicta nostra Curia ad opponendum, & allegandum quidquid voluissent tam contra personam tuam præsentatam, quàm præsentantem: Quare dicta institutio fieri non debuisset. Quo Edicto affixo, & postmodum elevato, accusatisque contumaciis, cum nihil esset oppositum, & quia ex juribus productis in nostra Curia clarè constat de vacatione, & præsentatione *tempore habili facta*, & quòd N. præsentans fuit, & est verus ejusdem Parochialis Patronus, & existere in pacifica possessione, seu quasi Jurispatronatus, & præsentandi Rectorem: Idcircò Te R.N. *præsentatum* per Examinatores in *Synodo Diœcesana* deputatos examinatum, & approbatum, tamquam habilem, idoneum, & sufficientem instituendum, & confirmandum duximus, prout tenore præsentium instituimus, & confirmamus, de illaque coram Nobis flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per Bireti capiti tuo impositionem, investivimus, & investimus.

Quo circa omnibus Notariis publicis, & personis Ecclesiasticis Civitatis, & Diœcesis nostræ per præsentes mandamus, & committimus, ut cum pro parte tua fuerint requisiti, vel eorum aliquis requisitus (emissa per Te prius coram Vicario nostro Generali Professione fidei) ad ipsam Parochialem Ecclesiam dicti loci N. accedant, Teque, vel Procuratorem tuum in corporalem, realem, & actualem possessionem prædictæ Parochialis Ecclesiæ, ac omnium illi annexorum, & pertinentium inducant auctoritate nostra, & inductum defendant, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem Nos harum serie amovemus, & denunciamus amotum, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus universis, Tibi faciant debito tempore responderi. *Si contingat eum, cui de Beneficio providetur, aliud incompatibile obtinere, tunc additur.*) Volumus autem, ac præsentium tenore declaramus per hujusmodi Parochialis pacificam possessionem, alteram Parochialem Ecclesiam loci N. (vel Præbendam Canonicalem) *quam obtines*, eo ipso vacare. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *TEMPORE HABILI FACTA.* Quoties Patroni Laici non præsentassent tempore habili Rectorem, collatio esset Episcopo devoluta, qui tali casu teneretur per concursum conferre, Barb. *in Sum. dec. Apostol. verb. Parochialis collect. 552. n. 14.*

2. *PRÆSENTATUM.* Si non tantùm unum, sed duos, vel plures Patronus præsentaret, tunc fieret examen inter ipsos præsentatos per concursum, ut eligatur magis idoneus. Quod intellige quando singuli præsentati habeant æquales voces: Nàm si plures essent Patroni, & alter ex præsentatis haberet plures voces, iste solus esset examinandus, & quatenus idoneus

repertus esset instituendus, Tondut. *quæst. Benef. tom. 1. par. 2. §. 10.* Ventrigl. *prax. p. 2. annot. 5. nam. 13.* Adden. *ad Gregor. dec. 294. num. 4.*

3. Si verò ille, qui habet majorem partem vocum, inhabilis renuncietur, tunc præsentatus à minori parte, si idoneus declaretur, præfertur, ut tradit Corrad. *prax. Benef. part. 3 cap. 3. n. 5. vers. Circà verò* Undè quando casus iste contingat, formula erit varianda.

4. At si præsentatus non esset Presbyter, sed Clericus ordinum minorum, vel Subdiaconus, approbatus remaneret sub spe futuræ idoneitatis; non per hoc censeretur approbatus ad cæteros ordines sacros, sed indigeret pro his novo examine, ut declaravit *Sac. Congr. Concil. in Marsicana Ordinationis 26. Novembris 1695.* in qua quidam Clericus Petrus de Rubeis præsentatus ad Parochialem vacantem Villę Sabinesię Jurispatronatus Laicorum fuit ab Examinatoribus Synodalibus (sub spe sibi parandæ studio formali idoneitatis) habilis renunciatus, ac in possessionem prævia collatione Ordinarii immissus: Verùm cum ad ordines sacros promoveri instetisset, fuit ab eodem Ordinario rejectus tamquam illitteratus: Unde habito per eum recursu ad Sacram Congregationem, prodiit sub dicta die rescriptum -- *Ad Eminentissimum Vicarium pro novo examine quod omnia.* Et *Episcopus acriter moneatur, quod recurrentem approbaverit ad Curam Animarum sub spe idoneitatis acquirendæ.*

5 Quod comprobatur à Garz. *de Benef. par. 3. cap. 4. num. 7.* ubi affert aliam declarationem, ibi -- *Pœna Canonis præscripta his, qui ultra annum Sacerdotium non perceperint, non habet locum in Rectore, qui intrà annum à die adeptæ possessionis pacificæ, vel intrà tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & se promoveri petiit offerens quantum in se erat se paratum suscipere Sacerdotium, vel ordines, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam promovere.*

6. In aliis autem Beneficiis, in quibus concursus non exigitur, inter præsentatos, si æqualia sint merita, erit locus gratificationi Episcopi; at si alter majoribus juvatur meritis, digniorem præeligere debet, Tondut. *q. Benef. to. 2. p. 3. c. 159. nu. 19. 20.* Quod intellige, si duo simul, aut successivis temporibus cumulativè ab eodem Patrono præsentati fuerunt.

7. Cæterùm si duo essent præsentati à pluribus Patronis in pari numero, & voce, tunc neutri acquiritur jus ad institutionem, cum ad hanc requiratur, ut præsentatio sit facta à majori parte, juxtà *cap. Quoniam de Jurepatr.* nec tali casu intrat Episcopi gratificatio, cum præsentatio dicatur nulla: Sed licitum erit Patronis Laicis intrà quadrimestre variare, & aliam præsentationem facere, ut distinguit Fagnan. *in cap. Cum autem à num. 23. 29. & 30. de Iurepatr.*

8 Verùm si à die primæ præsentationis intrà quadrimestre nova præsentatio à Patronis non fieret, tunc Episcopus jure devoluto, vel gratificare, aut alium sibi benè visum providere poterit, ut explicat Fagnan. *ibid. num. 25. & 26.*

9. Et hic nota, quòd, si ad quodcumque Beneficium præsentaretur Clericus conjugatus, qui haberet requisita Concilii, adhuc non esset admittendus, quia non solùm est incapax Beneficii Ecclesiastici, sed nec potest nominari, seù præsentari ad Cappellaniam merè laicalem, ut bis nuper declaravit *Sac Congregat. Concil.* nempè *in Interamnen. Legati pii 29. Novembris 1692. & in Terracinen. Cappellaniæ 27. Junii 1699.* Et ratio hujus exclusionis est, quia Clerici conjugati excepto privilegio Canonis, & Fori in Criminalibus, habentur tamquam meri Laici, ut respondit *Sac. Congr. Episcop. in Gravinen. 10. Februarii 1618.* Et hoc procedit etiamsi Clericus conjugatus esset ex vocatis de Familia ad Beneficium Jurispatronatus, *Sac. Congr. Conc. in Fanen. 4. April. 1693.* Vivia *de Iurep. lib. 6. c. 7. n. 19*

10. *IN SYNODO DIOECESANA.* Dubium hic excitatur, An non extantibus Examinatoribus Synodalibus, possint præsentati ad Parochiam examinati ab aliis Examinatoribus ab Episcopo deputatis absque vitio nullitatis? & pro affirmativa stat Garz. *de Benef. par. 9. cap. 2. num. 94.* ex motivo, quod Examinatorum Synodalium defectus non

debeat

debeat præjudicare Patronis legitimè præsentantibus. Pro negativa autem sententia, nempè quod institutio facta absque interventu Examinatorum Synodalium sit nulla, est Corrad. *prax. Benef. p.3. c.3. num.35. vers. Verùm*, ubi dicit, quod Patronis præservetur jus præsentandi donec Examinatores legitimi existant, & hæc videtur verior opinio.

11. *QVAM OBTINES*. Potest enim Patronus præsentare Presbyterum habentem aliud Beneficium Curatum, aut Præbendam Canonicalem; & si præsentatus obtineat, debent pro altera Ecclesia vacante Edicta concursus proponi, Gallemart. *suprà Concil. cap.17. sess.24. de Reform. num.12.*

12 Et nota hic primò, quod præsentatio, resignatio, & institutio ad Beneficium, potest fieri per Procuratorem Laicum, Paris. *de resignat. lib.9. quæst.3. n.12. & 19. & lib.10. quæst.6. num.14. & qu. 8. num.35.* Vivian. *de Jurep. lib.11. cap.1. n.2.* licèt tutius sit adhibere Clericum, ut dicit Glos. *in Clementina unica verb. Procuratorem de renunc.*

13. Secundò, quod, si Beneficium ex Testatoris, seu Fundatoris voluntate debet conferri certo generi personarum; quamvis tempus ad Præsentandum Patronis à jure concessum sit lapsum, & fiat devolutio ad Ordinarium: adhuc in collatione tenetur Collator observare formam in fundatione, & Erectione Beneficii præscriptam, & conferre uni ex vocatis Garz. *de Benefic. part.10. cap.3. n.42.* Caren. *resol. 159. n.4.*

14. Tertiò, quod, nec hæres, neque Executor Testamentarius, neque Episcopus potest in erectione Capellaniæ, seu Beneficii simplicis injungere onus residentiæ, quod Testator non injunxit: Nec addere, quod Rector, sive Capellanus pro tempore per se ipsum Missas celebret, prout respondit *Sacr. Congr. Concil. in Viterbien. 11. Januarii 1698. & in Asten. 14. Februar. & in Mexicana 16. Maii 1699.* neque alio modo Testatoris voluntatem immutare, *eadem Sac. Congr. in Derchonen. 4. Junii 1701.*

15. Quartò, quod in Parochialibus Juris patronatus, si præsentatus intrà tempus Patronis à jure præfixum, prævio examine juxtà formam Concilii approbatus, petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit collatio devolvitur ad Papam, vel ad Metropolitanum, vel Viciniorem Ordinarium, prout magis placebit Patronis, quibus datur optio dirigendi recursum, ad petendam institutionem, prout disposuit Pius V. *in sua Bulla 33. Sacr. Congr. Concilii in Herbipolen. Parochialis 28. Septembris 1697.*

Collationis Ecclesiæ Parochialis per concursum.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Quæ requisita habere debeat præeligendus in concursu ad Parochialem?*
2 *Episcopus habet sex menses ad conferenda Beneficia etiam Curata Quatuor, si ad alios collatio pertineat.*

N. Episcopus N.

Electio &c.

INter cætera, quæ pro Pastoralis officii debito præstare cupimus, illud præcipuè cordi est, ut Parochialibus Ecclesiis, quibus de Rectoribus providendum est, tales præficiamus, qui ministerio Curæ Animarum, quod omnium gravissimum est, laudabiliter satisfaciant. Vacante igitur nuper de mense N. proximè prætérito Parochiali Ecclesia sub invocatione S. N. Oppidi N. hujus nostræ Diœcesis per obitum N. illius, dùm viveret, ultimi Possessoris, fuerunt per Curiam nostram, mediante publico Edicto, juxtà formam & præscriptum Sac. Conc. Trid.

& Constitutionis B. Pii V. vocati omnes de sic vacante Ecclesia provideri cupientes, quatenus intrà terminum decem dierum comparerent in eadem Curia ad faciendum describi, & adnotari nomina ipsorum, & cum in eodem termino plures comparuissent, tandem iisdem legitimè vocatis sub die.... coram Nobis rigoroso prævio examine per tres Examinatores Synodales facta fuit experientia de scientia, & sufficientia singulorum, descriptorum, oppositorum, ac demùm servatis de jure servandis fuisti per dictos tres Examinatores repertus, habitus, & existimatus idoneus vita, moribus, ætate, & scientia, *& aliis à jure requisitis* præditus, & ut talis ad dictam Parochialem, ejusque Curam per Te ipsum regendam ab eisdem Nobis renunciatus fuisti, & successivè à Nobis magis idoneus reputatus, & judicatus: Nos igitur eidem Ecclesiæ, ac Animabus illi subditis de Rectore providere volentes, Tibi, quem præ cæteris digniorem delegimus eamdem Parochialem cum illi annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis universis, *conferimus*, & assignamus, de illaque Te coram Nobis flexis genibus constitutum, & acceptantem per Bireti capiti tuo impositionem investimus: Quo circà, &c. (*& sequere, ut in præcedenti formula.*)

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis:

ADNOTATIONES.

1. ET ALIIS A JURE REQUISITIS PRÆDITUS. Ad Curam regendam Animarum, quæ dicitur ars artium, exigitur non tantùm scientia, sed etiam ætas provecta, prudentia, bona fama provisus, & quod iste sit gratus populo, aptus regimini, & magis utilis Ecclesiæ: Ad quas circumstantias Episcopus in præelectione animaadvertere debet, Ricc. *prax. For. Eccles. tom. 3. resol. 527.* Piasec. *prax. Episc. p. 2. cap. 5. art. 5. num 12. & seqq.* Nicol. *Iucubr. Can. lib. 3. tit. 5. de præb. & collat. num. 18.* Card. de Luc. *de Paroch. disc. 6. n. 4.* Rot. coram Buratt. *decis. 22. num. 29. & decis. 635. n. 6. ubi Adden.*

2. CONFERIMUS. Episcopus habet sex menses ad conferenda Beneficia etiam Curata. Si autem collatio ad alios pertineret, quatuor tantùm menses ei conceduntur ad faciendum concursum, & significandum Collatori electum, Nicol. *Iucubr. Can. lib. 3. tit. 5. de præbend. & collat. num. 21.* & alibi dicam. Cæteræ autem adnotationes, quæ super clausulis in formula contentis cadere possunt, habes in titulo de Edictis, & in formulis pro concursu.

Formula autem hæc potest deservire in collatione Parochialis vacantis per assecutionem alterius, per ingressum in Religionem, aut contractum Matrimonium, in quibus concursus requiritur, quæ mutatis tantùm verbis, quæ respiciunt modum vacationis.

Collationis Parochialis vacantis per resignationem ex causa permutationis.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus quolibet tempore potest admittere resignationes Beneficiorum ex causa permutationis.*

2 *Beneficiorum permutatio dolosa nulla est.*

3 *Provisio facta ex causa permutationis debet publicari.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

DEsideria justa petentium congruo favore prosequentes, libenter ea, quæ sacris sanctionibus contraria non sunt, auditum præbere non dedignamur. Cum itaque Tu hodiè per Te ipsum Canonicatum, & Præbendam Ecclesiæ N. & dilectus noster in Christo N. Parochialem Ecclesiam N. nostræ Diœcesis, quam obtinebat, per N. Procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, *ex causa permutationis* de ipsis inter vos sincerè faciendæ, & non aliàs, sponte; & liberè resignaveritis in manibus nostris, Nosque votis tuis favorabiliter inhærentes, resignatione ex causa prædicta admissa, Parochialem prædictam sic vacantem Tibi qui per tres nostros Examinatores Synodales examinatus, & idoneus repertus fuisti, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis auctoritate nostra ordinaria conferimus, & assignamus. Teque coram Nobis personaliter constitutum per anuli traditionem, & Bireti tuo capiti impositionem de eadem investimus, & in realem, corporalem, & actualem possessionem, seu quasi immittimus, præstito per Te, & per Nos recepto ad Sancta Dei Evangelia corporali juramento, quod *nulla pactio fraudulenta* intercessit, & quod Nobis, & Successoribus nostris fidelis, & obediens eris, & Sanctæ Matri Ecclesiæ, dictæque Ecclesiæ in spiritualibus, temporalibus, ac in Divinis laudabiliter deservies, & deservire facies, oneraque ipsius supportabis, & jura nostra persolves, bonaque quæcumque, atque jura illius manutenebis, & defendes pro posse, nihilque quod ad eamdem Ecclesiam pertineat alienabis, seu distrahes, sed alienata, & distracta ad jus, & proprietatem dictæ Parochiæ pro viribus reduces. Quo circa &c. *& sequere, ut præcedentibus formulis.*) In quorum fidem &c. has præsentes expediri, *& publicari jussimus*. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 EX *CAUSA PERMUTATIONIS*. Etiam hodiè Episcopi in quolibet mense anni possunt admittere resignationes in favorem certæ personæ ex causa permutationis, quas invicem faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem facere tempore debito de Beneficio permutato, ut latè probat Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 14. *n.* 33. *&* 48.

2. *NULLA PACTIO FRAUDULENTA*. Si permutatio esset dolosa, & facta cum fraude, nulla esset. Arguitur autem hæc fraus, quando permutatio fit ab ægroto, à sene, à disparitate magna Beneficiorum permutatorum, à lite pendente, & ab aliis conjecturis, quas enumerat Paris. *resignat. lib.* 13. *quæst.* 4. *per tot.*

3. *ET PUBLICARI JVSSIMVS*. Ad tollendas igitur fraudes, quæ committi interdum solent in hujusmodi resignationibus, debet provisio facta ex causa permutationis publicari intrà tres menses à die collationis, aliàs provisio nulla esset, ut jubet *in sua Constit.* 85. *Bullar. tom.* 2. Gregor. XIII. & probat Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 2. *nu.* 10. *& seqq. & quæst.* 5. *n.* 17. *cum seqq.*

Collationis Canonicatus Cathedralis vacantis per obitum.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia per obitum possunt conferri familiaribus, & consanguineis Episcopi.*
Beneficia Jurispatronatus possunt conferri eisdem, quia non comprehenduntur sub Bulla Pii V. ibidem.
2 *Episcopus, qui confert virtute alternativę, debet hoc in provisione exprimere.*
3 *Juramentum de servandis statutis Ecclesiæ non extenditur ad non recepta, vel abrogata.*
4 *Professio fidei emitti non potest per Procuratorem, quamvis specialiter constitutum, & nu. 5.*
6 *Professio fidei debet emitti, quamvis in adoptione alterius Beneficii aliàs fuisset emissa.*
7 *Professio fidei emitti potest coram Vicario Generali.*

N. Episcopus. N.

Dilecto &c. I.V.D. N. *familiari nostro Clerico loci N. &c.*

GRata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendisti, & adhuc solicitis studiis impendere non desistis: Necnon litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam juvari percipimus, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratias liberales. Cum itaque Canonicatus, & Præbenda nostræ Cathedralis Ecclesiæ N. quorum collatio, provisio, & omnimoda dispositio ad Nos *hac vice* spectare dignoscuntur; & quos quondam N. qui extrà Romanàm Curiam de mense N. diem clausit extremum, possidebat, vacaverint, & vacent ad præses. Nos volentes Tibi præmissorum obsequiorum, & idoneitatis intuitu gratiam facere specialem, Canonicatum, & Præbendam prædictos sicut præmittitur vacantes cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus suis fructibus, proventibus, juribus, & pertinentiis universis, Tibi auctoritate ordinaria tenore præsentium conferimus, & de eisdem providemus: Teque coram Nobis personaliter constitutum per anuli traditionem, & Bireti capiti tuo impositionem investimus, & in realem corporalem, & actualem possessionem auctoritate nostra per N. cui vices nostras committimus immitti mandamus: Amoto quolibet alio illicito detentore, recepto priùs per Nos, & per Te præstito ad Sancta Dei Evangelia corporali juramento, quod Nobis, & Successoribus nostris Episcopi obediens eris, & fidelis, & Sanctæ Matri Ecclesiæ: Eisdemque Canonicatui, & Præbendæ, ac ipsi Ecclesiæ Cathedrali secundum ipsius *statuta, laudabiles consuetudines*, & ordinationes deservies, & deservire facies in Divinis, juraque & libertates prædictorum manutenebis, & pro posse defendes, nihilque quod ad dictum Canonicatum, & Præbendam pertinet alienabis, sed alienata, & distracta ad jus, & proprietatem eorumdem reduces, & pro juribus reduci procurabis. Quo circa mandamus omnibus Dignitatibus, & Canonicis Rev. Capituli, ut Te in fratrem, & Concanonicum recipiant, & Stallum in Choro, locumque, & vocem in Capitulo tradant, & assignent, Teque in talem habeant, tractent, & portionem de redditibus universis faciant, prout habent alii Canonici, responderi; emissa tamen priùs *per Te ipsum* professione fidei coram Nobis, aut Vicario nostro Generali, & posteà coram Capitulo.

tulo. Et ità conferimus, providemus, & assignamus, ac exequi mandamur omni &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *FAMILIARI NOSTRO.* In provisione Beneficiorum vacantium per obitum admittuntur etiam familiares, & consanguinei Episcoporum, Corrad. *prax. Benefic. lib.3. cap.4. num.11.* Et quoad Beneficia Jurispatronatus, si resignentur in manibus Episcopi possent eisdem pariter conferri, quia hęc consentiente, & præsentante Patrono non comprehenduntur sub dispositione Bullæ Pii V. ut tradunt Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Beneficiorum resignatio*, Corrad. *prax. Benef. lib.5. cap.1. post num.50. vers. Est tamen hic advertendum.*

2. *HAC VICE SPECTARE.* Si Episcopus Collator gauderet privilegio alternativæ, & vigore hujus tituli conferret, deberet hoc in formula expeditionis exprimi, & post dicta verba -- *Hac vice spectare dignoscuntur*, addere -- *Nobis personaliter, & verè residentibus alternativæ Beneficio gaudentibus.*

3 *STATUTA, LAUDABILES CONSUETUDINES.* Juramentum de servandis statutis Ecclesiæ non extenditur ad non recepta, vel per contrarium usum abrogata, Sperell. *dec.15. num.3. dec.110.n.35.* Consuetudines verò per Canonicos servandæ, illæ sunt, quæ laudabiles, & antiquæ reputantur, Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect.92. num.1.*

4. *PER TE IPSUM.* Professio fidei emitti non potest à proviso de Canonicatu in Cathedralibus per Procuratorem, ità declaravit *Sacr. Congreg. Concil. suprà cap.12. de Reform. sess.24.* & nuper *in Calaguritana 22. Septembris* 1696. in qua Episcopo de hoc scisciranti responsum fuit -- *Non admittat provisos ad professionem fidei, nisi per se ipsos emittant*, & tenent Garz. *de Benef. par.3. cap.3. num.51.* Barbos. *in Summ. decis. Apost. collect. 611. num.5.* Corrad. *prax. Benef. lib.2. cap.16. num.50.*

5. At si provisus præsens in curia non posset statim ad residendum accedere, solet tunc Sac. Congreg. Concilii illum admittere ad professionem fidei coram, & in manibus Datarii, vel Cardinalis Præfecti Sacræ Congregationis, & etiam coram Urbis Vicario, non obstante, quod in litteris provisionis adsit Decretum emittendi in manibus Episcopi, *Sac. Congreg. in Syracusana 11. Januarii* 1698. quod est contra sententiam Sperell. *decis. 106. num.37.* & aliorum à Gallemart. *supra dicto cap. 12. sess.24.* allegatorum, tenentium, quod professio fidei possit emitti per Procuratorem specialiter constitutum.

6. Ab hac autem emissione professionis fidei provisi excusari non valent prætextu, quod aliàs in adeptione alterius Parochialis, vel Canonicatus illam emiserint, Gallemart. *ubi suprà post num.47. vers. Nec excusari*: Qui autem illam emittere teneantur, enumerat Nicol. *luci br. Can. lib.1. tit.1. de Sum. Trinit.*

7. *CORAM NOBIS, AUT VICARIO NOSTRO GENERALI.* Professio fidei licèt ex Decreto Concilii debeat fieri in manibus Episcopi, vel eo impedimento coram Vicario Generali: Adhuc si fiat coram Vicario, Episcopo etiam non impedito, aut in Capitulo, in quo sit præsens Episcopus, vel Vicarius, satisfactum videtur huic obligationi, ut notant Barbos. *de offic. & Potestat. Episcop. alleg. 61. num.17.* Corrad. *prax. lib.6. cap.16. num.16.* Gallemart. *ibidem litt.V.* & ità praxis obtinuit.

Colla-

Collationis Canonicatus, vel Parochiæ vigore provisionis Apostolicæ.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ debent coram Executore verificari legitimo Processu.*
2 *Provisus de Canonicatu potest examinari super cantu Gregoriano, & ad illum addiscendum moneri etiam per subtractionem distributionum.*
3 *Episcopus quando dicatur Executor mixtus.*
4 *Quid probandum, si Beneficium conferatur per resignationem vigore provisionis Papæ?*
4 *Provisus in forma dignum debet examinari coram Examinatoribus Synodalibus, non solùm quoad doctrinam, sed etiam quoad mores.*
Beneficia Curata non debent dari diffamatis, ibidem.

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

CUM per Te nobis præsentatæ fuerint litteræ Apostolicæ Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. CLEMENTIS Divina Providentia Papæ XI. in pergamena scriptæ cum plumbo pendenti, cordula canapis more Romanæ Curiæ, quas Nos, qua decet reverentia, recepimus, tenoris sequentis videlicèt (*& hìc inseratur tenor Bullæ*), & successivè Nobis instantiam feceris, ut ad ipsarum litterarum executionem procederemus: Nos volentes mandata Apostolica exequi juxtà formam in dictis litteris præscriptam, de expositis, & contentis in eis debitam capi mandavimus informationem, qua diligenter capta, & *constito Nobis* legitimè ex actis narrata Sanctissimo Domino Nostro esse vera, & verificata, Teque *esse habilem*, & *idoneum* ad dictum Canonicatum, & Præbendam, prout idoneus repertus fuisti à nostris Examinatoribus (*si Beneficium esset cum Curæ Animarum, & provisio expedita cum clausula in forma dignum, dicatur* — Prout idoneus, & dignus repertus fuisti à *nostris Examinatoribus Synodalibus*) proindè dictum Canonicatum cum Præbenda, ut suprà vacan. tenore præsentium Auctoritate Apostolica, qua in his fungimur, cum omnibus suis fructibus, proventibus, emolumentis, & distributionibus, ac annexis Tibi conferimus, & assignamus, amoto quolibet alio illicito detentore, quem amotum esse prædicta Apostolica auctoritate per præsentes decernimus, recepto, & per Te præstito corporali juramento &c. (*& sequere, ut in formula præcedenti*) In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

ADNOTATIONES.

1. CONSTITO NOBIS. Litteræ Apostolicæ debent coram Executore verificari legitimo Processu, sive sint expeditæ in forma dignum, sivè certo modo, sivè per resignationem; Et verificatis narratis, Executor Decretum executionis interponere, ut docet Ros. *de Executor. litt. Apost.* N. *Cancellarius Episcopalis.*

stol. in prax. execut. litt. Apostol. in quibus fit provis. Benef.

2 *ESSE HABILEM, ET IDONEUM.* Quod provisus de Canonicatu in Cathedrali possit, & debeat examinari super cantu Firmo, seù Gregoriano (quem canere debent Canonici) & quatenus de hoc ignarus provisus reperiatur, non debeat admitti, vel cogi præfixo competenti termino addiscendum etiam per subtractionem distributionum, tradunt Nicol. *Iucubr. Can. lib. 1. tit. 14. de ætat. & qualit. n. 9.* Chrisp. *de visit. p. 2. §. 20. n. 19. & duob. seqq.* apud quos plura Decreta allegantur. Verùm in praxi, præsertim cum provisis à dataria, hæc theorica non semper servatur.

3. Quando autem impetratio Beneficii fit certo modo, utpotè quia alter malè impetraverat, & tunc Episcopus Executor dicitur mixtus, & providet, ac exequitur, citato prius malè provisо, & facit expeditionem verificatis expositis.

4. Si verò Beneficium conferatur per resignationem ad favorem certæ personæ, tunc litteræ Apostolicæ expediuntur in forma dignum, & Resignatarius debet probare Resignantem habere aliundè, undè commodè vivere possit, & Executor verificatis expositis Decretum interponit, & Bullas exequitur; captaque per Resignatarium possessione, ut publicatio resignationis in Ecclesia, ubi adest Beneficium, ad formam Bullæ Gregor. XIII. *la 85. to. 2. Bull. nov.* De possessione autem capta, professione fidei emissa, & de publicatione resignationis facta, Notarius, sivè Cancellarius Curiæ Episcopalis debet conficere actum publicum in forma probanti, & fidem de his facere in dorso Bullarum cum expressione temporis.

5 *A NOSTRIS EXAMINATORIBVS SYNODALIBUS.* Si verò litteræ Apostolicæ expeditæ sint pro provisione Ecclesiæ Parochialis cum clausula *in forma dignum* tunc pro verificatione debent adhiberi Examinatores Synodales pro forma, qui quoad idoneitatem taliter provisi, debent facere relationem, & approbationem, non solum super litteratura, sed etiam quoad legitimitatem, ætatem, & mores, Garz. *de Benef. p. 6. c. 2. n. 233. 236. & 239.* quam Sententiam amplexa fuit *Sac. Congr. Concil. in Foroliven. bis proposita, scilicet* 19. *Julii*, & 20. *Septembris* 1692. in qua cum provisus *in forma dignum* fuisset rejectus non tamquam illiteratus, sed ex quo esset diffamatus circà venerea, & ideò à rejectione Episcopi, & Examinatorum ad Sacr. Congregat. appellasset, Dubio proposito -- *An constet irrationabili judicio Episcopi, & Examinatorum?* responsum fuit -- *Negativè*. Et meritò, quia Beneficia Curata non debentur diffamatis, & tenuit *eadem Sacr. Congr. Concil. in Mediolanen. seu Alexandrina 28. Nov. 1693.*

Collationis Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Collegiatę.

FORMVLA XV.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Collegiatæ Vrbis est dignior Canonico Cathedralis alterius Civitatis.*

2 *Canonicus Collegiatæ non tenetur emittere professionem fidei.*

N. Episcopus. N.

Dilectio &c.

CUM sicut accepimus, Canonicatus, & præbenda in Collegiata Ecclesia N. loci N. hujus nostræ Diœceſis, quos Rev. Canonicus N. illorum ultimus Possessor obtinebat, per obitum ejusdem de mense N. vacaverint, & vacent ad præsens; ne Divinus Cultus in dicta Collegiata Ecclesia detrimentum patiatur, eidem de idoneo Canonico providere volentes, Tibi, cujus vita, & mo-

morum probitas, ac virtutum merita, quæ Nobis ipsis nota sunt, & aliorum fide digniorum commendantur testimonio, prædictos Canonicatum, & Præbendam, præmisso, sivè alio quovis modo vacantes, cum illis forsan annexis, & omnibus juribus, *honoribus*, oneribus, & pertinentiis suis universis auctoritate nostra ordinaria, acomni alio meliori modo, jure, & forma, quibus melius possumus, conferimus, & assignamus, de illisque coram Nobis flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per Bireti tuo capiti impositionem, cum juris Canonici plenitudine investimus recepto prius à Te &c. Quo circà &c. (*& sequere, ut in formulis præcedentibus, prætermissa obligatione emittendi professionem fidei, ad quam non tenetur Canonicus Collegiatæ.*) Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 HONORIBVS. Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Urbis Romæ dignior est Canonico Cathedralis alterius Civitatis, etiamsi Cathedralis Capitulum sit exemptum, ut declaravit *Sac. Cong. Concilii super cap. 12. sess. 24. de Reformat.* Nisi circa hoc Capitulum Cathedralis sit peculialiter privilegiatum.

2. Non injungitur proviso de Canonicatu onus emittendi fidei professionem, quia Canonici Collegiatarum illam emittere non tenentur, Nicol. *Iucubr. Can. lib. 1. tit. 1. de Summ. Trinit. nu. 11. limit. 2.* Gallemart. *in dict. cap. 12. sess. 24. post nu. 47. vers. in Ecclesiis Cathedralibus.* Quidquid sit de prima Dignitate Ecclesiæ Collegiatæ, quæ de stylo Datariæ solet professionem fidei emittere, ut testatur Corrad. *prax. Benefic. lib. 2. cap. 16. num. 3.*

Collationis Beneficii ad Capitulum spectantis.

FORMVLA XVI.

SVMMARIVM.

1 *Ætas 14. annorum exigitur in conferendis Beneficiis.*
Beneficium Jurispatronatus potest conferri Clerico septem annorum, si fuit erectum ante Concilium, ibid.
2 *Pro Canonicatu Collegiatæ exigitur de jure ætas 14. annorum.*
3 *Ius conferendi per consuetudinem acquisitum est manutenibile.*

Universis &c. Nos N.N. & N.N. Dignitates, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis N.

Salutem in eo, qui vivit, & regnat.

CUM itaque Beneficium, seù Cappellania perpetua ad Altare N. erectum, cujus collatio, & provisio; & omnimoda dispositio ad Capitulum nostrum quoties vacat pertinet pleno jure, quod, seù quam N. dum viveret obtinebat, per illius obitum de mense N. secutum, vacaverit, & vacare noscatur ad præsens. Nos volentes dilectum nostrum Clericum N. *in ætate legitima* constitutum apud Nos de litterarum scientia, vitæ, ac morum honestate, aliisque virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, Beneficium, seù Cappellaniam sic vacantem, cum omnibus juribus, ho-

bus, honoribus, oneribus, ac pertinentiis suis præfato N. auctoritate nostra, *& omni alio meliori jure*, quo possumus, tenore præsentium conferimus, assignamus, ac providemus: Ipsumque Clericum N. in corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi dicti Beneficii, seu Cappellaniæ, juriumque, & pertinentium predictorum poni, & induci mandamus, ac ponimus, & inducimus per Præsentes; cum jam receperimus ab eodem in forma solita, & consueta juramentum præstari solitum. In quorum omnium testimonium præsentes expediri, & sigillo Capituli per nostrum Secretarium muniri jussimus hac die, &c. (*& sequitur subscriptio Dignitatum, & Canonicorum.*)

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius Capituli.

Eodem ferè modo concipienda erit formula, quando collatio ad Capitulum spectaret vigore alternativæ, quam haberet cum Episcopo, vel Jurispatronatus, legati, aut alterius tituli, mutatis mutandis.

ADNOTATIONES.

1 *IN ÆTATE LEGITIMA.* Ætas quatuordecim annorum saltem incœptorum ex dispositione *Concilii Tridentini sess. 23. cap. 6.* exigitur in conferendis Beneficiis, ubi Barbos. *n. 2. & de Potestat. Episcop. allegat. 60. num. 76.* Verumtamen est, quod, si esset Beneficium Jurispatronatus erectum ante Concilium, ad quod ex Testatoris, seu Fundatoris dispositione simplices Clerici possent præsentari, tunc sufficeret minor ætas quatuordecim annorum, quia per Concilium Testatoris dispositio juri consona non remanet sublata, ut observat Tondut. *quæst. Benefic. tom. 2. adnoc. ad cap. 3. num. 7. vers. Si vero*: Et sic Clerico septem annorum completorum Beneficium simplex conferri posset, Barbos. *de Offic. & Potestat. Episcop. alleg. 60. num. 72. & 77.* Ciarlin. *controvers. 53. num. 50. & 51.* Adden. ad Burat. *decis. 755. num. 15.* & Adden. ad Pamphil. *decis. 54. num. 16.*

2 Hoc tamen intelligas, dummodò non agatur de Canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ, quia licèt dicatur Beneficium simplex; nihilominùs in his de jure requiritur ætas quatuordecim annorum, ut probant Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 92. & 96.* Barbos. *d. allegat. 60. num. 71. & de Canonic. cap. 13. num. 14.* Piasec. *prax. Episcop. part. 2. cap. 5. art. 3. num. 34.* Tondut. *qu. Benefic. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 12. n. 1.*

3 *ET OMNI ALIO MELIORI JURE.* Si de alio jure, vel titulo conferendi Capituli non constaret, quàm per consuetudinem, ejus possessio esset manutenibilis, Ricc. *prax. For. Eccles. part. 2. resol. 335. num. 5.*

Collationis Beneficii simplicis vacantis per liberam resignationem.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium potest in manibus Episcopi resignari cum causa ad hoc, ut conferatur certæ personæ absque labe Simoniæ.*

2 *Et si sunt Juspatronatus, possunt conferri Episcopi familiaribus.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

LItterarum, scientia vitæ, ac morum honestas, aliaque probitatis, & virtutum merita quibus fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi ad gratias reddamur liberales. Cum itaque Beneficium simplex S. N. erectum in Ecclesia N. hujus nostræ Diœcesis, quod nuper N. illius ultimus, & immediatus Possessor obtinebat, *per liberam resignationem* d. N. ad præscriptam formam Constitutionis B. Pii V. in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam vacare noscatur; Nos meritorum tuorum intuitu, & qui idoneus repertus fuisti, præfatum Beneficium Tibi conferimus, & assignamus, ac de eodem providemus. Teque coram Nobis personaliter constitutum in corporalem, & realem possessionem, seu quasi, juriumque, & pertinentium illius per anuli nostri in manibus tuis traditionem, & immissionem inducimus, & de eo investimus, recepto per Nos, & à Te præstito juramento, &c. (*& sequere, ut in Formula X.*) Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 PER LIBERAM RESIGNATIONEM. Quamvis Episcopus non possit admittere resignationes Beneficiorum ad favorem certæ personæ, neque conventionales; puras tamen, & liberas, concurrente causa expressa in Bulla Pii V. 58. validè recipit; Immò quod resignans possit Beneficium dimittere ad hoc, ut conferatur certæ personæ, dummodò in ipso actu resignationis pactum seu conditio non inferatur, expressum per doctrinam Abbat. *in c. Dilecto n. 3. de Præb.* tenet Piasec. *prax. Episc. part. 2. c. 5. art. 3. tit. quomodo sint confer. Benef. num. 48.* dummodò persona sit digna, & Episcopus fidem expressè non dederit de conferendo illi, sic firmat etiam Ricc. *decis. 207. num. 2. part. 3.*

2 Et si sint juris patronatus possent conferri etiam Episcopi familiaribus, quia hæc non comprehenduntur in d. Bulla Pii V. §. *Cæterum*, Barbos. *in Sum. dec. Apostol. collect. 66. n. 2. & collect. 650. num. 6.* Garz. *de Benef. part. 1. cap. 3. n. 268.*

Resignationis Parochialis Ecclesiæ.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur causæ, ob quas Episcopus potest resignationes recipere, & n. 2.*
3 *Resignans Beneficium debet habere aliundè, unde vivere possit.*
4 *Resignatio Beneficii debet fieri in scriptis, vel per Procuratorem specialiter constitutam.*
5 *Episcopus debet recipere, vel rejicere Beneficiorum resignationes infrà mensem, & intrà eumdem terminum conferre, aliàs privatur illa vice jure conferendi.*
6 *Resignatio Beneficii ex delegatione Episcopi potest recipi etiam à Vicario Foraneo.*
7 *Casus resignationis Beneficii cum pacto Simoniaco refertur.*
8 *Qui scit pactum Simoniacum sub secreto naturali, an teneatur revelare.*

IN

IN Curia Episcopali N. comparuit *personaliter*, & dixit, ac exposuit se esse senio confectum, & sibi etiam *ex aliis rationabilibus causis* arduum esse Curæ Animarum sedulò incumbere, & ob dictam suam ætatem ea, ad quæ tenetur diligenter adimplere non posse; Ideoque libere, ac spontè, ac omni &c. Parochialem Ecclesiam N. loci N. cum omnibus, & singulis suis juribus, pertinentiis, honoribus, & oneribus universis resignavit, & renunciavit, expresséque renunciat, atque resignat in manibus Illustrissimi, & Reverendissimi D. N. Episcopi: Et quia aliundè habet, undè vivere possit, *& commodè sustentari*, petit resignationem hanc recipi, & admitti, asserens in præsenti resignatione non interveniisse, neque intervenire, aliquam fraudem, dolum, nec *Simoniæ labem*.

Ità dimitto, renuncio, resigno, ac instо Ego N. Parochus Ecclesiæ N.

Quibus, Illustrissimus, & Reverendissimus D. N. Episcopus, visis, &c. ac constito per fidem ætatis exhibitam, ac aliis juribus de veritate expositorum, resignationem, & renunciationem supra factam admisit, & acceptavit, recepto priùs à d. R. N. Resignante juramento ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta, quod in hac resignatione non intervenit fraus, dolus, seu alia illicita pactio, aut Simoniæ labes; & publicari mandavit. Præsentibus N. & N. Testibus, &c. Datum hac die &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

Publicationis resignationis.

FORMULA XIX.

N. Episcopus N.

UNiversis &c. Noveritis, quod Rev. Presbyter, & Rector Parochialis Ecclesiæ N. loci N. hujus nostræ Diœcesis Ecclesiam ipsam, quam obtinebat *ex certis rationalibus causis* animum suum moventibus, & præcipuè, *quia senio confectus*, & corpore impeditus non poterat, nec potest muneri suo satisfacere, & Animarum Curæ incumbere, habens aliundè, quo in vita possit *commodè sustentari*, prout Nobis legitimè constitit, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis in manibus nostris spontè, & liberè juxtà formam Constitutionis sanctæ mem. Pii V. *scripto renunciavit*: Et Nos resignationem per eum factam admisimus *tempore debito*, & denuò per præsentes admittimus: *recepto per Nos* prius ab eodem N. Resignante corporali juramento, quod in resignatione hujusmodi non intervenit dolus, nec fraus, *nec Simoniæ labes*. Ideò vobis omnibus notificamus. Ut si quis &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 EX *CERTIS RATIONABILIBUS CAUSIS*. Causæ, ob quas potest Episcopus recipere, & admittere resignationes, exprimuntur figillatim in Bulla B. Pii V. *la* 58. §. 3. videlicet illorum, qui sunt senio con-

confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, aut vitiati: Crimini obnoxii, Cenſuris Eccleſiaſticis irretiti, qui nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, vel Beneficio inſervire; qui plura Beneficia obtinere, vel quorum ad aliud contigerit promoveri; Religionem ingreſſuri, vel Matrimonium contracturi, ſi ſtatim re ipſa id exequantur, & qui ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco Beneficii reſidere ſecuri.

2 *QUI SENIO CONFECTUS.* Qui dicantur ſenes, & qui valetudinarii, difficile eſt ſingulorum exempla recenſere, quia non omnibus regula una aptari poteſt; undè videndus Pariſ. *de reſignat. lib. 5. quæſt. 6. à num. 5. & per tot.*

3 *COMMODE SUSTENTARI.* Mandat Pontifex Pius in citata Bulla §. 3. *in fin.* quod nullus ex Beneficiatis reſignare volentibus in ordine ſacro conſtitutus, niſi Religionem ingrediatur, admittatur ad reſignandum, niſi aliundè habeat, undè commodè vivere poſſit: Et ideò Epiſcopus antequam inſtantiam reſignare volentis recipiat, debet formiter de hoc certiorari.

4. *SCRIPTO RENUNTIAVIT.* Reſignatio debet fieri in ſcriptis, mediante ſupplicatione manu reſignantis, vel inſtantia judiciali ſubſcripta, vel etiam per Procuratorem ſpecialiter conſtitutum, Pariſ. *de reſignat. lib. 8. q. 2. num. 1. & ſeqq.*

5. *TEMPORE DEBITO.* Debent Epiſcopi extrà Curiam admittere, vel rejicere reſignationes, & renunciationes infrà menſem, & intrà eundem terminum conferre, aliàs privantur illa vice facultate conferendi, ut obſervat Pariſ. *loco cit. de reſignat. lib. 11. qu. 2. num. 6. & 7.*

6 *RECEPTO PER NOS.* Facultas recipiendi reſignationes, preſertim in Diœceſibus non exiguis ex cauſis ſuprà expreſſis, ad evitanda incommoda, & expenſas reſignare volentium, poteſt ſpecialiter committi, & delegari non tantum Vicario Generali, ſed etiam Vicariis Foraneis probis, & peritis, ut notat Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. 14. num. 72. & 73.*

7 *NEC SIMONIÆ LABES.* Reſignationis factæ cum labe ſimoniaca caſus accidit *in una Januen.* cujus factum delatum ad *Sac. Cong. Concil. 31. Auguſti 1696.* ità exponebatur -- *Avendo biſogno il Promotor Fiſcale della Curia Arciveſcovale d' eſaminare alcuni Religioſi Theologi, cioè un Geſuita, un Benedettino, un Agoſtiniano, come anco un Eccleſiaſtico Secolare in una cauſa Criminale di Simonia, che ſi pretende ſeguita nella rinuncia dell' Arcipretura di Voltri fatta da Gio: Maria Recagno a favore d' Antonio Maria Ceſtino: Detti Regolari, & Eccleſiaſtico Secolare ricuſano di ſottoporſi all' eſame con due motivi. Uno di aver conſultato inſieme ad inſtanza delli ſopradetti Recagno, e Ceſtino, e di avere tutto ciò, che trattarono in detta conſulta, ſotto ſigillo naturale, con che pretendono di non eſſere obligati à deporre il trattato, e ciò che confeſſaſſero li detti Recagno, e Ceſtino in quel congreſſo. L' altro ch' eſſendo Regolari non poſſono eſſere aſtretti dall' Ordinario, ſenza licenza del loro Generale, ricuſando però di concedergliela li loro Superiori locali.*

E perche pare, che la renitenza de' ſudetti à deporre quanto foſſe diſcorſo in detta conferenza, dia gran fumo, che nella medeſma foſſe confermata dall' una, e dall' altra parte la Simonia, e che verſaſſe circa il modo di ſanare l' errore commeſſo per le vie pratticabili, e forſe foſſe anche propoſto di ſcrivere alla Penitentiaria ſegreta, tanto più che il Recagno rinunziante hà confeſſato giudizialmente d' aver fatta la renunzia per lo ſborſo di lire novemila, che ſe gli doveva fare, e che poi per la maggior parte gli è ſtata ſborſata, e che foſſe fatta detta conſulta per l' effetto ſopradetto.

Quantumque ſi ſtimi, che l' obligo del ſigillo naturale non poſſa conſtringere detti Conſultori à tacere, quando riuſcirebbe in danno dell' Anima de' Simoniaci, e di un' intiera Parochia numeroſa per eſſere i rei in quella diffamati.

Si ſupplica con tutto ciò a dichiarare ſe non oſtante il preteſo ſigillo naturale ſiano li medeſimi tenuti in queſto caſo à deporre ciò di che foſſero interrogati toccante detta prattica, e ſucceſſivamente concedergli fa-

coltà

coltà di poter constringere detti Regolari anco con censure à sottoporsi all' esame, affinche non resti impunito un caso di pessimo esempio.

8 Requisitus super expositis ab Eminentiss. recol. mem. Domino meo Card. Petruccio, quid sentirem, votum ità aperui. Simonia est crimen, quod accedit hæresi, detestabile, & exceptum, unde interest Reipublicæ, quod manifestetur, & qui scit delictum hoc fuisse patratum per secretam consultationem, licèt revelare non teneatur: tamen ad vitandum grave Reipublicæ damnum, vel tertiæ personæ, prodendum est Judici legitimè interroganti, sic probat Lazar. *quæst. Can. sect. 2. qu. 16. n. 5. & 6.* Hìc adest grave damnum Resignatarii, qui retinendo Beneficium per Simoniam acquisitum de jure privatus existit, & in malo peccati perseverat, cum sit excommunicatus, ut per Constitutiones B. Pii V. 58. relat. per Paris. *de consid. Benef. quæst. 1. n. 144. & 151.* Undè quatenùs aliundè probationes haberi non possint, concedenda videtur licentia pro compulsione Religiosorum.

Relata igitur instantia per Summarium sub dicta die in plena Congregatione fuit rescriptum --- *Dilata, & Archiepiscopus interim adhibeat alias probationes.* Hoc rescriptum, ut mihi dignatus fuit referre idem Cardinalis, emanavit, quia non constabat de deficientia aliarum probationum, nec diligentias pro illis habendis factas fuisse exponebatur, & quod proindè Theologi prædicti non deberent cogi, nisi in subsidium ad deponendum. Cæterum quod major pars PP. erat in voto, quod sigillum naturale non obligaret ad servandum secretum, quando Religiosi Consultores juridicè fuissent per legitimum Judicem interrogati.

Provisionis Beneficii simplicis favore habentis aliud sub eodem tecto.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 *Duo Beneficia simplicia etiam uniformia, dummodò incompatibilia non sint, conferri possunt ab Episcopo sub eodem tecto, si quodlibet de per se non sufficiat ad provisi substentationem.*

2 *Non tamen plura, etiamsi insufficientia, & simplicia.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

VItæ, ac morum honestas, aliaque probitatis, & virtutum merita, quibus fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi ad gratias reddamur liberales. Cum itaque Beneficium simplex S. N. erectum ad Altare S. N. in Ecclesia nostra Cathedrali, quod possidebat N. illius ultimus Possessor, qui diem suum nuper clausit extremum, & cujus provisio, collatio, & omnimoda dispositio ad Nos spectat, ad præsens vacet: Nos meritorum tuorum intuitu, præfatum Beneficium sic, vel alio quovis modo vacans, quamvis aliud *sub eodem tecto* sub invocatione S. N. obtineas, & possideas, cum quodlibet de per se ad substentationem tuam *non sit sufficiens*, cum honoribus, & oneribus universis conferimus, & assignamus, & super illorum retentione, & uniformitate, quatenùs opus sit dispensamus. Teque coram Nobis personaliter constitutum in realem &c. (*& sequere, ut in Formula X. & seqq.*) Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *SUB EODEM TECTO*. Duo Beneficia simplicia, sive difformia, sive similia, & uniformia sint, dummodò non imcompatibilia, conferri possunt sub eodem tecto ab Episcopo, & absque alia Papæ dispensatione retineri, dummodò quodlibet de per se ad subsistentationem provisi non sit sufficiens, sic declaravit *Sac. Cong. Concil. in Alexandrina* 17. *Junii* 1630. his verbis -- *Inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit facultatem dispensandi super duobus Beneficiis sub eodem tecto quàm habet Episcopus ex dispositione juris communis, non esse sublatam à Conc. Trid. c.* 17. *sess.* 24. *dummodò quodlibet de per se non sit sufficiens ad subsistentationem provisi*; Et ita censuit *in Cæsenat.* 20. *Decemb.* 1631.

Et in Assisen. in qua exponebatur -- *Sacerdos Laurentius Ugolinus possidens Beneficium simplex in Ecclesia Cathedrali annui redditus scutorum quatuor cum dimidio &c. fuit præsentatus ad Cappellaniam in eadem Ecclesia Cathedrali erectam ad Altare Crucifixi annui redditus scut.* 15. *cum onere &c. sed quia eidem institutionem denegat Episcopus sub dubio, quod Orator nequeat dicta Beneficia uniformia sub eodem tecto absque dispensatione retinere, supplicat idem Orator declarari dicta duo Beneficia non esse uniformia, neque incompatibilia, & posse ab ipso absque dispensatione retineri* -- *Die* 12. *Januarii* 1697. *Sacr. Congr. censuit Oratorem nulla indigere dispensatione*. Et tradunt communiter *Januen. prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 64. *n.* 5. ex doctrina Felin. *in cap. Ex parte il* 2. *n.* 3. *de rescript.* Tondut. *quæst. Benef. tom.* 1. *part.* 2. *c.* 5. §. 6. *n.* 6. 7. & 8. Navar. *cons.* 16. *de Præb. lib.* 3. Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. alleg* 62. *num.* 17. Panimol. *decis.* 31. *per tot.*

2 *NON SIT SUFFICIENS*. Duo tantùm Beneficia, si insufficientia sint ad subsistentationem provisi, confert Episcopus sub eodem tecto, non autem plura, quamvis difformia, & insufficientia, ut advertit *Januen. loc. cit. n.* 6. & declaravit *Sac. Cong. Conc. in Aquilana* 14. *Aug.* 1632. -- *Episcopum habenti unum simplex Beneficum non sufficiens ad illius subsistentationem, posse aliud simile conferre, sed non posse plura, quamvis simplicia, usque ad ejus sufficientem subsistentationem eidem conferre*.

TITULUS III.

De collatione ordinum, & requisitis.

Edicti de ordinatione habenda.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Superiores Regulares dimissorias Subditis concedunt ad solum Episcopum Diœcesanum Monasterii, in cujus familia ordinandus reperitur.*
2 *Regulares ordinandi tenentur exhibere solum litteras dimissorias.*
3 *Ordinationes sacrorum ordinum debent celebrari in Ecclesia Cathedrali, & non in Cappella Palatii Episcopalis.*
4 *Qui natus, & educatus fuit inter Catholicos, præsumitur baptizatus, & potest ordinari etiam sine fide baptismatis.*
5 *Nato in partibus Hæreticorum ex Conjugibus Catholicis non possunt denegari dimissoriæ ex motivo deficientiæ fidei baptismatis. Idem teneas de confirmatione, & n.* 6.
7 *Episcopus dispensat cum illegitimis ad ordines minores.*
8 *Requisita ordinandorum juxtà diversitatem Diœcesum variantur.*
9 *Episcopus potest, sed non tenetur examinare Exteros ordinandos, qui habent testimonium proprii Episcopi de eorum idoneitate.*

N. Epi-

N. Episcopus. N.

UNiversis, & singulis *etiam Regularibus* intra nostræ Diœcesis, & jurisdictionis fines commorantibus tenore præsentium notificamus, qualiter Nos sacram Ministrorum Dei ordinationem, quæ statutis anni temporibus ad Sacrorum Canonum præscriptum fieri debet, die Sabbathi Quatuor Temporum post primam Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die..... mensis Martii currentis anni..... Divina favente Clementia, generalem ordinationem *in nostra Cathedrali* solemniter habituri sumus. Propterea quì ad singulos sacros majores ordines promoveri cupiunt, per mensem ante coram Nobis desiderium exponant ad præscriptum *Sac. Conc. Trid. sess. 23. c. 5. de Reform.* & deindè in hebdomada post Dominicam Sexagesimę, quæ erit.... Qui verò ad primam Clericalem Tonsuram, sive minores ordines admitti cupiunt, se coram Nobis hìc in Civitate, & RR. DD. *Examinatoribus nostris* constituant ab hora.... usque ad occasum solis Feriæ quartę, quintæ, & sextę infrà hebdomadam dictorum Quatuor Temporum, secumque unusquisque deferat attestationes unicuique ordini suscipien. necessarias, prout infrà continetur, ad effectum se examini subjiciendi, ut investigatis singulis respectivè *ætate*, moribus, litteratura, *natalibus*, aliisque *requisitis*, *habiles ad id repertos* admittere possimus. Quamobrem mandamus omnibus Parochis Civitatis, & Diœcesis, ut præsens Edictum inter Missarum solemnia primo Dominico die publicè recitent vernacula lingua, ac promulgatum ad valvas Ecclesię affigant, & reliqua, quę in eodem Edicto continentur, adimpleant sub pœnis arbitrio infligendis. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Requisita Ordinandorum sunt.

Pro prima Tonsura.

1 FIdes Baptismi pro ætate septem annorum, *c. in singulis 77. dist.*
2 Fides confirmationis, *Trid. sess. 23. cap. 4. de Reform.*
3 Examen Testium super legitimis natalibus, vita, & moribus.
4 Fides Magistri Scolæ.
5 Fides Parochi de vita, & moribus, & Doctrinæ Christianæ frequentatione.
6 Examen, & approbatio.

Pro Regno Neapoli.

7 Fides Parochi de publicatione nominis, ætatis, cognominis, desiderii, & originis promovendi.
8 Dimissoriæ directæ uni, & certo Ordinario cum expressione præfatas diligentias præcessisse, ex Decreto *Sac. Congr. Deputatæ jussu Greg. XV. 22. Junii 1623.*

Pro Ultramontanis.

9 Dimissoriæ sint recognitæ à Nunciis Apostolicis, & deindè in Curia *ex Bulla Urban. VIII. Constitut. 33. secretis.*

Pro Ordinibus Minoribus.

1 FIdes, seu Testimoniales de Tonsura, & Ordine jam suscepto.

2 Fides Magistri Scholæ, necnon servitii præstiti Ecclesiæ, cui sunt adscripti, & Doctrinæ Christianę frequentationis, nisi absit causa studiorum.
3 Fides Parochi de vita, & moribus, habitus Clericalis gestatione, & de frequenti perceptione communionis.
4 Pro Accolitatu fides ætatis 12. ann.
5 Examen, & approbatio.
6 Si ordinandus sit exterus, litteræ dimissoriæ etiam pro prima Tonsura contineant causam, ob quam à proprio Episcopo ordinari non possit, aliàs non admittetur, *Concil. Trid. sess. 7. cap. 11. de Reform.*

Pro Subdiaconatu.

1 BEneficium, vel Pensio Ecclesiastica, vel Patrimonium annui redditus scut. . . . . quod jure realiter, & pacificè possideatur, *Trid. sess. 21. cap. 2. de Reform.*
2 Attestatio Parochi de publicatione Patrimonii (pro his, qui ordinantur ad hunc titulum) inter Missarum solemnia, necnon nominis, & desiderii personæ ordinandæ.
3 Testimonialis de ultimo ordine minori suscepto anno jam elapso, nisi utilitas, vel necessitas Ecclesiæ aliud suadeat.
4 Fides de ætate viginti duorum annorum incœptorum.
5 Fides de ordinum jam susceptorum exercitio, servitiò Ecclesiæ, cui est adscriptus, præstito, & Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
6 Fides Parochi de vita, & moribus, Doctrinæ Christianæ, ac Communionis frequentatione.
7 Fides de Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis, ex Decret. *Sac. Cong. Episc. & Regul. jussu san. mem. Innoc. XI. 9. Octobris 1682.*

Pro Diaconatu.

1 TEstimonialis de ordine Subdiaconatus suscepto.
2 De denunciationibus factis in Parochia.
3 De ætate viginti trium annorum incœptorum.
4 De Subdiaconatus exercitio, & servitio Ecclesiæ, cui est adscriptus præstito, ac Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
5 De vita, & moribus, Doctrinæque Christianæ, & Sacræ Communionis frequentatione.
6 De pacifica possessione, & fructuum perceptione Beneficii, seu Pensionis, seu Patrimonii, ad quod, seu quam petit ordinari.
7 De Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis.

Pro Presbyteratu.

1 TEstimonialis de ordine Diaconatus suscepto.
2 De denunciationibus in Parochia.
3 De ætate 25. annorum inceptorum.
4 De exercitio ordinis Diaconatus, servitio Ecclesiæ, cui est adscriptus, & Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
5 De vita, & moribus, Doctrinæ Christianæ, ac Communionis frequentatione.
6 De pacifica possessione, & fructuum perceptione tituli, ad quem petit ordinari.
7 De Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis.

Idem N. Cancellarius Episcopalis.

Promoveri non Possunt.

Non baptizati, *cap. Veniens de Præsbyt. non baptiz.*
Illegitimi, *cap. Presbyter 56. dist.*
Minores natu, *c. Qui in aliquo 51. dist.*
Non confirmati, *Conc. Trid. sess. 23. c. 4. de Reform.*
Neophiti, *d. c. Qui in aliquo, & c. Quoniam 48. dist.*
Uxorati, *Extrav. Jo. XXII. antiquæ &c.*
Bigami, *cap. Si quis 33. dist. & tot. tit. de big. non ord.*

Cri-

Criminosi, *cap. Laici dist.* 33. *Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 7. *de Reform.*
Infames, *cap. Infames* 6. *quæst.* 1.
Publicis rationibus impliciti, *cap. Legem* 53. *dist.*
Servi, *c. De Servorum, de ser. non ordin.*
Eunuchi, *cap. Si quis* 55. *dist.*
Corpore vitiati, *c. Illitteratos* 36. *dist.*
Insigniter deformes, *cap. fin.* 51. *dist.*
Amentes, & furiosi, *d. c. Qui in aliquo.*
Energumeni, *c. Communiter* 33. *dist.*
Peregrini, & ignoti, *d. c. Qui in aliquo.*
Ebrietati, & gulæ dediti, *cap.* 23. *de vit. & honest. Cler.*
Usurarii manifesti, *c. Episcopus* 47. *dist.*
Rudes, & ignari, *Concil. Trid. sess.* 23. *per tot.*
Irregulares, *c. Sæpè de temp. ord. in sexto.*
Suspensi.
Interdicti.
Excommunicati.
Morbo comitiali laborantes.
Lanii, Cauponæ, Mimi, Histriones.
Qui sæva exercuit, vel denunciavit secuta pœna, vel mutilatione.
Cap. Communiter, cap. Clerici dist. 33. *cap. unico de vit. & honest. Cleric. in sexto, Clem.* 1. *eod. tit. cap. His quis* 23. *quæst.* 8. *cap. Sententia sanguinis nè Cleric. vel Monach. c. Ex Litteris de excess. prælat.*

ADNOTATIONES.

1 ETIAM *REGULARIBUS*. Superiores Regulares dimissorias eorum Subditis concedere non possunt ad Episcopum originis, sed tantùm ad Diœcesanum illius Monasterii, in cujus familia ordinandus positus est, ut mandat Decret. Clem. VIII. editum 15. Maii 1596. quod referunt Pac. Jord. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 23. Nicol. *in flosc. verb. Regul. n.* 34. Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Ordo.*

2 Regulares tamen ordinandi non tenentur exhibere attestationes ætatis, Parochi, nec Magistri Scholæ, sed quoad hæc, & alia requisita sufficit testimonium suorum Superiorum, Barbos. *supra Conc. sess.* 23. *cap.* 5. Nicol. *lucubr. Can. lib.* 1. *tit.* 11. *post n.* 32. *vers. denique.*

3 *IN NOSTRA CATHEDRALI*. Ordinationes generales, præsertim si conferantur Sacri Ordines, debent celebrari in Ecclesia Cathedrali, non autem in Cappella Palatii Episcopalis, prout nonnulli Episcopi per abusum faciunt contra expressam Concilii dispositionem, quam servandam esse declaravit *Sac. Congregat. Concil. apud* Garz. *de benef. par.* 8. *cap.* 1. *n.* 77. *Sacr. Congr. Episc. apud* Fagnan. *in c. Ordinando n.* 45: *de Simon. & Sac. Congr. Rituum in Sarnen.* 9. *Jan.* 1696. *referente Eminentiss. Card. Colloredo.*

4 *ÆTATE*. Si ordinandus ad probandam ætatem fidem Baptismatis non haberet, & agatur de nato ex Parentibus Catholicis, & fideliter inter hos conversatis, præsumitur baptizatus, & hæc sola præsumptio habetur pro veritate, & certitudine, ad Text. *in c. veniens in fin. de Presbyt. non baptiz.* & ideò posset ordinari, dummodò non adessent probationes in contrarium eum non fuisse baptizatum, Nicol. *in flosc. verb. Dimissoriæ n.* 5.

5 Immò quod etiam nato in partibus Hæreticorum ex Parentibus tamen Catholicis, non possint denegari dimissoriæ ex motivo deficientiæ fidei baptismatis respondit *Sacr. Congr. Episcop. in Landen.* 30. *Augusti* 1619.

6 Et quod dicitur de fide Baptismatis idem teneas quoad Confirmationem, nam si non constaret, quem fuisse confirmatum, sufficit juramentum confirmati reminiscentis, & asserentis se hoc Sacramentum recepisse, si aliter probari non posset, Nicol. *lucubr. Can. lib.* 1. *tit.* 11. *de qualit. ordin. n.* 4.

7 *NATALIBUS*. Cum illegitimis Episcopus dispensat quoad Ordines Minores vigore *cap.* 1. *de fil. Presbyter. in* 6. Piasec. *prax. Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 10. *n.* 15.

8 Requisita Ordinandorum non sunt semper eadem in omnibus Diœcesibus, quia præter præscripta à Sac. Canonibus, & Concil. Trident. aliquando Episcopi illa exigunt pinguiora, prout eis magis in sensu suo expedire, & profitia esse arbitrantur. Aliqui enim etiam extra Regnum Neapolis volunt, quod pro prima Tonsura fiant proclamationes in Ecclesia Parochiali, & quod initiandi deferant attestationes Fori Sæcularis, quod nullo unquam tempore fuerint inquisiti

criminaliter de delicto. Alii verò exigunt, quod Ordinandi in Sacris deferant atteſtationes de frequentatione collationum caſuum conſcientiæ. Alii denique requirunt in Ordinibus Sacris peritiam Cantus Gregoriani, de quibus requiſitis habetur ſparſim *in Synodibus Farfenſi de anno 1686. Albanenſi 1689. Æſino, & Cæſenatenſi 1695. ac Hoſtienſi 1699. Typis editis.*

9 *HABILES AD ID REPERTOS.* Hæc clauſula debet verificari in Subditis Ordinandis: Exteri enim, qui Ordines ſuſcipere cupiunt, non eſt neceſſe, quod examinentur, dummodo in litteris dimiſſorialibus à ſuis Ordinariis quoad litteraturam, & idoneitatem approbentur. Quidquid etenim olim dixerint DD. de hoc, an ſcilicet Ordinans teneretur exteros iterum examinare, non obſtante approbatione proprii Ordinarii necne? & affirmativam ſententiam in praxi tenendam eſſe opinetur Pac. Jord. *lucubr. tom. 1. lib. 6. num. 17. & trib. ſeqq.* hodie contraria ſententia verior eſt; quam amplexa fuit *Sacr. Congregat. Concilii in Verulana 17. Januarii 1693.* in qua expoſito Dubio -- *Epiſcopus Verulanus ad conſcientiæ ſuæ ſerenitatem ſupplicando refert: Cum ſæpè contigat, quod mihi offerantur Ordinandi alieni Subditi, prævia exhibitione litterarum Dimiſſorialium proprii Epiſcopi atteſtantis eorum litteraturam, & idoneitatem, quæro -- An ipſe teneat dictos Ordinandos iterum examinare ſuper dictis litteratura, & idoneitate?* Sacr. Congreg. reſpondit -- *Non teneri, ſed poſſe.*

Litterarum Teſtimonialium Parochi de requiſitis pro prima Tonſura.

FORMULA II.

EGo infraſcriptus Parochus Eccleſiæ N. præſentibus litteris medio juramento teſtor N. qui ad primam Tonſuram Clericalem promoveri cupit, in anno ætatis .... conſtitutum, filium legitimum, & naturalem N.N. Conjugum ex mea Parochia fuiſſe baptizatum ſub die .. ut conſtat ex libro Baptizatorum dictæ meæ Parochiæ, in quo ſic habetur *(hìc ponantur ipſamet verba libri.)*

Item teſtor fuiſſe confirmatum ab N. noſtro Epiſcopo (ſivè ab Epiſcopo N. de licentia) prout liquet ex libro Confirmatorum ejuſdem Parochiæ, in quo ſic habetur *(& hìc ponantur verba libri.)*

Item morum, & vitæ integritate commendari, diebuſque Dominicis Doctrinam Chriſtianam frequentaſſe. In quorum &c. Datum &c.

Ego N. Parochus Eccleſiæ S. N.

Si autem atteſtatio eſt facienda in Regno Neapolis, aut in alio loco, in quo vigore Synodi, vel Edicti Epiſcopi debent fieri proclamationes, addenda erunt in fine ſequentia verba -- *meque denique die feſto inter Miſſarum ſolemnia nomen, & deſiderium ejus in mea Parochiali Eccleſia denunciaſſe, nec quemquam de populo hac re per me requiſito, & admonito ullum impedimentum oppoſuiſſe.*

Quando autem Rector, vel Parochus, aut Archipresbyter non poteſt de omnibus unica atteſtatione fidem facere, tunc teſtetur per ſcripturas ſeparatas, prout infrà.

Ego infraſcriptus Archipresbyter Plebis N. teſtor N. in ..... ætatis anno conſtitutum, filium legitimum, & naturalem N. N. Conjugum ex hac mea

Paro-

Parochia fuisse baptizatum sub die . . . . prout constat ex libro Baptizatorum hujus Parochiæ, in quo sic habetur, (*& ponantur ipsamet verba libri*) in cujus fidem præsentes litteras, etiam medio juramento, manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi Die. . .

Ego N. Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N.

Vel dicat --- Testor me in libro, in quo descripti sunt Baptizati ex mea Parochia adinvenisse hujus natalis memoriam, his verbis ad notatam videlicet &c.

Litterarum Testimonialium de Sacramento Confirmationis.

FORMULA III.

EGo infrascriptus Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N. Testor N. Sacramentum Confirmationis suscepisse ab Illustris. & Reverendis. D. N. Episcopo, prout constat ex libro Confirmatorum hujus meæ Parochiæ, in quo sic scriptum habetur, (*& ponantur verba libri*) in cujus fidem has præsentes litteras medio juramento manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi hac die....

Ego N. Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N.

Litterarum Testimonialium de vita, & moribus, & Doctrinæ Christianæ frequentatione.

FORMULA IV.

EGo infrascriptus Archipresbyter Plebis N. testor quantum humana fragilitas nosse sinit N. ex mea Parochia esse honestis moribus, bonæque famæ, diebusque Dominicis, & festis Doctrinam Christianam frequentasse, & frequentare. In quorum fidem has præsentes litteras etiam medio juramento manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi. Datum &c.

Ego N. Archipresbyter &c.

Denunciationis faciendæ à Parocho inter Missarum solemnia pro promovendo ad primam Tonsuram.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Prima Tonsura potest conferri illi, qui habet requisita Concilii, licèt ob aliquod impedimentum non Canonicum non valeat ascendere ad alios Ordines.*

2 *Subditi tenentur revelare Episcopo præcipienti ea, quæ tendunt in damnum Communitatis fidei, & publici boni.*

DEsiderando N. di questa Parochia essere ascritto alla militia Clericale con pigliare la prima Tonsura, se alcuno sapesse ch'egli havesse canonico impedimento, per il quale non potesse ascriversi nella detta militia, come per esempio se non fosse cresimato, fosse scommunicato, interdetto, irregolare, inquisito, processato, condennato, overo havesse *altro impedimento* personale, o difetto, debba per carità, *& in virtù di santa ubbidienza* rivelarlo à me in termine d'otto giorni; accioche non trovandosi alcuno de'sudetti impedimenti possa pigliare la prima Tonsura.

ADNOTATIONES.

1 O *ALTRO IMPEDIMENTO*. Prima Tonsura potest conferri illi, qui habet requisita *cap. 4. sess. 23. de Reform.* licèt ob aliquod impedimentum non canonicum non possit ascendere ad alios Ordines, & non obstante *cap. 11. ejusdem sess.* quia Concilium ibi loquitur de quatuor Ordinibus minoribus tantùm, ut advertit Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect. 598. num. 1.*

2 *IN VIRTV DI SANTA UBBIDIENZA*. In publicatione Edictorum, quæ continent hanc clausulam, Parochus, sivè Curatus populo explicare curabit, quod hujus clausulæ, seù præcepti vigore, tam mares, quàm fœminæ tenentur sub pœna peccati mortalis revelare impedimenta, aliaque, quæ vergunt in damnum Communitatis, fidei, & publici boni, si certò sciant, & revelare negligant: Subditi enim tenentur obedire Superiori talia præcipienti, ex traditis *à Bonacin. tom. 1. disp. 6. tit. de oner. & obligat. denunc. punct. 1. §. 4. n. 3. & 5.*

Denunciationis factæ attestatio.

FORMULA VI.

EGo infrascriptus Archipresbyter Ecclesiæ N. testor, & fidem facio inter Missarum celebrationem die festivo nomen, cognomen, & desiderium N. videlicet die... mensis.... anno me denunciasse, & promulgatis iis, quæ impedire possunt, quo minus idem N. ad Clericalem statum promoveri possit, omnes, & singulos monuisse, ut si quod notum haberent impedimentum, Christiana ducti charitate, & præcepto obedientiæ obstricti ad me deferrent, nullumque oppositum fuisse impedimentum. In quorum fidem mea manu interposito etiam juramento præsentes litteras subscripsi, & sigillo meo munivi hac die....

Ego N. Archipresbyter, seu Parochus &c.

Testimonialium Parochi complectentium omnia requisita pro minoribus Ordinibus.

FORMULA VII.

EGo infrascriptus Parochus Ecclesiæ N. præsentibus litteris medio juramento testor N. Ecclesiæ meæ Parochiali adscriptum in collatione primæ Tonsuræ, & qui ad Hostiariatus, & Exorcistatus minores Ordines promoveri cupit, probis moribus præditum esse, Habitum, & Tonsuram Clericalem gestare solitum

litum esse decentem, semel in Mense Sacram Communionem sumpsisse, functioneſque Clericales exercuisse, ac denique Doctrinam Christianam frequentasse, & assiduo labore huic exercitio incubuisse. In quorum &c. die &c.

N. Parochus Ecclesiæ N

Testimoniales separatæ pro eisdem minoribus Ordinibus.

FORMULA VIII.

EGo infrascriptus Parochus Plebis N. testor quantum humana fragilitas nosse sinit N. Clericum ex mea Parochia, qui ad minores Ordines N.N. promoveri cupit, esse vitæ integritate, bona fama, atque moribus præditum, Habituque Clericali, & decenti Tonsura semper incessisse. In quorum fidem præsentes litteras testimoniales, etiam medio juramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi hac die...

N. Parochus Ecclesiæ N.

N. Testimonialium de perceptione Communionis.

FORMULA IX.

EGo infrascriptus Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem N. promoveri cupit, frequenter, & præsertim primis saltem diebus Dominicis cujuslibet mensis Sacrosanctæ Eucharistiæ pabulo religiosè refectu fuisse. In quorum &c. Datum &c.

Ego N. Archipresbyter &c. seu Confessarius.

Testimonialis de frequentatione Doctrinę Christianę.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Clerici debent esse adscripti Societati Doctrinæ Christianæ.*

EGo infrascriptus Parochus Ecclesiæ N. fidem facio Clericum N. ex mea Parochia, qui ad Acolytatus Ordinem promoveri cupit, *Cathalogo confratrum* Doctrinæ Christianæ adscriptum, assiduo labore ad Doctrinam Christianam ediscendam, & edocendam incubuisse, & in diebus Dominicis, & festis incumbere. In quorum fidem præsentes testimoniales litteras etiam medio juramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi, hac die...

Ego N. Archipresbyter &c.

ADNOTATIO.

1. CATHALOGO CONFRATRUM. Supponitur in formula, quod in Parochiali Ecclesia reperiatur erecta Sodalitas Doctrinæ Christianæ, quæ juxta monitum Bullæ B. Pii V. erigi debet in omnibus Parochia-

chialibus, & quòd Clerici in albo Confratrum reperiantur descripti, ut possint salutis dogmata alios docere, & condoceri: Cum non tantum indigeant hoc pabulo ligures montani, agrestes, & rudes, sed etiam qui mollibus vestiuntur, & in domibus Regum sunt, ignorantiamque, & caliginem hanc mentibus effusam, longè, latèque diffusam deploremus.

Testimonialis de exercitio Ordinis, & servitio Ecclesiæ.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Clerici qui non deferunt Tonsuram, & Coronam patentem, non debent promoveri.*

Clerici Beneficiati, & in Sacris Ordinibus constituti, si non deferant Tonsuram, & Coronam, peccant mortaliter, ibid.

EGo infrascriptus Parochus &c. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem Acolytatus promoveri cupit, dictæ meæ Ecclesiæ servitio adscriptum, functiones jam susceptorum Ordinum in Habitu Clericali, *& decenti Tonsura*, diebus festis in eadem Ecclesia devotè obiisse. In quorum &c. Datum &c.

N. Parochus N.

ADNOTATIO.

1 ET *DECENTI TONSURA*. Quia non pauci, qui Clericali militiæ nomen dederunt, verentur Clericalem Tonsuram, & Coronam patentem deferre, ac si Dominus, qui eos in partem suam vocavit, hujusmodi texera ignominia vestiret. Ideoque Episcopus si quos inveniat tali carere requisito, abstineat ab impositione manuum donec corrigantur, quia ex hujusmodi defectu magnum indicium oritur eos veram vocationem non habere ad Statum Ecclesiasticum, sed sæcularis Judicii fugiendi causa, & non Deo fidelem cultum præstandi hoc vitæ genus elegisse. Sciantque Clerici Beneficiati, & Sacris Ordinibus initiati, quod si non incedant in Habitu, & Tonsura decenti, & coronam non deferant, peccant mortaliter, ut tenent communiter Abb. *in cap. Si quis de vit. & honest. Cler.* & alii quamplures quos refert, & sequitur Sperell. *decis. 66. nu. 12.* Grass. *dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 3. n. 1. 2. 3.*

Testimonialium Ludimagistri.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Ludimagistri non possunt exercere, nisi ab Episcopo approbati fuerint, etiamsi ab Universitatibus Laicorum fuerint nominati.*

EGo infrascriptus Ludimagister, *qui approbatus*, & emissa fidei professione Grammaticam, seu litteras humaniores doceo in loco N. Diœcesis N. medio juramento fidem facio Clericum N. qui ad minores Ordines N. N. admitti cupit meam Scholam ab anno .... usque ad ... modestè frequentare solitum esse, & bona indole, bonisque moribus præditum, & Christianè educatum esse, ac in litteris proficere. In quorum fidem mea manu præsentes subscripsi, & sigillo meo munivi. Datum hac die.

Ego N. Ludimagister loci N.

AD-

ADNOTATIO.

1 *QUI APPROBATUS*. Potest Episcopus prohibere Ludimagistris exercitium Scholæ, quamvis fuerint nominati à Communitatibus Laicorum, nisi priùs fuerint ab eodem approbati, ut respondit *Sac. Congreg. Concil. in Asculana Apuliæ 28. Julii 1691.*

Denunciationis pro Ordinibus Sacris.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Clerici quando dicantur malæ vitæ, ut debeant ab ordinatione repelli.*

2 *In taxanda quantitate reddituum Beneficii pro titulo Ordinandorum non sunt detrahenda onera Missarum, si Ordinandus donec ascendat ad Sacerdotium pro rata Missarum aliundè habeat undè vivere possit, & num. 3.*

4 *Patrimonium pro Ordinando semel constitutum amplius revocari non potest prætextu, quod fuerit fictitiè donatum.*

5 *Patrimonium constitui potest à Patre, & Fratribus validè, etiamsi nihil donantibus remaneat pro victu.*

6 *Pater non potest donare uni filio Clerico pro patrimonio in præjudicium legitimæ aliorum filiorum.*

ESsendo che il Chierico N. di questa Parochia desideri d'esser promosso al Sacro Ordine del .... à titolo del suo Patrimonio (ò Beneficio, ò Pensione) in conformità del Sac. Concilio di Trento, e dovendosi questo suo desiderio manifestare à tutti. Perciò se alcuno sapesse, che il detto N. habbia qualche canonico impedimento, per il quale sia inhabile al detto Sacro Ordine, cioè che non fosse nato di legitimo matrimonio, ò fosse scommunicato, interdetto, irregolare, inquisito, querelato, processato, condennato, ò havesse altro difetto notabile personale, ò fosse *di mala vita, e costumi*, ò che non legitimamente possedesse il Patrimonio (ò Beneficio, ò Pensione) al cui titolo deve ordinarsi, consistenti in Terreni posti nel Territorio .... vocabolo .... ò che non fosse *di annua rendita libera* di scudi . . . moneta corrente per la di lui congrua sostentatione, ò pure che il sudetto Patrimonio sia sottoposto al fideicommisso, obligato, ipotecato, ò *finto*, simulato, e fiduciario, ò che chi hà costituito il detto Patrimonio sia talmente gravato di debiti, ò pesi personali, *che non li restino altri beni* sufficienti per il sostentamento proprio, e della famiglia: per carità si prega, & in virtù di santa ubbidienza se gli comanda, che lo debba in termine d'otto giorni manifestare à me, acciò possa riferirlo al nostro Illustrissimo, e Reverendissimo Vescovo ò vero al di lui Vicario Generale, accioche non trovandosi nessuno delli sopradetti impedimenti possa il detto N. conseguire il detto Sacro Ordine, e questa è la prima Denuncia.

ADNOTATIONES.

1 *DI MALA VITA, E COSTUMI*. Tunc diceretur promovendus malæ vitæ, & malis moribus imbutus, ut posset repelli ab Ordinum consecutione, si esset solitus arma portare, est enim res Clericis inhonesta *cap. Convenientior 23. quæst. 4.* si Tabernas frequentaret extra occasionem itineris, si publicè aleis luderet, aut aliis ludis prohibitis tempus tereret, si haberet conversationem mulierum, si delectaretur frequenti venatione, Choreis, & commessationibus, si implicaret se negotiis sæcularibus: Circa quæ inquisitio Examinatorum, uc plurimum versari debet.

2. *DI ANNUA RENDITA LIBERA DI SCUDI*. In dignoscen-

scenda sufficientia redditus Beneficii illius, qui Ordines Sacros petit, Episcopi, sivè eorum Vicarii animadvertere debent, quod in calculo introituum, non debent detrahi onera, si quæ habet Missarum, sed inspiciendus erit calculus omnium fructuum, oneribus Missarum non attentis, ad constituendam summam à Synodo, vel consuetudine Diœcesis requisitam: Nisi tamen in fundatione Beneficii cautum esset, quod in casu impedimenti, Beneficiatus teneatur per alium celebrare; & dummodo ordinandus donec ascendat ad Sacerdotium pro rata Missarum aliunde habeat, quo vivere possit, sic enim censuit *Sac. Congr. Conc. in Tiburtina Ordinationis* 8. *Julii* 1690. quam resolutionem confirmavit, & sequi posse declaravit etiam post Bullam novissimam Innocent. XII. ad tollendos abusus ordinandorum editam de mense Novembris 1694. *in Signina Ordinationis* 14. *Aprilis* 1696. *& in Neapolitana, seu Scalen.* 19. *Februar.* 1701. quod valdè notandum videtur pro intelligentia illorum verborum in dicta Bulla *§. Licèt verò contentorum*, ibi -- *detractis oneribus per se sufficiat*: quæ juxtà sensum dictorum Decrectorum referenda sunt ad alia onera, non verò ad obligationem, & onera Missarum.

3. Et cum huic ultimæ Decisioni, (ut verum fatear) meus intellectus non acquiesceret, quia mihi non videbatur consona *Textui Concilii sess.* 21. *cap.* 2. *de Reformation.* neque dictæ Bullæ, nec sententiæ aliquorum DD. nempè Ricc. *prax. for. Eccles. part.* 3. *resol.* 354. *num.* 11. Capon. *discept.* 25. *num.* 26. ex quo Ordinandus poterat ratione absentiæ, irregularitatis incursæ, morbi incurabilis, vel delicti, se impotentem reddere ad celebrandas per se ipsum Missas Beneficio injunctas, & ita per alium oneribus satisfactis, diminutionem redditum pati, & ampliùs ratam pro congrua sustentatione non remanere, & sic dispositioni Concilii, & Bullæ non esse satisfactum: Nihilominus mihi ita opinanti respondebatur, quod lex respicit ad quod frequentiùs accidit, & non ad ea, quæ rarò contingunt, *l. nam ad ea ff. de leg.* Ideoque cum promovendus regulariter per se ipsum satisfacere possit oneribus Missarum Beneficio injunctis, benè verificatum remanet, quod habeat titulum validum, & sufficiens percipiendo integros Bereficii fructus. Cumque sapere non debeamus plusquam oportet, ut monet Apostolus, oraculo Sac. Congregationis standum erit.

4. *O FINTO*. Patrimonium semel constitutum non potest ampliùs revocari prætextu, quod fuerit fictitiè constitutum, & donatum, nec admittitur constituens, aut donans ad allegandam, & probandam fictionem, sed cogitur illud liberè ordinato consignare, sic respondit *Sacr. Congr. Episc. in una Januen.* 6. *Septembris* 1697. *proponente Eminentissimo Colloredo*.

5 *CHE NON LI RESTINO ALTRI BENI*. Hic non absre notandum est, quod Patrimonium Clerici non diceretur fictum, neque fiduciarium, neque insufficiens, si Patri unà cum Fratribus insimul donantibus nihil remaneret pro eorum victu, dummodo donatio sit realis firma, legitimè facta, & tot bonorum, ut fructus ascendant ad summam præscriptam in Diœcesi, prout advertit Nicol. *Iucubr. Can. lib.* 1. *tit.* 11. *post num.* 23. *vers. & quod Patri*. ubi Decretum Congregationis allegat.

6. Quidquid sit quando solus Pater donat uni filio Clerico pro Patrimonio in præjudicium aliorum filiorum, non relicta eis legitima portione, ut distinguit idem Nicol. *Iucubr. Civil. lib.* 2. *tit.* 7. *de donat. inter viv. num.* 15. *vers. immo filius*, Ventrigl. *prax. part.* 1. *adnot.* 42. *§.* 1. *num.* 24.

Testi-

Testimonialium Denunciationis pro Ordinibus Sacris.

FORMULA XIV.

EGo infrascriptus Archipresbyter, &c. fidem facio, ac medio juramento attestor, qualiter vigore litterarum mihi à Reverendissimo D. N. Vicario Generali sub die... transmissarum, Clericum N. ex mea Parochia Sacro Ordine.... in futura proxima ordinatione initiari cupientem ad titulum Beneficii Ecclesiastici sub invocatione N. annui redditus scut..... vel ad titulum Pensionis scut..... sibi reservatæ super..... vel ad titulum Patrimonii consistentis in uno Prædio sito in Territorio... vocabulo... annui redditus scut..... denunciavi, ac illius nomen, & desiderium in dicta mea Ecclesia tribus diebus festivis, videlicet.... inter Missarum celebrationem publicè proposui, promulgatisque iis, quæ impedire possunt, quominus ille ad prædictum Sac. Ordinem promoveri possit, non solum quoad illius mores, & natales, verùm etiam quoad qualitates Beneficii (*seù Pensionis, seù Patrimonii*) singulos monui, ut si quod cognoscerent, atque scirent canonicum impedimentum charitate Christiana, & præcepto obedientiæ ducti ad me deferrent, nullumque fuit oppositum impedimentum.

Testor item eum functiones Ordinum, quos jam recepit, in dicta mea Ecclesia, cui adscriptus reperitur, exercuisse, & tunc, & aliàs semper Clericalem Habitum, & Tonsuram decentem gestasse, Sacramque Eucharistiam primis Dominicis diebus cujuslibet mensis sumpsisse, Doctrinæque Christianæ exercitia frequentasse. Præterea bono testimonio de legitimis ejusdem natalibus, moribus, & vita à fide dignis, diligenti facta inquisitione, commendatur. De ætate verò ex libro baptizatorum sic constat (*& hic ponantur verba libri*) In quorum, &c.

N. Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N.

Si autem Archipresbyter, vel alius Ecclesiæ Parochialis Rector, non valet, seù non vult omnia requisita unica attestatione complecti, tunc poterit uti formulis separatis supra positis pro Ordinibus minoribus, mutatis tantum nominibus, & Ordine. Et si requiratur pro Ordinando in Sacris etiam fides de frequentatione collationum casuum conscientiæ, tunc formula poterit concipi, & extendi sequenti, vel simili modo.

Testimonialium frequentationis conferentiæ casuum conscientiæ.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Conferentiæ casuum conscientiæ fiunt in loco ab Episcopo designato.*
2 *Ad Congregationes casuum conscientiæ coguntur omnes Confessarii Sæculares, cæteri hortantur, & num. 3.*

EGo infrascriptus ad præsidendum disceptationibus casuum conscientiæ fieri solitis ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. nostro Episcopo *in loco N.*

De-

Deputatus, testor Clericum N. ex Parochia N. ad Sacrum Ordinem N. promoveri cupientem, easdem ab anno....usque ad..... continuò cum fructu *spontè* frequentasse. In cujus fidem has præsentes litteras, etiam interposito juramento, manu propria subscripsi, ac sigillo meo munivi. Datum, &c.

Ego N. Præses collationum casuum conscientiæ loci N.

ADNOTATIONES.

1 *IN LOCO N.* Conferentiæ Casuum Conscientiæ, quæ pro Parochorum, & Sacerdotum Ruralium profectu ex dispositione Synodi Diœcesanæ sivè Edicti Episcopi, fiunt in locis Diœcesis, sunt faciendæ in loco ab Episcopo arbitrando, & designando, non attento, quod locus ab Episcopo electus, & ad quem Parochi, & Confessarii etiam Dignitate insigniti debent accedere, & interesse, non sit dignior, & aliis prærogativis supra omnes decoratus, ut bis resolvit *Sac. Congreg. Concil. in Forolivien. Januar.* 1696. & 6. *Julii* 1697.

2 *SPONTE*. Ponitur in formula adverbium istud *spontè* ad ostendendum, quod Clerici, aliique Sacerdotes Sæculares non Confessarii possunt quidem, & debent hortari, sed non cogi ad interessendum Casuum Conscientiæ conferentiis, ut pluries declaravit *Sac. Congr. Concili*, & novissimè *in Civitatis Plebis* 15. *Martii* 1692. in qua collatis Decretis, quæ ad invicem videbantur pugnare, ad Dubium propositum -- *An Episcopus posset compellere Canonicos Confessarios, cæterosque Presbyteros Cathedralis sub pœna pecuniaria, ut accederent ad Congregationem Casuum Conscientiæ*, responsum fuit-- *Posse compellere omnes Sacerdotes Sæculares Confessarios, etiamsi Canonici sint, cæteros autem hortari*.

3 Hæc resolutio, quæ cum antiquis Decretis relatis à Pignatell. *consult.* 18. *tom.* 8. à Panimol. *decis.* 1. *annot.* 18. *num.* 20. concordat, fuit deinde confirmata *à Congregatione particulari Deputata in Vigilien. Synodi* 20. *Maii* 1699. *in responsione ad* 35. *Decretum*, & iterum *in Congregatione generali in Ariminen.* 18. *Julii ejusdem anni*, & prius *in alia Sancti Angeli Bisacciarum* 15. *Aprilis* 1590.

Testimonialis Cancellarii de tit. Beneficii.

FORMULA XVI.

PER Præsentes fidem facio Ego infrascriptus Curiæ Episcopalis N. Cancellarius, Clericum N. qui ad Sac. Ordines promoveri cupit, habere Beneficium Ecclesiasticum in Ecclesia S. N. hujus Diœcesis sub invocatione S. N. erectum, cosistat ex litteris Collationis illi factæ per N. mihi exhibitis, illudque verè, & pacificè possidere, & esse annui redditus scut..... prout Testes super his à me formiter examinati deposuerunt: Testorque Revendissimum D. Vicarium Generalem pronunciasse, & Decreto declarasse, præfatum Beneficium esse sufficiens, ita ut idem N. Clericus ad illius titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, ut constat ex actis meis. In quorum fidem has litteras meo solito signo, meaque manu roboravi Die, &c.

Ità est Cancellarius Episcopalis.

Testi-

Testimonialis ejusdem de tit. Pensionis.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus non potest ordinare suum familiarem triennalem ad titulum Pensionis, nec Patrimonii pro utilitate Ecclesiæ, sed requiritur Beneficium, & num. 2.*

3 *Potest ad titulum Pensionis, & Patrimonii ordinare Viros doctos, vel nobiles probatæ vitæ, quia his indiget Ecclesia.*

PRæsentibus litteris fidem facio Ego infrascriptus Curiæ Episcopalis N. Cancellarius, Clericum N. *loci N. hujus Diœcesis*, qui ad Sacros Ordines promoveri cupit, habere Pensionem annui redditus scut..... super Beneficio Ecclesiastico N. in Ecclesia N. sub tit. N. prout constat ex litteris ipsius Pensionis expeditis Romæ sub datum ... mensis ... anno .. mihi originaliter exhibitis, eique dimissa copia collationata, restitutis, illamque verè, & pacificè exigere, & possidere, prout Testes super his à me formiter examinari deposuerunt, & apparet in actis meis. Testorque Reverendissimum D. Vic. Generalem Decreto suo pronunciasse Pensionem præfatam esse sufficientem, ita ut idem N. ad illius titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, quatenus Illustrissimo, & Reverendissimo D. nostro Episcopo, *utilitate, vel commoditate Ecclesiæ* videatur promovendus. In quorum &c. (*ut suprà.*)

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 LOCI N. HUJUS DIÆCESIS. Exteri, qui pensionem obtinuerunt super aliquo Beneficio Diœcesis Episcopi Ordinantis, non efficiuntur subditi ad effectum, ut illis Sacros Ordines sine Dimissoriis proprii Ordinarii conferre valeat, neque prætextu utilitatis Ecclesiæ, neque familiaritatis triennalis: sed attenta præsertim Bulla Innoc. XII. de qua supra in adnot. Formulæ XIII. mentionem fecimus, exigitur Beneficium in propria Diœcesi, ut declaravit, *Sac. Congr. Concil. in Tricaricen. 27. Julii 1697.* in qua proposito Dubio -- *An stante novissima Constitutione Sanctissimi D. N. possit Episcopus familiarem triennalem ad titulum Patrimonii promovere ad Sac. Ordines ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ nullo collato Ecclesiastico Beneficio:* respondit: *Negativè*: & est contra Garz. *de benef. par. 2. cap. 5. num. 81.* Barbos. *in summ. decis. Apostol. collect. 353. num. 14.* Tondut. *de pens. cap. 34. num. 5. 6. & 16.*

2 Et quod dicitur de Patrimonio procedit in titulo Pensionis, quia hæc nullum habet jus spirituale annexum, sed consistit in mera temporalitate, sicuti Patrimonium, & utrumque significat *Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. de refor.* quidquid dicendum esset, præcisa dicta Bulla de familiari triennali, juxta sensum antiquarum declarationum *Sac. Congr. Concilii supra d.c. 2. sess. 21. & sess. 23. cap. 9. de reform.*

2 PRO UTILITATE VEL COMMODITATE ECCLESIÆ. Prosequendo explicationem clausulæ præcedentis, advertitur hic, quod titulus Pensionis non recipitur nisi servata forma *Concilii Trid. cap. 2. de refor.* innovata (ad tollendos abusus quamplurimorum Episcoporum, qui passim sine delectu admittebant absque ulla Ecclesiæ utilitate, vel necessitate ordinandos ad titulum Pensionis, & Patrimonii) à Sanctissimo terque Maximo Pontifice Innocent. XI. *Decreto S. Congr. Concilii sub datum Romæ 3. Martii 1679.*

3 Necessitas autem, vel saltem utilitas Ecclesiæ pro admittendo Patrimonio, vel Pensione regulariter concurrit, & altera adesse censetur, quoties agitur

agitur de promovendo Viro docto, vel nobili probatæ vitæ, & integritatis, quibus valdè indiget Ecclesia, *cap. super specula de præb. cap. cum ex eo de elect. in 6.* Ricc. *prax. for. Eccles. tom. 3. resolut. 457. num. 3.* Ventrigil. *prax. par. 2. adnot. 44. §. unico num. 29.* quod nota pro captando arbitrio Episcoporum, qui non semel rerum cortici hærendo, excusatione deficientiæ Beneficii, etiam hos ab ordinatione repellunt.

Testimonialis ejusdem de titulo Patrimonii.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Patrimonio constituto cum conditione, quod reverti debeat ad donantem, quoties ordinatus acquirat alia bona ad victum sufficientia, non revertitur sine Decreto subrogationis Episcopi, & num. 2.*

3 *Patrimonium non potest ab Ordinato alienari, quamvis habeat alia bona unde vivere possit sine licentia Epis.*

4 *Patrimonii possessio non sufficit, nisi percipiantur fructus.*

PEr præsentes testimoniales litteras omnibus fidem facio Ego infrascriptus, me die ... mensis ... anno .... rogatum fuisse de *assignatione, & constitutione* Patrimonii facta R. N. Clerico N. à N. quod consistit in .... & est annui redditus pro parte Domicali scut .... fidemque facio dictum Patrimonium à Reverendissimo D. Vicario Generali hujus Curiæ fuisse approbatum, itaut ad titulum illius d. N. ad Sacros Ordines promoveri valeat, si ita videbitur expedire Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo. Insuper testor supradictum N. verè, & pacificè dictum Patrimonium possidere, *& fructus percipere* prout Testes super prædictis à me examinati deposuerunt; & de omnibus plenè constat ex actis meis. In quorum &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

Si autem Instrumentum constitutionis Patrimonii non esset rogatum ab ipsomet Cancellario, sed ab alio Notario, tunc in formula testetur de exhibitione Instrumenti mutatis mutandis.

ADNOTATIONES.

DE *ASSIGNATIONE, ET CONSTITVTIONE.* Sæpè in constitutione Patrimonii solet apponi conditio, quod si ordinandus esset provisus post ordinationem quandocunque de Beneficio, vel bona aliunde acquireret, ex quibus commodè vivere posset, tunc, & eo casu Patrimonium reverti debeat ad constituentem, vel ejus hæredes, quæ tamquam licita est admittenda, & servanda, ut tradunt Garz. *de benef. par. 2. cap. 5. num. 169.* Nicol. *lucubr. can. lib. 1. tit. 11. num. 23. vers. limita secundò.*

2. At per simplicem acquisitionem Beneficii Ecclesiastici, sivè aliorum bonorum, non extinguitur titulus Patrimonii antea assignati, nec perdit exemptionem à gabellis, neque revertitur ad constituentem: Sed est necesse quod ab Episcopo sivè ejus Vicario Generali, Beneficium (utcunque ad victum sufficiens) sivè bona per ordinatum acquisita specificè subrogentur ad instantiam ordinati, aut aliorum interesse habentium loco Patrimonii, cum ad eumdem Episcopum spectet recognoscere, an Beneficium, sivè bona ordinato perventa sint tuta, & sufficientia ad congruam illius sustentationem, ut rejecta contraria sen-

sententia, quam tenent Garz. *de benefic. part. 2. cap. 5. n. 186.* & alii, apud Bonacin. *de Sacram. Ordin. disp. 8. par. 5. n. 41.* firmant de veriori Barbos. *de off. & potest. Episcop. alleg. 19. num. 90.* Nicol. *lucubr. can. lib. 1. tit. 7. de renunc. num. 5.* Ventrigl. *prax. part. 1. adnot. 42. §. 2. num. 3.* ubi quod hæc sententia in praxi servatur, Panimol. *dec. 6. annot. 3. num. 6.* ubi Decretum *Sacr. Congr. Immunit. allegat. ead. Sacr. Congreg. in Firmana 10. Julii 1540. lib. 3. decret. fol. 123. Civitatis Castelli 5. Maii 1648. lib. 4. fol. 49. à tergo.*

3. Et hinc evenit, quod bona in Patrimonium assignata alienari, nec distrahi per ordinatum non possint, quamvis assecutus fuerit Beneficium, vel alia bona sufficientia pro sua congrua sustentatione, antequam sequatur Episcopi subrogatio, & licentia, ut probant mox allegatæ auctoritates; quod est notandum, quia non pauci falluntur.

4. *ET FRUCTUS PERCIPERE.* Non sufficit nuda, & sterilis possessio Patrimonii, ad cujus titulum quis promovetur, sed debet esse pacifica, & cum perceptione fructuum, Ventrigl. *prax. par. 1. annot. 4. 2. §. 1. n. 8.*

Testimonialium de Ordinibus collatis.

FORMULA XIX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ordinando exterum debet in Testimonialibus mentionem facere de litteris Dimissoriis.*

2 *Et exprimere titulum, ad quem promovit, si contulit Sacros Ordines.*

3 *Vltramontanos non ordinat, nisi ad Formam Constitutionis Vrb. VIII.* Secretis, *etiam si permaneret in Collegiis Italiæ.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis præsentes nostras testimoniales litteras visuris, & lecturis fidem indubiam facimus, & testamur qualiter Nos die ..... mensis .... anni... Sabbatho quatuor temporum, generalem ordinationem habentes in nostra Ecclesia Cathedrali inter Missarum solemnia, dilectum in Christo N. (*Cum litteris Dimissorialibus*, sui Ordinarii, *si est exterus*) examinatum, approbatum, idoneumque repertum, per Examinatores à Nobis deputatos, ad Ordinem (*si Ordo est sacer exprimat titulum ad quem ordinavit*) ..... juxtà Ritum S.R.E. & *servata forma* Sacr. Concil. Tridentin. ac Decretorum Sacr. Congregat. in Domino ritè promovimus. In quorum &c. Datum die....

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *CVM LITTERIS DIMISSORIALIBVS.* Quando ordinandus est exterus, semper Episcopus in Testimonialibus debet exprimere Ordinem contuliſſe vigore litterarum Dimissorialium, de quibus si postmodum non appareat, adhuc ordinanti credendum esset, ut respondit *Sacr. Congregat. Episcop. in Tarraconen. 29. Octobris 1592.*

2. *SERVATA FORMA*. Si verò Episcopus conferat Ordinem Sacrum, debet pro forma in Testimonialibus exprimere titulum, ad quem promotum ordinavit, ad litteram Text. *in cap. si Episc. de præb. in 6.*

3. Et si agatur de Ultramontanis, Ordines conferre non debet, nisi illorum Dimissoriæ sint recognitæ, & approbatæ per Nuncios, seu Collectores Apostolicos, ad præscriptam formam Constitutionis 35. Urbani VIII. *Secretis*, quamvis ordinandi permanerent in Collegiis Italiæ, *Sac. Congreg. Concil. in Bonon.* 15. *Martii* 1692. Indultum speciale non haberent.

Testimonialium Collationis primæ Tonsuræ extrà tempora.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 *Ordines minores possunt conferri extra Missam etiam ab Episcopo non jejuno.*
2 *Ordinandi non est necesse, quod examinentur ab Examinatoribus Synodalibus.*
3 *Clerici in ordinatione debent adscribi servitio Ecclesiæ, & n. 4. 5. 6. & 7.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis præsentes nostras testimoniales literas inspecturis notum facimus atque testamur, qualiter Nos die . . . mensis . . . anni . . . . particularem ordinationem celebrantes *in Cappella* . . . Dilectum in Christo N. omnia requisita habentem, examinatum per nostros *Examinatores deputatos* idoneumque repertum, prima Clericali Tonsura initiavimus juxta ritum S. R. E. & servata forma Sac. Concil. Trid. eumque *servitio Ecclesiæ N. adscripsimus*. In quorum omnium fidem præsentes nostra manu subscripsimus, nostrique sigilli impressione muniri jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *IN CAPPELLA*. Nulla fit mentio in hac testimoniali de celebratione Missæ, sed dicitur ordinationem fuisse factam in Cappella N. ad demonstrandum, quod exceptis Ordinibus Sacris, qui de necessitate præcepti in Missa conferuntur, *cap. quod sicut de elect.* tam Prima Tonsura, quàm etiam minores Ordines possunt absque Missa conferri, etiam à non jejuno, ut docent duo practici Episcopi, Piasec. *prax. Episc. par. 1. cap. 1. art. 9. num. 6.* Ventrigl. *prax. part. 1. adnotat. 44. §. unico num. 8.*

2. *EXAMINATORES DEPVTATOS*. Non est necesse, quod Episcopus in examine ordinandorum adhibeat Examinatores Synodales, sed potest aliis viris peritis hoc munus demandare, *ad Tex. clarum Concil. sess. 23. cap. 7. de reform.*

3. *SERVITIO ECCLESIÆ N. ADSCRIPSIMVS*. In promotione Clericorum mandat *Concil. Trid. sess. 23. cap. 16.* quod Episcopus illos tantum assumat, quos utiles, & necessarios pro sua Ecclesia judicabit: & hinc oritur, quod servitio alicujus Ecclesiæ tempore collati Ordinis debeant adscribi, quicquid dicat in contrarium, Garz. *de benef. part. 2. cap. 5. num. 103.* ubi asserit, quod hæc adscriptio non sit in usu.

4. Nam iste non usus si fortè juxtà assertionem Garz. in aliquo Episcopatu irrepsit,

repsit, hoc evenire potuit ex incuria Episcoporum, quorum negligentia Concilii dispositionem non abrogat: Cum enim Concilium adscriptionem hanc fieri demandet non semel, nec perfunctoriè, sed seriò, imperativè, & in tota ferè *sess.* 23. *de Reform.* sequitur, quod non usus non sit allegabilis propter clausulam sublatam, & decretum irritans, quod continetur in quolibet capite Concilii, ut notat Card. de Luc. *adnot. ad Concil. disc. 1. num. 16. & de jurisd. dec. 42. n. 5.* Rot. coram Dunoz. Jun. *dec.* 899. *num.* 7.

5. Præterea erronea suppositio Garz. destruitur ex resolutionibus Sac. Congregationis, quibus firmatur, quod Clerici, qui in ipsa Ordinum susceptione reperiuntur adscripti alicujus Ecclesiæ servitio, aliqua competenti mercede assignata, possint compelli ad serviendum, qui verò non fuerunt adscripti, debeant adscribi, secundum necessitatem Ecclesiarum, & si recusent, privari debeant privilegiis Clericalibus, ut videre est apud Nicol. *Lucub. can. li. 1. t. 22. n. 3. 4. & per tot.* & iterum apud Pignatell. *cons.* 56. *tom.* 3. qui Nicolio non citato eadem Decreta licèt ordine inverso transcribit.

6 Immò quod Episcopo non adscribente, teneatur Clericum petentem adscribere servitio Ecclesiæ, probat Barbos. *in sum. decis. Apostol. Collect.* 45. *nu.* 1. Hinc- que patet, quàm dissonum sit, & à veritate alienum, quod per non usum sanctio Conciliaris circa adscriptionem Clericorum servitio Ecclesiæ utilitate plena, in desuetudinem abierit.

7. Idcirco Episcopus peracto examine Ordinandorum, habitaque notula ab Examinatoribus omnium approbatorum, illam in libro Ordinandorum ad id per Cancellarium parato, secundum Ordinum dignitatem conscribi faciat, & immediatè subsequens subscribat Decretum.

Decreti adscriptionis Clericorum servitio Ecclesiæ.

FORMULA XXI.

SUMMARIUM.

1 *Post ordinationem debet publicari Decretum adscriptionis Clericorum servitio Ecclesiarum.*

Nos N. Episcopus N.

ORdinationem generalem in hac nostra Cathedrali Ecclesia die crastina Deo dante habituri, supra descriptos tamquam utiles, & necessarios pro servitio Ecclesiarum nostræ jurisdictioni subjectarum, idoneosque, & habiles in examine repertos, ad primam Clericalem Tonsuram, Ordines minores, & majores respectivè promovere in Domino statuimus. Quocirca Decretis Sac. Concilii Trid. inhærentes, nunc pro tunc, & quando ordinati, & promoti jam fuerint, sciant eos (qui aliàs adscripti non sunt) fuisse, & esse per Nos adscriptos servitio infrascriptarum Ecclesiarum, in quibus, & alibi ubi jam adscripti forsan aliàs fuerunt, saltem diebus festis inservire, & functiones suorum Ordinum exercere debebunt, prout præsenti nostro Decreto (immediatè *post ordinationem publicando*) adscribimus, & illis inservire, & functiones Ordinum fungi mandamus, videlicet

N. N. Clericus Primæ Tonsuræ Ecclesiæ Parochiali N. loci N.
N. N. Clericus Acolytus Ecclesiæ Collegiatæ N. loci N.
N. N. Subdiaconus Ecclesiæ Collegiatæ N. loci N.
N. N. Diaconus servitio Ecclesiæ Cathedralis.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 *POST ORDINATIONEM PVBLICANDO.* Debet supradictum Decretum adscriptionis publicari post ordinationem, ut promoti sciant in qua Ecclesia inservire, & functiones Ordinum ad præscriptum Concilii de mandato Episcopi exercere debeant, & postea in unaquaque Ecclesia, quæ habet Clericos servitio adscriptos, Tabella eorundem retineri in loco visibili: & ne de eorum adscriptione valeant ignorantiam allegare, fiat de ea mentio in Testimonialibus collationis Ordinis, ut in formula. Si quis autem illorum (ignorando humilitatem status sui) intumescat, & dignitatem non merito, sed divitiis existimet, Ecclesiæque inservire erubescat, pars hæreditatis ejus transibit ad alienos.

Testimonialium Collationis Ordinum vigore Brevis Apostolici.

FORMVLA XXII.

SUMMARIUM.

1 *Indulta Apostolica recipiendi extra tempora Ordines Sacros dispositionem Sac. Conc. Trid. de non ordinandis ad titulum Patrimonii non relaxant.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

PER præsentes cunctis testamur, qualiter Nos vigore Brevis Apostolici sub datum Romæ.... legitimè recogniti, & sub die.... Nobis exhibiti in nostra Cathedrali Ecclesia dilectum Nobis in Christo N. Dominica, quæ fuit prima mensis ... ad Subdiaconatus, die verò .. quæ fuit festum S. N. ad Diaconatus, & postremò die Dominica, quæ fuit.... ad Presbyteratus Sacros Ordines inter Missarum solemnia adhibitis solemnitatibus juxtà ritum S. R. E. & servata forma *Sac. Conc. Trid. ad titulum sui Beneficii* ritè promovimus. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 *AD TITULUM BENEFICII.* Indulta Sedis Apostolicæ recipiendi extra tempora Ordines Sacros, dispositionem Sacr. Concil. Trid. de non ordinandis ad titulum Patrimonii, seu Pensionis, nisi ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, non relaxant, prout declaravit Congregatio Deputata ab Innoc. XII. in Decreto super reformatione Indultorum emanato 14. Decemb. 1693. quo Episcopi ad executionem hujusmodi Indultorum minimè adstringuntur: quod denuo probavit idem Pontifex in Constitutione pro tollendis abusibus ordinandorum edita de mense Novembris 1694.

Testimonialium Ordinationis non habendæ.

FORMULA XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus ordinando Regulares, qui non sunt Diœcesani, debet exigere Attestationem impedimenti Diœcesani Episcopi.*

2 *Pœna privationis Officii, & vocis, quando incurratur ante sententiam declaratoriam n. 3. & 4.*

Uni-

UNiversis, & singulis præsentes litteras testimoniales inspecturis, notum facimus, & testamur qualiter in proximis quatuor temporibus futuri mensis . . . in hac Civitate N. neque in alio loco Diœcesis ob adversam valetudinem (*sivè aliud impedimentum, vel absentiam*) Illustrissimi, & Reverendissimi D. mei Episcopi, Ordinationes *non celebrantur*. In quorum fidem &c. Datum &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 NON CELEBRANTUR. Hæc testimonialis debet exigi à Regularibus, quando petunt ordinari ab alio Episcopo, quàm Diœcesano, à quo solo juxta Decretum Sac. Congr. Concilii jussu, & approbatione Clementis VIII. editum, (de quo in formula indictionis Ordinationis habendæ supra mentionem fecimus) promoveri possunt, & debent.

2. Etenim non semel accidit (expertus loquor) quod hi ad effugiendum examen Episcopi Diœcesani, quem rigorosum timent, & ab eo reprobari reformidant, mitiorem, & indulgentiorem exquirant, illumque propterea absentem à Diœcesi, vel infirmum, aut impeditum, & Ordinationem non tenentem effingere non verentur, neque dubitant.

3. Et hoc faciunt quia eorum Provinciales, & Superiores de absentia, aut impedimento Episcopi Diœcesani, (prout tenentur ad formam dicti Decreti) nullam mentionem faciunt in litteris Dimissorialibus, sed illas dirigunt Diœcesano cum clausula illa æquivoca -- *vel eo impedito ad quemlibet alium*, ut videre est in formulis Dimissorialibus à Lantusch. extensis, & relatis *in suo Theatr. regular. in verb. ordo*. Et sic ordinandi Decretum Apostolicum facilè eludunt, & Superiores pœnas in eo comminatas parvi faciunt, innixi sententiæ in ore ferè omnium Authorum Regularium positæ, quod pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda in lege superioris imposita, & contenta, non obliget in conscientia ante sententiam declaratoriam super commisso crimine, de qua latè Passerin. *de elect. cap. 25. quæst. 51. per tot.*

4. At falluntur, quia ubi crimen, & legis transgressio est notoria, ut in hac facti specie, declaratoria Judicis non requiritur, ut de communi testatur Fagnan. *in c. quod à Prædecessore n. 68. de Schismat.*

Testimonialis Cancellarii Ordinationis habitæ.

FORMULA XXIV.

EGO Cancellarius Curiæ Episcopalis N. infrascriptus. Universis, & singulis per præsentes fidem indubiam facio, atque attestor, qualiter Illustrissimus, & Reverendissimus D. N. Episcopus N. die . . . . quatuor temporum mensis . . . in Cathedrali Ecclesia N. existens, præsentibus ibidem RR. DD. Dignitatibus, & Canonicis Capituli, aliisque Presbyteris inter Missarum solemnia, generalem Ordinationem celebrando juxta ritum S.R.E. & adhibitis solemnitatibus consuetis, servatisque Sac. Concil. Trid. Decretis, & Sac. Canonum Con-

Constitutionibus, aliisque de jure servandis, infrascriptos ad minores, & majores Sacros Ordines ritè promovit, & ordinavit, videlicet

Ad primam Clericalem Tonsuram.

N. N. & N. N.

Ad Ostiariatus Ordinem.

N. N.
N. N.

Ad Lectoratus Ordinem.

N. N.
N. N.

Ad Subdiaconatus Ordinem.

N. N.
N. N.

Ad Presbyteratus Ordinem.

N. N.
N. N.

Prout latiùs ex libro Ordinandorum in hac Cancellaria legaliter retento constat. In quorum fidem &c. Datum &c.

Ità est N. Cancellarius Episcopalis N.

TITULUS IV.

De Litteris Dimissorialibus, Commendatitiis, & Testimonialibus.

Litterarum Dimissorialium pro prima Tonsura.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *In Regno Neapolitano Dimissoriæ diriguntur ad certum Episcopum.*
2 *Dimissoriæ, ut quis possit promoveri à quocunque, non sunt concedendæ sine justa causa.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo &c.

UT tu, qui legitimis es procreatus natalibus, Sacramento Chrismatis delibutus, bonis moribus ornatus, fidei, legendi, & scribendi erudimentis imbutus, & ætate legitima constitutus, *à quocunque* Illustrissimo, & Reverendissimo D. Antistite ritè, & canonicè promoto, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente; quem ideò adire malueris, ad primam Clericalem Tonsu-

ram

ram initiari, eamdemque recipere possis, & valeas, *attenta nostra absentia* à Diœcesi, tenore præsentium, licentiam concedimus in Domino, & Impertimur. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

ADNOTATIONES.

1 *A QUOCUMQUE*. Dimissoriæ ut quis à quocunque Antistite possit ordinari, non conceduntur ordinandis Regni Neapolis, sed illuc debent concedi directæ certo Episcopo juxta Decretum Gregorii XV. emanatum de anno 1623. de quo mentionem fecimus in Edicto pro ordinatione habenda, & illud refert Nicol. *lucubr. can. lib. 1. tit. 11. de tempor. ordin. num. 34. ubi n. 37. & 38.* decisum testatur, quod hoc Decretum non comprehendat Regulares, neque ordinatos in Sacris vigore Brevis, neque exteros, qui possunt ab Episcopis Regni ordinari cum Dimissoriis suorum Ordinariorum, licèt non sint directæ ad certum Episcopum.

2 *ATTENTA NOSTRA ABSENTIA*. Litteræ Dimissoriales cum facultate promovendi à quocunque concedendæ sunt ex justa, & rationabili causa, quæ debet exprimi in ipsis litteris, ut mandat *Concil. Trid. cap. 11. sess. 7. de reformat.* & monet Piasec. *prax. Episc. par. 1. cap. 1. art. 2. num. 12. & 17.* Hic autem in formula exprimitur causa absentiæ, quæ legitima reputatur, Barbos. *in Sum. decis. Apostolic. collect. 155. n. 3. verb. Dimissoria*, & *collect. 254. n. 4.* Passerin. *in cap. cum nullus n. 137. de tempor. ordin. in 6.*

Litterarum Dimissorialium absenti concessarum.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 *Dimissoriæ pro Ordinibus minoribus aptiùs conceduntur cum clausula* -- Episcopo N. ordinationes tenente, *quàm cum alia* -- Pontificalia exercente.
2 *Dimissoriæ debent concedi ad tempus.*
3 *Absentibus per longum tempus conceduntur Dimissoriæ absque morum testimonio.*
4 *Dimissorias absentibus non arctatis Episcopus non compellitur concedere, & n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Quid virtute, & scientia præditis?*

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

UT tu à nostra Diœcesi studiorum causa absens, qui legitimis es procreatus natalibus, morum probitate ornatus, ætate legitima, ac in Clericali Tonsura constitutus, nulloque, quod sciamus, Canonico impedimento, quo minus ad Ordines promoveri possis, reperiris detentus, ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. N. in propria, vel aliena Diœcesi, de Ordinarii loci licentia, *Ordinationes tenente*, ad Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolytatus minores Ordines promoveri possis, & valeas (dummodo quoad litteraturam idoneus reperiaris; super quo conscientiam

Ordinantis oneramus (, *& intra sex menses præsentibus utaris*, & non aliàs) *tua absentia non obstante*, licentiam, & facultatem utrique concedimus. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *ORDINATIONES TENENTE.* Solent ut plurimum Episcopi in litteris Dimissorialibus etiam pro solis minoribus ordinibus concessis, apponere hæc verba--*in propria, vel aliena Diœcesi de Ordinarii loci licentia Pontificalia exercente*, non advertentes, quod in collatione ordinum minorum, ut supra probavi, non est necesse, quod Episcopus exerceat Pontificalia solemniter: Unde ad removendum dubium, quod posset non insipidè excitari, an scilicet verba--*Pontificalia exercente*, reddant licentiam conditionalem necnè, adeo ut non possit dici legitimè ordinatus, si ab Episcopo Pontificalia non exercente dimissus esset promotus; mihi aptiora visa sunt verba in formula expressa-*Ordinationes tenente*, quę complectuntur utrumque modum.

2. *ET INTRA SEX MENSES PRÆSENTIBUS UTARIS.* Sicuti Episcopus potest Dimissorias jam concessas revocare, ut dicit Biss. *Hierurg. litt. D. verb. Dimissoriæ* §. 31. ita poterit pro tempore limitato duorum, quatuor, & ad summum sex mensium illas expedire. Cum enim Dimissoriæ contineant testimonium de vita, & moribus, quibus præditi esse debent ordinandi, si post illarum concessionem tantum temporis effluxerit, quod sufficiat ad probabiliter dubitandum mores fuisse mutatos, non essent amplius ab Ordinante admittendæ, nisi aliundè constaret de continuatione prorum morum, alioquin illas admittens se exponeret periculo ordinandi indignum, ut advertit Pasqualig. *ad Laurer. de franc. contr. part. 1. num. 278.*

3. Et propterea absentibus per longum tempus antequam Episcopus Dimissorias concedat, vel deberet quoad mores certum testimonium habere ab Ordinario loci ubi morati sunt, vel in litteris (& hoc tutius erit) nullam de moribus fidem facere, & solum dicere, quod Ordinandus est legitimis parentibus natus, in legitima ætate constitutus, non contumax, nec censuris irretitus, quod sciatur, quo verò ad mores, propter illius longam absentiam nullum testimonium reddere posse, ut docent Januen. *prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 81. n. 4. Sac. Congr. Concil. 28. Aprilis 1575.*

4. *TUA ABSENTIA NON OBSTANTE.* Hic dubium moveri potest. An scilicet Episcopo absentibus Dimissorias concedere recusantes, sit locus recursui, sive appellationi, adeo ut Episcopus possit à Metropolitano, aut Sac. Congregatione compelli? super quo accipe sequentia.

5. Nicol. *in flosc. verb. Dimissoriæ n. 6.* ex Decreto Sac. Congregationis Episcop. tenet, quod Dimissoriæ non sint denegandæ degentibus in Urbe.

6. Fagnan. *in cap. ad aures nu. 22. de tempor. ordin.* ex quadam declaratione Gregor. XIII. tradit, quod Ordinario recusante quem ordinare, & causam legitimam recusationis, non allegante committi soleat per Datariam Metropolitano, vel viciniori facultas recusatum ordinandi; ex motivo, quod Ordines absque legitima causa nemini denegari debeant, & cum Fagnano concordat Nicol. *lucubr. can. lib. 1. tit. 11. de temp. ordinat. n. 12. vers. praxis.*

7. Tondut. *quæst. benef. tom. 2. cap. 127. num. 1.* docet, quod Episcopo recusante prætextu non juridico Clericum Beneficiatum examini paratum se exponere, ad

Sacros

Sacros Ordines promovere, eoque appellante ad Superiorem, committatur viciniori illius ordinatio: & hanc praxim ad Clericum non Beneficiatum extendit Passerin. *in cap. cum nullus n.* 138. *in fin. de tempor. ordin. in* 6.

8. *Sac. Congreg. Concilii in una Majoricen. Ordinationis*, in qua quidam Clericus degens in Urbe adversus denegatus Dimissorias ab Ordinario recursum porrexerat, ut Episcopus cogeretur ad illas transmittendas, die 14. Januarii, & 4. Martii 1690. rescripsit, *lectum*.

9 *Sac. Congreg. Episc. & Regul.* recursui Nicolai Resta laici Brundusini præsentati ad Beneficium Jurispatronatus, adversus Archiepiscopum, qui ad primam Clericalem Tonsuram eum promovere recusabat 31. Augusti 1691. rescripsit -- *Ad Archiepiscopum, ut initiet Oratorem in casu de quo agitur intra mensem, & quatenus non initiaverit, initietur à quocumque servatis servandis*.

10 *Item eadem Sacr. Congregatio in alia Montis Falisci* appellante Clerico Candelori 26. *Septembris* 1696. *& in Calaguritana* recurrente Clerico Dominico Frexenda in Urbe commorantibus, adversus denegationem litterarum Dimissorialium suorum Ordinariorum, recursus omnino, & absolutè rejecit.

11. Ex quibus resolutionibus (quicquid dixerunt supracitati DD.) regula constitui potest, quod quando agitur de aliquo modo arctatis, Beneficio provisis, vel in Sacris constitutis, Dimissoriæ absentibus denegari non debent, si non adsit aliquod canonicum impedimentum; & quatenus Episcopus deneget, datur ad Superiorem recursus, & tunc intrat doctrina Tonduti.

12. Si verò agatur de his, qui ex devotione, & ex mera libera voluntate, & motivo cupiunt ordinari, & tunc nec ordines conferre, nec Dimissorias concedere Episcopus compellitur: quia *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 2. *de refor.* hos ordinari non deberi decernit, nisi Episcopus assumendos esse pro utilitate Ecclesiæ judicaverit: si ergo arbitrium, quod habet, justè, & cum causa non interponat, Deum solummodo Judicem habebit, Barbos. *de Offic. & pot. Episc. alleg.* 4. *n.* 66. hancque distinctionem veram esse, & servandam tenet quoque Card. de Luc. *de Benef. disc.* 71. *n.* 3. *& seqq.*

13. Censeo tamen, quod Episcopi, qui absentibus moribus, scientia, & virtute præditis, quamvis non arctatis, neque Beneficio provisis, Dimissorias denegant, non sint laudandi, quia tunc irrationabiliter arbitrio abutuntur, quod semper etiam liberò, & absolutè concessum regulari debet ad normam boni viri, ut dixit Rot. *decis.* 188. *num.* 31. *par.* 17. *rec.* & quod propterea pro his justè illorum dissensum Superior supplere possit, & arbitrium interponere.

Litterarum Dimissorialium pro Ordinibus Sacris.

FORMULA III.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

TIbi Dilecto Nobis in Christo N. de loco N. nostræ Diœcesis, legitimis natalibus procreato, in Acolitatus Ordine, & ætate legitima vigintiduorum inceptorum constituto, morumque probitate, & scientia ornato, in Ecclesia N. Parochiali ex præscripto Sac. Concil. Trid. proclamato, ab Examinatoribus nostris deputatis idoneo reperto, & approbato, aliisque à jure requisitis prædito, nullaque censura Ecclesiastica, aut alio canonico impedimento (quod sciamus) innodato, ut ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. N. Episcopo N. in propria Diœcesi Pontificalia exercente, Statutis à jure temporibus, ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem, ad titulum tui sufficientis Patrimonii, de quo legitimè in nostra Curia

Curia constare fecisti (ad quem titulum te admittimus pro necessitate Ecclesiæ N.) promoveri possis, & valeas, attenta nostra absentia à Diœcesi, facultatem in Domino concedimus, & impertimur. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

Litterarum Dimissorialium pro omnibus Ordinibus Sacris pro in Urbe, vel alibi commoranti.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Dimissoria directæ Eminentissimo Cardinali Vicario Urbis, expediuntur sine clausula* -- super quo conscientiam Ordinantis oneramus, *& quare.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis &c. Episcopus N.

TIbi Dilecto Nobis in Christo N. legitimis natalibus procreato, in Acolytatus Ordine, & ætate legitima viginti quatuor annorum completorum constituto, morumque probitate ornato, in Ecclesia Parochiali N. ex præscripto Sac. Concil. Trid. proclamato, nullaque censura Ecclesiastica, aut alio canonico impedimento innodato (quod sciamus) aliisque à jure requisitis prædito, ut ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali N. Urbis Vicario, sive illius Illustrissimo, & Reverendissimo D. V. Gerenti in eadem Urbe, vel Diœcesi propria Pontificalia exercente, statutis à jure temporibus, ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines debitis servatis interstitiis, aut illis non servatis, cum dispensatione tamen Apostolica, ad titulum tui sufficientis Patrimonii, de quo legitimè in nostra Curia constare fecisti (ad quem titulum Te admittimus pro utilitate nostræ Cathedralis) promoveri possis, & valeas, licentiam, & facultatem in Domino impertimur, & concedimus, dummodo tamen quoad litteraturam *idoneus, & habilis reperiaris*, cum Nos propter tuam absentiam à nostra Diœcesi, de ea cognoscere nequiverimus. Volentes etiam, ut tu postquam fueris ordinatus præcipuè in Ordine Presbyteratus, exhibere tenearis in nostra Cancellaria Testimoniales litteras tuæ Ordinationis infra mensem sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, Nobis reservata. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIO.

1 IDONEUS, ET HABILIS REPERIARIS. In litteris Dimissorialibus, quæ diriguntur Eminentissimo Cardin. Vicario Urbis, post clausulam -- *dummodo idoneus, & habilis reperiaris*, non additur altera -- *super quo conscientiam Ordinantis oneramus*; quia propter reverentiam debitam Cardinalibus, quibus nec Papa rescribendo, vel causas delegando jubet, ut justitiam faciant, sed tantùm ut audiant, & decidant, omittitur, ne per talem clausulam illi injuriam inferri videatur, ut observat Zecch. *de republ. Eccles. tit. de Stat. Cardinal. num.* 9. *privil.* 11. Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 37.

Litterarum Dimissorialium pro commoranti in Diœcesi.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Dimissorias sunt expediendæ cum expressione causæ.*

2 *Dimissoriæ nominatim per Episcopum defunctum concessæ possunt expediri per Vicarium Capitularem, etiam intra annum Sedis vacantis.*

Dimissorialium gratia non expirat morte concedentis, nisi per successorem revocetur, ibid.

3 *Dimissoriæ an necessario concedendæ sint in scriptis, & n.* 4.

5 *Dimissoriæ absolutè concessæ pro omnibus Ordinibus, non comprehendunt Ordines Sacros, nisi exprimantur.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c. Ut tu, qui legitimis es procreatus natalibus, morum probitate ornatus, in ætate legitima constitutus, ad Hostiariatus, & Lectoratus minores Ordines jam promotus, & quoad scientiam, & alia requisita per Nos, & Examinatores nostros Deputatos examinatus, & approbatus fuisti, ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo N. in propria, vel aliena Diœcesi, de Ordinarii loci licentia, Ordinationem celebrante, ad Exorcistatus, & Acolytatus minores Ordines promoveri possis, & valeas (cum Nos corporis *infirmitate detenti* Ordinationem habere, & tenere non valeamus) licentiam, & consensum *per præsentes* damus, & concedimus. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 INFIRMITATE DETENTI. Nonnulli DD. quos referunt Barbos. *supra Concil. sess.* 7. *cap.* 11. *num.* 4. *Biss. Hierurg. litt. D. verb. Dimissoriæ* §. 16. asserunt, quod in aliquibus Provinciis sit jam consuetudine receptum, quod nulla causa in Dimissoriis assignetur cur concedantur. Nihilominus puto, quod Episcopus concedens Dimissorias debeat semper causam rationabilem concessionis exprimere, & assignare, quia Concilium (quod contraria consuetudine abrogari non potest, ut supra probavimus) jubet illam esse exprimendam.

2. Si autem Episcopus post concessionem Dimissorialium ex infirmitate decederet, adhuc si expeditæ non essent pro illis subditis, quibus nominatim fuerunt concessæ, possent expediri à Vicario

cario Capituli, etiam intra annum Sedis vacantis, ut probant Barbos. *de Offic. & potest. Episc. alleg. 7. num. 23.* Ventrigl. *prax. par. 1. annot. 23. §. 2. n. 13.* Passerin. *in cap. Cum nullus n. 142. de tempor. Ordin. in 6. Sac. Congr. Concil. in Mexicana Litterarum Dimissorialium 24. Aprilis 1700.* quia Dimissorialium concessio est gratia, quæ non expirat morte concedentis, nisi per successorem revocetur, Pasqualig. *ad Lauret. de Franc. par. 1. num. 275. & seqq.* Ventrigl. *prax. part. 2. annot. 15. §. 1. n. 43.* Passerin. *in cap. Cum nullus n. 142. de tempor. Ordin. in 6.*

3. *PER PRÆSENTES*. Donat. *prax. rer. Regular. tom. 3. part. 1. tract. 3. quæst. §. n. 2.* dicit, quod non sit de essentia, quod litteræ Dimissoriales concedantur in scriptis, sed quod sufficiat consensus Episcopi dimittentis aliundè probatus. Huic Donati opinioni opposita est altera Pac. Jord. *tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 143.* qui tenet, quod aliter quàm scripto non debeant concedi.

4. Passerin. *autem conciliator in cap. Cum nullus de tempor. Ordin. num. 134.* dicit, quod si Dimissoriæ dentur in præsentia Episcopi Ordinatoris non sit necessaria scriptura, quia constat viva voce Episcopo alieno de dimissione facta v. g. Petro, ut possit ab eo ordinari: secus verò quando dimissio fit ad Episcopum absentem, quia tunc scriptura sit necessaria.

5. Advertat ulteriùs Episcopus, quòd quando conceditur Dimissoria pro Ordinibus Sacris, debent hi necessariò exprimi: nam si concederetur absolutè ad omnes Ordines, adhuc non venirent Sacri, Lauret. de Franch. *contr. par. 1. num. 272.*

Litterarum Comendatitiarum pro Sacerdote discessuro.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Commendatitiæ non sunt denegandæ non habentibus onus residentiæ.*
2 *Litteræ Commendatitiæ differunt à Dimissorialibus, & num. 3.*
4 *Testimoniales circa mores non concedendæ, nisi mores noti sunt.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c. Cum ad limina Apostolorum Petri, & Pauli visitanda, & alia tua honesta negocia peragenda Romam adire cupias, & ea propter *nostram licentiam* requisivisti, grati animi nostri signa indubia ostendere volentes, omnibus ubique, ad quos te pervenire contigerit, *per præsentes testamur*, & notum facimus, te esse Sacerdotem sæcularem *optimis moribus imbutum, Christianisque virtutibus præditum*: Missæ Sacrificium publicè celebrare, & ex Civitate (*vel Diœcesi*) te abire nulla Ecclesiastica censura, neque alio canonico impedimento, aut pœna, quod sciamus, irretitum. Quare omnibus in Christo PP. Illustrissimis, & Reverendissimis Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Vicariis, cæterisque Ecclesiarum Ministris, & Officialibus, ad quos declinabis, quantum in Domino possumus te pro commendato damus: Rogantes eos, ut ad Sacra facienda personam tuam recipiant, Missamque, & alia Divina Officia celebrare permittant, & in cæteris tueantur. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIONES.

1 *NOSTRAM LICENTIAM REQUISIVISTI*. De honestate requiritur licentia, non autem de necessitate: Nàm litteræ hujusmodi commendatitiæ pro discessu à Diœcesi iis, qui non habent Officium, Beneficium, aut aliam obligationem personalem, servitium, & residentiam exigentia, numquam sunt denegandæ, Nicol. *lucubr. Can. lib. 1. tit. 22. n. 3.* quem aliquando ab Advocatis Curiæ citatum vidi ad probandum assumptum, quòd Dimissoriæ, pro Ordinibus, absentibus non sint denegandæ, quod Nicolius non dicit, quia illius verba, ibi--*non posse ab Episcopo denegari Dimissorias, seù licentiam manendi extra Diœcesim*, probant propositionem mox firmatam, non autem diversam, & contortam in assumpto, quia ly *Dimissoriæ* accipitur pro licentia sese absentandi, & synonimè pro commendatitiis, ut indicat particula, *seù*, & benè observat Pac. Jordan. *tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 140. in fin.* Nisi tamen ageretur de Ordinatis ob necessitatem Ecclesiæ, nàm isti locum, inconsulto Episcopo, deserere non possunt, *Concil. Trid. sess. 23. cap. 16. de Reform.*

2. *PER PRÆSENTES TESTAMUR*. Differunt litteræ commendatitiæ à Dimissoralibus, quia hæ dantur quando proprius Episcopus non valens propter aliquod impedimentum Ordines conferre Clericis suis, illos dimittit ad illos dimittit ad alium Episcopum Ordinandos, quas *Concil. Trident. cap. 10. sess. 7. de Reform.* vocat reverendas, quo nomine utuntur Hispani, teste Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 7. num. 3.* & de his agitur *in dist. 72. & 73. per tot.*

3. Illę verò (quarum duæ sunt species) vel Clericis peregrinantibus conceduntur (ut hìc) sine quibus in aliena Diœcesi non sunt admittendi ad peragenda Sacra, *cap. Extraneo, & cap. Hortamus 71. dist.* Vel dantur in testimonium, & commendationem morum Subditi, qui vigore Brevis Apostolici, aut Beneficii, postulat aliò ad Ordines promoveri, & hæ quæ etiam vocantur testimoniales sunt dandæ ab eo, cui est meliùs edoctus de moribus, & vita Ordinandi: hodiè verò in hoc servanda erit Constitutio Innoc. XII. quæ incipit *Speculatores*.

4. *OPTIMIS MORIBUS IMBUTUM, CHRISTIANISQUE VIRTUTIBUS PRÆDITUM*. Elogium istud tunc in litteris commendatitiis erit faciendum, quando mores illius, cui conceduntur, Episcopo noti sint: aliàs quando mores statui Clericali non correspondent, vel de vitę integritate fama dubia est, sicco vestigio pertranseat. Quia si humana urgente ratione abeuntibus, sivè absentibus cum laude de moribus agat: hujusmodi postea testimonio utuntur in Urbe, vel contra ipsummet Episcopum, si Dimissorias pro Ordinibus concedere nollet: vel in Dataria Apostolica pro obtinendis Beneficiis, ad exclusionem digniorum.

Sitque igitur regula, quòd si Episcopus coram Deo de morum probitate testari vereatur, dicat in litteris Commendatitiis--*N. fuisse bonis moribus, & Christiane educatum, & à Diœcesi discedere, vel discessisse, absque ulla Censura, aliovè canonico impedimento*: Nè postea Episcopo, qui Commendatitias litteras cum laude concessit, inferatur nota mutabilitatis, aut livoris, si Ordines, vel Dimissorias deneget.

Litterarum Commendatitiarum pro Canonico.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Absens ex juxta causa lucratur Distributiones.*

2 *Causa litis quando suffragetur ad lucrandas distributiones.*

3 *Canonicus, qui facto Capituli cogitur abesse, lucratur distributiones.*
Canonicus, qui litem agit cum extraneo, in absentia non lucratur, distributiones, ibid.

4 *Licentia se absentandi à residentia concurrente justa causa non potest ab Episcopo denegari.*

Cle-

Clericus, qui habet onus residentiæ, potest in casu repentino discedere, absque Prælati licentia, ibid.
5 *Canonici, qui possunt absque licentia Episcopi ab esse à residentia, cur petant licentiam absentandi, & nu. 6.*
7 *Episcopus an possit licentium extendere ad quatuor menses? & num. 8.*

N. Episcopus N.

Dilecto, &c. Canonico nostræ Cathedralis, &c. Tibi, *ut liti*, quam habes Romæ super. . . . . assistere possis, & faciliùs ad optatum finem illam perducere, ab hac Civitate Urbem versus discedendi *licentiam concedimus*, & impertimur. Attestantes te esse Canonicum Sacerdotem Sæcularem optimis moribus imbutum, scientiaque prædictum, Missamque publicè celebrasse, & celebrare, nec te esse de aliquo crimine inquisitum, neque condemnatum, nullaque alia Censura Ecclesiastica, aut pœna innodatum, quod sciamus. Rogantes propterea omnes, & singulos Ecclesiarum Ministros, ad quos declinabis, ut te in talem recipiant, & admittant, Missamque, & alia Divina Officia celebrare sinant. Præsentibus *ad tres tantum menses* ad formam *Sac. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de Reform.* valituris. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 UT LITI. Non solum ex causa litis, sed etiam ex alia quacunque rationabili, (quæ tamen debet esse certa, & expressa) potest absens à residentia cum licentia Episcopi petere non tantum fructus Præbendæ, quàm etiam Distributiones, juxtà Text. *in cap. Relatum*, ubi *gloss. de Cler. non resid.* Rot. *coram Manzan. decis.* 348. *num.* 1. *Add. ad Gregor. decis.* 154.

2. Causa verò litis connumeratur inter necessarias, adeout si hæc respiciat non tantum interesse Capituli, à quo Canonicus mittatur, sed solummodò tangat statum ipsius Canonici, & Canonicatus, vel agat pro defensione jurium suæ Præbendæ, vel pro recuperatione fructuum, aut Distributionum, quos, vel quas Capitulum denegat, ac pro lite Urbem petat, & foveat justam causam, lucratur omnes Distributiones, ex traditis à Ventrigl. *prax. par.* 1. *annot.* 19. §. 2. *num.* 10. & *seqq.* cujus sententiam approbasse videtur *Sac. Congr. Concilii in una Lauretana* 16. *Junii* 1695. favore Marii Orpinelli Thesaurarii Almæ Domus, qui cum haberet Indultum à Sac. Congregatione, Distributiones in absentia lucrandi, Capitulum sese opposuit illius executioni, & numquam Distributiones concedere voluit, donec super dicti Indulti validitate (quod nullum, & subreptitium esse Capitulum prætendebat) ipso Orpinello in Urbe commorante, & propriam causam patrocinante, pronunciatum non fuit, & post tertiam Causæ propositionem obtinuit Decretum *recedendum à decisis, & Orpinello deberi Distributiones, usque ad diem captæ resolutionis pro executione Indulti.*

3. Quo Decreto roboratur illa conclusio communiter recepta, quod si Canonicus facto Capituli pro defensione sui juris cogitur abesse, etiam absque licentia Ordinarii, lucratur Distributiones, *Addend. ad Gregor. dicta decis.* 154. quia tunc dicitur licentia habere à jure, *cap. Ex parte il 2. de Cler. non resid.* Gratian. *discept.* 591. *num.* 42. Ventrigil. *prax. par.* 1. *annot.* 19. §. 2. *n.* 13. *Add. ad Buratt. decis.*

694. *num.* 11. Quidquid esset si Canonicus litem ageret cum extraneo, juxtà resolutionem. *Sac. Congreg. Concil. in Aquilana* 23. *Maii* 1626. *l. decr.* 13. *pag.* 5. allegatam in contrarium pro Capitulo in dicta Lauretana.

4. *LICENTIAM CONCEDIMVS.* Concurrente honesta causa absentiæ, licentia hujusmodi non potest ab Episcopo denegari, aliàs datur recursus ad Superiorem, qui licentiam Ordinarii supplendo ipse concedat, vel ut Prælatum compellat ad illam dandum, ut docet Abb. *in dicto cap. Relatum num.* 6. *de Cler. non resid.* ubi ampliat quod propter necessitatem subitò, & inopinatè occurrentem, possit Clericus, qui residentiam habet, se absentare absque licentia Prælati, consideratis tamen qualitate causæ, præjudicii, & facilitate petendi licentiam.

5. *AD TRES TANTVMMENSES.* In illis Cathedralibus, ubi non adest Statutum, vel consuetudo, quæ longius servitii tempus requirat, regulariter possunt Canonici absque licentia Episcopi per tres menses abesse, ut non semel declaravit *Sac. Congreg. Concilii* apud Gallemart. *supra Concil. sess.* 24. *c.* 12. *nu.* 33.

6. At hic licentia petitur non ut gaudeat Canonicus vacantia à Concilio concessa, sed ut lucretur Distributiones, & ad Sacra admittatur extra Diœcesim: ac etiam quia cum Canonici non possint omnes, neque eorum major pars eodem tempore ab esse à residentia, ne Ecclesia debito servitio fraudetur, recurrendum est ad Episcopum, in cujus arbitrio reponitur, quot debeant remanere, & quot possint discedere, *ut Sac. Congr. declaravit supra d. cap.* 12. *apud citatum Gallemart.*

7. Et hinc oritur quæstio. An Episcopus ex justa causa possit ad quatuor menses licentiam extendere, & affirmativam sententiam sequitur Gallemart. *loc. sup. citato*, cui adæret Piasec. *prax. Episc. p.* 2. *cap.* 3. *art.* 2. *n.* 19. *vers. ultra tres*, *ex* Text. *in cap. Inter quatuor de Cler. non resid.* cui nullibi fuisse derogatum tenet.

8. Oppositam sententiam negativam amplectitur, Garz. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 406. ubi plura Decreta refert, huicque sociatur Fagn. *in c. Licèt n.* 37. *de Præb.* concorditer firmantes, quod Episcopus licentiam absentiæ, ultra trés menses extendere non possit, nisi ex causis expressis in jure, & juxtà formam *cap. Vunici de Cler. non resid. in* 6. & hæc secunda sententia in praxi servatur.

Litterarum Comendatitiarum pro absente.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Clerici peregrinari non debent, nisi de licentia Episcopi.*

N. Episcopus N.

Dilecto &c. Tibi qui nullum Officium, nec Beneficium, quod residentiam requirat in hac Diœcesi possides, & à nonnullis annis ad tua honesta negocia peragenda ab eadem cum licentia nostri Prædecessoris discessisti, modòque devolutionis impulsu, ut Nobis supplicari fecisti, Sanctam Lauretanam Domum petere cupias; ut eò pervenire fæliciter valeas, *licentiam concedimus*, & in Domino impertimur. Attestantes te esse Sacerdotem bonis moribus imbutum, & discessisse ab hac Diœcesi, nulla Censura Ecclesiastica, seu Canonico impedimento irretitum (quod sciamus) quominus Sacrificium Missæ, ubique de licentia Ordinarii locorum, & alia Divina Officia celebrare possis. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIO.

1 LICENTIAM CONCEDIMUS. Clerici peregrinari non debent, nisi de licentia Episcopi *cap. non oportet de consecr. dist. 5. cap. Magnæ vers. cum enim de Vot.*

Litterarum Testimonialium pro Ordinando extra Diœcesim.

FORMVLA IX.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus concedens Testimoniales de vita, & moribus, debet de illis inquirere.*
2 *Quæ sint delicta, quæ irrogant infamiam.*
3 *Quæ sint infamia facti, & qui de facto infames.*
Infamia juris non incurritur, nisi delictum sit publicum, ibid.
4 *Infamia juris non tollitur per contrariam laudabilem vitam, sicuti infamia facti.*
5 *Damnatus ad triremes, quando dicatur infamis, & n. 6. 7. & 8.*
9 *Testimoniales de vita, & moribus Ordinandorum sunt subscribendæ ab Episcopo, non à Vicario, nisi habeat speciale mandatum.*
10 *Testimoniales de vita, & moribus non possunt ab Episcopo denegari.*
11 *Testimoniales de vita, & moribus debent continere tempus permanentiæ & discessus.*
Testimoniales Prælati nullius, non solum bonos mores testantur, sed commendant, ibid.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

PER præsentes cunctis indubiam fidem facimus atque testamur, Dilectum in Christo N. (qui ratione originis huic nostræ jurisdictioni noscitur subjectus) pro tempore, quo in loco N. & in quo ex legitimo matrimonio natus, educatus, & commoratus fuit, suæ probitatis specimen dedisse, *bonaque fama, vita, ac moribus præditum* fuisse, & ex hac nostra Diœcesi in ætate annorum.... *nullo delicto quod infamiam irroget patrato*, nullaque Ecclesiastica Censura, aut alio canonico impedimento (quod sciamus) innodatum discessisse, quò minus ad minores, seù majores Sacros Ordines ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo N. ad formam præscriptam Constitutionis sa. me. Innoc. XII. Speculatores promoveri possit. In quorum fidem has testimoniales litteras, *manu nostra subscriptas*, expediri jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. BONAQVE FAMA, AC MORIBVS PRÆDITVM. Antequam Episcopus hujusmodi testimoniales concedat super vita, & moribus illius, qui fidem postulat, examen testium fide dignorum, & Parochi attestationem exquirat, ac si ipse Ordines conferre deberet: quia ideò ejus testimonium exigitur, ut tamquam de moribus promovendi meliùs edoctus, ordinans certior fiat eum esse dignum, prout præscribit *Concil. Trid. cap. 8. sess. 23. de Reform.*

2. NVLLO DELICTO QVOD INFAMIAM IRROGET PATRATO. Delicta, quæ de jure infamiam

miam irrogant sunt . Apostasia à fide , Hæresis , ejusque fautor . Crimen læsæ Majestatis . Usura publica . Duellum . Homicidium ex proposito commissum . Adulterium . Sodomia . Simonia . Raptus Mulierum. Hostilis persecutio Cardinalium . Pugna publica cum feris . Poligamia . Lenocinium . Prostitutio propriæ filiæ , vel neptis . Matrimonium cum Meretrice . Defectus natural ium . Histriones Mercenarii. Perjurium notorium , relata à Piasec. *prax. Episcop. part. 1. cap. 1. art. 5. nu. 2. vers. secundi generis* , & repetita à Panimol. *dec.* 89. *adnot.* 3. *num.* 2. quibus Sperell. *dec.* 77. *nu.* 2. addit officium Birruarii .

3 Infamia verò facti oritur , quando quis apud graves viros infamatur de frequentatione criminum , quæ non uno actu , sed pluribus saltem quatuor dicitur inducta, juxta Glos. *in c. Mos dist.* 1. Graff. *consil. lib.* 5. *de adult. & stupr. cons.* 2. *n.* 11. Et sunt publici Aleatores , Vinolenti , Concubinam tenentes, Tabernas frequentantes , Mimis , & Histrionibus colludentes , & in scena inhonesta exercentes, sed hæc ultima cessat arte relicta , Piasec. *ubi supra* , Garz. *de benef. part.* 7. *art.* 8. *nu.* 66. At adverte , quod ad incurrendam infamiam juris necesse est , quod factum , seu delictum sit notorium , nam si esset occultum , quis non conferetur infamis , Petr. Paul. Guazzin. *in tract. ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 6. *cap.* 36. *nu.* 5.

4 Differentia autem , quæ intercedit inter unam & alteram infamiam hæc est , quod infamia juris non tollitur per contrariam laudabilem vitam , sicuti infamia facti , quæ per triennalem vitam laudabilem aboletur , ut notat Pac. Jord. *lucubr. to.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 111.

5 An autem damnati ad triremes dicantur infames , negativam sententiam cum suis asseclis tenet Ricc. *dec. Cur. Arch. Neapolit.* 119. At contrariam affirmativam sequuntur Ciarlin. *contr. for.* 207. *n.* 53. Guazzin. *ad defens. reor. defens.* 33. *cap.* 4. *nu.* 9. Barbos. *de offic. & potestat. Episc. alleg.* 43. *nu.* 15. Passerin. *de elect. cap.* 25. *qu.* 49. *nu.* 578.

6 Has pugnantes sententias conciliat distinctione Raynald. *observ. Crim. addit. ad cap.* 8. *lib.* 1. *post tom.* 2. *pag. mihi* 28. ubi dicit , quod si reus fuit damnatus ad triremes in absentia, ideò in contumacia , & hunc non fieri infamem, nisi sequatur executio sententiæ contumacialis : si verò fuit condemnatus in præsentia , ideò constitutus in carceribus , & admissus ad defensiones , & hunc fieri infamem , si delictum sit tale , quod de jure irroget infamiam ; nam si delictum de sui natura non infamaret , non esset infamis , quia genus pœnæ (ut ipse ait) non irrogat infamiam , nisi causa infamiam gignens præcedat.

7. At si damnatus ad triremes actu remigasset , quod tunc indistinctè efficiatur infamis , & solus Papa dispenset , vigore Decreti Congregationis Sancti Officii emanato de anno 1635. jussu Urbani VIII. quod allegat .

8. Hujus inspectionis effectus est magni ponderis , quia infamia hæc impedit assecutionem Ordinum , & Dignitatum , ac jam obtentas exerceri , etiam finito tempore condemnationis, & pœnæ, ut observat idem Raynald. *ibid. in fin.* Nam semel damnatus de crimine irrogante infamiam , semper remanet infamis , juxta vulgatum adagium, Pœna potest tolli, culpa perennis erit , quod refert Rot. coram Arguell. *dec.* 22. *nu.* 12.

9. *MANV NOSTRA SVBSCRIPTAS.* Testimoniales de vita , & moribus Ordinandorum debent subscribi ab Episcopo : Nam testimonium Vicarii Generalis , nisi habeat speciale mandatum concedendi Dimissorias , non suffragatur , ut declaravit *Sacr. Congreg. Concilii supra cap.* 8. *sess.* 23. *de Reformat.* his verbis -- *Testimonio commendare &c. etiamsi essent absentes , & ad titulum Pensionis , vel Patrimonii assumendi essent , sed non testimonio Vicarii Generalis , nisi haberet speciale mandatum concedendi Dimissorias* .

10. Nec potest Episcopus , nisi adsit aliquod canonicum impedimentum , illas denegare , juxtà mentem *Sacr. Cong. Concilii in Neapolitana , seu Hyeracen.* 27. *Junii* 1699. *& in Neapolitana , seu Scalen. Ordinationis* 19. *Februar.* 1701. & alterius *Episc. & Regul. in S. Sever.* 13. *Maii* 1701. Et ratio convincens est , quia aliter esset in facultate Episcopi attestari debentis,

Ordinationes de jure ad Episcopum Beneficii spectantes impedire, vel Brevia Apostolica, quæ quotidiè expediuntur pro Ordinandis extra tempora, & clausula à quocumque (commendationem morum proprii Ordinarii exigentia, ut declaravit *Sac. Congr. Conc.28. Aprilis 1575.*) suspendere, & elusoria reddere.

11. In concessione autem Testimonialium de vita, & moribus, jurandum erit, quòd semper tempus præcisum permanentiæ, & discessus Ordinandi exprimatur; Nisi sint expediendæ à Prælato inferiori nullius, qui mittit Episcopo viciniori Ordinandos proprios Subditos, juxtà censuram *Concilii cap. 10. sess. 23. de Reform.* & declaravit *Sac. Congr. Concilii in Nullius, seu Minerbien. 24. Januarii 1699.* tunc enim formula varianda erit, & non solum mores attestandi erunt, sed commendandi, Card. de Luc. *de jurisd.disc. 16. & in adnot. ad Concil. disc. 14. n. 18.*

Testimonialium idoneitatis pro Dataria.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Servitium Ecclesiæ est præcipuum requisitum pro obtinendis Beneficiis.*
2 *Clerici, qui Ecclesiæ non inserviunt, repellendi sunt ab Ordinibus, nec Dataria commendandi.*
Clerici, qui erubescunt Ecclesiæ inservire, in parte Domini vocandi non sunt, ibid.
Clerici virtute, & moribus præditi sunt vere nobiles, ibid.
Virtutum nobilitas facit gratum Deo servitorem, ibid.
3 *Clericus pauper dignus præfertur Clerico diviti digniori.*

N. Episcopus N.

UNiversis, & singulis, ad quos præsentes nostræ litteræ testimoniales pervenerint, fidem indubiam facimus, & verbo veritatis testamur N. nobilem Civem hujus Civitatis nullo delicto inquisitum, neque aliqua Censura, seu Canonico impedimento (quod sciamus) innodatum, esse Clericum in minoribus Ordinibus constitutum ætatis.... studiis.... incumbere, & Ecclesiæ Cathedrali *diebus festis assiduè inservire*, continuòque notas suæ probitatis præbuisse, & præbere, ac propterea *cum sit pauper*, & nullum Beneficium possideat, ex ejus vitæ integritate, morum honestate, aliisque Christianis virtutibus, quibus pollet, idoneum æstimamus ad Beneficia Ecclesiastica, & Canonicatus etiam in Cathedralibus obtinenda sine tamen Cura Animarum. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *DIEBUS FESTIS ASSIDUE INSERVIRE.* Præcipuum requisitum pro obtinendis Beneficiis est servitium Ecclesiæ, tùm ex dispositione Sac. Canonum, tùm ex mandato *Conc. Trid. sess. 23. cap. 11.* nisi fortè providendus causa studiorum absit: Etsi requisitum in Clerico deficeret, debet Episcopus attestationem idoneitatis, & sufficientiæ, denegare, quia quando Clerici moniti Ecclesiæ non inserviunt, ac inservire negligunt, & contemnunt, conjectura evidens est, eos hoc vitæ genus elegisse non ut fidelem cultum Deo reddant, sed ut redditibus Ecclesiasticis provisi dulciores ducant dies suos.

2. Hi

2. Hi etenim Clerici tamquam Ecclesiæ inutiles sunt repellendi ab Ordinibus, & non commendandi, & semper præferendi sunt alii, qui de Ecclesia benemeriti gratum valeant eidem præstare famulatum, juxtà monitum Text. *in cap. Grave de præbend.* Nullo habito respectu ad nobilitatem conditionis, aut divitias attestationem deposcentium: Quia si ipsi erubescunt Ecclesiæ inservire, erubescat Episcopus eos in partem Domini vocare; Dominus enim ipse est hæreditas eorum, *Deuter. cap.* 18. eisque respondeat, quod nobilitas morum plus ornat, quàm genitorum, *cap. Nos qui* 40. *dist.* Et quod, qui extollit nobilitatem, deprimit conditionem Clericatus, cum Piscatori Petro, Fabri filio successorem quæramus, non Augusto, ut nobilium fastum retundendo eos increpat Glos. *in cap. Quoniam vetusto* 24. *quæst.* 1. *verb. invidia*. Et tandem quod non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem, prout Papa docet *in cap. Venerabilis* 37. *de Præbend.* & notat etiam Ricc. *prax. For. Eccles. part.* 3. *resol.* 322. & *par.* 4. *resol.* 229. *n.* 3.

3 *CUM SIT PAUPER*. Expressio, ac mentio paupertatis valdè juvat, si fieri potest: Quia de jure Clericus pauper diviti, & carens Beneficio, jam provisо præfertur cæteris paribus, Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. alleg.* 69. *num.* 103. Immo si pauper sit dignus, debet institui omisso digniore divite, ut dicit Host. *in cap. Tuam n.* 12. *de ætat. & qualit.* & alii apud Vivian. *de Jurep. par.* 2. *lib.* 13. *c.* 9. *n.* 9. & Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 2. *num.* 12. quod intellige de Beneficiis simplicibus.

Testimonialis pro Dataria favore Sacerdotis.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia debentur habenti majores qualitates.*

2 *Canonicatus Cathedralis dicitur Beneficium simplex.*

Canonici Cathedralis debent habere majorem habilitatem, quàm alii Clerici, ut possint consilio Episcopum, & Ecclesiam juvare, ibid.

Canonici Cathedralis præsumuntur periti, & consilio maturi, ibid.

N. Episcopus N.

UNiversis, & singulis has præsentes testimoniales litteras inspecturis notum facimus, & verbo veritatis testamur *Presbyterum N. J. U. D.* Civem hujus Civitatis nullo delicto inquisitum, neque aliqua Censura Ecclesiastica, seu Canonico impedimento innodatum, esse bonis, & honestis moribus imbutum, *scientiaque* præditum, & proindè ad quæcumque Beneficia Ecclesiastica, etiam Canonicatus, *Præbendas* & Dignitates in quibusvis Cathedralibus, ac Collegiatis Ecclesiis, & præcipuè in hac Cathedrali N. obtinendas (sine Cura Animarum) habilem, & idoneum æstimamus, & reputamus. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *PRESBITERUM N.* Habilitas ad Beneficia resultat major ex Presbyteratu, quàm ex simplici Clericatu, Rot. coram Seraph. *decis.* 968. *n.* 1. & 2. & coram Dunoz. Jun. *decis.* 118. *n.* 3. & *decis.* 950. *num.* 4. Et si commendatus haberet alias qualitates, puta, quod sit versatus in Theologia, Confessarius, Exa-

minator, vel judex Synodalis, vel alia munera laudabiliter exerceat, aut executerit, debet Episcopus, sive Vicarius Generalis in testimonialibus sigillatim hæc exprimere, quia apud Datariam multum ponderant, & est de jure, quòd Beneficia Ecclesiastica debeantur habenti majores qualitates, ut dixit Rot. *in dicta decis.* 950. *n.* 9. coram Dunoz. Jun.

2. *SCIENTIAQUE PRÆDITUM*. Quamvis Canonicatus etiam Cathedralis, juxtà doctrinam Navarr. *in cons.* 11. *de injur. & dam. dat. & cons.* 97. *num.* 6. *de Simon.* quem sequitur Ricc. *prax. For. Eccles. part.* 1. *resol.* 403. *not.* 6. dicatur Beneficium simplex: Nihilominùs ad illum obtinendum requiritur scientia major, quæ non exigitur in Clericis minorum Ordinum, & quod Canonicus, non solùm linguam latinam rectè calleat, sed in litteris ità profecerit, ut suo consilio possit aliquando Ecclesiam, & Episcopum juvare, ne contingat ad Capitulum duci Oves, & Boves, ut inquit Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *qu.* 50. *n.* 53. Jura etenim præsumunt Canonicos Ecclesiæ Cathedralis esse peritos, & consilio maturos, *c. Statutum de rescript. in sexto*.

3. *PRÆBENDAS*. Non tamen Theologalis, seu Pœnitentialis: Nam si de harum provisione agendum esset, testimoniales litteræ deberent fieri magis specificæ, & commendari ætas, & cæteræ qualitates pro illis requisitæ, de quibus jam suprà loquuti sumus.

Testimonialium paupertatis pro Dataria.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Paupertas quomodò probetur.*
2 *Episcopus, qui de paupertate absolutè testari non potest, mittit acta ad Datarium.*

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

PEr præsentes fidem facimus, & testamur Petrum N. & Luciam N. hujus Diœcesis esse pauperes, & miserabiles, adeout ex labore, & industria eorum victum sibi ipsis parare cogantur, prout ex fide Parochi, & depositione *Testium familiarium vicinorum* fide dignorum Nobis constare fecerunt; In cujus rei testimonium præsentes dedimus subscriptas, & sigillo munitas. Datum &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *TESTIVM FAMILIARIVM*. Licèt paupertas probetur etiam Testibus deponentibus de communi reputatione, & fama, ut tradit Tusch. *litt. P. concl.* 162. *n.* 1. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 676. *n.* 1. ex illo principio, quod paupertas, uti qualitas connaturalis, facilè præsumatur, & quilibet in hanc lucem pauper, & nudus ingreditur, *c. Sicut* 47. *dist. D. Paulus* 1. *ad Tim. c.* 6. Nihilominùs modus tutior illam probandi est inductio Testium familiarium, seu viciniorum, qui præsumuntur informati, ut docent Gratian. *discept.* 660. *n.* 1. & *seqq.* Tusch. *d. concl.* 162. *n.* 4. ubi dicit, quod meliùs probari non potest.

2. Si verò Testes inducti deponerent, quod Petrus, & Lucia possideant aliqua bona, & Ordinarius non posset de paupertate simpliciter, & absolutè fidem facere, tunc illorum integrum examen mittitur ad Datarium, ad hoc, ut ipse judicet, an dispensandi dici valeant pauperes, nec ne, juxtà praxim, quam docet Corrad. *prax. dispens. lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 22.

Alia

Alia Episcopi domicilii.

FORMULA XIII.

PEr præsentes fidem facimus atque testamur N. & N. in hac Civitate N. (seu Diœcesi) ab anno. . . commorantes, & in qua domicilium contraxerunt esse adeò pauperes, & miserabiles, quòd ex labore, & industria sua vivant, prout ex fide Parochi, & depositione Testium fide dignorum nobis constare fecerunt. In cujus rei testimonium &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

Testimoniales pro eo, qui impedimento detentus ad Urbem non valet accedere.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1 *A quibus exigatur Testimonialis paupertatis, & impedimenti accedendi ad Vrbem, & num.* 2.

Nos N. Episcopus, sivè Vicarius Generalis N.

CUnctis per præsentes testamur N. N. hujus nostræ Diœcesis pauperes, & miserabiles existere, & ex suis labore, & industria tantùm vivere. Et insuper prædictum N. Oratorem, qui in Carceribus nunc retinetur (*vel quibusdam habitualibus infirmitatibus scilicet*) *& hìc exprimatur qualitas infirmitatis* (propter quas sine vitæ discrimine) iter arripere nequaquam potest ad Romanam Curiam pro dicta dispensatione obtinenda. In quorum &c.

N. Episcopus, sivè Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 SUpradicta Testimonialis exigitur ab illis, qui scienter Matrimonium contraxerunt, non obstante impedimento consanguinitatis etiam ex actu fornicario proveniente, compaternitatis, vel machinationis, & postea petunt à Sede Apostolica dispensari in forma pauperum. Et quia per Datariam quando casus est publicus dispensatio hujusmodi non solet concedi, nisi Oratores accedant ad Urbem: Ideò quando verè sunt pauperes, & impediti, Ordinarius testatur de utroque, & conceditur dispensatio, quamvis non accedant.

2. Hi autem, qui non sunt impediti, si sunt intrà centum milliaria, tenentur accedere etiam in quarto gradu conjuncti: Cæteri verò Itali ultrà centum milliaria distantes, sicuti etiam Hispani, & Portugallenses, non nisi in secundo: Galli autem, Germani, & Poloni ab accessu dispensantur, ut docet Datariæ praxis.

Testimonialis superviventiæ.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Quando exigatur Testimonialis superviventiæ.*

N. Episcopus N. sivè Vicarius Generalis N.

UNiversis fidem indubiam facimus, & testamur per præsentes, N. bona, & firma valetudine præditum, sanum, & incolumem vivere, ut ex ejus aspectu, & colloquio hodiè in hac Civitate secum habito dignoscere potuimus, & sic publicè ab omnibus reputari percepimus. Ideò ad ejus instantiam has testimoniales litteras nostra manu subscriptas, & sigillo munitas expediri jussimus. Datum &c.

N. Episcopus, sivè Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1. HÆc testimonialis requiritur pro absente ab Urbe, qui officio vacabilia illic possidet, & fructus illorum exigere, vel alienationem in absentia facere intendit; ac etiam aliquando in resignationibus Beneficiorum, aliisque similibus causis.

Testimonialium approbationis in concursu.

FORMULA XVI.

SUMMARIUM.

1 *Testimoniales concursus debent continere nomina omnium approbatorum.*

2 *Præelectio concurrentium approbatorum potest explicari ab Episcopo post concursum loco, & tempore diverso.*

Examinatorum relatio debet fieri coram Episcopo collegiativè, ibid.

3 *Episcopus suspensus à jurisdictione, non potest præeligere digniorem in concursu, quamvis jus conferendi Beneficia retineret, sed jus ad Vicarium Apostolicum devolvitur.*

4 *Collatio Parochialis, in mense Papę vacata dicitur voluntaria, quia Papa confert cui vult ex approbatis.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

ILlustrissimo, & Reverendissimo Domino Santissimi D. N. CLEMENTIS XI. Papæ Datario, ac quibuscumque aliis præsentes testimoniales litteras inspecturis significamus, quòd vacante de mense N. proximè præterito Parochiali Ecclesia sub invocatione S. N. loci N. hujus nostræ Diœcesis per

obitum

obitum N. extrà Rom. Curiam defuncti, fuisse per Curiam nostram mediantibus edictalibus litteris juxtà formam, & præscriptum Sac. Concil. Trid. & Constitutionem fel. record. Pii Papæ V. vocatos omnes de sic vacante Ecclesia pro videri cupientes, & cum in termino prefixo plures comparuissent, tandem iisdem oppositoribus vocatis sub die . . . . præsentis mensis coram Nobis rigoroso prævio examine per tres Examinatores in Diœcesana Synodo Deputatos, factam fuisse experientiam de doctrina, moribus, & ætate singulorum descriptorum, ac demùm servatis de jure servandis, præfatos tres Examinatores ex prædictis oppositoribus *approbatos* ad obtinendam dictam Ecclesiam Parochialem denunciarunt Rev. N. Sacerdotem loci N. Rev. N. loci N. & Rev. N. I. V. D. loci N. Nos autem successivè post dictum examen, *& relationem*, magis idoneum judicavimus Rev. N. & pro obtinenda dicta Ecclesia eumdem *digniorem eligimus*. Et uti talem Sedi Apostolicæ remittimus, *ut gratiam faciat*. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *APPROBATOS*. Non sufficit, quòd Episcopus in litteris testimonialibus concursus gesti, Datario digniorem referat, sed debet exprimere, prout expressum fuit in formula, quot fuerint ex concurrentibus approbati, & quem ipse digniorem faciat, quia non semper Ecclesia confertur præelecto ab Episcopo, sed aliquando etiam alteri ex approbatis, prout Papæ magis placet, & declaravit *Sac. Congr. Concilii* apud Corrad. *prax. Benef. lib. 3. cap. 3. n. 5. vers. Undè in proposito.* Verùm hodiè nova praxis obtinuit, quòd sola præelectione magis digni, absque aliorum concurrentium approbatorum expressione (quæ tantùm in casu, quo ab irrationabili judicio Episcopi appellaretur, esset necessaria) provisio concedatur.

2 *ET RELATIONE*. Non est necesse, quòd præelectio Episcopi fiat in ipso actu concursus coram Examinatoribus, sed satis est, quòd explicetur etiam postea loco, & tempore diverso, ut docet Card. de Luc. *de Paroch. disc. 1. n. 20.* Relatio autem Examinatorum super idoneitate, & approbatione oppositorum, debet fieri coram Episcopo, vel eo absente cor. Vicario Generali ab omnibus collegiative illicò peracto examine antequam dissolvatur congressus, Card. de Luc. *d. disc. 1. de Paroch. num. 21.*

3 *DIGNIOREM ELIGIMVS*. Si Episcopus reperiretur suspensus à jurisdictione, & haberet præservatum jus conferendi Beneficia, non posset ex approbatis in concursu Parochialis digniorem præeligere, sed hoc jus pertineret ad Vicarium Apostolicum, ut præter Decreta, quæ referuntur à Fagnan. *in cap. Illa ne Sede vac. num. 30. & seq.* & à Nicol. *in flosc. verb. Concursus num. 2.* nuper declaravit *Sac. Congr. Concil. in Sorana 12. Decembris 1699.*

4. *UT GRATIAM FACIAT*. Quia respectu Papæ dicitur voluntaria collatio, nam confert liberè cui vult, dummodò ille cui confertur, sit ex approbatis; Et sic conferre magis uni, quàm alteri est voluntarium, & gratiosum, cum qui dat id, ad quod non tenetur, liberalitatem exercere videatur, Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. §. 1. proœm. numer. 40. cum tribus seqq.* Quam-

quam etiam Papa de rigore teneatur digniori conferre, ne lædatur justitia distributiva, & de facto confert, quoties provisio fit de Parochiali, prævio concursu habito coram Ordinario in mense reservato, servata forma Concilii.

Testimonialis pro aggregatione Confraternitatis.

FORMVLA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Confraternitates aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis non gaudent privilegiis aggregantis, sed indulgentiis.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis per præsentes testamur in Ecclesia N. hujus Civitatis (*vel loci N. Diœcesis*) reperiri legitimè erectam Confraternitatem Laicorum sub titulo .... quæ in visitandis Carceratis, & distribuendis illis, aliisque pauperibus infirmis eleemosynis, & aliis pietatis operibus cum usu sacco-rum coloris .... se exercet. Cupientesque iidem Confratres indulgentiarum, gratiarum spiritualium, aliorumque *Thesaurorum Cœlestium fieri participes*, & proindè aggregari Ven. Archiconfraternitati N. Almæ Urbis: Idcircò cum in dicta Confraternitate à Nobis pluries visitata, institutum, pietas, & Christianæ charitatis officia plurimùm vigeant, non solùm nostrum assensum damus, sed Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Protectori, & omnibus DD. Deputatis dictæ Ven. Archiconfraternitatis N. (*si aggregatio sit facienda à Regularibus, dicatur -- Reverendissimo P. N. totius Ordinis N. Generali*) enixè in Domino eamdem Confraternitatem commendamus. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 *THESAURORUM COELESTIUM FIERI PARTICIPES*. Hæc clausula ponitur ad demonstrandum, & indicandum, quòd Confraternitas aggregata non gaudet privilegiis aggregantis, sed tantùm de indulgentiis, & gratiis spiritualibus fit particeps, ut respondit *Sac. Congreg. Episc. & Regul. in una Brugnaten. 23. Novembris 1691. referente Cardinali Millino.*

Testimonialis de absolutione data publicè excommunicato.

FORMULA XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui fuit publicè excommunicatus, non præsumitur absolutus, nisi appareat de absolutione.*

EGO N. Confessarius Deputatus ab Illustrissimo, & Reverendissimo N. Episcopo N. vigore litterarum Sacræ Pœnitentiariæ fidem facio, qualiter audi-

divi

divi confessionem Sacramentalem N. & illi *absolutionem Sacramentalem impertitus sum* in forma Ecclesiæ consueta, non solùm à peccatis, verùm etiam ab excommunicatione, quam ipse N. incurrit ob..... In quorum fidem, testimoniales has dedi ex loco N. die . . mensis . . . anni &c.

Ego N. Confessarius Deputatus.

Loco ✠ Sigilli.

ADNOTATIO.

1 *ABSOLUTIONEM SACRAMENTALEM IMPERTITUS SUM.* Qui fuit publicè excommunicatus, præsumitur, quòd adhuc censura innodatus existat, nisi probet se fuisse absolutum, juxtà punctualem Glos. *in cap. Proposuit de Cler. excomm. vel depos. in verb. de absolutione*, quam etiam refert Graff. *cons. lib. 5. cons. 5. num. 12. & decis. aur. part. 1. lib. 4. cap. 15. nu. 22. & 24.* ubi monet pœnitentem, ut recipiat testimonium Confessarii de absolutione in scriptis, ut possit ostendere cum opus fuerit se absolutum.

Testimonialis fructuum Beneficii.

FORMVLA XIX.

SUMMARIUM.

1 *Quando exigatur testimonialis Episcopi super fructu Beneficiorum.*

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

UNiversis &c. testamur, fructus, redditus, & proventus Beneficii sub invocatione N. in Ecclesia N. hujus Diœcesis, qui olim summam ..... scutorum monetæ Romanæ longè excedebant, ità ob temporum injuriam imminutos esse, ut ad præsens detractis oneribus vix ascendant ad summam scutorum ..... similium computato anno sterili cum fertili, prout ex depositionibus plurium Testium in Curia nostra examinatorum patet. In quorum &c.

ADNOTATIO.

1 HÆc fides, seu testimonialis exigitur à Dataria Apostolica ad effectum aliquando regulandi Taxam pro componenda in coadjutoriis; Aliquando pro regulanda quantitate Pensionis super Beneficio imponenda, vel reservanda; Vel demùm, ut sciat, an fructus excedant summam ducatorum duorum de Camera, quando petitur expeditio gratiæ per solam Signaturam.

TITULUS V.

De Edictis.

Edicti Visitationis.

FORMULA I.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

SAlubre visitationis munus ad Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini præscriptum, Deo adjuvante, aggredi, atque perficere cupientes, omnibus, & singulis nostræ jurisdictionis fidelibus, cæterisque, quorum interest notum facimus, Nos nostra ordinaria, ac etiam delegata auctoritate visitaturos omnes, & singulas Ecclesias hujus Civitatis, & Diœcesis, Cappellas, Oratoria, Altaria, Hospitalia, Collegia, Confraternitates, aliavè loca pia, Monasteria Monialium, & Regularium virorum, quæ vigore Decretorum Apostolicorum Nobis subjiciuntur, Capitulum Cathedralis, & Collegiatarum, & earum personas, necnon omnes Clericos, Confessarios, Priores, Syndicos, & Ministros Montium pietatis, Hospitalium, Confraternitatum, & cœterorum locorum piorum, ac universam Diœcesim.

Noverint igitur omnes supradicti, qualiter Nos die . . . mensis . . . . anni .... munus visitationis in Cathedrali Ecclesia incœpturi sumus eo animo, eoque consilio, ut quantum in Nobis est Divina benignitate adjuti omni studio ad ea incumbamus, quæ ad animarum salutem, ad Cultus Divini incrementum, ad Ecclesiarum statum, morum reformationem, & Cleri disciplinam, spectare judicaverimus. Quare monemus omnes, & singulos, ad quos dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum cura, vel gubernium, vel administratio, vel Missarum, ac Divinorum Officiorum celebratio, aliorumvè munerum functio pertinet, ut quo die loca prædicta visitabimus, proferant, ac ostendant Nobis administrationis suæ libros, adimplementum Missarum, & aliorum obligationum: Necnon indicent onera locis imposita, statuta, constitutiones, bonorum mobilium, & immobilium Inventarium eorumdem. Capitulum verò Cathedralis, Dignitates, Canonici, Beneficiati, Parochi, Confessarii, Curati, Cappellani, cæterique Presbyteri, & Clerici Beneficia obtinentes, & non obtinentes totius nostræ Diœcesis, visitationi in suis respectivè Ecclesiis faciendæ suo tempore interfint, & assistant, ac sui quisque Beneficii, Dignitatis, Præbendæ, & Ordinis, quod in ea Ecclesia obtinet, & Officii, quod exercet, titulum, redditus, onera, & sui muneris implementum ostendat sub pœna. . . . locis, & usibus piis applicanda.

Si quis autem aliqua afferre voluerit, quæ Dei laudem, Ecclesiarum commodum, & utilitatem, & animarum salutem respiciant, eum hortamur in Domino, ut omnia Nobis sermone, vel scripto patefaciat. Et ut nemo de præmissis ignoran-

rantiam allegare valeat, hoc nostrum Edictum ad loca solitam promulgari jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Alterius Edicti vernacula lingua.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio inter Curas Pastorales præcipua.*
Visitatio secundum aliquorum DD. sententiam est de jure Divino, ibid.

2 *Episcopus visitat Ecclesias Curatas etiam exemptas.*
Decreta Episcopi, facta in visitatione Ecclesiarum exemptarum, prævalent Decretis superiorum exemptorum, ibid.

3 *Ecclesiæ erectæ in solo Lateranensi visitantur ab Episcopis.*
Referuntur dubia super hoc proposita, & resoluta, ibid.

4 *Privilegium exemptionis Ecclesiarum in sola Lateranensi ædificatarum, quas Ecclesias comprehendat.*

5 *Episcopus visitat Oratoria publica Regularium, quæ sunt extra Claustra, non tamen ea, quę pertinent ad Religionem Hierosolymitanam.*

6 *Oratoria, quæ sunt in Cortili Palatii Laicorum, quando dicantur publica, & num. 7.*

8 *Confraternitates Laicorum erectæ, & institutæ in Ecclesiis Regularium subsunt jurisdictioni, & visitationi Ordinarii, in his, quæ ad obligationem Confratrum habent relationem.*

9 *Etiamsi Oratorium esset fundatum in solo Religionis Hierosolymitanæ.*

10 *Episcopus visitat Collegia quæcumque quam vis merè laicalia, si habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod pium opus exerceatur.*

11 *Episcopus visitat Monasteria Monialium, etiam exempta, quoad concernentia Clausuram, non costante, quod anteà non fuerint visitata.*

12 *Idem procedit quoad Hospitalia, & Montes Pietatis, & plura inquirit, num. 15. 16. & 17.*

13 *Privilegium exemptionis à visitatione Ordinarii non suffragatur contrà legem fundationis, nisi expressè derogetur.*

14 *Papa præsumitur regulare suum arbitrium juxtà leges.*
Papa irrationabiliter agendo timet reprehendi, ibid.
Papa præsumitur se conformare velle cum dispositione juris, ibid.

15 *Bona decedentium in Hospitalibus deferuntur hæredibus.*

16 *Montes Pietatis, si propriis redditibus possunt succumbere expensis Ministrorum, nihil debent pro pignoribus exigere.*

17 *Episcopus visitat Montes Frumentarios ad recognoscendam labem usurariam.*

18 *Episcopus visitat Sæculares Ecclesias Nullius, & Ecclesias Parochiales Regulares, exceptis locis à Concil. Trid. præservatis, & nu. 19.*

20 *Episcopus in visitatione debet Sacramentum confirmationis ministrare, sed non potest pro eo procurationem recipere, non obstante consuetudine, & respondetur objectionibus, & nu. 21. 22. & 23.*

24 *Episcopus visitando non potest recipere aliud, quàm victualia moderata.*

25 *Episcopus visitando non potest prætendere utensilia, vecturas equorum, aut alias expensas.*

26 *Episcopus potest incipere visitationem ab Ecclesia sibi benè visa.*

27 *Epi-*

27 *Episcopus visitat Capitulum, non obstante quacumque exemptione, seu præscriptione.*

28 *Episcopus in visitatione potest exquirere testimoniales ordinum, & Bullas collationum Beneficiorum.*

29 *Episcopus in visitatione debet inquirere, an Canonici, & Dignitates Cathedralis emiserint omnes professionem fidei.*

30 *Canonici Cathedralis, qui professionem fidei non emiserunt, tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum.*

Episcopus non potest relaxare fructus perceptos ab iis, qui non emiserunt professionem fidei, ibid.

Capitulum non potest habere pro præsente Canonicum, qui defecit in emissione professionis fidei, ibid.

31 *Capitulum sine consensu Episcopi statuta non condit.*

32 *Capitulum debet habere Tabellam horariam.*

33 *Ob aeris intemperiem potest tolerari, quod Horæ Canonicæ non incipiantur ab ortu solis, sed protrahantur.*

34 *Capitulum debet retinere librum resolutionum Capitularium.*

35 *Capitulum potest variare suas resolutiones.*

36 *Capitulum debet convocari certa die, & hora.*

Episcopus formam præscribit convocationis Capituli, ibid.

Canonicorum Vota debent dari collegialiter, non uti à singulis extra Capitulum, ibid.

37 *Episcopus in visitatione recognoscere debet Reliquias.*

38 *Reliquiarum custodia debet esse penes Ecclesiasticos.*

39 *Laici sunt capaces retinendi clavem Reliquiarum pro custodia, si retinent ex consuetudine, vel consensu Rectoris.*

40 *Laici quando possint prætendere concessionem clavis Reliquiarum, & 41. ad 50.*

49. *Reliquiæ, quę proveniunt ex donatione Laicorum, & quarum claves, vel altera ab ipsis retinentur, & expensæ pro ornatu subministrantur, visitari possunt ab Episcopo quamvis retineantur in Ecclesiis Regularium.*

50 *Ecclesiæ, & Beneficiati tenentur conficere inventaria.*

51 *Episcopus in visitatione tenetur Verbum Dei prædicare.*

52 *Episcopus in visitatione recognoscit erectiones Confraternitatum.*

Confraternitates, quæ non sunt legitimè erectæ, nec habent statuta, nec exercitia pietatis colunt, sunt extinguenda, ibid. & num. 53.

54 *Episcopus potest bona Confraternitatis extinctę alteri loco pio applicare*

55 *Episcopus in visitatione debet recognoscere Indulgentias, & libros rationum, & num. 56.*

57 *In visitatione Episcopus procedit paternaliter.*

Non potest Edicto præcipere, ut revelentur secreta delicta, ibid.

58 *Non inquirit in specie super delictis Parochorum, sed de statu Ecclesiæ in genere.*

Finis visitationis est non punitio, sed correctio ibid.

59 *Decreta visitationis sunt per Cancellarium in libro referenda.*

N. per la gratia di Dio, e della Santa Sede Apostolica Vescovo N.

Siamo per visitare à Dio piacendo *le Chiese Curate, e non Curate, gli Oratorii, le Confraternite, i Collegii, i Monasterii, gli Ospedali, i Monti,* i luoghi pii, ed ogn'altra cosa, che à Noi tocchi *di questa Città, e Diocesi*, à fine di provedere tutto ciò, che al buon stato delle medesime Chiese, luoghi pii, della Cura dell' Anime, e vita de' Chierici bisogna. Esortiamo adunque con ogni affetto tutti i

Fedeli

Fedeli della medesima nostra Diocesi, à fare oratione al Signore, accioche si degni darci ajuto opportuno, accioche questa nostra attione riesca con frutto conforme al maggior servigio di S. D. M. Et a tal'effetto ordiniamo, che in ogni Parochia si faccia oratione publica avanti il Santissimo Sagramento, che si dovrà tenere da' Parochi nelle loro Chiese esposto il giorno avanti del nostro arrivo, che sarà da Noi loro intimato.

Invitiamo tutti quelli, che non hanno ricevuto il Santo Sagramento della Confermatione, ò sia Cresima, *à prepararsi per riceverlo*, conforme agli avvertimenti, & instruzione da Noi data.

E volendo dar principio *dalla nostra Cattedrale*, comandiamo sotto le pene a nostro arbitrio al Capitolo, Dignità, Canonici, Beneficiati, Cappellani, e Chierici della medesima, che tutti si trovino presenti la mattina delli... che sarà la terza Domenica del detto mese, con habiti talari, & Ecclesiastici, convenienti al loro grado, e Dignità, poiche terminata, che sarà la Processione, e data la benedizione al Popolo col SS. Sagramento, si aprirà, e si darà da Noi principio alla Sagra Visita.

Habbiano pronte *le testimoniali degli ordini ricevuti*, le Bolle delle loro Prebende, e Beneficii, la nota del frutto, e degli obblighi a quelli ingionti: Le Dignità, & i Canonici mostreranno d'haver fatta *la professione della Fede, gli Statuti, e Constitutioni* Capitolari, *la Tabella horaria* del cominciamento, duratione, e fine degli Ufficii Divini, il *Libro delle risolutioni Capitolari*, i Libri del Coro, e de' Puntatori, e dell'adempimento delle Messe, la Tabella degli oblighi delle Messe, ed Anniversarii, il *Catalogo delle Reliquie*, e di tutti i prebendati, stipendiati, e serventi della Chiesa, l'erezzione delle Prebende Teologale, e Penitenziale, *l'Inventario* delle suppelletili sagre, e di tutti i Beni spettanti alla Chiesa, Capitolo, Sagrestia; e Fabrica. I Chierici poi oltre le testimoniali degli ordini, esibiranno l'attestatione del Mastro delle Cerimonie d'haver con habito talare, e tonsura decente esercitate ne' giorni Festivi le loro Funzioni.

Comandiamo a tutt'i Chierici Beneficiati, e non Beneficiati dell'altre Chiese della Città, e Diocesi, che si trovino pronti, quando le visiteremo, colle testimoniali degli ordini, e titoli de' Beneficii, che godono, colla nota del frutto, e degli oblighi: Esibiranno l'Inventario delle suppelletili sagre, il Catalogo delle Reliquie, che sono nelle dette Chiese, e de' Libri, che tengono tanto per uso proprio, quanto delle medesime Chiese: Come anco le attestationi de' Parochi, e Rettori, d'aver frequentati i Sagramenti della confessione, e communione, & il servitio della Chiesa, alla quale sono ascritti, con habito, e tonsura decente.

Comandiamo alli Parochi, e Curati, che tengano avvisato il Popolo della nostra visita, con esortarlo a trovarsi presente nel giorno del nostro arrivo, in cui *amministreremo la parola di Dio*: Che tengano pronta la nota da presentarci delle Chiese, Oratorii, Confraternite, e luoghi pii, anche campestri, che sono nelle loro Parochie, e così di tutt'i Chierici, delle Feste, Processioni, e Solennità publiche, e particolari, che vi si celebrano fra l'anno: Degli abusi, e corruttele, de' Peccatori publici, come Usurarii, Concubinarii, Bestemmiatori, Malefici, e di quelli, che non si sono communicati la Pasqua; e ci avvisino se ci sia alcuno interdetto scommunicato, ò che viva separato dalla Moglie senza autorità della Chiesa.

Che ciascheduno di essi avvisi in tempo, & apparecchi se ci sono Calici, Corporali, Tabernacoli, Vasi, Campane, Imagini, ò altri paramenti

Eccle-

Ecclesiastici da benedire, e consecrare, ancorche fossero usati.

Et agli Officiali, Deputati, e Cappellani de' luoghi pii, e di Confraternite, che siano pronti ad esibirci *le fondationi*, aggregationi, regole, statuti, *Indulgenze*, Catalogo degli oblighi, siano di Messe, ò d'Ospitalità, d'elemosine, ò di altre opere pie, *i Libri dell'entrate*, & i conti del loro maneggio, & amministratione.

A tutti universalmente comandiamo sotto pena à nostro arbitrio, che sapendo alcuno per parole, ò fatti sospetto d'eresia, ò d'essere fautore d'Eretici, ò che ritenga libri, ò scritti proibiti senza la dovuta licenza, non manchi di venirlo à denunciare à Noi, overo a' nostri Convisitatori.

Siccome commandiamo à tutti, che sapendo Peccatori invecchiati, Malefici, abusi, e corruttele publiche, ò che alcuni oblighi di Messe, eleemosine, ò altre opere pie si tengano occulte, e non eseguite, vengano à notificarlo à Noi, ò a' Nostri Convisitatori, come sopra.

E finalmente esortiamo, e preghiamo tutti, quanto più efficacemente possiamo nel Signore, che sapendo la rovina, ò il pericolo evidente di qualche Anima, ò altri mali in disvantaggio del servigio di Dio, ancorche segreti, alli quali Noi possiamo provedere in forma *estragiudiziale*, *e paternale*, vogliano per officio di Christiana carità farcelo sapere. Dato, &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1 *SIAMO PER VISITARE*. Jus visitandi licèt sit delegabile, ut infrà dicemus, Vicario Generali, vel aliis idoneis viris: Nihilominùs sine justa causa, & impedimento, non debet delegari, quia res est gravis, & inter Curas Pastorales præcipua, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. de Reform.* maximèque conducit ad bonum Gregis, quod Pastor per se ipsum illum consideret, ut benè admonet Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 3. n. 10.* Barbos. *de Offic. Episc. par. 1. tit. 2. glos. 10. n. 24.* Et etiam quia non pauci DD. tenent, quod visitatio Episcopi sit de jure Divino, hoc probantes auctoritate scripturę *Prov. cap. 27.* ubi dicitur *--Agnosce vultum Pecoris tui, tuosque Greges considera*, quos refert & sequitur Fagnan. *in cap. Ex parte n. 39. de Cleric. non resid.*

2. *LE CHIESE CURATE*. Etiam exemptas, vel Regularibus subjectas, nam has potest Episcopus visitare, & Decreta facere in iis, quæ concernunt rectam administrationem, & custodiam Sacramentorum; & quatenùs Decreta discrepent ab illis, quæ fecerunt Superiores exempti, seù Regulares, debent ordinationes Episcopi prævalere, & observari, ut dixit Rot. *coram Seraphin. decis. 1067. n. 3.* Fagnan. *in c. Cum dilectus n. 43. de Relig. Dom.* & declaravit *Sac. Congr. Concil. in Mediolan. 12. Novembr. 1689. & Congr. Particularis Deputata ab Alex. VIII. in Causa Hispalen. 30. Januar. 1694. in responsione ad 6.* & relata *in Cong. Generali 18. Augusti 1696.* Et de Ecclesia Parochiali subjecta Capitulo Lateranen. *Sac. Congr. Episc. in Aquilana Terræ Arischiæ 23. Junii 1690.* Immò & quæ concernunt ornatum Ecclesiæ, *Sac. Congreg. Concilii in Cæsenaten. 23. Septembris 1690.*

3. *E NON CURATE*. Ecclesiæ etiam non Curatæ, quæ reperiuntur erectæ in solo Lateranensi, possunt ab Episcopo visitari, sivè per se ipsum, sivè per alium Delegatum, ad formam *Sac. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. & cap. 3. sess. 24. de Reform.* Undè cum ægrè ferret Vicarius Lateranen. Deputatus à Capitulo pro Ecclesiis sitis in Diœcesi Miletensi, qui quasi Episcopalem jurisdictionem super illis sibi competere autumabat, immò & usurpabat, Episcopus Mileti habuit recursum ad Sacram Congregationem

Con-

Concilii pro declaratione infrascriptorum Dubiorum.

I. An Episcopus Miletensis tamquam Delegatus Apostolicus possit subdelegare suum Vicarium Generalem, vel aliam Dignitatem Ecclesiasticam, sibi benè visam in visitatione Diœcesis, & præcipuè Ecclesiarum, quæ prætenduntur sitæ in solo Lateranensi.

II. An Vicarius destinatus in dicta Diœcesi Mileten. à Reverendissimo Capitulo Basilicæ Lateranen. possit revidere visitationes factas ab Episcopo, sivè ejus Delegato Visitatore in dictis Ecclesiis.

III. An prædictus Vicarius Lateranen. in dicta Diœcesi Mileten. possit revidere computa, & visitare Libros administrationis reddituum Societatum Laicarum erectarum in iisdem Ecclesiis, & an pro dicta computorum revisione, possit recipere à dictis Societatibus aliquod emolumentum, seù mercedem.

IV. An Vicarius destinatus in dicta Diœcesis Mileten. à dicto Reverendissimo Capitulo possit indicere concursum in occasione vacantię Ecclesiarum Parochialium, quæ prętenduntur sitæ in solo Lateranen.

V. An Episcopus Mileten. in præfatis Ecclesiis intrà fines suæ Diœcesis possit exercere suam jurisdictionem ordinariam quoad provisionem Parochialium aliorumque concernentium Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum.

VI. An in alienationibus rerum earumdem Ecclesiarum solemnitates requisitę etiam in vim Can. terrulas 12. quæst. 2. adhiberi debeant per Episcopum, vel per dictum Vicarium destinatum à Capitulo dictæ Sacrosanctæ Basilicæ Lateranen.

VII. An in casu, quo prædictus Vicarius destinatus à Capitulo se ingereret in jurisdictionalibus, & causis spectantibus ad Episcopum Mileten. possit ab eodem coerceri, & puniri Canonicis censuris, & pœnis.

Quibus propositis, auditis partibus in plena Congregatione 23. Aprilis 1701. responsum dedit: *Ad primum posse visitare per se, vel per alium etiam Ecclesias sitas in solo Lateranensi ad formam Sacr. Concilii. Ad secundum; Negativè. Ad tertium; Negativè ad utrumque. Ad quartum; Negativè. Ad quintum; Dilata. Ad sextum spectare ad Episcopum privativè. Ad septimum; Affirmativè.*

4. Et hìc nota, quod exemptio Ecclesiarum, quæ sunt in solo Lateranen. juxtà Privilegium Bonifacii IX. de quo fit mentio *in dec. 115. & dec. 313. par. 9. rec.* non extenditur ad illas Ecclesias, quę illi subjiciuntur per viam aggregationis, donationis, & ædificantium largitatis cum obligatione solvendi canonem, sed restringitur ad eas tantùm, quæ verè fundatæ, & constructæ reperiuntur in solo verè spectante jure dominii antiqui, & directi ad eamdem Basilicam, ad Text. *in cap. 2. de relig. Dom.* Felin. *in cap. cum venerabilis num. 33. de except.* Rot. *coram Duran. dec. 14. n. 8. & dec. 92. n. 9. & dec. 383. par. 18. recent. eadem Sac. Congr. Concil. in Rhegien. exemptionis 15. Novembr. 1698.*

5. *GLI ORATORII.* Oratoria publica, quæ habent requisita Ecclesiæ visitantur ab Episcopo, etiamsi sint de pertinentiis Regularium, dummodo separata sint à Claustris, & campestria, Nicol. *in flosc. verb. visit. ampl. 4. vers. posse vero*, Fagnan. *in cap. cum dilectus num. 43. & 46. de relig. Domib.* & bis nuper declaravit *Sac. Congr. Concil. in Cæsenaten. 23. Septembr. 1690. & in Cortonen. 20. Aprilis 1697.* Non tamen Religionis Hierosolymitanæ, *eadem Sac. Congr. in Mantuana 17. Junii 1690.*

6. Autem dicatur ad hunc effectum Oratorium publicum, si reperiatur constructum intra Cortile Palatii, Ricc. *dec. Cur Archiep. Neap. 78. par. 5.* hæc habet -- *Cum fuisset dubitatum si prohibitio Concilii procederet pariter in Oratorio existente in Cortili, fuit dictum, quod non, ex quo non potest dici Oratorium adesse intra domesticos parietes, maximè cum habeat aditum publicum, appellatione enim Domus non venit Cortile.*

7. Et cum eadem inspectio incidisset *in una Ostunen.* in qua Episcopus supposuerat interdicto Oratorium publicum, sivè parvam Ecclesiam, sitam intra Cortile Palatii cujusdam Magnatis, existimans, quod esset comprehensum sub prohibitione Concilii, Sac. Congr. Episcop. ad quam Baro recursum habuerat, pro-

proponente Eminentissimo D. Cardinali Ferrario 20. Martii 1698. rescripsit, *Previa remotione valvarum impedientium ingressum in cortile, vel aperto ostio Oratorii in viam publicam, & clauso omni aditu ab Ecclesia ad Palatium, & interdicto incongruo usu cubilis superioris, Episcopus procedat ad executionem Brevis, remoto interdicto.*

8. *LE CONFRATERNITE.* Confraternitates laicorum cum usu sacrorum, non solum in propriis Oratoriis, sed in Regularium Ecclesiis, in quibus reperiuntur erectę, visitantur ab Episopo in his, quæ respiciunt administrationem, & adimplementum onerum, vel relationem habent ad Confratres, ut declaravit *Sacr. Congr. Concilii in una Nucerina Paganorum 23. Junii 1629.* cum qua per transiit in *Urbanien. 23. Septemb. 1690.* & tenuit similiter *Sac. Congr. Episcop. in Fanen. 10. Aprilis 1693. referente Eminentissimo Card. Carpineo.* Tenor autem Decreti emanati in Nucerina talis est--*Nucerina Paganorum 23. Junii 1629. Sacr. Congregatio &c. inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit Confraternitates laicorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutas, subesse jurisdictioni, & visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, nec non illarum Cappellas in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt; & si Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare, & illius cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum, & ornamenta Altaris, seù Capellæ, onera Missarum, atque Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent.*

9. Quod ampliatur etiam in casu, quod Confraternitas esset erecta in Ecclesia, seù Oratorio fundato, & extructo in solo, & territorio Religionis Hierosolymitanę, prout partibus contradicentibus decisum fuit *à Sac. Congregat. Concil. in Novarien. Oratorii 17. Nov. 1696.* in qua declaratur, & firmatur, quod Ordinarius potest visitare Oratorium, & Confraternitatem, & cogere Officiales ad reddendam rationem, absque interventu alicujus personæ à Religione Hierosolymitana deputandæ, & prohibere Confessariis, ne confessiones Confratrum, & aliorum audiant in Oratorio absque Episcopi facultate.

10. *I COLLEGII.* Visitat Episcopus Collegia quæcumque quamvis merè laicalia, & à laicis fundata, & administrata, si habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod pium opus exerceant, vel instituta sint pro manutentione studentium pauperum, *juxta Concilii Trid. dispositionem in cap. 8. sess. 22. de Reform.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 612.* & articulo plenè discusso censuit *Sac. Congr. Concil. in Imolen. 29. Novembr. 1692. & 20. Julii 1693.*

11. *I MONASTERII.* Monialium Monasteria quantumvis exempta, vel Regularibus, vel Sedi Apostolicæ subjecta, Episcopus Diœcesanus visitat absque interventu Superiorum Regularium, Monialesque alloquitur, & examinat quoad concernentia Clausuram, & eam violantibus pœnas imponit, Panimol. *decis. 84. adnot. 3. n. 42. & 43.* Chrispin. *de Visitat. part. 2. §. 42. num. 70.* ubi Decreta refert, quæ iterum probavit *Sac. Congr. Concilii in Hieracen. 26. Januarii 1692.* non obstante, quod nunquam fuerint visitatæ, *Sac. Congr. Episc. in Saxaren. 24. Novemb. 1617.*

12. *GLI OSPIDALI, I MONTI.* Hospitalia, Montes Pietatis, & alia loca hujusmodi (quatenus ex lege fundationis non excludantur, aut sub immediata Regum protectione non existant) visitat Episcopus, etiamsi illorum cura, gubernium, & visitatio ad laicos pertineat, ut latè probat Fagnan. *in cap. ad hæc à num. 6. usque ad 59. de Relig. Dom.* Et non obstante consuetudine, quod in præteritum non fuerint visitata, prout partibus acriter informantibus declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Imolen. 7. Junii 1698.*

13. Neque refragante privilegio exemptionis ex post obtento: quia si in fundatione receperunt legem Visitationis Ordinarii, per exemptionem in forma communi obtentam non tollitur conventio præcedens, quando in privilegio mentio expressa non habeatur, *c. ex multi-*

plici

plici de Decim. Pirhing. *in jus can. lib.* 3. *tit.* 30. *n.*121. & in individuo tenuit *Sacr. Congr. Episc. in Cæsenaten.* 17. *Augusti, &* 5. *Octobris* 1691.

14. Et ratio hujus ampliationis est, quia Papa præsumitur suum arbitrium regulare juxta leges, ut tradit Cardin. de Luc. *de empbit. disc.*21. *n.* 6. & quamvis habeat supremam potestatem, timet tamen (irrationabiliter agendo) reprehendi, *cap. ut nostrum ut Eccles. benefic. sin. dimin. confer. cap. non debet de consanguin. cap. nisi de auctor. & usu palli.* Et propterea in rescriptis censetur se conformare velle (nisi aliud exprimat) cum dispositione juris communis, *c. novit. de judic.* Rot. coram Seraphin. *decis.* 773. *n.* 17. & *decis.*965. *n.*15. Corrad. *prax. dispens. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 31.

15. Inquirit quoque Episcopus in Visitatione Hospitalium, in quibus curantur infirmi, vel hospitantur peregrini, an bona decedentium restituantur hæredibus, vel potius Hospitali applicentur. Nam de jure tam primi, quàm secundi, liberam habent de rebus suis testandi facultatem. Si verò intestati decesserint, nihil ad Hospitale pervenit, non obstante contraria consuetudine, sive statuto; sed bona ipsorum per manus ejusdem Episcopi loci hæredibus tradi, vel si hæredes non adsunt, in pios usus erogari debere, expressè sancivit Imperator *in Auth. omnes peregrini, Cod. commun. de successions.*

16. Et in visitatione Montium Pietatis, an adsint statuta licita, & juri communi, ac dispositioni constitutionum Apostolicarum non repugnantia; an inventarium mobilium, immobilium, & jurium: hæc enim si deficerent, providendum omnino esset, cum consilio deputatorum Capituli, & Universitatis, ut *Sac. Congr. Episc. respondit Episcopo Juvenacen.* 25. *Januarii* 1697. Et præcipuè animadvertit, an Mons possit propriis introitibus, expensis necessariis succumbere necne? quia si posset, nihil pro pignoribus pauperibus restituendis deberet recipere, *juxta dispositionem Constitutionis Leonis X. in Concilio Lateranensi emanatæ, quæ est in Bullario nov. tom.* 1. *Constit.* 11. *§.* 4. & quam exornat Leotard. *de usur. quæst.*22. *n.* 33. 34. & 35. Si verò non in totum, sed in parte Mons par esset impensis; tunc eleemosyna trium forsan in fundatione pro iisdem expensis taxata, ad duo, vel unum pro centenario reduci deberet, ut mandant *Decreta Sac. Congr. quæ referuntur* à Nicol. *lucubr. civil. lib.* 3. *tit.*15. *n.* 13. *vers. Si Mons*, & à Chrisp. *de Visitat. part.*2. *§.* 38. *n.*15. Ut administri, & omnes alii intelligant, quod ubi nihil præter id, quod acceptum est, debitores restituere non tenentur, hoc genus Montis verè pauperum, & egenorum est asylum, & Christianæ pietatis egregium institutum, prout eruditè piéque observat Leotard. *loc. cit.*

Inquirit ulteriùs, an Rectores, & Cappellani Hospitalium, & locorum piorum hujusmodi in eorumdem Ecclesiis exerceant functiones Parochiales, vel extra illas Cadavera fidelium in dictis Hospitalibus defunctorum ad alias Ecclesias, in quibus defuncti sibi elegerunt sepulturam, vel proprium habent sepulcrum, auctoritativè deferant, & associentur, ut possit hæc, quæ ad Parochum privativè pertinent, prohibere, *Sacr. Congr. Concilii in Bononien.* 13. *Februar.*1694.

17. Potest quoque visitare Montes Frumentarios, quorum gubernium, cura, & administratio ad laicos pertinet, ad effectum solummodo recognoscendi labem usurariam, ut respondit *Sac. Congreg. Concil. in una Montis Falisci juris visitandi* 25. *Junii* 1695.

18. *DI QUESTA CITTA', E DIOCESI.* Præter Ecclesias, & loca Diœcesis, potest Episcopus vicinior visitare jure Delegato plenaria jurisdictione sæculares Ecclesias, quæ reperiuntur in loco Nullius, postquam proprias visitaverit, Nicol. *in flosc. verb. visitatio ampl.* 13. *vers. item è converso, ex facultate tributa à Concilio Tridentin. sess.*24. *cap.* 9. & Parochiales Ecclesias Regulares, exceptis tamen locis expressis *in cap.*11. *sess.* 25. *de regular.* nempe Monasterio Cluniacensi, locis in quibus Capita Ordinum Sedem principalem habent, & iis in quibus Prælati inferiores jurisdictionem in Parocho, & Parochianos exercent:

de quo plenè agit Fagn. *in c. nullus num.* 10. *usque ad fin. de Paroch. & alien. Parochian.*

19. Si autem inter loca Diœcesis visitanda esset contentio quis eorum videatur esse major, & quisnam debeat ab Episcopo primo loco visitari, sorte ex bussulo loca extrahantur, prout respondit *Sacr. Congreg. Episc. in Teramnen.* 9. *Augusti* 1593.

20. *A PREPARARSI PER RICEVERLO*. Ut subditi minùs graventur, conveniens est, quod Episcopus Sacramentum Confirmationis administret tempore Visitationis in loco Diœcesis commodiori: non tamen debet, nec potest pro tali administratione procurationem exigere, ut censuit *Sac. Cong. Episc. in Amalphytana* 12. *Junii* 1693. in qua cum Civitas Majoris conquesta esset per viam recursus, Archiepiscopum ex causa denegatæ procurationis d. Sacramenti excommunicatos publicè declarasse Sindicos Universitatis, partibus informantibus ad relationem clar. me. Card. Petrucci prodiit resolutio -- *Archiepiscopum non potuisse exigere, & censuras non sustineri*: obtentaque adversus hanc resolutionem nova audientia, iterum causa proposita 27. Novembris ejusdem anni fuit rescriptum -- *in decisis quoad Censuras, & uniantur Decreta*. Verùm agnoscens Archiepiscopus malum jus fovere, Causa siluit.

21. Malum jus inquam fovet Episcopus, qui talem exactionem prætendit, quia communis sententia est Canonistarum, quod quando accedit ad Oppida Diœcesis, sive gratia, & occasione Visitationis, sive ut conferat hoc Sacramentum, non potest à Parochis, neque Parochianis procurationem pro Sacramento hoc conferendo exigere, sed propriis sumptibus se ipsum alere, Barbos. *supra Conc. sess.* 24. *cap.* 3. *num.* 20. *de reform. & de offic. Episc. alleg.* 30. *n.* 10. *& alleg.* 73. *n.* 53. *& in sum. decis. Apostol. collect.* 144. *num.* 2. *& collect.* 206. *n.* 3. Pac. Jord. *lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Sacram. confir. ampl.* 5. *n.* 15. Nicol. *in flosc. verb. visitatio n.* 10. *limit.* 12. Ricc. *in prax. form. Eccles. part.* 4. *resol.* 156. *per tot.* Raynald. *observ. Crim. ad cap.* 32. *supplem.* 3. *num.* 23. quam est amplexa *Sac. Congreg. Concilii contra eundem Archiepiscopum Amalphytanum.* 18. *Julii* 1699. *in responsione ad secundum*.

22. Neque illos excusat consuetudo, quæ corruptela est: nam aliud est, quod Laici confirmandi, sive Universitates laicorum possint, si sponte velint, Episcopo pauperi pro victualibus aliquam subventionem subministrare, & ipse recipere absque labe simoniæ; aliud est, quod laicis recusantibus, & nolentibus solvere, possit Episcopus eos cogere juris remediis, quod certè de jure omninò vetitum est, ut comprobant Decreta congesta per Pignatell. *consult.* 47. *lib.* 1. ac demum Taxa Innocentiana illis verbis --- *non potrà esigere emolumento alcuno così in denaro, come in qualunque altra cosa, che riguardi l'amministratione de Sagramenti*.

23. Undè non obstat Decretum, quod solet perperam ab Episcopis allegari, *in Minerbien. Sacra Congreg. Concilii* 1655. in quo dicitur, quod suppositâ consuetudine, possit exigi procuratio pro victualibus, occasione administrationis Confirmationis: quia responsio hujusmodi, (quam autenticam habeo) emanavit ad solam interrogationem, & suppositionem Episcopi per modum quæsiti, ibi -- *Quærit Episcopus &c.* nemine audito, & articulo non examinato, prout evenit *in dicta Amalphitana* 18. *Julii* 1699. in qua causa bis proposita partibus informantibus voce, & scripto responsum fuit *non licere*.

24. Pro procuratione autem Visitationis, victualia tantum ad formam Concilii à visitatis recipere potest, non obstante contrario asserto solito, & consuetudine exigendi etiam pecunias: quæ victualia debent esse moderata secundum possibilitatem Ecclesiæ visitatæ, non autem indebitè gravandus est Clerus, Barbos. *in cap. Romani §. Procurationes num.* 20. *de cens. in* 6.

25. Nec potest Episcopus Visitator taxare in pecunia id, quod pro victu necessario sibi contingeret, ut docet idem Barbos. *in cap. felicis num.* 3. *de cens. in* 6. neque alia utensilia, vecturas equorum, & expensas prætendere: quia nomine victualium veniunt tantùm ea, quæ consistunt

stunt in victu, Barbos. *in d. cap. Romani, §. Procurationes n.* 19. Ventrigl. *prax. p.* 2. *annot.* 24. §. 2. *n.* 2. *Sac. Congreg. Concil. in d. Amalphytana in responsione ad tertium, & Larimen.* 12. *Aprilis* 1698.

26. *DAR PRINCIPIO DALLA NOSTRA CATHEDRALE*. Primo loco videtur visitanda Ecclesia Cathedralis, juxta monitum *cap. Romana de cens.* sed hoc debet intelligi ex quadam congruentia, non autem ex obligatione, quia Episcopus potest Visitationem incipere ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit, prout ex Decreto *Sac. Congr. Rituum*, probat Barbos. *in Sum. decis. Apost. collect.* 300. *num.* 2.

27. Capitulum verò Cathedralis nulla prorsus exemptione, aut præscriptione etiam immemorabili, potest se defendere, aut eximere, quo minus ab Episcopo visitetur, ut plenissimè articulo discusso, rejecta allegata præscriptione, decisum fuit *à Sacr. Congr. Concilii in famosa Hispalen. Jurisdictionis* 4. *Junii* 1689. & 4. *Maii* 1690.

28. *LE TESTIMONIALI DEGLI ORDINI*. Potest Episcopus in sua prima Visitatione testimoniales Ordinum, & Bullas Beneficiorum collatorum exquirere non obstante regula de triennali possessione, ut respondit *Sac. Congr. Episc. Archiepiscopo Aven.* 28. *Augusti* 1593.

29. *LA PROFESSIONE DELLA FEDE*. Dignitates, & Canonici Cathedrales docere debent se in adeptione suarum Præbendarum emisisse professionem fidei ad formam præscriptam *à Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 14. Cum enim agatur de re gravi, & illam ultrò emittere teneantur sub pœna peccati mortalis juxtà magis communem, de qua apud Garz. *de benef. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 65. Barbos. *de canonic. c.* 17. *num.* 11. & 20. Corrad. *prax. benef. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 36. Ideò Episcopus in sua prima visitatione debet ex officio de hoc inquirere, & recognoscere, Garz. *d. c.* 3. *n.* 49. ad hoc ut si fortè aliquis illam non emiserit, ad restitutionem fructuum ex Præbenda perceptorum eum monere valeat, & si fortè monitionem contemneret, etiam juris remediis coercere, *juxta cap. novit. de Judic.*

30. Quicquid enim sit de illorum sententia, qui tenent Decretum Concilii pœnale esse, ac proinde etiamsi pœnam irroget, ipso jure non obliget in conscientia ante sententiam condemnatoriam: hodiè ista propositio ex paritate rationis videtur damnata ab Alexandro VII. de anno 1665. *propos.* 20. & verior sententia est, quod Episcopus non possit hos fructus ita malè perceptos relaxare, neque Capitulum potest illum, qui in hoc defecit, pro præsente habere, ut contrariis respondendo benè probat Ros. *de execut. litter. Apostol. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 52. *& tribus sequentibus*.

31. *GLI STATUTI, E COSTITUTIONI*. Statuta Capituli debent in Visitatione recognosci, ut certior fiat, an sint juridica, valida, & laudabilia, an antiqua, an recentia, an consona antiquis, an dissona, aut mutata, & an demum à Sede Apostolica, vel Ordinariis decessoribus approbata, & confirmata, necnè. Regulariter enim Capitulum sine Episcopi consensu statuta, quæ respiciunt statum Ecclesiæ, non condit, Barbos. *de Canonic. c.* 42. *n.* 75. *in fin.* Tondut. *qu. benef. tom.* 1. *c.* 68. *n.* 5. Rota cor. Seraph. *decis.* 560. *n.* 4. & *dec.* 1447. *n.* 2. Quidquid sit quando Capitulum statueret tantummodo super his, quæ ad ipsum pertinent, juxta aliam decis. Seraph. *decis.* 707. *n.* 4. puta pœnas adjiciendo conventionales inter viventes, & præsentes, Fagnan. *in cap. cum omnes n.* 43. *de Constit.*

32. *LA TABELLA ORARIA*. Divina Officia, horæque Canonicæ in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis debent recitari statis horis: & propterea cura erit Episcopi Visitatoris recognoscere Tabellam horariam, & quatenus non adesset, aut inordinatam inveniat, illam præfinire, seu reformare non negligat ad formam Tabellæ, quam approbavit *Sac. Congr. Episc. in Aretina*, apud Nicol. *in flosc. verb. horæ Canonicæ num.* 1. & per extensum refert Chrisp. *de Visit. part.* 2. §. 20. *n.* 11. aut alterius aptæ juxta laudabiles consuetudines, & situationem loci, & Ecclesiæ.

33. Nam ob aeris intemperiem ver. gr. tolerari potest, quod Matutinum non ab

ortu Solis, ut in dicta Tabella præscribitur, sed per horam integram post Solis ortum incipiatur, prout pro tolerantia respondit *Sacr. Congreg. Concil. in Trojana* 14. *Februar. & 14. Novembr.* 1699. favore Capituli Collegiatæ Civitatis Foggiæ: & ratio evincens est, quia præcluſa dispositione Concilii, de jure communi aeris intemperies excusat à residentia, Glos. *in cap. ad supplicationem verb. morari de renunciat.* Fagnan. *in c. Clericos num.* 35. *de cler. non resid. & in c. licet n.* 46 & 47. *de præbend.* Undè multò magis poterit justam excusationem præbere (residentia non ablata) ut hora, & tempus Officii protrahatur, prout eadem Sac. Congreg. Concilii propter hanc causam malæ qualitatis aeris de mane indulsit Canonicis Collegiatæ Sanctæ Mariæ in Cosmedin Urbis 11. Decembr. 1694. 26. Martii 1695. & 11. Febr. 1696.

34. *IL LIBRO DELLE RISOLUTIONI CAPITOLARI.* Quia in Capitulis tam Cathedralis, quàm Collegiatarum plura tractantur, & resolvuntur, quæ si non de necessitate, saltem ne probationes pereant, scripturam exigunt congruenter: ideò debet retineri librum benè compactum, cartulatum, & legale, in quo à Secretario Capituli, fideliter, & diligenter sine addito describantur adamussim propositiones, & resolutiones Capitulares: quæ an per vota secreta, vel potiùs aperta fieri debeant, jam dixi supra *in tit.* 1. *adnot. ad formul. de electione Vicarii Capitularis.*

35. Notandum est autem, quod resolutiones semel in Capitulo captæ, licèt validæ sint, possunt nihilominus mutari, corrigi, & variari, dummodo eadem interveniat solemnitas in corrigendo, quæ intervenit in statuendo, ut respondit *Sac. Cong. Episcop. in Ceneten. ad quintum* 13. *Martii* 1615.

36. Secundò quia sæpè in convocatione Capituli fiunt fraudes, & ex illius vel propera, festina, vel clandestina coadunatione suboriuntur lites, & dubia super validitate: ideò Episcopus inquirat de modo convocandi, ut possit sua providentia defectibus, & malitiis occurrere: & præsertim ordinationem faciat, quod fiat certa die, & hora in loco Capitulari: ipsi enim incumbit formam præscribere, quatenus inordinatè convocari reperiat, prout pluries declaravit *Sac. Congreg. Concilii* apud Chrispin. *de visit. part.* 2. §. 30. *n.* 1. *& seqq.* Et quod vota Capitularium collegialiter dari debeant, itaut non sufficiat consensus illorum extra Capitulum datus uti à singulis, Rot. coram Cavaler. *decis.* 193. *n.* 5. & cor. Burat. *dec.* 225. *n.* 3. & 4. Ricc. *prax. for. Eccles. part.* 2. *resol.* 281. *num.* 2.

37. *IL CATALOGO DELLE RELIQUIE.* Reliquiæ sunt in Visitatione recognoscendæ, quia ut plurimum de illarum identitate non constat, & nulla affertur probatio: ideòque si incertæ sint, permitti non debet, quod exponantur venerationi fidelium, nisi permixtæ essent cum certis, vel essent valdè antiquæ, Nicol. *Iucubr. Can. lib.* 3. *tit.* 45. *post num.* 4. *vers. nec ostendi.*

38. Custodia autem Reliquiarum debet esse pœnes Ecclesiasticos, quorum sunt partes, Sanctorum pignora fidelibus spectanda, & veneranda exhibere, Fernand. Anicien. *disq. Cleric. lib.* 1. *c.* 9. *art.* 1. §. 1. nec laici sese in his ingerere possunt, *c.* 2. *de judic. ubi glos. & DD.*

39. Sunt nihilominus Laici capaces juris retinendi unam, vel alteram ex clavibus depositi Reliquiarum pro custodia, quia cum sit actus ministerialis, nulla juris repugnantia intercedit, quin possint hoc jus habere, Andreol. *controv.* 381. *per tot.* Barbos. *in Sum. dec. Apostol. collect.* 646. *n.* 9. Card. de Luc. *Miscellan. disc.* 35. & nuper declaravit *Sacr. Congr. Episc. in Civitatis Castellanæ* 6. *Aprilis* 1696. *referente Eminentiss. Card. de Abdua.*

40. At censerem hanc conclusionem veram esse, ubi Laici ex consuetudine, vel alio justo titulo præcedente, puta consensu Rectoris Ecclesiæ reperiuntur in possessione Clavem retinendi: ac etiam in casu, quo Laici vellent Ecclesiæ Reliquiam aliquam insignem donare, aut Cappellam ex integro pro custodiendis Reliquiis construere cum reservatione juris clavem habendi: in his terminis procedunt Auctoritates mox allegatæ. Verùm si Laici in præteritum nunquam cla-

clavem retinuissent, sed illam consequi prætenderent, ex quo sint Ecclesiæ Benefactores, vel Patroni, qui in fundatione tale jus sibi, nec non suis reservassent, vel demum quia agatur de Reliquia Sancti Protectoris loci, & pro honorificentia Magistratus Laici clavem peterent; tunc invito Rectore Ecclesiæ non possent hanc prærogativam, seù honorem prætendere: quia Ecclesiarum Ministri, ubi non reperitur inducta, non coguntur servitutem in rebus Ecclesiasticis recipere sine mandato Apostolico; ne quæ sunt meræ facultatis, necessitatis fiant.

41. Immò nec volens posset Rector Ecclesiæ consentire; quia ex tali concessione læditur libertas Ecclesiæ, & servitus ei imponitur, qua astringitur, ut non possit Sacras Reliquias ostendere, nec venerationi fidelium exponere, absque Laicorum clavem retinentium assensu, & beneplacito, quod est reprehensione dignum, ut ait citatus Fernand. Anicien. *lib.1. cap.10. art.2. §. ultimo.*

42 Qui enim habet jus retinendi clavem, habet jus ad aperiendum, Rot. *post Posth. decis.115. n.8. & decis.546. n.4.* & qui dat claves, quæ sunt pars rei, dat res ipsas, ut dicit Ricc. *prax. For. Ecclesiast. part.3. resol. 59. num. 1.*

43. Dubium hinc oritur (de quo disputatum vidi *in una Velitern.*) an accedente consensu, & licentia Episcopi, sivè mandatum, teneatur Rector Ecclesiæ, Laicos ad consortium custodiæ Reliquiarum admittere, & clavem unam illis concedere. Et pro affirmativa stat Card.de Luc. *dicto disc.35. in miscell.* præsertim si agatur de Reliquiis retentis in Ecclesia Cathedrali, cujus Episcopus est Rector, & sponsus, ut ipse dicit *num.* 8. & etiam quia jus retinendi clavem, sivè custodiam Reliquiarum non sit concessio spiritualis, sed temporalis, spiritualitati adnexa, in qua sufficiat licentia Episcopi.

44. Sed in contrarium urgent sequentia. Primò, quod constitutio servitutis, sivè realis, sivè personalis in rebus Ecclesiasticis alienari prohibitis, est species alienationis, quæ imponi non potest absque solemnitatibus requisitis, *l. ultima C. de reb. alien. vel non.* Ventrigl. *prax. p. 1. adnot.1. §.2.n.17.* Passer. *de stat.hom. to.1. qu.185. art.7. n.303.* Cum igitur Reliquiæ Ecclesiæ præsertim insignes alienari non possint absque beneplacito Apostolico, Passerin. *de stat. hom. tom.1. qu.185. art.7. à n.416. ad 422.* sequitur quod non possit super illis servitus imponi sola auctoritate Episcopi, qui Ecclesiam antea liberam, subjectam reddere nequit, Rot. *cor. Dunoz. Sen. decis.171. n.5.*

45. Secundò, quod Episcopus non est Dominus, sed Procurator, & ideò Ecclesiæ conditionem meliorem, non autem deteriorem facere potest, Text. *est in cap.2. de donat.* & nomen Sponsi, quem ei tribuit Card. de Luc. datur metaphoricè, & analogicè, non autem universaliter: Et proindè cum facultas retinendi clavem rerum Ecclesiæ, involvat jurium dismembrationem, ut dixit Rot. *coram Merlin. decis.728. n.8. & 12.* non poterit Episcopus licitè concedere.

46. Tertiò, quod Episcopus curam, & custodiam rerum Ecclesiarum Laicis demandare non debet, *c. Indicatum 89. dist.* nec jura Rectoris Ecclesiæ eo invito ad alienos transferre, *c. fin.12. q.1. ubi glos. c. Sinè except. 12. q.2.* Host. *aliique Canonistæ in c. de Xenodochiis de Religios. dom.*

47. Ex quibus juris principiis regula constitui poterit, quod si Episcopus ex justa, & rationabili causa Laicis clavem Reliquiarum concedat, licitè, & validè possit hoc facere, ac Rectorem Ecclesiæ compellere, ut eos in consortium pro custodia admittat: Sicuti enim Laico erigenti Beneficium, vel Capellam, potest jus præsentandi Rectorem, vel Sepulchri respectivè, quod est spiritualitati annexum, reservare, ità alicui Benefactori insigni, & de recenti, aut aliàs de Ecclesia, in qua Reliquiæ servantur, valdè ex noviter concessis, & elargitis benemerito, jus retinendi clavem pro custodia nomine Ecclesiæ tribuere.

48. Si verò absoluto arbitrio, nulla causa, nec laudabili motivo concurrente, clavem Laico tradi mandaret, tunc nec licitè, nec validè, sed spoliativè concederet, & Rector Ecclesiæ, sivè Capitulum Cathedralis facto Episcopi justè

sese opponere posset, immò & deberet; ut benè hoc probat Abb. *in cap. dilecti filii de major. & obed. num.* 3. ibi --- *Nota hoc ultimum, quod etiam Prælato invito potest Capitulum obviare præjudicio ipsius Ecclesiæ, & per hoc dicit Innoc. quod si ex facto Episcopi aliquod præjudicium potest generari Ecclesiæ, potest Capitulum contradicere, seu appellare ex hoc quia jura, & Dignitates Ecclesiæ possidentur per Episcopum, & Capitulum (& nota benè hoc dictum) licet Episcopus sit Caput*, & idem probat Zecch. *de Republ. Ecclesiast. tit. de Prælat. in gener. cap.* 1. *num.* 8.

49 Reliquiæ autem, quæ ex donatione proveniunt Laicorum, quarum claves, vel unam ipsi retinent, & expensas pro earumdem ornatu subministrant, visitantur ab Ordinario, quamvis retineantur, & custodiantur in Ecclesiis Regularium, *Sacr. Congr. Concil. in Firmana* 5. *Junii* 1700.

50 *L'INVENTARIO*. Omnes Ecclesiæ, & Beneficiati, & præsertim Capitulum Cathedralis, tenentur conficere, & habere Inventarium rerum omnium, ut sua Constitutione sancivit Sixtus V. quam refert Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Archivium*. Ideoque Episcopus in Visitatione, ubi non adesse reperiat, præfixo congruo termino, omninò confici mandet, & exemplaria authentica ad Cancellariam Episcopalem transmitti decernat.

51 *AMMINISTRAREMO LA PAROLA DI DIO*. Tenetur Episcopus in Visitatione prædicare Verbum Dei, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, aut sublimitate sermonis, sed in veritate, & ostensione Spiritus, rudes in lege Domini edocendo, aliàs nisi legitima causa excusetur, ipsum peccare mortaliter, *ex Cajetano, & Genuensi* firmat Gavant. *in manual. Episc. verb. Visitatio n.* 36. Sunt enim de hoc Textus aperti *in cap. Placuit* 10. *quæst.* 1. *& cap.* 1. *§. Sanè de Cens. in* 6. quibus nullibi apparet fuisse derogatum, neque dispensatum, & est etiam doctrina Abbat. *in cap. Inter cætera n.* 1. *de offic. Ordin.* quem sequitur Piasec. *prax. Episc. part.* 2. *c.* 2. *art.* 1. *n.* 4. Quomodo autem se excusent coram Deo tot Episcopi, qui nihil prorsus curant de hoc in visitando, ipse Deus scit: sed de hoc pleniùs dicam in Appendice.

52 *LE FONDATIONI*. Debet Episcopus in Visitatione recognoscere, an Societates Laicorum, quæ Sacco utuntur, & quæ ubique in Pagis, & locis Diœcesis inveniuntur, fuerint legitimè auctoritate Ordinaria Episcopi erectæ: quia non semel accidit, quod tales Sodalitates (ut plurimum hominum rudium, & infimæ conditionis repletæ) absque ulla Superioris Ecclesiastici licentia, & facultate reperiuntur introductæ sine lege, & sine statuto: adhoc ut ad formam præscriptam *à Constitutione Clem. VIII. impressa in Bullar. tom.* 3. *& in ordine la* 115. reducantur. Et quatenus Statuta ab eodem approbanda (si ab Antecessore approbata non fuerint) præfixo eisdem termino, conficere, & respectivè observare renuant, aut negligant, illas abolere, & extinguere non dubitet, Franc. *de Eccles. Cathedral. cap.* 25. *num.* 51.

53 Cum etenim hujusmodi Laicorum Sodalitates fuerint introductæ in Ecclesia, ut aliquod pietatis institutum amplectantur, ut in Fraternæ Charitatis vinculo copulatæ officia Religionis obirent, & piis operibus incumbentes, æmularentur charismata meliora: Quando hæc non adimplent, nec adimplere nolunt, cessat finis permissionis, & non erit amplius Collegium pro fovenda Religione, sed lucri, & quæstus causa congregatum, quod non erit tollerandum, tamquam otio torpentem, & requisita d. Bullæ Clem. VIII. non habentem.

54 Redditus autem, bonaque illarum, quæ ut plurimum inutilibus, & voluptuosis expensis consumpta, vel inscitia Officialium distracta, aut malitia, & dolo usurpata inveniuntur, & destinata non sunt ad certum aliquem pium usum, puta, ut pueri nutriantur, aut infirmi alantur, Episcopus sua ordinaria auctoritate alteri loco pio applicabit, ut per Text. *in cap. In Canonibus* 16. *quæst.* 1. . . . firmat Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 25. *num.* 442. ubi dat concordantes.

55 *L'IN-*

55 *L'INDULGENZE*. Indulgentiæ, quæ evulgantur, sæpè contingit, quod non sint veræ, vel expiratæ, revocatæ, vel subreptitiæ, extortæ, aut demum Sodalitatibus non legitimè erectis, neque canonicè aggregatis concessæ reperiantur; Propterea Episcopus debet in Visitatione illas recognoscere, erroresque, & abusus, si quos inveniat apud rudes, depellere: Necnon inquirere an occasione publicationis Indulgentiarum fiant quæstus illiciti; ne quæ sanctè fidelibus dispensanda sunt, prava aliqua corruptela inficiantur, ut monet *Sac. Conc. Trid. in Decreto de Indulgentiis*.

56 *I LIBRI DELL' ENTRATE*. Quod Episcopus non solum in actu Visitationis, sed alio quocumque tempore cogere possit Administratores quoscumque ad exhibendum libros, jam dixi *in tit. 1. Adnot. ad formula 14.*

57 *ESTRAJUDICIALE, E PATERNALE*. Hæc clausula apponitur ad ostendendum, & declarandum, quod Episcopus non jubet, neque præcipit sub Censura, aliavè pœna, ut revelentur secreta delicta, quia hoc facere non potest in Edictis præparatoriis ad Visitationem, prout prohibent Decreta relata à Barbos. *in Sum. decis. Apostol. verb. Visitatio num. 4. & 5.* Sed hortatur in Domino, ut velint Christiana Charitate ducti, pericula animarum ipsi patefacere, ad hoc ut paternaliter possit providere per viam fori pœnitentialis potius, quàm contentiosi, ut monet Piasec. *prax. Episc. p. 2. cap. 3. art. 8. n. 8. tit. de Visit. quorumcumque exempt.*

58 Et hinc est, quod in Visitatione non debet inquiri in specie super delictis Rectoris, sivè Parochi, sed tantum de statu generali Ecclesiæ, nulla servata forma judicii, neque ullo juramento delato examinandis, ad formam *cap. Romana §. Sanè de Cens. in 6.* & prout mandat Decretum Sac. Cong. Concil. per extensum relatum à Piasec. *loc. cit. num. 6.* Quia puniendi finis in Visitatione non intenditur, sed corrigendi, & salutares pœnitentias injungendi.

59 Præterea curet Episcopus, quod Secretarius, sivè Cancellarius Visitationis omnia referat in scriptis; quia libri, in quibus adnotantur provisiones, mandata, & Decreta Visitationis, plenè probant, ut firmant Rot. *coram Dunoz. Jun. decis. 61. n. 6.* Panimol. *dec. 10. num. 12.* & alii plena manu congesti à Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 1. tit. 1. cap. 6. n. 6.* Non tamen probant juspatronatus, ut dicit Januen. *prax. cap. 63. num. 18.*

Edictis Indictionis Synodi.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi in tertio Præsulatus anno congruenter deberent Synodum congregare.*

2 *Synodus non est vocanda, nisi priùs expleta fuerit Visitatio generalis Diœcesis.*

3 *Synodo interesse debent Presbyteri, & Clerici.*

4 *Superiores Regulares parvorum Conventuum subjectorum Ordinario tenentur interesse Synodo.*

5 *Capitulum Cathedralis debet nominatim ad Synodum invitari.*

Episcopus in convocatione Synodi non tenetur consilium Capituli requirere, nec in aliis actibus præparatoriis; ibid.

6 *Laici ad Synodum possunt invitari, si Episcopo videatur.*

7 *Synodus potest congregari etiam extra Ecclesiam.*

8 *Qui tenentur Synodo interesse, debent personaliter accedere non per substitutos, nisi essent exempti, qui ratione Ecclesiæ Curatæ satisfaciunt mittendo Curatos, seu Cappellanos, per quos Cura exercetur.*

9 *Episcopus debet in publicatione Decretorum Synodi, Capituli consilium exquirere, licèt sequi non teneatur, aliàs nulliter agit.*

10 *Quomodo sit requirendus consensus Capituli.*

11 *Requisitio consilii Capituli facta per Edictum sufficit ad sustinendum validitatem Synodi, & n. 12.*

13 *Capitulo recusante, vel protestante contra Synodum Episcopus, protestationibus non obstantibus, procedit ad ulteriora.*

14 *Requisitio consilii Capituli debet fieri Capitulariter.*

15 *Judices, & Examinatores Synodales, debent esse Viri timentes Deum.*

16 *Examinatores Synodales debent nomine, & agnomine proponi, & à Synodo approbari.*

17 *Formula traditur electionis eorumdem, & num. 18.*

19 *Examinatores Synodales electi in prima Synodo, debent iterum in secunda approbari, non per relationem, sed nominatim.*

20 *Examinatores Synodales exercent officium, donec nova Synodus celebretur, & num. 21.*

22 *Episcopus in Synodo debet evitare multitudinem præceptorum per Censuras late sententiæ. Et novitates, & n. 23. 24. & 25.*

26 *Decreta Synodi non sunt evulganda materna lingua.*

27 *Ignorantia Constitutionum Synodalium non potest allegari in loco, ubi jam fuerunt publicatæ.*

Constitutio Synodalis, quando habeat vim monitionis, ibid.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

SYnodum Diœcesanam, Præsulatus nostri *tertio recurrente anno*, Deo adjuvante, habituri, ut Sanctorum Patrum instituta, ac Conc. Trid. præcepta neque pereat fructus, quem *ex præcedenti* generali Diœcesis *Visitatione*, Divina opitulante misericordia, percepimus, monemus in Domino, ac pœna Sacrorum Canonum, seu aliis ad arbitrium nostrum propositis jubemus in virtute sanctæ obedientiæ, omnes, & singulos, qui in Civitate, & Diœcesi nostra Beneficia etiam simplicia, ac cujusvis generis, vel titulo obtinent, eos item, qui Sacris Ordinibus initiati sunt, omnes etiam, *qui minoribus Ordinibus* sunt constituti, Regulares, qui Curam exercent Animarum, vel aliàs nostræ jurisdictioni delegatæ vigore Concilii, & *Apostolicorum Decretorum* subjiciuntur; Capitulum autem nostrum peramanter *invitamus*, & alia Collegiatarum Ecclesiarum Capitula vocamus, & alios quoscumque, qui *de jure*, vel consuetudine Synodo hujus Diœcesis interesse debent, die ... mensis ... quæ erit ... *in nostram Cathedralem* de mane convenire, neque verò *pro se alios mittere*, nisi qui legitima causa sint impediti, quam Nobis probaverint, ut ope Dei, atque auxilio, *communi studio, & consilio* à Nobis ea statuantur, quæ ad Animarum salutem, Clerique disciplinam, & Divini Cultus incrementum, totiusque Diœcesis reformationem, & regimen *pro temporum ratione pertinent*. Volumus autem, ut hæc Synodi indictio affixa valvis Ecclesiæ Cathedralis, necnon Parochialium Diœcesis, omnes afficiat, ac si fuisset singulis intimata. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Præmonitiones ad Clerum.

1 ACcedant omnes cum Vestibus talaribus, decenti Tonsura, Biretis, & Superpelliceis mundis, & Dignitates, Canonici, Archipresbyteri, & Parochi cum eorum Insignibus.

2. Qui

2. Qui in Visitatione non exhibuerunt Bullas suorum Beneficiorum, afferant ad Synodum.

3. Qui sine titulo inserviunt Ecclesiis, sive Curati sint, sive Cappellani, & ii præsertim, qui confessiones audiunt, litteras afferant suæ deputationis, & facultatis.

4. Parochi deferant statum Animarum, & notulam eorum, qui in peccato publico vivunt, & perseverant, prout sunt concubinarii, usurari, blasphemi, malefici, & qui in Paschate Sacra Communione non refecti sunt.

5 Omnes Beneficiati, & Ecclesiarum Rectores, quatenus adhuc non exhibuerint, deferant copiam authenticam Inventarii omnium bonorum Ecclesiæ, sive Beneficii, ac Sacrarum Suppellectilium.

6. Die Dominica, quæ proximè Synodum præcedit, Parochi, qui Coadjutorem non habent, visitent infirmos, etiam non requisiti, & eos commendent vicinis Sacerdotibus, seu Regularibus, ne durante Synodo eorum mora fiat periculi occasio; ubi verò non sunt alii Sacerdotes, consulant nos quam primùm, ut provideamus.

7 Ad Tabernas, seu Cauponas non divertant, Nobis inconsultis, aut Hospitiorum Præfecto, neque ad Laicorum ædes, nisi propinquorum, sed in Hospitiis à Nobis deputatis cibum sumant, & pernoctent.

8. Parochi moneant populos suos, ut piis precibus uberem fructum à Deo impetrent, & die Dominica Synodum proximè antecedenti ad hunc effectum ritè confessi communicent; idemque præstabunt Clerici, qui ad Synodum venient in Missa Synodali.

9. Eadem autem die Dominica Synodum præcedente singuli Parochi in suis Ecclesiis Sanctissimum Sacramentum per aliquas horas ad Ostiolum Tabernaculi decenter in Pixide retentum exponant, ut ita publicis precibus ad hanc actionem obeundam adjuvemur.

10. In feriis quintis duplici non impeditis ante Synodum, à die qua has premonitiones receperint, Missas de Spiritu S. celebrent, vel Collectam dicant, & in festis diebus Litanias SS. ante Missam Parochialem cum populo recitabunt.

11. Vicarii Foranei accedant ad Nos die .... cum notulis eorum, qui in suo Vicariatu interesse Synodo debent.

Præmonitiones supradictæ, quas uberiùs ex Actibus Ecclesiæ Mediolanen. deprompsit *Gavant. in manual. Episcop.* non sunt omnibus Synodis, & Diœcesibus communes, sed juxta latitudinem, exiguitatem, commoditatem, & laudabiles consuetudines locorum ad placitum Episcoporum, ampliantur, resecantur, vel etiam (rarò tamen) omittuntur.

ADNOTATIONES.

1 *TERTIO RECURRENTE ANNO*. Supponitur in hac clausula, quod Episcopus in primo, & secundo anno sui gubernii, occupatus fuerit in Visitatione generali Diœcesis, & in tertio Synodi convocationem facit, quamvis enim *Conc. Trid. sess. 24. cap. 2.* quotannis Synodum Diœcesanam celebrari mandet, nihilominus hoc Decretum à paucis servatur, pœnaque à jure *in cap. sicut olim de accus.* comminitata communiter spernitur: Et sicuti Synodorum Provincialium convocatio singulo saltem triennio, ad formam ejusdem Decreti habenda, nimiùm hodiè rara est, ut penè ab aula recessisse videatur, ità Diœcesanorum frequentia paulatim recedit, cum plures sint Episcopi (non tamen laudandi) qui vel tantùm unam, vel nullam Synodum toto tempore Præsulatus convocare, & publicare contenti esse soleant.

2. EX

2 *EX PRÆCEDENTI VISITATIONE*. Visitatio totius Diœcesis antequam Synodus convocetur, videtur necessaria, ut probè remedia malis praviſque consuetudinibus, & corruptelis, quæ in illa sunt, possint applicari ut observant Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 9.* Chrispin. *de Visit. part. 3. §. 18. n. 4.*

3 *QUI IN MINORIBUS*. Quando agitur de morum reformatione, prout contingit in Synodo, vel de alia re, quæ Clerum universum tangit, omnes Presbyteri, & Clerici intereſſe debent, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Eugubina 13. Auguſti 1650.* penes Chrispin. *de Visit. d. part. 3. §. 18. d. n. 4.*

4 *ET APOSTOLICORUM DECRETORUM*. Abbates Regulares, Priores, Guardiani, aliivè Superiores parvorum Conventuum, qui vigore Decreti Innocent. X. Ut in parvis, subjiciuntur jurisdictioni Ordinarii, tenentur accedere ad Synodum, quandò ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato vocantur, prout declaravit Alexander VII. suo Decreto emanato 30. Martii 1661. quod refert per extensum Fagnan. *in cap. Quando num. 64. de offic. Ordin.*

5. *CAPITULUM NOSTRUM INVITAMUS*. Capitulum Cathedralis debet perneceſſe expreſsè in ſpecie, & nominatim ad Synodum invitari, juxta disposition Text. *in cap. Ultimo de his, quæ fiunt à Prælat.* Fagnan. *in cap. Grave n. 11. & 15. de probat.* Non tamen illius consilium est requirendum in convocatione, quam Episcopus sicuti cætera præparatoria sua sola auctoritate facere potest, prout declaravit *Sacr. Congreg. Concilii in Oriolen. 27. Martii 1631.* apud Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect. 124. n. 22. & in Fulginaten. 26. Februarii 1639.* apud Nicol. *lucubr. Can. lib. 5. tit. 6. de Judæis num. 6.* & nuper *in Hispalen. Visitationis 18. Auguſti 1695.* & est contra Piasec. *prax. Episc. part. 2. cap. 2. art. 1. n. 4. tit. de modo convocan. Synod.*

6 *QUI DE JURE*. Laici, quamvis sit in facultate Episcopi eos invitare, non tamen possunt de jure prætendere, quod teneatur, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Lycien. Synodi 10. Januarii, & 10. Aprilis 1688. in responſione ad primum, & Sac. Congreg. Rituum in Urbinaten. 23. Januarii 1700. in responſione ad ſeptimum.*

7 *IN NOSTRAM CATHEDRALEM*. Non exigitur de neceſſitate, quod Synodus celebretur in Eccleſia, quia ex aliqua rationabili, & honeſta cauſa poterit Episcopus illam facere, & congregare, etiam extra Eccleſiam, quia nulla lex id prohibet, Bott. *de Synod. part. 1. qu. 9. n. 56.* Maſſobr. *Cod. tract. cap. 2. dub. 9.* Barbos. *de offic. & pot. Epiſc. alleg. 93. n. 4. verſ. Edictum.*

8 *NEQUE PRO SE ALIOS MITTERE*. Impedimento ceſſante comparere debent in Synodo ipſimet obligati, alioquin maxima pars fructus Synodalis actionis amitteretur, ſi per ſubſtitutos poſſent hi vices ſupplere, ut benè observat Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 77.* Niſi tamen eſſent exempti, qui ratione Eccleſiarum ſubjectarum Episcopo, ad Synodum accedere tenerentur. Quia hi mittendo Cappellanos, vel eos, per quos Curam gerunt earumdem Eccleſiarum, ſatisfacerent, ut cenſuit *Sacr. Congregat. Conc. in Lauden. prima Decembr. 1691. in responſione ad octavum.*

9 *COMMUNI STUDIO, ET CONSILIO*. Episcopus prudens antequam Decreta Synodi promulget, debet priùs in privatis congreſſibus à Viris doctrina, prudentia, & pietate præſtantibus, & deindè ex obligatione à Capitulo collegialiter coadunato consilium exquirere: Licèt ſolus poteſtatem legislativam ſtatuendi habeat, & Consilium Capituli ſequi non teneatur, Barb. *ſupra Concil. 24. c. 2. n. 29. Sacr. Congr. Concil. in Hiſpalen. Synodi 26. Novemb. 1689.* & est propoſitio, quæ non habet hodiè oppoſitorem.

10 Et quia Capituli consilium de forma requiritur, adeout ſi non adhibeatur Episcopus nulliter agat, ut non ſemel *Sac. Cong. Conc.* & præſertim *in S. Marci Synod. 10. Maii 1666. & in Boven. Synodi 17. Febru. 1680.* & communiter tenent Ciarlin. *contr. c. 61. n. 11.* Rot. *in Barbaſtren. Juriſdictionis*, quam refert per extenſum Pignatel. *conſult. 180. n. 14. tom. 1.*

ideo-

Ideoque Episcopus curet, quod in Registro Actorum Synodi de prædicta requisitione appareat, ad evitandos recursus, qui frequenter in Sac. Congregatione audiuntur adversus hunc defectum. Et cum alibi formulam hanc requisitionis consilii Capituli facilè non invenias, sequenti modo concipi poterit.

Die . . . Mensis . . . Anno . . .

Convocato coram Illustris. & Reverendiss. D. N. Episcopo in Mansionibus Palatii Episcopalis hujus Civitatis N. Capitulo Cathedralis, nempè N. & N. N. & N. Dignitatibus, & Canonicis majorem partem Capituli constituentibus, ibirem que capitulariter congregatis, fuerunt per me infrascriptum de mandato ejusdem D. N. Episcopi intelligibili voce lecta Decreta, & Ordinationes, quæ evulgari, & publicari debent in proxima futura Synodo habenda die . . . super quibus expleta lectura, idem D. N. Episcopus consilium eorumdem DD. Dignitatum, & Canonicorum sic capitulariter congregatorum requisivit, qua per eos requisitione audita, propositum, & determinationem d. D. N. Episcopi de Synodo agenda, & Decreta per me ut supra ipsis præsentibus, & audientibus lecta in ea publicandi, laudaverunt, & approbarunt. In quorum &c. præsentibus N. N. testibus &c. Datum &c.

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

11 Quatenus autem Canonici, & Dignitates nollent, aut negligerent coram Episcopo die ipsis intimata congregari, tunc potest Episcopus per Edictum in loco Capituli, aut ad Valvas Sacristiæ, aut Ecclesiæ Cathedralis illos monere pro convocatione certa die, & hora, in qua ipse interesse intendit pro exquirendo eorum consilio super Synodo habenda die . . . . aliàs si renuant congregari, protestetur in eodem Edicto, quod habeantur pro requisitis, & se ad ulteriora in actionibus Synodalibus processurum.

12. Etenim requisitio facta per Edictum (quo Episcopus uti non debet, nisi in subsidium, & in casum contumaciæ Capituli) erit sufficiens ad sustinendam validitatem Synodi, prout censuit *Sacr. Congr. Concilii in Ostunen. Synodi* 15. *Decembris* 1696.

13 Si verò Canonici, & Dignitates capitulariter congregati (vel eorum aliqui) requisiti nollent desiderio, & propositioni Episcopi favere, sed potiùs contradicerent, & protestarentur, aut appellationem, & recursum peterent, ac de facto interponerent. Debent illorum protestationes, & oppositiones recipi, & per Cancellarium, sive Secretarium Synodi sine perturbatione in Actis registrari, & admitti, quia actus, & protestationes hujusmodi Synodum non retardant, & poterit Episcopus illis non obstantibus, liberè eam prosequi, & publicare, cum teneatur tantummodo consilium petere, non tamen sequi, ut communiter tradunt Gavant. *in prax. Diœces. Synod. part.* 3. *c.* 2. *n.* 1. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 93. *sub n.* 30. *vers. verum*, Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 57. *n.* 19. *Sacr. Congr. Concil. in d. Hispalen. Synod.* 26. *Novemb.* 1689. *in responsione ad secundum*.

14 Præterea advertat Episcopus, quod dicta requisitio fiat, ut diximus, Capitulo congregato, non autem Canonicis particulariter, Syndico, aut Procuratori, aliàs inutiliter peteret, ut docent Rota coram Verallo *part.* 1. *decis.* 305. *n.* 3. Pac. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 1. *de Constit. n.* 19. Gavant. *in prax. Synod. tit. de confic. decr. cap.* 6. *num.* 8. Card. de Luc. *de jurisd. disc.* 56. *n.* 4. & 6.

15 *PRO TEMPORUM RATIONE PERTINENT*. Ad regimen pro temporum ratione pertinet, quod in Synodo eligantur de Clero Viri potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, juxta consilium Jethri datum Moysi *Exod. c.* 18. ut sint Judices, aut Examinatores Synodales, ad præscriptum *Concil. sess.* 24. *cap.* 18. *de Reform.*

16 Horum autem electio fieri oportet nomine, & cognomine, non verò titulo Officii, seu Dignitatis tantum expresso; & Clero, Synodoque congregato, nominatim, non autem in genere proponendi sunt, ut ab eodem approbentur, aliàs illorum deputatio nulla esset, per ea, quæ tradunt Garz. *de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 337. & 339. Barbos. *de*

de offic. Episc. allegat. 60. post num. 47. & supra Concil. d. sess. 24. de Refor. cap. 18. n. 84. Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 152.* Nicol. *in flosc. verb. Synodus n. 3.* Ventrigl. *prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. num. 34. & 35. Sacr. Congr. Concil. in Sypontina Concursus 14. Februar. 1693.*

17. Quamobrem ad tollendam occasionem concurrentibus ad Parochiales vacantes dubitandi, & excitandi lites (prout non semel accidit) super nullitate examinis concursus peracti coram Examinatoribus malè in Synodo deputatis, curæ erit Episcopo, ut eorum electio canonicè fiat; quam ibidem Congregatis sic faciendam proponet.

18. *Cum ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. pro Ecclesiis Parochialibus vacantibus in Diœcesana Synodo ab Episcopo ad minus sex viri, qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel jure Canonico, ex Clero sæculari, vel Regulari proponi debeant, ut ab eodem Synodo probentur. Nos Tridentinum Decretum exequi volentes pro Diœcesis nostræ amplitudine delegimus, & vobis proponimus infrascriptos RR. Viros, quorum officium duret, & munus hoc Examinatorum Synodalium gerant, donec altera Synodus habeatur, videlicet.*

Rev. D. Paulus Fuschus J. U. D. Prothonotarius Apostolicus, Cathedralis Ecclesiæ Archidiaconus.

Rev. D. Joseph Allegrinus J. V. D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Rev. P. Theologiæ Professor, & Magister Dominicus Sanctorius Ordin. Prædicat.

Rev. P. Theologiæ Professor, & Magister Vincentius Jacomettus Prior Convent. S. Lucæ Ordin. Eremit. S. Augustini.

Rev. D. J. U. D. Petrus Vignatus Parochus Ecclesiæ S. N.

Rev. D. J. U. D. Benedictus Antoninus Prior Ecclesiæ S. N.

Rev. D. &c.

Quibus nominibus per ipsummet Episcopum, vel Synodi Secretarium intelligibili voce recitatis (si nolit, ut per secreta suffragia approbentur, quod demandare potest, sed per aperta) dicat -- *Placent ne vobis*, & si responsum fuerit --- *Placent*, adnotari faciat responsum, quia tunc canonica erit electio.

19. Hæc praxis necessariò pro validitate electionis servanda est, quia cum Examinatores non ab Episcopo tantùm, sed etiam à Synodo debeant approbari, de hac approbatione debet legitimè constare, non solùm in prima Examinatorum electione, sed etiam in eorumdem confirmatione; nam coelectores, & approbantes non sunt semper eædem personæ, & per consequens tam in prima Synodo, quàm in secunda, & tertia, Examinatores nominati sunt approbandi, & non per relationem ad primam Synodum (prout non pauci falluntur) & docet Gavant. *prax. Diœces. Synod. part. 1. cap. 3. post num. 4. in addit.* cum aliis mox suprà laudatis.

20. Quo verò ad illorum durationem, Gavant. *in Manual. Episc. tit. de Synod. cap. 31. in adnot. §. 8.* quem sequitur Pac. Jord. *tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 108.* pro cauthela, & ad removendam difficultatem, quæ oritur ex ventre Concilii mandantis in Synodo quotannis eos deputari debere, & ne ex hoc illorum facultas dicatur expirasse transacto anno, si altera Synodus non fiat, docet in electione Examinatorum apponendam esse clausulam. *Et munus gerant, donec altera Synodus habeatur*, per quam officium etiam post annum, & usque ad aliam Synodum perdurabit.

21. Verùm cum de hoc actum fuisset *in Sac. Congreg. Concilii in una Imolen. 10. Decembr. 1695.* in qua proponebatur Dubium -- *Ad Examinatores Synodales deputati per Episcopum in Synodo anni 1693. donec ex eisdem sex superstites fuerint, & nova Synodus celebretur, exercere possint: Sive potiùs alii sex deputandi ex indulto Sacræ Congregationis per superintendentem obtento?* responsum fuit --- *Affirmativè quoad primam partem*. Et sic vides, quod, si in electione Examinatorum cauthela Gavantis non adhibeatur, adhuc ex oraculo Sacræ Congregationis, officium exercere poterunt usque ad novam Synodum.

22. Ad bonum regimen quoque conducit animadversio, quod Episcopus in Sy-

Synodo à tribus extremis caveat. Primò à moltitudine præceptorum, & Decretorum, præsertim, quæ juri communi, & Pontificiis Constitutionibus minùs consonant. Secundò à censuris præcipuè latæ Sententiæ. Tertiò à novitatibus.

23. Et quoad primum extremum debet abstinere, quia lex debet esse honesta, justa, necessaria,& utilis,& non de singulis est facienda,neque superfluum patitur,sed tantùm necessitate, vel utilitate urgente constituitur, ut habetur *in c. Erit autem dist.* 4. ibique Canonistæ communiter,Fagnan. *in cap. Sicut olim num.*80. *de accusat.* & congruit Divini oraculi effatum, *Prov.* 22. *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt Patres tui.*

24. Vitandum est secundum, ne ex frequentia Censurę vilescant,& contemnantur, ut monet Piasec. *prax. Episcop. p.* 2. *cap.*2. *art.*2. *post n.* 11. *vers. Illa autem;* Et nè hujusmodi pœnæ (ut sæpè evenit) potiùs sint in laqueum animarum, quàm in utilitatem, ut advertit Rot. *decis.*757. *n.*2. *part.*2. *recent.* quam refert, & sequitur Tondut. *quæst. Benef. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 11. *num.*2.

25. Abstinendum demùm à novitatibus, quia ut plurimum discordiam inducunt,& ubi magna necessitas non urgeat, semper sunt vitandæ, sic monent Host. & Abb. *in cap. Cum consuetudinis n.* 1. *de consuetud.* & advertit etiam in theorica, & dignitate eminens Cardin. de Luc. *de præeminen. disc.* 39. *num.* 3. *& in Miscellan. disc. item* 39. *num.* .... Huicque malo convenit adagium, Aut bibat, aut abeat.

26. Et tandem rationi congruit, quod Decreta Synodi non publicentur materna lingua, quia decori, & gravitati rei minimè respondent, sed latina,& stylo Ecclesiastico, congruoque ordine dispositа, prout Episcopos commonendo consulunt Pac. Jord. *tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 2. *de Synod. Diœces. num.* 83. & Fagnan. *in cap. Sicut olim num.*93. *de accusat.*

27. Et nota, quod ignorantia Constitutionum Synodalium non est allegabilis quando in loco fuerunt publicatæ, Tusch. *litt. I. conclus.* 20. *num.* 22. Et quod Constitutio Synodalis, quæ disponit, quod, si Executores piarum dispositionum, vel alii debentes eligere, seù declarare, sint negligentes in exequendo infrà annum, executio devolvatur ad Episcopum, habet vim monitionis Tusch. *litt. E conclus.*251. *num.* 10. *& conclus.* 293. *num.*19.

Alia ejusdem Indictionis.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Solus Episcopus statuta condit, adeò ut si major pars congregatorum in Synodo Decretis contradiceret non possent publicationem retardare.*

N. Episcopus. N.

IN susceptі à Nobis Episcopatus primordiis, Gregem Curæ nostræ Divina dispositione commissum, personaliter visitare, & universam Diœcesim perlustrare nequaquam distulimus, & quidem omnium, per quæ illa diffunditur, locorum conditionem, Ecclesiasticorum disciplinam, necnon populorum mores dignoscentes ea, quæ reparatione, aut reformatione indigebant, pro viribus restaurare curavimus. Ut igitur, quæ Cultui Divino, Christianæque pietati consona sunt, *validiùs consolidentur*, Diœcesanam Synodum celebrare decrevimus. Universis proindè, ac singulis, qui tam in Civitate, quàm cæteris Diœcesis nostræ locis, quibuscumque Ecclesiasticis, Beneficia etiam sine Cura potiuntur, Presbyteris, ac Clericis tam in sacris, quàm in minoribus Ordinibus constitutis: aliisque omnibus adhuc Regularibus, qui de jure, vel de consuetudine tenentur adesse, in virtute sanctæ obedientiæ, necnon sub pœnis per

Sac.

Sac. Canones injunctis, ac aliis arbitrio noſtro infligendis præcipimus, & mandamus, ut die . . . proximi menſis . . . quam pro Synodo inchoanda ſignanter indicimus, Clericali habitu talari induti, ac aliis indumentis, & ſignis eorum muneribus, & ordinibus reſpectivè congruentibus inſtructi, in Eccleſia Cathedrali ſummo mane conveniant. Ut autem id exactiùs ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam perfici queat, omnes enixè in Domino obſecramus, ut jejunio, & orationibus à Patre luminum auxilium Nobis impetrent, & ſe ipſos Deo acceptabiles Hoſtias exhibeant. Volumus autem, ut hæc Synodi indictio, &c. (*ut ſuprà.*)

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Epiſcopalis.

ADNOTATIO.

1 *VALIDIUS CONSOLIDENTUR.* Solus Epiſcopus ſine conſenſu Capituli, & Clericorum condit ſtatuta, etiam de rebus gravibus: Itaut etiamſi major pars Clericorum Synodo intereſſentium contradiceret, adhuc non poſſent Decreta Synodi retardari, *Sacr. Congregat. Concilii in Hiſpalen. Synodi 26. Novembris 1689. ad ſecundum, & quartum.*

Edicti Confirmationis.

FORMULA V.

SVMMARIVM.

1 *Omnes in ætate 14. annorum conſtituti poſſunt eſſe Patrini, vel Matrinæ in Sacramento Confirmationis, non obſtante, quod non ſuperent ætate confirmandos.*

2 *Pueri ſeptennes debent admitti ad ſuſcipiendum Sacramentum Confirmationis, quamquam non ſint confeſſi, & afferuntur rationes à n. 3. ad 7. & 8.*

9 *Confirmandi debent eſſe inſtructi in erudimentis fidei.*

10 *Epiſcopus confirmans non Subditos, culpam, & pœnam incurrit, & n. 11.*

N. per la gratia di Dio, e della Sede Apoſtolica Veſcovo N.

VOlendo Noi in occaſione della Sacra Viſita nel giorno di . . . . amminiſtrare ſolennemente il Sagramento della Confermatione, ò ſia della Creſima, nella Chieſa N. e bramando che ſia con riverenza, ed utilità ſpirituale ricevuto, habbiamo ſtimato debito del noſtro officio Paſtorale di far permettere, e publicare la preſente inſtruzzione, la quale vogliamo, che ſia da tutti oſſervata.

1. Nel ricevere la Creſima dovrà ciaſcuno avere un Padrino, o Madrina, o ſia Compare, o Comare, e non più, i quali non dovranno eſſer minori *di 14. anni.*

2. Chiunque terrà altri alla Creſima ſappia, che non ſolo contrae con il tenuto cognation ſpirituale, ma anche con il di lui Padre, e Madre nel modo ſteſſo, che ſi contrae nel Batteſimo, la qual cognation impediſce il Matrimonio da contraerſi, & annulla il contratto, quando non vi ſia intervenuta la diſpenſa Apoſtolica.

3. Tutti

3. Tutti quelli che vorrano esser cresimati si apparecchino con orazioni particolari, *e se saranno capaci* per confessarsi, siano prima confessati per maggiormente disporsi a ricevere i Doni dello Spirito Santo.

4. Chi è stato cresimato una volta si guardi bene di non farsi cresimare la seconda, perche questo Sacramento non si può reiterare senza sacrilegio, e se alcuno dubitasse d'essere stato cresimato, non si presenti per ricevere questo Sagramento, se prima non havrà conferito à Noi, ò al nostro Vicario Generale il dubbio, ch' egli tiene, accioche consideratamente si prenda quella risolutione, che sarà giudicata oportuna.

5. Tutti quelli, che vorranno ricevere questo Sagramento, doveranno esser di età d'anni sette compiti (se a Noi non paresse altrimente in qualche caso particolare) e porteranno seco una poliza, ò sia schedula col nome, e cognome loro, del Padre, e della Madre, del Compare, e Comare, e della Parochia; La qual poliza dovrà esser sottoscritta dal proprio Paroco, che dovrà in quella attestare essere il cresimando instruito *negli erudimenti della nostra Santa Fede*, e capace di ricevere il Sagramento, ed anche confessato, se sarà di quelli, de' quali s'è parlato nell'avvertimento terzo, e si darà in mano a chi sarà deputato per riceverla.

6. Per maggior convenienza, ed honestà d'una sì santa attione, e per altre giuste cause non possono gli huomini tenere alla Cresima le donne, nè le donne gli huomini, e niuno tenere più di due persone un' istesso giorno senza espressa nostra licenza.

7. Chi non è cresimato, ò non sà il Pater noster, Ave Maria, Credo, & i dieci commandamenti del Decalogo, non sarà ammesso per Compare, ò Comare.

8. Se alcuno si troverà scommunicato, interdetto, overo sarà publico peccatore, ò che non sia confesato, e communicato la Pasqua, non sarà ammesso à questo Sagramento, nè meno per esser Padrino, ò Madrina.

9. I Regolari, & Chierici massime constituiti negli Ordini Sagri non potrano esser Padrini senza nostra espressa licenza.

10. Non si presenti nessuno per ricevere questo Sagramento, *che non sia della nostra Diocesi*, senza licenza del proprio Ordinario.

11. Tutti quelli che saranno stati cresimati si dovranno far scrivere dal Paroco, ò Rettore, ò Deputato della Chiesa, in cui si amministrerà questo Sagramento, nel Libro ch'egli a quest' effetto terrà ivi pronto colla Formula prescritta dal Rituale Romano, per dover poi da quello ogni Paroco estraere, prender nota di quelli, che sono della propria Parochia.

12. Nessuno de' cresimati partirà dalla Chiesa prima, che si dicano le solite Preci, e sia data da Noi la benedizzione.

13. Ordiniamo alli Parochi, e Curati, che debbano publicare i sopradetti ricordi, & avvertimenti al popolo inter Missarum solemnia almeno 15. giorni prima del giorno della Cresima, ed esplicare gli effetti, che produce nell'anima questo Sagramento, di chi colle debite dispositioni lo riceve sotto le pene à Noi arbitrarie. Dato &c.

N. Vescovo N.
Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNO-

ADNOTATIONES.

1 *NON DOVRANNO ESSER MINORI D'ANNI QUATODICI.* In hac ætate quisque dicitur pubes, & præsumitur habere perfectum usum rationis, & ideò potest esse legitimus Patrinus, & susceptor in Sacramento Confirmationis, etiamsi ætate non excederet confirmandum: Nam hìc agitur de regeneratione in Christo, in quo non differt juvenis à sene, & nullibi reperitur ætas præscripta in Patrinis; Et propterea quilibet perfectè doli capax, potest effici Pater spiritualis alterius, ad differentiam adoptionis legalis, quæ cum tendat ad hæreditatis successionem,& quamdam subjectionem adoptati adoptanti, ideò lex civilis exigit, ut adoptans (imitando naturam) adoptatum excedat octodecim annis, ut sit certum posse ipsius Patrem carnalem esse, ad Text. *in §. Minorem instit. de adopt.*

2 Et hinc est, quod non pauci aberrant, qui rem maturè non examinantes, & cognationem legalem cum spirituali perperam æquiparantes, prohibent fungi officio Patrini, vel Matrinæ eos, qui non sunt natu majores confirmandis,quod tamen nullo jure prohibetur, ut ex D. Thom. optimis rationibus plenè probat Sanch. *de Matrimon. lib.7. disp.61. num.3. & per tot.* Corsett. *prax. Cœrem. tract. 2. part 2. cap. 3. num.12.*

3 *E SE SARANNO CAPACI.* Quantumvis pueri septennes dicantur doli capaces, nihilominùs ista capacitas, sivè rationis usus regulariter, & ut plurimum est valdè imperfectus, & pauci sunt, qui in hac ætate evadant dispositi ad validè recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ; Et ideò Ecclesia illos non punit, si non communicentur in Paschate ante duodecimum annum, cum adhuc pueri sint, *c. Sacrosanctæ verb. perfectus in proœm. 6. decretal.*

4 Et licèt Text. *in cap. Ut jejunii de consecrat. dist. 5.* mandet, quod confirmandi accedant jejuni, & confessi, hoc tamen præcipitur adultis, & non pueris, ibi -» *Ad confirmationem veniant perfectæ ætatis*, ubi Glos. eos vocat perfectæ ætatis, qui duodecimum saltem annum habent, & de his hunc Text. intelligi debere firmant Graff. *decis. aur. part. 2. lib. 1. cap.15. num. 12.* Barbos. *in d. c. Ut jejunii n. 3. & de offic. Episc. alleg. 30. n. 18.* Gavant. *Manual. Episc. verb. confirmatio n. 10.* aliique, quos refert, & sequitur Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.3. tit. 19. c. unico n. 7. & 8.*

5. Prædictis enim pueris in ætate septem annorum constitutis pro congruenti dispositione ad suscipiendam Confirmationem sufficit fides, & voluntas Christi, & Ecclesiæ: In adultis verò, quia exigitur actualis dispositio, nimirùm intentio, fides, & gratia, in qua debet esse recipiens, in his de consilio, non autem de præcepto desideratur Sacramentalis Confessio, ut pluribus relatis probat Pac. Jord. *tom.1. lib.3. tit.2. num. 52.*

6 Quando igitur pueri septennes, & octennes non sunt capaces pro Confessione facienda, repellendi non sunt ab hoc Sacramento Confirmationis; sed tantùm illi, quos Parochus capaces judicaverit, & confiteri noluerunt. Nàm nec vim, nec robur à jure recipit opinio illorum, qui tenent, immò & præcipiunt, quod pueri septennes omnes indiscriminatim accedant ad recipiendum Sacramentum Confirmationis sacramentaliter confessi, aliàs non admittantur; prout ità jubent Synodus Farfensis anno 1686. Cæsenatensis anno 1695. Ostiensis, & Bononiensis anno 1699. editæ.

7 Quia, ut præmissum fuit, cum pia Mater Ecclesia pueros minores duodecim annorum non obliget ad præceptum injunctum omnibus fidelibus *in cap. Omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss.* neque illos publicè excommunicet, neque absolvat ab excommunicatione fortè ex alia causa incursa, ut docet Sayr. *de Censur. lib. 1. cap. 8. num. 4. & 5.* neque eorum juramenta recipiat, *cap. Pueri 22. quæst. 5.* ea tantùm suadente ratione, quod adhuc usum rationis perfectum non habeant, & doli verè capaces effecti adhuc non fuerint; nulla prorsùs ratio suadet, quod pro receptione Sacramenti

menti Pœnitentiæ, in qua sordium animæ, & piaculorum major exigitur cognitio, reputari debeant capaces, & quod Sacramenti hujus necessitatem, & virtutem, necnon modum, quo suscipitur, perspicuè intelligant.

8. Igitur inoffenso pede tenendum est, quod adulti, & hi tantùm monendi sunt, ut sacramentaliter confiteantur, quos Parochus instructos, & benè capaces judicaverit: Et hanc sententiam sequuntur Synodus Æsina 1683. Compsana 1686. Beneventana 1687. Albanen. 1689. Typis impressæ, tamquam juri consonam, & sacrilegiis minùs expositam, Corset. *prax. Cœremoniar. tract. 2. part. 2. cap. 3. n. 9.*

9. *NEGLI ERUDIMENTI DELLA SANTA FEDE*. Confirmandi calleant quantum fert ætas, & capacitas ineffabile Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis, Passionis, & Resurrectionis D.N. Jesu Christi, sciantque post mortem pro justis vitam in Cœlo, & pro peccatoribus mortem in Inferno æternam adesse. Necnon memoriter recitare Pater Noster, Ave Maria, Symbolum Apostolorum, & decem præcepta Decalogi. Si enim hoc Sacramentum à Christo Jesu institutum, nobis datur, ut fortiores contrà Diaboli tentationes, & Mundi illecebras evadamus in fide, necesse est, quod hæc radicitùs in cordibus nostris per Baptismum infusa, non solùm implicitè, sed explicitè absque ulla erubescentia, per unctionem hanc jam adulta, confiteatur.

10. *CHE NON SIA DELLA NOSTRA DIOCESI*. Quamvis plures DD. teneant, quod Episcopus confirmans sibi non subditos nullam culpam, neq; pœnam incurrat, ex præsumptione, quod placeat alieno Episcopo, inter quos est Gavant. *in Manual. Episcop. verb. confirmatio n. 5.* Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. allegat. 30. n. 14.* Pac. Jord. *to. 1. lib. 3. tit. 2. num. 49.*

11. Tutior tamen est aliorum sententia qua firmatur, quod Episcopus non subditos confirmans, culpam, & pœnam incurrat, si hoc faciat sine licentia proprii Episcopi, quos refert Pac. Jord. *loc. cit.* quì licèt primam sententiam putet veriorem, hanc tamen secundam in praxi semper tenuisse fatetur, quam amplectitur quoque Ricc. *prax. For. Eccles. part. 2. resol. 24.* ubi cum Toleto de veriori testatur.

Edicti pro observantia Quadragesimæ.

FORMVLA VI.

SUMMARIUM.

1 *Lacticinia sunt prohibenda tempore Quadragesimæ.*
3 *Carnes tempore Quadragesimæ non sunt apponendæ hospitantibus in Cauponis.*
3 *Quæ actiones sint prohibitæ tempore Quadragesimæ.*
4 *Pœna violantium jejunium est merè Ecclesiastica, & Judici arbitraria.*
5 *Jejunium Quadragesimale institutum fuit ab Apostolis.*

N. Vescovo N.

PErche il santo tempo della Quadragesima instituito dagli Apostoli deve spendersi da' Fedeli in digiuni, opere, & atti di penitenza: in frequentar le Chiese, sentir le prediche, fare elemosine, astenersi da giuochi e da solazzi, e da ogni sorte di peccato, & in prepararsi con esercitii frequenti di pietà, e di Religione a celebrare il giorno di Pasqua, & a ricevere in quello il Sagramento della confessione, e communione degnamente: Perciò avvertiamo, & ordiniamo.

1. Che tutti in questo tempo di Quadragesima cominciando dalla mezza notte precedẽte al mercordì delle Ceneri, sino alla mezza notte precedente alla Domenica di Resurrettione, dobbiamo digiunare. A tal digiuno è obligato, sotto pena di peccato mortale ogni Christiano, che ha compito l'età d'anni ventuno: E consiste in non mangiar carne, nè ova, *nè latticini*, nè bever brodi di carne, nè far

più di un sol pasto il giorno circa il mezzo dì, e prender la sera per refettione poca quantità di cibo, secondo che prescrivono i Teologi più classici, ò che sarà suggerito, ed approvato d' alcun dotto, prudente, e timorato Confessore, ò dal proprio Paroco.

2. Che nessuno deve esimersi dal digiuno se non per causa d'infermità, ò di qualche laborioso esercitio, col quale non si possa senza detrimento, e grave discapito della propria corporale salute detto digiuno osservare; & in tal caso si dovrà ciascuno consigliare, e prender licenza dal Medico, ò dal Confessore, ò dal Paroco.

3. Che chi sarà necessitato per causa di qualche indispositione, ò pericolo della corporale salute di mangiar carne, ova, e latticini, dovrà prima haverne ottenuta la licenza nella Città dal nostro Vicario Generale, che si darà gratis, e ne' luoghi della Diocesi da' Parochi, quale non dovrà concedersi senza la fede giurata del Medico circa la necessità, e causa legitima, la di cui coscienza aggraviamo; Et ove non si troverà Medico, basterà la fede, e licenza sottoscritta del proprio Paroco.

4. Che durante il tempo di Quadragesima non è lecito à nessuno di vender carne di qualsivoglia sorte (e lo stesso s'intende dell'ova, e de' latticini) fuorche nel luogo, e luoghi da destinarsi da Noi, ò dal nostro Vicario Generale, & essa non si dovrà tenere in mostra, ma dentro il Macello coperta con tende, nè vendere se non à coloro, che per se stesso, ò per mezzo della persona di chi la comprerà mostreranno la detta licenza.

5. Che gli Osti, Locandieri, & altri che ricevono indifferentemente Passaggieri, e Pellegrini, & i Bettolieri, che vendono il vino, non ardiscano sotto qualsivoglia pretesto, *dare da mangiar carne*, ò altri cibi proibiti alli loro Ospiti, ò permettere, che quelli mangino nelle loro Osterie, Alberghi, Locande, ò Bettole i cibi sudetti senza la dovuta licenza in scritto.

6. Che è prohibita in questo santo tempo la celebratione delle Nozze, di ballare, tener danze, festini, veglie, e bagordi, di rappresentar Comedie, ò altri spettacoli publici, nè privati; Et à Saltimbanchi, e Ciarlatani, di far circoli, è buffonerie per le Piazze, ò di salire in Banco, anche con pretesto di vendere i loro secreti.

7. Che i Mercanti, e gli Artisti in tempo, che si predicherà nella Cathedrale anche nelli giorni di lavoro, devono tener serrate le loro Botteghe, dovendo essi offerire à Dio, & alla salute delle loro Anime quel poco di scommodo.

8. Che quelli che contraverranno alle sopra *accennate prohibitioni*, come parimente coloro, che comprassero i cibi, e vittuali vietati senza licenza, saranno obligati, e condennati *alla pena* per ciascuna volta di uno scudo d' oro d'applicarsi à luoghi, & usi pii, ed anco maggiore, secondo richiederanno le circostanze della trasgressione: E molto più rigorosamente, & ad arbitrio si procederà anche per inquisitione contro gli Osti, Locandieri, Albergatori, e Bettolieri, i quali senza licenza in scritto darranno da mangiare, e permetteranno, che si mangino nelli loro Albergi, e Bettole i cibi di sopra vietati.

9. Che à chi profanerà il santo tempo Quadragesimale colla sordidezza delle lascivie, viene intimata da Noi l'ira Divina; e se sarà trovato nel corso della Settimana Santa, e per tutta l'Ottava di Pasqua in conversatione di Meretrici, ò d' al-

d'altre Donne sospette, e di mal nome, dovrà così egli come le stesse Donne soggiacere alla pena di scudi dieci d'accrescersi secondo le circostanze del fatto.

10. Che nessuno sia pigro ad assistere alli Divini Officii, in frequentare le Prediche, udire la Santa Messa ogni giorno, intervenire alle Processioni, & altre opere di pietà, essendo questo il tempo accettabile.

11. Che tutti gli Adulti sono obligati à prepararsi per fare una buona, e valida confessione de' proprii peccati, e per ricevere alla Pasqua la Communione; il che non facendo tal'uno soggiacerà alla pena dell'interdetto dall'ingresso della Chiesa, e della privatione della Sepultura Ecclesiastica in caso di morte, se persisterà per tutta l'Ottava di Pasqua contumace. Vogliamo, che il presente Editto, amesso ne' luoghi soliti, astringa ciascheduno, come se loro fosse stato personalmente intimato. Dato, &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliero Episcopale.

ADNOTATIONES.

1. *NE' LATTICINII.* Lacticinia erunt excipienda, sicuti & alia specie edulii prohibita, in illis Regionibus, in quibus jam usus invaluit, & consuetudo inveterata jam permittit, quod vescantur: Cæterum hęc ab Ecclesia universim prohibita sunt, ut habetur ex *Concil. Constantinop. III. Can.* 56. ibi--*Accepimus in Armeniorum Regione, & in aliis locis in Sabbathis, & Dominicis Sanctæ Quadragesimæ quosdam ova, & caseum comedere. Visum est ergo, ut omnis Dei Ecclesia, quę est in universo terrarum Orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficiat, & abstineat, sicut ab omni mactabili, sic & ab ovis, & caseo, quę quidem sunt fructus, & fœtus eorum, à quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint Clerici deponantur; si Laici segregentur*, prout refert Bail. *in Summ. Concil. ad annum* 681.

2. *DARE DA MANGIAR CARNE.* Carnes non sunt apponendę in Caponis hospitantibus sub quovis prætextu, & si obtineatur licentia, fiat occultè, & in aliquo cubiculo januis clausis, ne videntes scandalum sumant, ut monet *Apostolus* 1. *ad Corinth. cap.* 8. his verbis--*Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.*

3. *ACCENNATE PROIBITIONI.* Tempore Quadragesimali omnia, quę suprà in Edicto vetita esse denunciantur, illicita sunt, & moribus fidelium arcenda pro posse, prout monent acta Ecclesiæ *Mediol. Concil. Provinc.* 5. summatim repetita apud Gavant. *in Manual. Episc. verb. Quadragesima.*

4. *ALLA PENA.* Pœna violantium jejunium est merè Ecclesiastica; quia cum jejunium Quadragesimale ratione jejunii dicatur esse de præcepto Divino, ex *Can.* 19. *Concil. Gangren. & Can.* 69. *Concilii Aquisgran.* quos refert *Laur. Epitom. Canon. vers. Jejunium*, & tradit Fagnan. *in cap. Explicari n.* 31. *de observ. jejun.* sequitur quod hoc crimen sit Fori Ecclesiastici privativè, Amen. *de delict. & pœn. tit.* 9. *Miscell. §. Jejuniorum violatio num.* 13. ubi firmat pœnam Trasgressoribus anathematis jure antiquo prescriptam, hodiè jure novo Concilii Trid. esse Judici Ecclesiastico arbitrariam.

5. Monendi sunt autem fideles per Ecclesiarum Rectores, hoc Quadragesimale jejunium ab Apostolis fuisse institutum, ut Christum, qui est Caput nostrum, quadraginta diebus jejunantem, corpus affligendo, imitemur. Secundò, ut pro negligentiis toto anno commissis, quasi communem, & publicam pœnitentiam agamus. Tertiò, ut ad Sacram Communionem, ab omnibus in Pascha sumendam, dignè præparemur.

Edicti pro observantia Festorum.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

REferuntur omnia privilegia diei Dominicæ.

1 *Quæ dicantur opera servilia in die Festo prohibita.*

2 *Refectio viarum publicarum an sit opus servile prohibitum in diebus Festis:*

Licentia Superioris Ecclesiastici pro refectione viarum publicarum diebus Festis semper est requirenda, ibid.

3 *Nundinæ, quæ fiunt semel in anno, si incidunt die Festo tolerantur; mercatus verò, qui fiunt per hebdomadas transferuntur.*

4 *Pœna transgressionis Festorum debet esse moderata, & num. 5.*

6 *Molitores, & Pistores, celebratis Missis, possunt exercere eorum artes, etiam die Festo, præsertim in magnis Civitatibus.*

7 *Licentia laborandi diebus Festis semper est petenda, quia ad Superiorem spectat judicare, an adsit causa dispensandi.*

8 *Licentia laborandi diebus Festis debet dari in scriptis, & de ratione.*

9 *Licentia laborandi diebus, Festis debet dari gratis.*

10 *Pro licentia laborandi diebus Festis potest per modum hortationis recipi aliqua eleemosyna, ad sublevandam egestatem alicujus loci pii.*

11 *Licentiæ laborandi diebus Festivis à solo Episcopo, & non à Judicibus Laicis conceduntur.*

12 *Judex Laicus non potest punire quos operibus servilibus vacare inveniat diebus Festis cum licentia Episcopi. Episcopus potest mulctare eos, qui licentiam violandi dies Festo Judicis Laici exhibuerint, ibid.*

13 *Regulares non observantes dies Festos possunt ab Episcopo puniri.*

14 *Licentia laborandi diebus Festis debet denegari in aliquibus solemnioribus.*

15 *Episcopus non potest prohibere, quin Judex Laicus non procedat in die Festo in causis Criminalibus.*

16 *Episcopus potest, & omni conatu debet prohibere in diebus Festivis choreas, & tripudia, & n. 17.*

18 *Necnon spectacula publica, præsertim Clericis.*

19 *Larvas, etiam Meretricibus, non obstante licentia Gubernatoris Laici, & num. 20.*

21 *Strepitationes propè Ecclesias.*

22 *Jus indicendi Processiones est privativum Episcopi.*

23 *Processionibus pro causa, bono, vel honore publico in dictis, tenentur accedere Clerici sæculares, & Regulares.*

24 *Quæ sint causæ, quæ referuntur ad causam, bonum, & honorem publicum.*

25 *Processiones in dictæ pro causa, & bono publico non sunt renovandæ, & perpetuandæ sine nova causa ad effectum obligandi Regulares.*

26 *Regulares in eorum processionibus non possunt egredi Claustra sine licentia Episcopi.*

27 *Vbi verò adest consuetudo præscripta debent Regulares licentiam petere, sed Episcopus non debet illam denegare.*

28 *Regulares in Processionibus inter se præcedere debent juxtà dispositionem Constitut. Greg. XIII. nisi adsit in loco consuetudo, quod inter se præcedant ratione originis, & institutionis Religionis.*

29 *Regulares tenentur accedere ad publicas processiones, quamvis in Conventu adsint pauci Religiosi.*

30 *Regulares, & Confraternitates Laicorum, ubi viget consuetudo quod Processionibus interveniant, non obstante distantia unius milliaris, servanda est, & intervenire tenentur.*

31 *Regulares, qui habent privilegium Processionem ducendi extrà Claustra, debent incedere per viam semel electam.*

32 Re-

32 *Regularibus ratione paramentorum in delatione Reliquiarum debetur præcedentia in Processionibus suprà Clerum Sæcularem, non tamen cæteris non paratis.*

33 *Regulares in suis Processionibus non possunt ducere puellas habitu ficitio Angelorum, neque Bizzocheras.*

Regulares non possunt eorum Processiones inferre in Monialium Ecclesias quamvis eorum regimini subjectarum, ibid.

34 *Regulares ad Processiones Funerum invitati debent accedere ad Ecclesiam Parochialem, quamvis defunctus sit sepeliendus in eorum Ecclesia, & non obstante contraria consuetudine vel ad Ecclesiam, in qua Cadaver esset depositum, num. 35. & 36.*

37 *Regulares ad Processionem Funeris invitati, si intervenit Capitulum Cathedralis, ad Ecclesiam Cathedralem convenire, & deinde sub illius Cruce incedere debent, n. 37. & 38.*

39 *Capitulum Cathedralis in Processione Funeris potest ingredi Ecclesiam Regularium, sed in absolutione Funeris non erigit in ea Crucem, & num 40.*

41 *Regulares accedentes ad publicas Processiones, debent Ecclesiam ingredi, tàm in accessu, quàm in reditu, ibique assistere usque ad finem.*

N. Vescovo N.

BEnche dalla Divina Legge, tanto nel vecchio, quanto nel nuovo Testamento, da' Sacri Canoni, dal Concilio di Trento, e dalla Bolla del B. Pio V. che comincia -- *cum primum Apostolatus*; venga efficacemente incaricata a' Fedeli l'osservanza de' giorni Festivi: Nondimeno, perche i Trasgressori tuttavia abusandosi pur troppo della Divina bontà, con atti d'abominevole sconoscenza non cessano di violargli con opere servili, e di provocare sopra di loro, e del popolo i gastighi della mano onnipotente di Dio; perciò ordiniamo, e comandiamo.

1. Che ne' giorni Festivi di precetto nessuno ardisca d'occuparsi *in opere manuali, e servili*, ò mecaniche, ò di lavoro di qualsivoglia sorte, tanto dentro, quanto fuori della Città, & ogni altro luogo della Diocesi, nè di vendere, comprare, e contrattare, se non le cose comestibili necessarie per vivere la giornata, e per bisogno degl'Infermi.

2. Che non *si facciano mercati*, non si conducano Carri, o altri Animali carichi con some, eccettuando i Mulattieri, o altri che conducono merci da un luogo all'altro, e continuano il viaggio intrapreso in giorno di lavoro, i quali udita ch'havrano la Messa otterranno la licenza di poter continuare il viaggio. Gli Ortolani, & altri che portano erbaggi, e frutti per uso publico non siano molestati.

3. Che le Botteghe si tengano serrate, e solo gli Speziali, Pizzicaroli, Macellari, Fornari, e Venditori di cose comestibili necessarie al vitto quotidiano, e non d'altra robba, potranno tenere lo Sportello aperto, o la Tenda avanti respettivamente, senz'alcuna cosa in mostra, *sotto pena* a chi contraverrà d'uno scudo per volta, & altre a nostro arbitrio, d'applicarsi la terza parte all'Essecutore, & il rimanente a' luoghi, & usi pii; Nella qual pena vogliamo, che incorrano non solamenti i Trasgressori, ma etiamdio quelli, che daranno causa di contravenire, come i Padroni per i Garzoni, Lavoratori, e Servitori, & i Padri per i figli.

4. Che i Molinari, tanto di grano, quanto d'olive, non possano maccinare, nè portar farine, nè oglio, *se non dopo finite le Messe*. Alli Fornari si prohibisce il bu-

rattare, ſetacciar farina, e di cuocer pane ſenza eſpreſſa licenza del noſtro Vicario Generale in Città, e de' Foranei ne' luoghi della Dioceſi. A Maniſcalchi ſia lecito in caſo di neceſſità, e per commodo de' Viandanti di metter ferri agli Animali.

5. Che ne' tempi del mietere, di falciar fieni, della vendemmia, e raccolta de' frutti, ò d'altre coſe ſimili, che poſſono patir danno notabile, differendoſene il raccolto, ſi domandi, e s'ottenga da Noi, ò dal noſtro Vicario Generale, e reſpettivamente da' Foranei ne' proprii Diſtretti *la dovuta licenza in ſcritto*, la quale *ſi darà gratis* ne' caſi di neceſſità, e con conditione che gli Operarii aſcoltino prima la Santa Meſſa.

6. Che niuna delle permiſſioni ſopradette s'intende data per i giorni del *Santiſſimo Natale*, *e della Paſqua* di Reſurrettione di N. S. Gieſù Chriſto, ne' quali proibiamo affatto l'aprire qualſiſia Bottega, il vendere, e comprare, ò di fare qualſivoglia altr'opera ſervile, ſe non in caſo d'evidentiſſima neceſſità, e con noſtra licenza.

7. Che nelli predetti giorni di Feſta non ſi facciano Contratti, Inſtromenti giurati, nè s'interpongano Decreti, nè ſi facciano atti Civili in giuditio, qual hora non porti danno, ò pericolo grave la dilatione: E molto meno neſſuno preſuma di fare eſeguire mandati reali, ò perſonali *in cauſe Civili*, ſotto pena della nullità dell'eſecutione, ed altre à noſtro arbitrio, e proibiamo ſotto pena di ſcudi trè nelle Piazze, e luoghi publici (ne' quali ſpeſſo naſcono ſcandali, e ſi depravano i coſtumi) non ſolamente i giuochi di fortuna, come di carte, e dadi, ma *i balli*, le cantilene, *le ſcene*, *e gli ſpettacoli d' Iſtrioni*, Montimbanchi, e le buffonerie de' Ciarlatani.

8. Proibiamo in detti giorni Feſtivi *le Maſchere*, e nel tempo delle Meſſe, Dottrina Chriſtiana, & altri Divini Officii i giuochi, gli ſtrepiti, & i bagordi *vicino alle Chieſe*, turbandoſi con ciò le Sacre Funtioni, il Culto Divino, e divertendoſi il Popolo, & i Fedeli dagli eſercitii di pietà, e dalla Chriſtiana divotione, alla quale deve in detti giorni attenderſi, ſotto le pene a noſtro arbitrio.

9. Non *ſi facciano Proceſſioni* publiche, nè private dal Clero Secolare, nè Regolare, nè dalle Confraternite per qualſivoglia occaſione, eccettuate le ſolite, che non ſi dovranno trasferire ſenza noſtra licenza, ò del noſtro Vicario Generale ſotto le pene a noſtro arbitrio.

10. Eſortiamo tutti à riflettere, che la violatione de' giorni Feſtivi è un grave peccato, & ingiuria che ſi fà a S. D. M. la quale havendo conceduta à Noi la grande inveſtitura del tempo tutto, non ſi voglia rendere a Dio una picciola parte, ch'egli medeſimo ſi è riſervato.

11. Accioche il preſente Editto non ſia ignorato, i Parochi tutti della Città, e Dioceſi dovranno publicarlo almeno due volte l'anno al Popolo *intra Miſſarum ſolemnia*, e frequentemente ne' ſermoni Parochiali ricordarne l'oſſervanza: Et i Vicarii Foranei procedano contro li Traſgreſſori alle pene taſſate, per non dover eſſi incorrere nelle pene da imporſi da Noi alla loro negligenza. Et il preſente affiſſo che ſarà &c. Dato &c.

N. Veſcovo N.

Luogo ✠ del Sigillo. *N. Cancelliere Epiſcopale.*

ADNO-

ADNOTATIONES.

DIes Dominica, in qua visa est prima lex, filii Israel transgressi sunt Mare rubrum siccis pedibus: Manna in Eremo pluit: Christus nasci dignatus est: Stella Magis refulsit: Baptismum in Jordane Salvator suscepit: Vinum de aqua factum est in Cana Galileæ: Quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum Christus saturavit: A morte resurrexit: In Domos clausas, ubi erant Discipuli congregati propter metum Judæorum, intravit: Spiritus Sanctus corda Apostolorum igne succendit: Et in qua speramus D. Jesum Christum ad Judicium venturum: Quia dies Domini est, curandum summoperè erit, ut operibus piis (servilibus ablatis) sanctificetur.

1 *IN OPERE MANUALI, E SERVILI.* Hoc est Ruri Videam colendo, Campos arando, seminando, metendo, fænum secando, sepem ponendo, sylvam stirpando, arbores cædendo, in petris laborando, Domos struendo, in Horto laborando, segetes triturando, jumenta onusta ducendo, linum carpendo. In Civitate, vel Oppido merces, & venalia exponendo, fabrilia tractando. Fœminæ opera textilia, vel acupictile faciendo, lanam, vel linum expurgando, publicè pannos lavando, & alia similia opera corporalia exercendo.

2 Refectio viarum publicatum licèt sit opus servile: nihilominus cum respiciat utilitatem publicam, si operarii gratis, & absque ulla mercede in eis laborarent, & quia pauperes sunt nequirent absque magno incommodo, & jactura diebus ferialibus huic operi intervenire, saltem post Vesperas, posset ab Episcopo indulgeri, ut oppidani diebus festis refectioni viarum quatenus necessitas urgeret, incumbant, ut respondit *Sac. Congreg. Episcoporum in Tiburtina* 19. *Junii* 1693. in qua cum Universitas Terræ Poli peteret sibi licentiam concedi, ut posset diebus festis post Vesperas vias publicas, enormiter læsas, aptare, & reficere, ex quo non valerent incolæ ob eorum paupertatem diebus ferialibus operi hujusmodi vacare, rescriptum fuit -- *Ad mentem*, & mens fuit, quod Episcopus pro sua prudentia, & pietate toleraret. Et quamquam Jul. Capon. *Doctor Neapolitanus in discept. forens. cap.* 110. *nu.* 23. teneat hoc opus refectionis viarum fieri posse absque licentia: adhuc tu in praxi semper licentiam obtinere non prætermittas, quia agitur de præcepto Divino, cui dispensandum non est, nisi causa cognita per legitimum Superiorem.

3 *NON SI FACCIANO MERCATI.* Nundinæ, quæ incidunt semel in anno in aliquo die festo determinato, per quamdam convenientiam debent tolerari præsertim post Missam majorem, prout referendo Decreta Sac. Congregationis notat Nicol. *lucubr. canon. lib.* 2. *tit.* 9. *de feriis num.* 4. Mercatus autem, qui qualibet hebdomada fieri solent, transferuntur in præcedentem diem, Gavant *in verb. festus num.* 20. Nicol. *in flosc. eodem verbo nu.* 3.

4 *SOTTO PENA.* Pœna pro transgressione festorum debet esse moderata, & ideo numquam debent bona confiscari, neque animalia vendi, non obstante dispositione Bullæ Pii Quinti, super observatione festorum emanatæ: quia hæc Bulla in hac parte non fuit usu recepta, ut pluries declaravit Sac. Congreg. Episcop. quæ non semel animalia, vendita juxta rigorem dictæ Bullæ, jussit redimi, & domino reddi, retenta solum modica pœna, piis locis applicanda, sic testatur Nicol. *lucubr. can. d. lib.* 2. *tit.* 9. *de feriis nu.* 7. ubi Decreta refert.

5 Et multò minùs poterit transgressoribus imponi pœna excommunicationis, nisi in loco irrepsisset aliquis parvus abusus, dies festos publicè violandi, vel pœna pecuniaria non timerentur, & adesset contemptus, Raynald. *observat. crim. tom.* 1. *cap.* 1. §. 8. *nu.* 73. *& seq.*

6 *DOPO FINITE LE MESSE.* Ita rescripsit *Sac. Congregat. Episcop. Episcopo Monopolitano* 15. *Februarii* 1595. de quo Decreto meminit Nicol. *in flosc. in verb. festus num.* 15. At hìc monendus est Episcopus, quod in magnis Civitatibus, & in locis ubi est frequentia populi, vel ratione commercii, aut residentiæ Principis; non est ita strictè prohibendum,

dum, molitoribus, & pistoribus, sed largiùs indulgendum.

7 *LA DOVUTA LICENZA IN SCRITTO LA QUALE SI DARA' GRATIS.* Ne prætextu necessitatis, quam sibi quisque fingere sæpè autumat, præceptum Divinum, & leges Ecclesiasticæ passim violentur, & Sacrorum Canonum indulgentia homines abutantur, meritò necessitatis determinatio Superioris judicio, & arbitrio remissa est, ut dignoscat num verè ulla ex causis supradictis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, vel aliundè necessitas urgeat, aut pietas suadeat, juxta notabile rescriptum Sac. Congregationis Concilii 22. Aprilis 1599. amplexum ab altera Episcop. & Regular. 12. Martii 1601. in quo hæc formalia verba leguntur -- *Cæterum quoniam verendum est, ne privatis affectibus domesticarum rerum aliqui eò perducantur, ut hac Sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam casibus abutantur, iidem PP. Illustrissimi adjitiunt ad Ordinarii cujuscunque judicium, & censuram pertinere, ut dignoscant num verè ulla ex causis supradictis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, ut nec dierum festorum observantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur.*

8 Hæc autem licentia laborandi diebus festis debet dari in scriptis, ut respondit *Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Civitatis Castellanæ* 21. *Augusti* 1615. & hoc quidem congruit (ut opinor) duplici ratione. Altera, ut contra illos, qui dictis diebus reperti fuerint violatores absque licentia, etiam Judex laicus præventivè juxta dispositionem Constitut. Pii V. procedere possit: altera ut inspici, & recognosci valeat, an causæ expressæ, & conditiones, quibus licentia concessa fuit, veræ sint, & respectivè serventur: quamvis pro validitate licentiæ perneceſſe scriptura non exigatur, Capon. *discept. for. d. cap.* 211. *nu.6.*

9 Debet ulteriùs prædicta licentia gratis concedi, & qui aliter facit monendus est, ut consulat conscientiæ suæ, prout monuit *Sac. Congreg. Episcop. Episcopum Brissaciæ vulgo Umbriatico* 15. *Januarii* 1619. & *Archiepiscopum Ulyssiponen.* 7. *Decembr.* 1691. qui Constitutione Synodali prohibuerat Barbitonsoribus ne tonderent barbas diebus festis, quibus tamen aliquando licentia concedebatur, recepta pecunia: Unde recurrentibus Barbitonsoribus rescriptum fuit -- *Servandam esse Constitutionem Synodalem, & non esse concedendas licentias per pecunias.*

10 Ubi verò loca pia maxima egestate laborarent, tunc licitè per modum hortationis pro illis sublevandis aliqua eleemosyna recipi posset, ut declaravit *Sac. Congreg. Episcop. in Casertana* 28. *Novembris* 1594. & tenet Ricc. *prax. for. Eccles. par.* 4. *resol.* 383. *nu4.*

11 Item à solo Episcopo, qui privativè Edicta pro observantia festorum promulgata, licentiæ conceduntur, non autem à Judicibus, neque à Gubernatoribus laicis, Nicol. *lucubr. canon. lib.*2. *tit.* 9. *de feriis nu.*6. Ricc. *prax. for. Eccles. par.* 4. *resol.*381. *num.* 2. quem sequitur Raynald. *loco supra citato num.*84. *circa finem*, ubi per extensum Decretum Sac. Congregat. Concili refert, Bellet. *disquis. cler. par.* 1. *tit. de favor. cler. real.* §. 5. *nu.* 104. & *seqq.* & declaravit *Sac. Congreg. Immunitatis in una Castren.* 2. *Maii* 1629. & *in alia Theatina* 20. *Septembris* 1639. *lib.* 3. *Decr. Paluc. fol.* 102.

12 Neque Judex laicus, neque Gubernator illos, qui diebus festis prævia Episcopi, aut Vicarii licentia operibus servilibus vacaverint, punire, nec mulctare poterit: sicuti è converso mulctari poterunt ab Episcopo, qui tantùm sæcularis Judicis, vel Magistratus licentiam festum violandi exhibuerint, Pac. Jord. *lucubr. tom.*2. *lib.*11. *tit.*1. *nu.*61.

13 Et hæc procedunt etiam respectu ad exemptos, & Regulares omnes, qui quoad observantiam festorum, cæteris non exemptis coæquantur, ut advertit Card. de Luc. *in Miscell. disc.* 1. *nam.* 104. & propterea pœnis etiam censurarum in subsidium arbitrio Episcopi pro transgressione subjiciuntur, Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect.* 633. *nu.*25. Ventrigl. *prax. par.*1. *adnot.* 48. *nu.* 101. Jul. Capon. *disc.* 213. *nu.*17.

14 *LI GIORNI DEL NATA-*

TALE, E DELLA PASQUA. Præter hos dies in Ecclesia universali solemniores, posset Episcopus in Edicto excipere festum diem, qui esset in loco solemnis; Nam hi dies à minus solemnibus in dispensatione, de qua agimus, distinguuntur, ut patet ex Textu *in cap. 3. de feriis* ibi -- *auctoritate nostra indulgemus, ut liceat Parochianis vestris diebus Dominicis, & aliis festis (præterquam in majoribus anni solemnitatibus) eorum captioni, ingruente necessitate, intendere.*

15. *IN CAUSE CIVILI*. Quia in causis criminalibus non debet Episcopus impedire, quin Judex laicus conficiat Processus, vel ad capturam Rei non procedat in die festo, prout Sac. Congregat. Episcop. & Regul. rescripsit Episcopo Latini 17. Septemb. & 18. Novembr. 1597.

16. *I BALLI*. Saltationes, Choreæ, & tripudia, quæ præcipuè Ruri inter personas utriusque sexus ducuntur, numquam ferè agi possunt sine multis, & iis quidem gravissimis Dei offensionibus, idque -- *ob turpes cogitationes, obscænè dicta, in honestas actiones, morum corruptelas, & pernicioſas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuò conjunctas; tùm propter cædes, rixas, discordias, stupra, adulteria, aliaque mala plurima inde consequentia quàm sæpissimè*. Verba sunt *Divi Caroli in Synodo 3. Mediol. tom. 1.*

17. Ideoque ne dies festus ludricis istis actibus fædetur, allaborandum erit, ut modis omnibus corruptela hæc exterminetur, Bellett. *disquis. cler. part. 1. de favor. cleric. real. §. 5. num. 107.* Caveantque Ministri, & Officiales Principum sæcularium, ne fomentum illos frequentandi transgressoribus præstent, Curiam Episcopi facto impediendo, ut non possit ad pœnas comminatas contra laicos procedere; quia thesaurizant sibi ipsis iram Dei, contra quem pugnare non est facile. *Ecclesiastic. 46.*

18. *LE SCENE, E GLI SPETTACOLI DEGLI ISTRIONI*. Concilium Cartaginense IV. mandat excommunicari eos, qui die solemni vadunt ad spectacula, ut habetur *in cap. qui in die 66. de consecr. dist. 1.* Undè evidens fit, quod culpa non caret, qui diebus festis his delectatur. Clericis autem hæc non tantum canone, sed lege civili prohibentur, *ut in Auth. interdicimus, Cod. de Episcop. & Cleric.* ibi - *inhibemus Sanctiss. Episcopis, & Presbyteris: Diaconis, & Subdiaconis, & Lectoribus, & omnibus aliis cujuslibet ordinis venerabilis Collegii aut schematis constitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire: Si quis autem ex his in hoc deliquerit, jubemus hunc tribus annis à venerabili ministerio prohiberi*. Audiant hæc Clerici, & confundantur quoties non erubescunt murmurare adversus Episcopos; si fortè illos prohibent interesse spectaculis.

19. *LE MASCHERE*. Potest Episcopus diebus festis larvas prohibere, non obstante asserta contraria consuetudine, ut declaravit *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Viterbien. seu Aquippendii 16. Januarii 1693.* in qua cum Gubernator Viterbii tempore Carnis previo suo Edicto licentiam dedisset laicis gubernio subjectis larvam gestandi etiam diebus festis peractis Divinis Officiis; Episcopus Aquipendii intra dicti Gubernii jurisdictionem in temporalibus comprehensi Edictum publicavit, quo larvas prohibebat diebus festis.

Hinc habito recursu pro parte Procuratoris Fiscalis laicalis dictæ Curiæ ad Sacr. Congregat. pro declaratione validitatis, & justitiæ Edicti Gubernatoris (innixi consuetudini) & insubsistentiæ respectivè alterius Episcopi, propositaque Causa auditis partibus, responsum fuit -- *Edictum Episcopi sustineri*: & meritò quia asserta consuetudo, in qua unicè insistebat Gubernator, est corruptela contra bonos, & Christianos mores, quæ nulla honestate fulcitur, & ubi reperitur ab Episcopis in quantum valent tollenda est.

20. Item potest etiam Episcopus meretricibus larvam prohibere, quamvis Gubernator eisdem illam deferendi permissionem, & facultatem dedisset; prout Sacra Congregatio Episcoporum rescripsit V. Legato Marchiæ 9. Martii 1604.

21. *VICINO ALLE CHIESE*. Con-

Concilium Toletanum III. relatum *in c. religiosa de consecrat. dist.* 3. mandat removeri tales abusus his verbis -- *Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consueverit. Populi, qui debent Officia Divina attendere, saltationibus, & turpibus invigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & Religiosorum Officiis perstrepentes, hoc enim, ut ab omnibus Provinciis depellatur, Sacerdotum, & Judicium à Concilio Sancto curæ committitur*, ubi Glos. dicit, quod hæc Officii Divini perturbatio est culpa mortalis.

22. *NON SI FACCIANO PROCESSIONI*. Jus indicendi Processiones publicas, & privatas, ac etiam (cum causa) prohibendi, est privativum Episcopi, Barbos. *supra Concil. sess. 25. cap. 13. de regular. num. 42. & de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 78. num. 3. & 4. & de Canonic. & Dignit. cap. 42. n. 20. & in Sum. decis. Apost. verb. Episcopus quoad Processiones num. 1.* Et quamquam Processiones solitæ privatæ, quæ fiunt à Parochis in Parochia, & à Capitulo in Cathedrali, fiant sine licentia: adhuc si transferantur, exigitur Episcopi approbatio, ut partibus informantibus fuit decisum *à Sacr. Congr. Rituum in Hispalen. 3. Septembris 1695. & 21. Julii 1696. & in Asten. 21. Januarii ejusdem anni*, & ideò dicitur in Edicto, quod non transferantur sine licentia, adhoc ut si quid de novo emergeret, Episcopus uti possit jure suo.

23 Processionibus generalibus indictis pro causa, bono, vel honore publico, tam Clerici sæculares Beneficia, vel Officia Ecclesiastica obtinentes, quàm Regulares invitati, omnes interesse tenentur, & adesse compelluntur juris remediis: juxta dispositionem Concilii *sess. 25. cap. 13. de Regular. Sacr. Congreg. Episcop. in Cajetana 25. Octobr. 1602. confirmata 7. April. 1690.* Nicol. *lucubr. canon. lib. 1. tit. 31. de Process. n. 14. & 22. & in flosc. verb. processio n. 1. & 4.* Panimol. *decis. 84. adnot. 1. num. 39.* Pignatell. *consult. 30. num. 1. & seqq. tom. 4.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quæst. 8. num. 2. Sacr. Congr. Concilii 3. Augusti 1658.*

24. Præter autem processiones universales Ecclesiæ, nempè Rogationum, & Corporis Christi, referuntur ad causam, bonum, & honorem publicum, aliæ, quæ fiunt, & indicuntur pro gratiarum actione de re gravi, pro pace inter Catholicos Principes, vel victoria impetranda contra infideles, pro electione novi Pontificis Ecclesiæ diu viduatæ Pastore, ad placandum Deum occasione pestis, famis, belli, sterilitatis, terræmotus, & similium, ut tradunt Pac. Jordan. *lucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 2. tom. 4.* Passerin. *de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. numer. 99. in fine.*

25. Has tamen, ad effectum obligandi Regulares ad interessendum, non esse renovandas annuatim, & perpetuandas nisi nova motiva, & novæ causæ concurrant, censuit *Sac. Congreg. Rituum in Bitetten. 19. Januarii 1697. ad relationem clar. mem. Card. Petrucci*, in qua declaratum fuit *Edictum Episcopi* (quo abstrigebantur Regulares sub pœna suspensionis, & interdicti Ecclesiæ ipso facto incurren. ad interessendum processioni indictæ pro obtinenda liberatione à terræmotu, semel jam factæ anno præcedenti, & postea renovatæ) *non sustineri cum omnibus indè secutis.*

26. Processiones verò, quæ fiunt à Regularibus, egredi non debent eorum Claustra sine licentia Episcopi, non obstante contrario solito, ut pluries Sac. Congregationes Concilii; ac Rituum decrevisse referunt Ricc. *collect.* 4044. Lauret. de Franch. *contr. part. 1. n. 86.* Donat. *prax. rer. regular. part. 2. tract. 13. de exempt. regular. q. 81. num. 6.* Ventrigl. *prax. part. 1. adnotat. 12. §. unico num. 4.* Romaguer. *ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 10. cap. 1. num. 4.*

27. Verum tamen est, quod ubi vigeret consuetudo, sciente Episcopo, præscripta, quod aliqui Regulares, vel etiam Confraternitates laicorum, in aliqua anni solemnitate, vel die processionem ducerent per vias Civitatis, tenerentur quidem licentiam ab Ordinario petere, sed non deberet eis denegari, quia cum sit actus Religionis, qui fovet populi devotionem, & pietatem, absque valdè rationabili causa non debet impediri: & si de facto impediatur, datur recursus ad Sacr. Congregationem Episcop. vel Rituum;

tuum, à quibus solet obtineri rescriptum, quod Episcopus licentiam concedat, ut *rescripsit prima in Papien. 11. Maii 1696. ad relationem Eminentiss. Card. Pamphilii* favore Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, vel quod servetur solitum, *ut in Savonen. 4. Septembr. 1693. & alia Rituum in Ferentina 21. Novembr. 1699. favore PP. Conventualium referente clar. mem. Card. Petrucci.*

28. Hinc sumpta occasione de processionibus loquendi, notandum est, Primò, quod licèt inter Regulares, sive Mendicantes sint, sive non, præcedentia regulanda sit juxta dispositionem Bullæ Gregor. XIII. prout approbante Paulo V. respondit Sacr. Congreg. Rituum 29. Novembris 1618. cujus Decretum apud me existit authenticum; scilicet quod illa Religio in processionibus præcedat, quæ priùs in Civitate, seu loco ubi residentiam fundavit, & habuit Monasterium: Nihilominus ubi viget consuetudo, quod inter se præcedant ratione originis, & institutionis Religionis, servanda est; sic respondit articulo plenè examinato *Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Forolivien. 27. Febr. 1693. ad relationem ejusdem bo. mem. Card. Petruccii inter Monachos Camaldulenses, & Vallumbrosanos.*

29. Secundò, quod regula generalis supra firmata, quod nempè omnes Regulares ad processiones indictas pro causa, bono, vel honore publico intervenire teneantur, habet locum etiam in illis Conventibus, in quibus degit minor numerus Religiosorum, quàm duodecim, quia nulla indecentia est (sicuti malè opinantur nonnulli Autores Regulares) quod paucis vexillum Crucis erigatur, ut pro veritate fatetur Passerin. *de stat. hom. tom. 3. q. 189. art. 10. inspect. 10. num. 1004.*

30. Tertiò, quod ubi viget consuetudo, quod Regulares, vel etiam Confraternitates Laicorum, non obstante distantia unius milliarii, conveniant ad processiones, est servanda, & convenire tenentur, Passerin. *loc. cit. numer. 1000.* & tenuit novissimè *Sac. Congr. Rituum in Nucerina Paganorum 12. Septembr. 1699. ad relationem Eminentissimi Card. Francisci Barberini*, quod est contra Pasqualig. *ac contr.* Lauret. de Franch. *part. 1. num. 66.*

31. Quartò, quod hi Regulares, qui vigore peculiaris indulti processionem ducunt extra Claustra, prout asserunt habere PP. Dominicani in Dominica infra Octavam Corporis Christi ex concessione Clem. VIII. tenentur incedere per viam semel electam, ut probant Decreta relata a Pignatell. *consult. 63. num. 3. tom. 6.* & resolutum fuit *in Belcastren. 28. Aprilis 1690. ad relationem olim D. mei Cardin. Petrucci, Sacr. Congreg. Rituum in Quiten. Processionis prima Septemb. 1696. referente Eminentissimo Pamphilio.*

32. Quintò, quod Regularibus paratis, & deferentibus in processione Reliquias, debetur præcedentia (non tamen cæteris non paratis) supra Clerum sæcularem, *Sacra Congreg. Episcop. in Soanen. 4. Septembris 1693. referente eodem Card. Petruccio.*

33. Sextò, quod Regulares in suis processionibus non possunt, nec debent ducere Puellas habitu fictitio Angelorum, neque Bizzocheras, ut declaravit *Sacra Congreg. Episc. in Ebredunen. 19. Januarii 1691.* Nec processiones ipsas in Monialium Ecclesias, quamvis eorum regimini subjectarum, inferre, & introducere, eadem *Sacr. Congreg. in Pisauren. 24. Novembris 1717.* cujus Decretum est sequens -- *Cum Sacr. Congreg. innotuisset nonnullos Ordinis Sancti Dominici Regulares occasione processionum per eosdem diebus Dominicis, & post Vesperas celebrari solitarum processionaliter in Monialium eorum regimini subjectarum Ecclesias ingredi consuevisse, illustrissimi ejusdem Congregationis Patres Episcopo Pisauren. litteras dari mandarunt, ut præfatum abusum omnino tollat, provideatque, ut prænominati Regulares, quovis prætextu processionum per ipsos fieri solitarum, in dictarum Monialium Ecclesias imposterum nullatenus ingrediantur.*

34. Septimò, quod Regulares ad processionem funeris invitati, debent accedere ad Ecclesiam Parochialem, quamvis defunctus sit sepelliendus in eorum Ecclesia, non autem Parochum expectare per viam, aut ad Domum Defuncti,

cti, non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili contraria, Lantusch. *Theatr. Regular. in verb. Exequiæ numer.* 4. ibi -- *Regulares vocati ad sepeliendos mortuos, etiam in eorum propria Ecclesia, convenire debent ad Ecclesiam Parochialem, intra cujus limites defunctus existit, & inde cum Parocho ad Domum defuncti, & nullo modo permittendum est expectare Parochum per vias, vel ad Domum defuncti, non obstante contraria consuetudine, prout resolutum fuit à Sacr. Congregat. Rituum* 15. *Decembr.* 1632. *ut in registro.*

35. Decretum à Lantuscha allegatum fuit deindè pluries ab eadem Congregatione confirmatum, consuetudine etiam immemorabili non obstante, & præcipuè *in Æsina* 31. *Julii* 1665. *in Nicien.* 9. *Augusti* 1670. *in Savonen.* 19. *Decembr.* 1671. *& in Aretina* 22. *Decemb.* 1696.

36. Si verò Cadaver per modum depositi in alia Ecclesia reperiatur, tunc possunt Regulares ad illam se transferre, ut probat Nicol. *Iucubr. Civil. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 25. *§.* 6. ibi -- *Quod Regulares, vel alii funus comitantes non permittantur expecta re per vias, neque ad Domum defuncti, sed tantum in Ecclesia Parochiali, vel alia, in qua depositum esset cadaver, juxta Rituale Romanum, non obstante contraria consuetudine. Sacra Rituum Congregatio in una Tropien.* 8. *Februarii* 1631. *& in alia Telesina* 12. *Februarii* 1633. & declaravit *eadem Congregatio in Senogallien.* 22. *Junii* 1675.

37. Octavò, quod si Processioni Funerali intervenit Capitulum Cathedralis, tunc omnes de Clero tam sæculari, quàm Regulari invitati, ad Ecclesiam Cathedralem convenire, & sub unica illius Cruce, ad Ecclesiam tumulantem incedere debent, non obstante contraria consuetudine, Samuel. *de sepult. tract.* 1. *disp.* 3. *controv.* 3. *concl.* 6. *num.* 39. *pagin. mihi* 93. ibi -- *in defunctorum associatione si Capitulum Cathedralis incedat cum Regularibus, tantum una Crux est ferenda ab Ecclesia Cathedrali ob illius reverentiam, cadaver si sepeliatur in Ecclesia Regularium, non erigenda est ab eis alia Crux, si verò ab Ecclesia Cathedrali non defertur, eam Regulares erigent si cadaver est tumulandum in sua Ecclesia, sic Sacr. Rituum Congreg. sancivit in una Pisauren.* 22. *Martii* 1632.

38. Et magis præcisè *eadem Sacr. Congregat. Rituum in Fossanen.* 21. *Julii* 1645. cujus Decretum, quod habeo authenticum, est tenoris sequentis -- *Episcopus duobus dubiis humiliter petiit responderi. Primo an servandum sit decretum ab ipso factum, quod ad funera vocatis non liceat expectare defunctum per vias, vel illius Domum petere, sed quod debeant intervenire ad Ecclesiam Parochialem, ad quam funus defertur, vel ad Cathedralem, si Cathedralis Capitulariter interveniat, consuetudine immemorabili in contrarium non obstante. Secundo an cum Cathedralis, & Parochi soleant deferre singuli suas Cruces, ac Vexilla Confraternitatum in suis Ecclesis respectivè existentium, ut captent duos Cereos pro singulis Crucibus, & Vexillis, possit idem Orator præcipere, ut Clerus sæcularis totus incedat sub unica Cruce Cathedralis, videlicet quando Capitulariter, aliàs Parochialis, ad quam funus defertur, remotis hujusmodi Vexillis, etiam Regularium, prædicta consuetudine non obstante.*

Sacr. Rituum Congregat. ad primum respondit tam sæculares, quam Regulares etiam exemptos ad funera mortuorum vocatos in Ecclesiam Cathedralem, aliàs in Parochialem, ad quam funus deferatur convenire debere, & nullo modo permittendum, quod expectent per vias, vel adeant Domum Defuncti, consuetùdine etiam immemorabili in contrarium non obstante.

Ad secundum sub unica Cruce incedere debere omnes associantes funus, & ea sit illius Ecclesiæ, ad quam Corpus defertur sepeliendum, nisi intervenerit ut supra Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ, quo casu sub una duarum respectivè Cruce omnes incedere debent, prædicta consuetudine non obstante. Die 21. *Julii* 1645. *Ita reperitur &c.* Quod Decretum confirmavit postea *eadem Congregat. in Aretina de anno* 1664. *inter Monachos Cassinenses, & Capitulum Cathedralis, & denuo inter easdem partes* 22. *Decembr.* 1697. *in responsione ad primum.*

39. Nonò, quòd Capitulum Cathedralis gaudeat prerogativa, ut omnes fu-

nus

nus associantes incedant sua Cruce incessu, & progressu Processionis usque ad Ecclesiam tumulantem inclusivè; sed post ingressum Ecclesiæ non potest, præsertim Regularium, assistere funeri cum Cruce, sed adhibenda est Crux Ecclesiæ tumulantis prout partibus informantibus censuit eadem *Sac. Congreg. Rituum in dict. Aretina* 13. *Julii* 1697. in qua proposito Dubin--*Ad in associatione Cadaverum sepeliendorum in Ecclesiis quorumcunque Regularium, & præcipuè Cassinensium, liceat Capitulo, & Canonicis Cathedralis ad associationem invitatis Ecclesiam eorumdem Regularium ingredi cum Cappa, & Rocchetto, & in eadem sic assistere usque ad humationem Cadaveris, sola Cruce dicti Capituli erecta, & non alia? Sac. &c. referente clar. memor. Cardin. Petrucci* respondit-*Affirmativè, ita tamen, ut in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiæ tumulantis.*

41. Et licèt *Sac. Congregat. Episcopor. in una Nucertina Paganorum* 15. *Septembris* 1690. manutentionem concesserit PP. Basilianis in elevatione Crucis, occasione associationis Cadaverum in eorum Ecclesia tumulandorum, etiam interveniente Capitulo Cathedralis, hoc evenit virtute antiquæ transactionis initæ inter eosdem, & Capitulum Nuceriæ, quæ unà cum consuetudine exindè introducta afferebatur.

41. Decimò, quod Regulares accedentes, ut moris est, ad publicas Processiones, non debent Processione terminata statim à loco recedere; sed tenentur tàm in accessu, quàm in reditu, Ecclesiam ex qua, & in qua functio incipit, vel terminatur, ingredi, ibique precibus, seù benedictioni assistere usque ad finem, prout disponunt Decreta generalia Congreg. Rituum, & Episcoporum, quæ per extensum refert Pignatell. *consult. 47. n. 33. & 34. tom. 3.*

Edicti reverentiæ debitæ Ecclesiæ.

FORMVLA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Pro custodienda reverentia Ecclesiarum Summi Pontifices plura sanxerunt.*

2 *In Ecclesia est orandum, & qui hoc devotè facit exauditur à Deo.*

3 *Perturbantes divina in Ecclesia mulctandi sunt ad formam Bullæ Pii V.*

4 *Episcopus est absolutus arbiter remotionis scamnorum in Ecclesia retentorum.*

5 *Laici retentione scamnorum in Ecclesia, ipsa nolente, non habent possessionem manutenibilem.*

6 *Mulieres accedentes ad Ecclesiam nudatis scapulis, & mammillis possunt interdici ab ingressu Ecclesiæ; & refertur exemplum Innoc. XI. nu. 7.*

8 *Mulieres in Ecclesia ab hominibus separari debent, ut plerisque in locis servatur, num. 9.*

20 *In Ecclesia non potest exequi citatio, neque verbalis de Judicis Laici ordine.*

Citatio, sivè præceptum factum Nunciì in Ecclesia exequutum est validum, ibid.

11 *Judex Ecclesiasticus non potest in Ecclesia exercere actus contentiosè jurisdictionis, præter simplicem citationem verbalem.*

12 *Regulares delinquentes intra septa Monasterii, & loca immunia, possunt à Superioribus constringi, & licitè corripi.*

13 *In Ecclesia non possunt examinari Testes.*

14 *In Ecclesia nemo debet habere prospectum, neque aliam servitutem activam.*

15 *Qui habet januam correspondentem in Domo Parochi Ecclesiæ contiguam, debet illam obstrui facere.*

16 *Inservientes Sacrificio Missæ non debent esse pueri petulantes, neque viles, & sordidi homines.*

17 Mu-

17 *Musica pertinet ad bonum commune, & in Ecclesiis est de jure permissa.*

18 *Episcopus non potest prohibere, quod in Ecclesiis non fiat Musica, sed inhibere ne canantur prophana.*

19 *Neque prohibere, quod non fiat sine interventu Magistri Cappellæ Cathedralis, aut sine sua licentia.*

20 *Potest prohibere, ne in Ecclesiis, & Oratoriis publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ, & verba sint spiritualia.*

21 *Laicus percutiens injuriosè in Ecclesia alium Laicum alapa incurrit excommunicationem minorem.*

N. Vescovo N.

E'Tanto importante per evitare i gastighi della provocata giustissima ira di Dio, che sia colla dovuta riverenza, ed ossequio dato nelle Chiese il culto alla Divina Maestà, che i Sommi Pontefici, ed il Sagro Concilio di Trento, hanno in tal proposito promulgato premurosi *Ordini*, e *Decreti*, accioche quelle non siano colle irriverenze, ed abominationi profanate, e dato facoltà a' Vescovi anche come Delegati Apostolici per eseguirli colle pene in quelli prescritte, & altre maggiori a loro arbitrio contro i profanatori.

Noi dunque in questa parte tanto come Esecutore de' Decreti Apostolici, e del Concilio, quanto come zelante dell'onore della Casa di Dio, ch'è ogni Tempio a lui, ò a suoi Santi dedicato, & acciochè S. D. M. conceda *à chi ora divotamente* in quella la remissione della pena de' peccati commessi, e confessi, & il soccorso del Divino ajuto in tutte le nostre commun i necessità, ordiniamo.

1. Che nessuno ardisca nelle Chiese così Secolari, come Regolari in alcun tempo passeggiare, far circoli, o confabulare di cose otiose, nè di appoggiarsi indecentemente a' Sacri Altari, nè di sedere irreverentemente colle spalle voltate al SS. Sagramento, o di mettersi inconvenientemente in faccia alle Donne.

2. Che non si facciano amoreggiamenti, o altri atti con parole, o con gesti contrarii alla Christiana onestà, e modestia verso alcuna Donna ancorche fosse notoriamente impudica.

3. Che non si faccia rumore, o strepito, nè altra cosa per la quale si disturbino, *o impediscano le funzioni*, i Divini Officii, & il Santo Sacrificio della Messa: Ed a questo fine proibiamo, che nessuno porti in Chiesa animali atti a far strepito, *ò ardisca di mutare, ò portar nuovi Banchi* senza nostra licenza.

4. Che non si facciano ragionamenti di cose oscene, nè si trattino negozii Secolareschi, nè si formino circoli di persone vicino alle Porte delle Chiese dove siano Feste, Indulgenze, Quarant'hore, o altra cagione di concorso.

5. Che le Donne entrino, e stiano nelle Chiese onestamente coperte *senza mostrar nudità* di petto, di braccia, o di spalle, sicome comanda l'Apostolo, e conviene alla santità del luogo, & alla verecondia Christiana.

6. Che nissuno stia sù la Porta, o fuori di Chiesa ad udire, o vedere la Messa, e Divini Officii, se non quando per la picciolezza, & angustia di essa non si potesse in modo alcuno star dentro.

7. Che si stia nelle Chiese ad udire la Messa col capo scoperto, con ambe le ginocchia inginocchiato, e quando si legge l'Evangelio ciascuno si levi in piedi, e stia con habito, e positura di corpo talmente composto, che mostri d'esser presente a tanto Sagrificio anche colla mente, e con divoto affetto del cuore.

8. Che i poveri non vadano mendicando per le Chiese, ma stiano alla Porta per

ta per chiedere l'elemoſina, e ſiano da' Parochi, e da' Rettori eſortati i Fedeli eſſer liberali verſo quei poveri, che ſono ubbidienti a queſt'ordine.

9. Che niſſuno ardiſca d'entrare in Chieſa con Armi da fuoco, nè di ſpararle per qualſivoglia cauſa avanti la Porta della medema, nè di condurvi dentro Cani da Caccia.

10. Che niſſuno riponga, ò tenga ripoſto nelle Chieſe Grano, Legumi, Frutti, Legnami, nè altra coſa profana, & indecente, nè appenda in eſſe armi, o aſte, nè faccia, e getti immondizie, ne meno dietro le mura, negl'Atrii, o Cemeterii.

11. Che nelle Chieſe per quanto ſarà poſſibile, e maſſime in tempo di Prediche, ed occaſione di feſta, e di concorſo, per evitare le offeſe di Dio, e la perdizione dell'anime, *ſtiano ſeparati* gli Huomini dalle Donne, e ſarà cura de' Parochi, Sagreſtani, e Sopraſtanti di mettervi una tela per lungo dell'altezza d'un'huomo (ove non ſiano i Tavolati) per impedire i proſpetti, i colloquii, & altre abominationi.

12. Che nelle Chieſe, Atrii, e Portici anneſſi, non ſi tengano coſe da vendere, nè ſi facciano contratti di qualſivoglia ſorte; *non ſi eſeguiſcano citationi*, *nè ſi eſaminino Teſtimonii*, non ſi diano ſentenze, nè ſi facciano adunanze per Conſigli, ò parlamenti publici (ſe non per atti di pietà) nè qualſivoglia altr'atto profano.

13. Che niſſuno ſenza Indulto Apoſtolico, o altro legitimo titolo riſervato nelle fondationi, habbia fineſtra che guardi, o Porta che communichi nella Chieſa, *nè altra ſervitù in quella*.

14. Che li Sagreſtani, Rettori, e Cappellani delle Chieſe, per rimuovere le irriverenze, & i mali abuſi dal Sagro Altare nell'atto della celebratione del tremendo Sagrificio della Meſſa, non ammettano in difetto de' Chierici, a ſervire le Meſſe gli Artiſti con habito da lavoro, nè altre perſone rozze, vili, & indevote o indecentemente veſtite, *nè li Fanciulli di poca età*, che non ſiano modeſti, morigerati, e bene inſtruiti, e capaci d'intendere ciò che fanno.

15. Che le feſte, che ſi celebrano con ſolennità nel giorno titolare delle Chieſe, o in altro tempo, ſiano fatte con modeſtia, e Chriſtiana divozione, e ſenza apparati profani. *Le Muſiche ſiano cantate* con gravità ſecondo il Rito Eccleſiaſtico, e compoſte *di parole Latine* cavate dalla Sagra Scrittura, dal Meſſale, e dall'Officio del Santo corrente, di cui ſi celebrerà la feſta: Le Meſſe ſiano terminate un'hora dopo il mezzo giorno, & i primi, e ſecondi Veſperi al tramontar del Sole.

16. Che li Rettori, Parochi, Sagreſtani, Cappellani, e cuſtodi delle Chieſe, non permettano, nè diſſimulino, che in eſſe ſi facciano le coſe di ſopra proibite, ma ammoniſcano li Traſgreſſori, ò ne facciano conſapevoli Noi, ò il noſtro Vicario Generale nella Città, e ne' luoghi della Dieceſi i Vicarii Foranei.

17. Chiunque contraverrà in alcuna delle coſe di ſopra proibite ſarà punito colle pene preſcritte nella Bolla del B. Pio V. e con altre a noſtro arbitrio ſecondo la diſpoſitione *del Cap. 2. de immunit. in 6.* etiandio fino all'Interdetto dall'ingreſſo nella Chieſa, & in ſuſſidio *anche della ſcommunica*: Volendo, che queſto noſtro Editto pubblicato, che ſarà ne' luoghi ſoliti, ſerva contro i Traſgreſſori, per prima, ſeconda, e terza monitione.

18. Che li Parochi, e Curati delle Chieſe publichino almeno due volte l'anno al

al popolo il presente Editto nel tempo della Messa Parochiale, di maggior frequenza del popolo; e trasmettano a Noi ogn'anno l'Attestatione giurata d'haverlo tante volte publicato; nel che se saranno negligenti, incorreranno nella pena di trè scudi, & altre a nostro arbitrio. Dato &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1 *ORDINI, E DECRETI*. Quia in Ecclesia est semper orandum, cum Domus orationis sit, ut ipsa veritas Christus Jesus docet nos *Matt.* 21. Nos qui in Domo ista profana mercamur, ut flagello de funiculis facto ab ea non projiciamur, ut evenit incredulis Nummulariis Judæorum *Jo:* 2. Summi Pontifices Gregor. X. *in Concilio Universali Lugdunensi relato in cap.* 2. *de immunit. Ecclesiarum in* 6. Pius V. in Constitutione, quæ incipit *Cum primum, impressa in Bullar. novo tom.* 2. *in ordine*, necnon *Concil. Trid. in Decreto, quod edidit de evitand. in celebr. Missar. sess.* 22. plura circa cultum, & venerationem Ecclesiarum, & Sacrificii Missæ, providè, ac piè sanxerunt pœnasque comminarunt contra prophanatores earundem; facultatemque, ad improborum hominum temeritatem, & irreverentiam compescendam, Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis illimitatam dederunt.

2. *A CHI ORA DIVOTAMENTE*. Memor hic Episcopus promissionis Dei (qui custodit pactum, quod fecit David, ac Salomoni filio *Daniel. cap.* 9.) nempè quod quicumque in Templo devotè oraverit, *& extenderit manus suas cognoscens infirmitatem suam, ei peccata dimittet, & faciet, cuncta, pro quibus eum invocaverit*, ut habetur *in cap.* 6. 2. *lib. Paralipom.* excitat in exordio Edicti fidelium corda, ut adorent, & timeant Dominum in loco isto, ad hoc ut exaudiri in eorum afflictionibus, quæ innumetæ sunt, mereantur, juxta alterum Divinum effatum, *Sabbatha mea custodite, & Sanctuarium meum metuite. Levit.* 26.

3. *O IMPEDISCANO LE FUNTIONI*. Perturbantes, vel aliquo modo impedientes functiones Ecclesiasticas, sunt mulctandi ad formam Bullæ B. Pii V. & in subsidium poterit etiam procedi ad Censuras, sic respondit *Sac. Congreg. Episc. Episcopo Cajetano* 10. *Decembris* 1690.

4. *DI MUTARE, O PORTAR NUOVI BANCHI*. Quia occasione remotionis, & innovationis sedilium, & scannorum, frequenter Laici inter se dimicant, & indè eveniunt scandala, & perturbationes Divinorum Officiorum; ideò Episcopus debet providere, ut nova sedilia in Ecclesia non apponantur sine sua licentia; ipse enim est absolutus arbiter illa moderandi, & removendi, præsertim quando sunt causa rumoris, & impediunt functiones, & celebrantes, ut fusè probat Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 64. ubi Giovagnon. *resp.* 8. & Gratian. *discept.* 210. Coripheos contrariæ sententiæ refellit, & Dianam sequitur Pignatell. *consult.* 147. *à n.* 12. *& per tot. tom.* 9. & sæpè sæpiùs tenuit *Sac. Congregat. Episcop. apud* Nicol. *in flosc. verb. Ecclesia n.* 10. & nuper *in Narn. Terræ Carbii* 8. *Maii* 1693. *proponente Eminentissimo Card. de Judice, Sac. Congr. Rituum apud* Barb. *in Summ. dec. Apostol. collect.* 301. *n.* 11. & novissimè *in Fundana* 5. *Octobris* 1697. *& in Verulana* 6. *Septembris* 1698. *referente clar. me. Card. Petrucci*.

5. Quicquid enim sit quando lis est inter privatos super competentia loci, seù scamni, qui manutenendi sunt in possessione absque novitate, ut respondit *Sac. Congreg. Episc. in Imolen.* 6. *Martii* 1692. Antonell. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 4. *num.* 68. *per tot.*; certum videtur, quod contra provisionem Episcopi, aut Rectoris tamquam Domini Ecclesiæ agentis, non sit locus reclamationis; Quia usus

Sedi-

sedilium, quem Laici habent in Ecclesia, provenit ex benignitate, tolerantia, & ex gratia revocabili ejusdem, non autem jure, ex quo valeant, ipsa Ecclesia nolente, servitutem, seu quasi possessionem manutenibilem acquirere, ut fuit ponderatum in dictis *Fundana, & Verulana*, & benè hoc distinguit & probat Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 4. cap. 6. n. 379.*

6. *SENZA MOSTRAR NUDITA'*. Mulieres debent accedere ad Ecclesiam non tantùm velato capite propter reverentiam Sacerdotum, ne hi in earum facie intuentes invitentur ad prævaricationem, ut monet Text. *cum gloss. in cap. Mulier il 2. 33. quæst. 5.* sed etiam scapulis, mammillis, ac brachiis, undique Christiana modestia tectis: Aliàs ubera monstrantes, & doricè incedente, nisi monitæ resipiscant, possunt interdici ab ingressu Ecclesiæ, ut probant Bellet. *disq. Cler. part. 1. tit. de favor. Cleric. real. §. 5. n. 111.* Scipio de Rub. *aphoris. Episc. verb. jurisdictio n. 10.*

7. Et hinc evenit, quod Religiosissimus Pontifex, semperque Maximus Innoc. XI. prospiciens hujus insignis corruptelæ suo tempore in Urbe baccantis damno, & quantùm libidinis ignis succendebatur, occurrendo malis, & animarum periculis, ad retundendam Mulierum impudentiam, mammas, & brachia indecentissimè nudata ostentantium, ex communicatione (bonorum laude, malorum critica, & honestatis solamine) coercuit.

8. *STIANO SEPARATI*. Convenit juxta laudabilem antiquorum morem Christianorum, quod in Ecclesia adsit locus separatus Mulierum ab hominibus, ne mutua eorum proximitas cor à piis meditationibus sacrisque Misteriis avertat, & ne studium salutis fiat perditionis occasio. Quam separationem ubique introducendam esse consulunt, Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 1. de Visit. Eccles. Cathedr. nu. 172.* Barbos. *de jur. Eccles. univ. lib. 2. cap. 3. num. 33.* Nicol. *flosc. verb. Prædicator. n. 20.* Pignatell. *consult. 35. tom. 7. & consult. 146. num. 131. tom. 9.* Chrispin. *de Visit. par. 2 5. §. 7. n. 23.* Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 3. cap. 19. n. 3.*

9. Item hanc discretionem Virorum à Mulieribus constantem fuisse in sæculo decimo, & undecimo, ex Micrologo coævo Scriptore asserit Van Espen. *de jur. Eccles. univers. tom. 1. par. 1. tit. 16. cap. 1. nu. 41.* ubi dicti Auctoris sequentia verba refert-- *Diaconus cum legit Evangelium juxta Romanum ordinem in Ambone vertitur ad meridiem, ubi & masculi conveniunt, non ad Aquilonem, ubi fœminæ consistunt*; usumque plerisque in locis adhuc hodiè in Belgio religiosè servari testatur, alibique restaurandum monet.

10. *NON SI ESEGUISCANO CITATIONI*. Citatio, sive intimatio alicujus præcepti etiam verbalis non potest fieri per Nuncium de ordine Judicis Laici in Ecclesia, Raynald. *observ. Crim. tom. 1. cap. 1. §. 11. n. 50.* ubi dat concordantes. Si tamen non ex Judicis commissione, sed facto Nuncii, sive Cursoris, executio citationis, vel præcepti ibidem fieret, valida, Sperell. *decis. 51. n. 26.* licèt Nuncius posset puniri, ut ait Card. de Luc. *de jurisd. disc. 20. num. 16.*

11. Quo verò ad Judicem ipsum Ecclesiasticum, quamvis Sperell. *dicta dec. 51. num. 29.* & Tarquin. Urban. post Zuff. *de legitim. processf. adnot. ad Constit. Barberin. num. 95.* teneant posse in causis ad Forum Ecclesiasticum spectantibus in Ecclesia exercere actus etiam contentiosæ jurisdictionis; nihilominus hæc facultas reduci debet ad simplicem citationem verbalem, non autem ut indè refugiatus animo gaudendi immunitate, sive Laicus, sive Clericus reus sit, possit à Judice Ecclesiastico extrahi, neque pro injungenda salutari pœnitentia, ut advertit Raynald. *loc. cit. n. 54. & seqq.* ubi contrariis respondet.

12. Huicque sententiæ favet resolutio *Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Tropien. 17. Augusti 1618.* in qua sic fuit responsum--*Ecclesiasticus (suppl. Judex) juxta Sacrorum Canonum dispositionem præterquam in casibus degradatione dignis Clericos à locis immunibus extrahere non potest, & si secus erunt restituendi.* Quicquid sit de Regularibus, qui intra septa Monasterii delinquentes, ne disciplina Regularis corruat, possunt à Superioribus con-

ſtringi, & licitè corripi, Tarquin. Urban. *ubi ſuprà n.* 125. Raynald. *n.* 58. *& Sac. Congreg. Epiſcop. in Bergomen.* 5. *Decemb.* 1698.

13. *NE SI ESAMININO TESTIMONII.* Quod in Eccleſia non poſſit examen Teſtium recipi, tenet Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 20. *cap.* 9. *n.* 39. niſi agatur de cauſis Beatificationis Servorum Dei.

14. *NE ALTRA SERVITU'.* Nemini eſt concedenda feneſtra, nec porta, nec alia ſervitus activa, per quam proſpectus, vel tranſitus habeatur in Eccleſiam, ſine Indulto Apoſtolico, juxta diſpoſitionem Decretorum generalium Sac. Congregationis Epiſcop. & Regular. quæ more ſolito refert Pignatell. *conſult.* 129. *n.* 3. *& ſeqq. tom.* 4. quod indultum ſæpè petentibus denegatur, *ut in Andrien. & Teleſina* 5. *Martii* 1619. *& in Piſauren.* 3. *Octobr.* 1692.

15. Quæ prohibitio vim habet, & viget in eo, qui habet januam correſpondentem in Domo Parochi Eccleſiæ contigua, ut declaravit *eadem Sac. Congreg. Epiſcop. in Faventina* 17. *Februar.* 1619. in qua caſus ita proponebatur--*Epiſcopus Faventinus cum in viſitatione Eccleſiarum Parochialium quaſdam privatorum Domos Parochorum Domibus contiguas, & januas, ex quibus in eorumdem Parochorum Domibus acceſſus patet, habentes, inveniſſet, illarumque Domini eaſdem januas per multum temporis ſpatium poſſediſſe prætenderent, ut impoſterum eædem januæ murari debeant decrevit; quo per Sanctiſſimum audito Decretum hujuſmodi probavit, & executioni mandari ordinavit.*

16. *NE' LI FANCIVLLI DI POCA ETA'.* Indignum quidem videtur, quod Miniſter in Sacrificio Miſſæ, qui Eccleſiæ, ſive fidelis populi in actione adeò ſublimi vices ſupplet, ſit incapax, immoriger, & petulans puer, aut rudis, vilis, vel ſordidus homo, prout non ſine dedecore dignitatis, ac ſanctitatis Sacrificii hic abuſus, ſive hominum incuria, & improbitate, ſive temporum vitio cum Hæreticorum deriſu univerſaliter irrepſit: quem tamen toto conatu vigiles Epiſcopos, & Prælatos eradicare debere, diſertiſſimis verbis hortatur Van. Eſpen. *de jure Eccleſ. univerſ. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 3. *à n.* 35. *uſque ad fin.*

17. *LE MUSICHE SIANO CANTATE.* Ut honorificetur Deus in Sanctis ſuis Muſica in Eccleſiis eſt de jure permiſſa, ut habetur expreſsè ex Textu *Extravagant. docta de vit. & honeſt. Cleric.* & communiter tradunt Ventrigl. *prax. par.* 1. *adnot.* 22. *§. unico n.* 26. *&* 27. Capon. *diſceptat.* 212. *num.* 27. *&* 28. ubi dicit, quod Muſica pertinet ad bonum commune, Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.* 3. *tit.* 14. *cap.* 3. *n.* 1. *&* 2. cum aliis quos refert, & ſequitur Pignatel. *conſult.* 41. *per tot. tom.* 3. & habetur *de eadem laus Eccleſiaſt. cap.* 47. ibi--*ſtare fecit Cantores contra Altare, & in ſonu eorum dulces fecit modos.*

18. Ideoque Epiſcopus non poteſt prohibere, quod in Eccleſiis non fiat Muſica (exceptis Monialibus:) Sed benè poterit Muſicis præcipere, quod non canánt, niſi verba ſacra, & quod Muſica nihil immodeſtum, aut turpe ſapiat, & tota ſit devota, & Eccleſiaſtica, prout juſſit Alexander VII. tamquam Epiſcopus Romanus ſua Bulla publicata 23. Aprilis 1657. & innovavit Innocent. XII. 29. Auguſti 1692.

19. Neque prohibere Muſicis, quod non canant, aut Officialibus Eccleſiarum, quod Muſicos non adhibeant, niſi vocato Magiſtro Cappellæ Cathedralis, aut alterius Eccleſiæ: Vel demum quod Muſici non accedant ad canendum ſine ſua licentia, ut præter Decretum, quod refert Nicol. *in floſc. verbo Muſica*, contra edictum Epiſcopi Aquilani talia prohibentem reſcripſit *Sac. Congreg. Epiſcopor. & Regular.* 2. *Decembris* 1695. *referente clar. mem. Card. Petrucci.*

20. *DI PAROLE LATINE.* Vigore Decreti *Concilii cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de celebrat. Miſſ.* non obſtante quacumque contraria conſuetudine poterit Epiſcopus prohibere, ne in Eccleſiis, & Oratoriis publicis canatur Muſica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ, & verba ſpiritualia ſint, ut cenſuit *Sac. Congr. Rituum in Hiſpalen.* 3. *Septembris* 1695. *&* 24. *Novembris* 1696. *referente Eminentiſſimo Dom. Cardinali Colloredo* in reſponſione ad quar-

quartum, quia cantus, hujusmodi est contra Ritum Ecclesiæ.

21. *ANCHE DELLA SCOMMVNICA.* Laicum percutientem in Ecclesia injuriosè alium Laicum alapa incurrere excommunicationem minorem declaravit *Sac. Congreg. Immunit. in Nullius* 26. *Junii* 1628. *lib.*1.*Decret.Paul.fol.* 97. *à tergo.*

Edicti de vita, & honestate Clericorum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus debet Clericorum excessus punire.*

2 *Episcopus potest Presbyteris in Civitate Vestem talarem, & Clericis in functionibus Ecclesiasticis præscribere, non obstante locorum paupertate.*

3 *Clerici non debent deferre ornamenta vana, quibus Laici utuntur.*

4 *Clerici debent deferre Tonsuram, & coronam Clericalem, aliàs si sint in Sacris, vel Beneficiati, peccant mortaliter.*

5 *Clerici arma non deferunt propter periculum, quo se exponunt evadendi irregulares, & si deferant peccant.*

6 *Clericis de jure prohibetur ludus Alearum.*

7 *Clerici non debent incedere cum larva. Episcopus etiam Regularibus prohibere potest ne incedant larvati, ibid.*

8 *Clerici non debent ducere Choreas, nec illis interesse.*

9 *Neque cohabitare cum mulieribus, nisi sint consanguineæ in primo, & secundo gradu, immò neque cum his quando sunt suspectæ, & n.* 10.

11 *Neque actionem criminalem in foro Laicali instituere sine Episcopi venia.*

12 *In civilibus, neque examen, neque juramentum subire in foro Laico debebunt sine Episcopi licentia.*

13 *Clerici Sacerdotes ante Missę celebrationem Tabacum sumere non debent.*

14 *Clerici utentes paramentis laceris, & notabiliter immundis in celebratione Missarum peccant mortaliter.*

15 *Presbyteri deberent quotidie celebrare, vel saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus: qui autem ter, vel quater in anno non celebrat, peccat, & potest puniri.*

16 *Clerici non debent se immiscere negociis sæcularibus.*

17 *Quæ sint Officia Clericis inconvenientia, n.*18.19.20.21.22.

23 *Clerici beneficiati non incedentes in habitu talari privantur ipso jure Beneficiis.*

Constitutiones Apostolicæ non abrogantur per non usum, ibid.

24 *Clerici retinentes arma prohibita, quę pœna puniantur.*

25 *Pœnæ Episcopo arbitrariæ non extendendæ ad excommunicationem, nisi in gravissimis causis.*

26 *Pœna Carceris Clericis non est infligenda, nisi in gravibus, quia famam onerat, & affert injuriam.*

27 *Episcopus non debet procedere ad capturam Clericorum, nisi in delictis famosis.*

28 *Carcer de jure canonico datur in pœnam, & licèt ad custodiam fuerit inventus, secundariò pœnam infert. Carcer formalis, si delictum non est grave, non debet esse diuturnus, ibid.*

29 *Carceratus quis dicitur, qui habet Domum, vel alium locum pro Carcere.*

30 *Habilitatus à Carceribus cum fidejussione se præsentandi, debet relaxari liberè.*

31 *Dilatio concessa reo redeundi ad Carceres non inducit novationem respectu fidejussoris illum repræsentandi.*

32 *Mandatum de Carcerando, quando possit ab Episcopo relaxari ante Processum informativum.*

33 *Mandatum de carcerando non debet exequi contra Clericos, quando processionaliter incedunt, vel paramon-*

tis Sacris sunt induti etiam extra Ecclesiam.

Amplia favore Confratrum, qui Sacco induti gregatim, & processionaliter incedunt. ibid.

34 *Clericus damnatus ad perpetuum Carcerem non remanet privatus Beneficiis, si de hoc in sententia mentio expressa non fiat.*

35 *Carcer inducit metum cadentem in constantem virum.*

Clericus renuncians in Carceribus privilegiis Clericalibus potest habitum reassumere absq; licentia Episcopi, ibi.

Clericus renuncians Beneficium Ecclesiasticum in Carceribus, renunciatio habetur pro non facta, quamvis Carceratio esset justa, ibid.

36 *Regulares offendentes Officiales efficiuntur illius fori.*

37 *Episcopus delicta Clericorum non relinquat impunita, quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet.*

38 *Odio habenda sunt peccata, non homines, corripiendi sunt tumidi, tolerandi infirmi.*

39 *Clerici duo profitentur, sanctitatem, & Clericorum; primum propter se, secundum propter populum.*

40 *Clerici non debent contemnere vincula Ecclesiastica, quia non est homo, qui ligat, sed Christus, quem habebunt ultorem.*

N. Episcopus N.

NOn vi è cosa, ch'impedisca tanto tenacemente nel popolo la riforma de' costumi, e degli abusi introdotti, quanto il mal esempio degli Ecclesiastici. Che però riflettendo Noi all'obligatione ch'abbiamo di togliere dal nostro Clero (per quanto è possibile dal canto nostro) e tener lontane da esso quelle attioni, che possono dare occasione a laici, e persone pie di scandalo, e di mal' esempio, e per non dover Noi render conto a *S. D. M.* delle colpe, e trasgressioni degli Ecclesiastici *dissimulate, e neglette*, ordiniamo, e comandiamo.

1. Che tutt'i Sacerdoti, Beneficiati, Portionarii, Canonici, Dignità, Prebendati, Parochi, e Curati di questa Città, e di Terre, e luoghi riguardevoli della Diocesi portino sempre con Collare, e Manichetti *la Veste talare* decente, & i Chierici non Beneficiati, come anche li Sacerdoti de' luoghi piccoli della Diocesi nelle funzioni publiche Ecclesiastiche, e nella celebratione della Santa Messa respettivamente, eccettuate le Chiese di Campagna.

2. Che la Veste curta Clericale, che dovranno gli Ecclesiastici tutti portare nel tempo, luogo, & occasione loro permessa tanto nella Città, quanto in ogni altro luogo della Diocesi sia tale, che cuopra totalmente il ginocchio, e che non appariscano i vestimenti di sotto, modesta, e chiusa da ogni parte, con le maniche non divise nè aperte secondo la moda secolaresca, ma lunghe, e strette fino al polso, e sempre con essa portino Collare, e Manichetti.

3. Che gli habiti, che si portano sotto la Veste Clericale, o di sopra in occasione d'andare in Campagna, o di far viaggio, siano di color scuro, e modesto, senza *ornamenti vani*, e proprii de' laici.

4. Che nessuno Sacerdote, nè Chierico di qualunque conditione si sia porti Perucca, o siano capelli finti posticci, ma i proprii capelli naturali *colla debita tonsura, e chierica patente* della grandezza conveniente all'Ordine, secondo che viene prescritto dal Pontificale Romano, e da Sacri Canoni, & a quei Sacerdoti, che non porteranno la Chierica, non si dia nelle Chiese da Sagrestani il commodo di celebrare.

5. Che non portino sotto qualsivoglia pretesto, nè in qualsisia tempo nè luo-

go

go *armi* di nessuna sorte, nè pure per causa di viaggio, nè per uso di Caccia, senza nostra licenza, la quale concederemo secondo la dispositione de Sacri Canoni, essendo le armi degli Ecclesiastici, l'orazione, e le lagrime.

6. Che non giuochino a carte, ò dadi, nè *altri giuochi proibiti* da Sagri Canoni, e se vorranno per sollievo del corpo tal volta ricrearsi con altri giuochi honesti, e leciti per qualche hora del giorno, lo facciano in luogo ritirato, e lontano dalla vista del popolo, e del publico.

7. Che non vadano in tempo di Carnevale, nè in altro tempo di giorno, nè di notte *mascherati*.

8. Che non intervenghino *à balli, e veglie publiche, ò festini*, nè meno ad altri spettacoli dove intervengano Donne, o Buffoni.

9. Che non vadano all'Osterie, Bettole, e Cantine per bevere, o mangiare, se non in occasione di viaggio, e fuggano le Crapule.

10. Che non ritengano, nè cohabitino *con Donne* di qualsivoglia età, che non siano loro parenti in primo, o secondo, o pure affini in primo grado, senza nostra espressa licenza.

11. Che non vadano di notte vagando se non per urgente loro bisogno, & in tal caso portino la lanterna accesa.

12. Che non faccino l'ufficio di Padrino nel Battesimo, o nella Cresima se non in caso di necessità, e senza nostra licenza espressa.

13. Che *non diano querele*, nè accuse in cause criminali, nè si esaminino per qualunque altra causa benche civile, nè facciano oblighi di sorte alcuna nel foro laicale senza nostra licenza.

14. Che li Sacerdoti non prendano prima della celebratione della Messa *il Tabacco*, per il cui uso, o più tosto corruttela spesse volte restano macchiati i corporali, che servono immediatamente al divinissimo pane Eucaristico.

15. Che non celebrino la Santa Messa con paramenti laceri, macchiati, & immondi; ma avvertano, che quelli siano intieri, e decenti conforme *dispone la Rubrica* del Messale, e di celebrare con divota gravità, & edificatione degli astanti, e con puntuale osservanza delle Sagre Cirimonie, non mancando di celebrare almeno le *Domeniche, e tutte le feste solenni* dell'anno.

10. Che non s'ingeriscano negli affari del Publico, e negli Affitti de terreni, o gabelle de laici, nè in altri traffichi, *e negozii proibiti* da Sagri Canoni agli Ecclesiastici, e non s'impieghino in ufficii vili, abbietti, *& inconvenienti* alla sublimità, e santità del Carattere.

17. Che nel parlare, conversare, e trattare sostengano la dovuta modestia, e saviezza, e non avilischino mai con attioni, o parole scomposte, & immodeste il decoro, e la stima del loro grado.

Poiche contro quelli, che contraverranno ad uno, o più degli ordini di sopra espressi, procederemo all'esecutione delle pene tassate, e prescritte da Sagri Canoni, *Decreti, e Constitutioni Apostoliche*, ed altre ad imporsi da Noi *à nostro arbitrio, o della Carcere* ex sola informata conscientia. Et il presente affisso, e publicato, che sarà ne' luoghi soliti, vogliamo che serva per prima, seconda e terza monitione. Dato &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo. *N. Cancelliere Episcopale.*

ADNOTATIONES.

1 *DISSIMULATE, E NEGLETTE.* Episcopus, qui dissimulat peccata Clericorum, & illos punire negligit, tenetur reddere rationem Deo in die ultionis, ut habetur expresse *in cap. negligere 2. qu. 7. cap. præterea 23. qu. 8. cap. Ephesis 43. dist. cap. ut famæ tuæ de Sent. Excom. cap. cum in cunctis, §. Clerici de elect. cap. ut Clerici, §. ne vero de vit. & honest. Cler. cap. irrefragabili de Offic. Ordinar. Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. & sess. 24. cap. 4. de refor.*

2 *LA VESTE TALARE.* Potest Episcopus de jure Clericis Vestem talarem præscribere, ipsique eam tenentur deferre, ex Text. *in cap. penult. 23. dist. c. Episcopi, & cap. sine ornatu 21. quæst. 4. clem. 1. de vit. & honest. Cleric. Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. de Cleric. Vest. Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. & sess. 22. cap. 1. de reform.* & præsertim Sacerdotibus commorantibus in Civitate, qui continuò illam gestare debent, ut probavit *Sacr. Congr. Concilii in Hortana 8. Julii 1690.* aliis autem quibuscunque Clericis hoc idem injungere in functionibus Ecclesiasticis non obstante exiguitate, seù paupertate locorum, sic respondit *eadem Sacr. Congr. in Comen. Edicti 4. Aprilis 1693. & in Vigilien. Synodi in Congregatione Deputata 20. Maii 1699. in responsione ad quintum*, & secuta est *Sacr. Congr. Episc. in Ferentina 22. Maii 1699.*

3 *ORNAMENTI VANI.* Non decent Clericos ornamenta vana, quia Canone prohibentur, *cap. 1. & 2. & cap. præcipimus 21. quæst. 4. cap. Clerici officia de vit. & honest. Cleric. clem. 1. eod. tit. Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. de reform.* Neque laicum in veste æmulari, quia habitus Clericorum non debet esse communis cum illis, quibus sæculares utuntur Piasec. *prax. Episcop. part. 2. cap. 3. art. 2. nu. 24. vers. quis autem.*

4 *COLLA DEBITA TONSURA, E CHIERICA PATENTE.* Præcipuum requisitum Clericorum est, tonsuram, & coronam deferre in signum regni, quod in Christo expectatur, de quo passim Canones loquuntur, *ut in cap. prohibitæ, & cap. penult. 23. dist. cap. duo sunt 12. quæst. 1. cap. si quis ex Clericis, & cap. Clericus de vit. & honest. Cleric. Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. de Cleric. vest.* & si Sacris Ordinibus initiati, vel Clerici etiam in minoribus Beneficiati, illam non deferant, eos peccare mortaliter firmant Abb. *in cap. si quis de vit. & honest. Cleric.* Bonac. *de Sacr. Ordinibus disput. 8. punct. ult. num. 2.* Sperell. *decis. 66. nu. 12. & alii ab eis allegati.*

5 *ARMI.* Clerici arma non deferunt propter periculum, quo se exponunt, evadendi ex illorum usu irregulares, & quia hujusmodi delatio est contra spiritum lenitatis, *cap. 1. cap. cum à Judæis cap. non pila, cap. Clerici cap. quicunque 23. quæst. 8. cap. 2. de vit. & honestat. Cler. cap. in audientia de Sentent. excom. clem. 1. in fin. de vit. & honest. Cler.* & de hoc latiùs dicam infra *in tit. de licentiis, & permis.* aliàs peccare mortaliter firmat Graff. *dec. aur. part. 2. lib. 3. cap. 7. num. 2. & 7. & par. 1. lib. 2. cap. 121. num. 5.*

6 *NE ALTRI GIUOCHI PROIBITI.* Alearum ludus est Clericis vetitus, quia inde oritur corruptio bonorum morum, enervatio disciplinæ, malum exemplum laicorum, Dei nominis in vanum invocatio, blasphemia, avaritia, furtum, deceptio, desperatio, rixa, & aliorum malorum strues: & ideo ludus iste semper fuit à Sac. Conciliis constanter damnatus, *Concil. Constantinop. 3. cap. 50. cap. 1. dist. 35. cap. penult. de vit. & honest. Cler. cap. inter dilectos de excess. Prælat. Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform.* & tanta execratione, quod possunt Clerici Beneficiati si tali ludo publicè incumbant, privari Beneficiis, & aliis etiam pœnis affici, ut videri poterit apud Pignatell. *consult. 93. tom. 6. num. 28. & seqq.*

7 *MASCHERATI.* Non debent Clerici incedere cum larva, quia qui hoc facit lethalis culpæ reus est, ut tenent Angel. *verb. ludus num. 2.* Bonacin. *de rest. in gener. disp. 2. quæst. 3. punct. 1. n. 17.* Si enim iste usus larvarum in laicis est improbandus, Si dicit Raynald. *observat. crim. tom. 2. cap. 18. §. 33. & 34. num. 12. & seqq.*

seqq. quid dicendum in Clericis; quibus à Sacris Canonibus expresè vetitum est, prout non obscurè habetur *in cap. cum decorem de vit. & honest. Cleric. cap. nullus* 44. *dist. cap. nullus de consecr. dist.* 5. & hinc est, quod talis prohibitio potest ab Episcopo extendi etiam ad Regulares, sic laudando Episcopum Ferrarien. respondit *Sacr. Congreg. Episcop. & Regular.* 5. *Februar.* 1585.

8. *A BALLI, E VEGLIE PUBLICHE*. Choreas ducere, nec in loco ubi ducuntur, sivè aliis profanis spectaculis interesse non debent Clerici, *cap. his igitur* 23. *dist. cap. non oportet de consecr. dist.* 5. *Sacr. Congreg. Episcop. in mox citata Ferrarien.* & ratio hujus prohibitionis est, quia qui Christi sunt, carnem suam crucifigere debent cum vitiis, & concupiscentiis, ut monet Apostolus *Galat.* 5. se abstinere à crapula, propter quam multi objerunt, qui autem abstinens est adjiciet vitam, *Ecclesiast. cap.* 37. *versic.* 34.

9. *CON DONNE*. Permittitur Clericis cohabitare cum Mulieribus Consanguineis in primo, & secundo gradu, & affinibus in primo, prout sunt Mater, Soror, Amita, & Uxor Fratris, quia hæ regulariter à jure non reputantur suspectæ, *cap. interdixit dist.* 32. *cap.* 1. *& per tot. de cohab. Cleric. & mulier. cap. oportet. cap. Clerici cap. volumus, & cap. fœminas* 81. *dist.*

10. Si verò etiam hæ essent suspectæ, vel haberent pedissequam, tunc neque cum his cohabitare permittitur sine licentia Episcopi, qui ponderatis circumstantiis, illam concedet, vel denegabit, Nicol. *lucubrat. canon. lib.* 3. *tit.* 2. *de cohabit. Cler. num.* 1. Panimol. *decis.* 38. *num.* 27. & meliùs dicam infra in tit. de licentiis.

11. *NON DIANO QUERELE*. Clericus actionem criminalem de delicto, quod mortem, vel mutilationem membrorum mereatur, sine peccato, & irregularitate in foro laicali instituere non potest, ex *cap. prælatis de homicid. in* 6. cujus dispositio licèt non habeat locum, quando Clericus injuriam sibi, vel suis illatam in judicio prosequitur, præmissa protestatione, quod reus puniatur citra pœnam sanguinis, ut volunt Genuen. *prax. cap.* 41. *num.* 8. Sayr. *de censur. libr.* 6. *cap.* 18. nihilominus hoc facere non debet absque sui Episcopi permissione, etiam in causis, in quibus pœna sanguinis non irrogatur, quia adhuc in his protestatio requiritur, juxta opinionem Raynald. *observat. crimin. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 81.

12. In Civilibus autem, nec juramentum dare, neque examen subire debebit in eodem foro laicali absque licentia Episcopi, (de qua infra) *cap. testimonium cap. nullus* 11. *quæst.* 1. *cap. his quibus* 23. *quæst.* 8. *cap. si diligenti de for. compet. cap. Sententiam ne Cleric. vel Monac. v. quamquam* 14. *quæst.* 2.

13. *IL TABACCO*. Prohibitio hujusmodi non est à Sacerdotibus parvifaciendа, quia magnificet Sanctissimus Præsul B. Turribius, qui in Concilio Provinciali Limensi hæc mandavit -- *prohibetur sub reatu mortis æternæ Presbyteris celebraturis, ne tabacchi fumum ore, aut tabacchi pulverem naribus etiam prætextu medicinæ ante Missæ Sacrificium sumant:* Non igitur videtur transgressio levis illa, quæ juxta Beati viri sententiam culpam potest inferre dignam morte æterna.

15. *DISPONE LA RUBRICA*. Rubrica generalis Missalis *titul. de præparat. Sacerdot. celebrat.* quæ disponit, quod Paramenta non debent esse lacera, aut scissa, sed integra, & decenter munda, non est purè doctrinalis, & instructiva, sed præceptiva, juxta dispositionem *Can.* 19. *Concil.* 4. *Lateranens.* Unde advertant Sacerdotes, quod illa sint integra, & decenter munda; quia si essent lacera, non essent amplius apta ad usum sacrum, quia amiserunt benedictionem; & quod sint nitida, aliàs qui utitur paramentis notabiliter immundis, peccat mortaliter, *capit. omnis de consecr. dist.* 4. Biss. *hierurg. part.* 2. *verb. paramenta sacra n.* 28. §. 1. & 5.

15. *LE DOMENICHE, E TUTTE LE FESTE SOLENNI*. Sacerdotes juxta Venerab. Bedæ effactum melius esset, ut quotidie celebrarent; & juxta commonitionem *Concilii Trident. sess.* 23. *cap.* 14. *de reform.* saltem diebus Dominicis,

cis, & festis solemnibus, ut hoc præscribitur in Edicto. At qui sine justa causa ter, vel quater in anno non celebraret, cum peccet mortaliter, posset ab Episcopo, Decreto Synodi, aut aliàs monitione præmissa etiam per Edictum, pœna mulctari, & puniri, ut per Text. *in cap. si non frequentius de consecr. dist. 2.* probant Graff. *decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 39. n. 3.* Bonac. *de Sacram. Euchar. disput. 4. quæst. ultim. punct. 7. num. 1. & 2.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 2. disp. 5. n. 1. & admisit Sacr. Congreg. Concil. in Tortonen. de mense Novembr. 1696.*

16. *E NEGOZII PROHIBITI.* Nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus, inquit Apostolus 2. *ad Timoth. cap. 3.* & ideo Sacr. Canones prohibent Clericis negotiationes, *cap. Clerici de vit. & honest. Cleric. cap. consequens est, cap. negociatorem 88. dist. cap. 1. & cap. secundum instituta ne Cleric. vel Monac. clem. 1. in fin. de vit. & honest. Cler.* Quæ autem dicantur negocia licita, vel illicita, enumerat Pignatell. *consult. 34. n. 19. tom. 2.* ubi plura Decreta de more refert.

17. *INCONVENIENTI.* Officia, & ministeria Ecclesticis inconvenientia plura sunt, puta Cauponam, Macellum, Furnum, vel Nuncium exercere: propter quæ exercitia nisi moniti destant Clerici, possunt privilegiis Clericalibus privari, & si Sacerdotes sint ab Altari, & ordine suspendi Nicol. *lucubr. can. lib. 3. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. n. 33. pag. 119.*

18. Est quoque Clericis interdictum officium, & exercitium Tabellionatus, quia sapit negociationem; præsertim constitutis in Sacris, vel Beneficiatis, qui habent unde vivere, ut plenè probat Fagn. *in cap. sicut te ne Cler. vel Monac. n. 25.*

19. Exercentes munera sæcularia in quibus fit judicium sanguinis, ipso jure privantur Beneficiis, & Pensionibus, quamvis Sententiam sanguinis actu non tulerint, sed potentia, & habitu potuissent; Majol. *de irregular. lib. 2. cap. 6. n. 2. & 5.* Franc. Maren. *decis. 396. per tot. par. 2.* Rot. *in Roman. Pensionis 15. Junii 1668. coram Albergato, & decis. 279. num. 4. p. 16. recent.*

20. Inhabiles sunt ad exercendam Tutelam Testamentariam, & Dativam, Mart. *vot. Pisan. 139.* Rot. *decis. 116. n. 18. part. 4. tom. 2. rec. & coram Coccin. decis. 523. num. 3. Sac. Congreg. Episcop. in Salernitana 14. Junii 1619.*

21. Non sunt admittendi ad officia publica Civitatis, aut loci, *cap. Sacerdotibus ubi glos. ne Cler. vel Monac. clem. unic. de vit. & honest. Cler.* Ricc. *in prax. par. 2. res. 413.* Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 6.* Paris. *de consid. quæst. 9. num. 35. & seqq.* Quicquid sit de Clericis Conjugatis habentibus requisita *cap. unici de Cleric. conjug. in 6.* qui, etsi debeant & hi abstinere, adhuc admittuntur ad concilia publica, & ad officia, de quo vide Pignatell. *consult. 42. num. 16. & consult. 69. n. 7. tom. 2.* ubi quod debent admitti ad votandum, sed non ad exercendum officia, ut fusiùs dicam in Appendice.

22. Est quoque Clericis, & præsertim Sacerdotibus, inconveniens, quod inserviant laicis in officiis vilibus Domus, sæminisque nobilibus ancillentur, ac obsequia præstent, ac si essent homines infimæ conditionis, contra quos exclamabat tempore suo Felin. *in cap. 1. de major. & obed.* & hodiè increpat fluendo Sedes Apostolica per organum Sacr. Congr. Episcop. litteris Enciclicis sub datum Romæ 16. Martii anni 1697. unde Episcopi curare debent, ut ab his abstineant, & abusus tollatur.

23. *DECRETI, E CONSTITUTIONI APOSTOLICHE.* Vigore Constitutionis Apostolicæ privantur ipso jure Beneficiis, & Pensionibus absque monitione Clerici Beneficiati, non incedentes in habitu talari, & tonsura, adeo ut eorum Beneficia tamquam vacantia possint impetrari; sic sancivit Sixtus Quintus sua Constitutione impressa *in Bullar. novo la 92.* & tradunt Bellett. *disquis. Cler. c. part. 1. tit. de favor. person. Cler. §. 8. numer. 7.* Sperell. *decis. 66. num. 20. 21. & seqq.* contra quam objici non potest de inobservantia, quia Constitutiones Apostolicæ non abrogantur per non usum sed est necessaria scientia Papæ, vel alia Bulla moderatoria, Rot. *coram Cavaler. decis. 91. n. 6. 7. & 8. & decis. 111. num. 1. & 2.*

24. Item

24. Item Clerici retinentes, vel deferentes arma prohibita, poterunt in Statu Ecclesiastico puniri ab Episcopo citrà pœnam sanguinis vigore Constitutionum Apostolicarum Pii IV. *la* 49. & Pii V. *la* 145. *Bullar. tom.* 2.

25. *A NOSTRO ARBITRIO.* Hoc arbitrium in imponendis pœnis, debet esse regulatum à jure, & moderatum, & numquam debet extendi ad excommunicationem nisi in gravissimis causis, ut respondit *Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Cavæ* 10. *Decembris* 1617. sed pœnis Sacrorum Canonum se conformare, nisi gravitas criminis, conditio inquisiti, loci qualitas, frequentia, & occasio delinquendi contrarium non suadeant, *Sacra Congreg. Episcop. in Ruben.* 5. *Februar.* 1616.

26. *O DELLA CARCERE.* Pœna excommunicationis (ut mox dixi) pro gravissimis, Carceris verò non nisi pro delictis gravibus in Tribunali Episcopi regulariter imponenda non est: quia illa separat hominem à Deo, Satanæ tradit, & fidelium consortio privat, Graff. *decis. aur. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 30. Lazar. *quæst. canonic. sem.* 1. *quæst.* 12. *num.* 11. hæc autem affert injuriam, famam onerat, & irreparabile gravamen infert, Ricc. *decis.* 182. *num.* 7. *par.* 2. Cyriac. *controv.* 172. *n.* 5. *cum seqq.*

27. Rarò igitur, & in delictis famosis, & casibus, qui scandalum gignunt, ad capturam procedatur; nec decipi Episcopus permittat ab axioma in omnium Criminalistarum ore posito, quod scilicet Carcer ad custodiam, & non ad pœnam detur *l. aut damnum, §. solent, & l. credibile, Cod. de pœn.* Quia hoc dicterium (quicquid sit de jure civili, & in causis civilibus) tantum probat, quod Carcer debet esse talis, ut præter fidam custodiam carcerati, nihil inde mali liberati reportent, *l.* 1. *Cod. de custod. reor.* Graff. *decis. aur. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 128.

28. Cæterum de jure Canonico Carcer datur in pœnam, *cap. quamvis de pœn. in* 6. & multoties etiam in foro sæculari, ut testatur Raynald. *observ. crimin. tom.* 1. *cap.* 1. *§.* 11. *num.* 105. *& cap.* 2. *§.* 4. *num.* 13. & quamvis principaliter Carcer fuerit inventus ad custodiam, pœnam tamen infert secundariò, quia carceratus præter damna supra enarrata luit etiam in corpore; & propterea quando delictum non est grave, Carcer formalis non debet esse diuturnus, Nicol. *in flosc. verb. Carcer numer.* 3.

29. Quis autem dicitur carceratus non solum quando sub clave in Carcere formali, & arcta custodia detinetur, sed etiam si retineat Domum, vel Civitatem pro Carcere, adeo ut si aufugiat ad Ecclesiam fidejussor teneatur ad pœnam promissam, Pignatell. *consult.* 20. *num.* 1. & 2. *tom.* 6. nisi reus injustè fuisset carceratus, quia tunc impunè potuisset aufugere, ut auctoritate Honded. *cons.* 93. *lib.* 2. nixus, firmat Panimol. *decis.* 121. *num.* 22.

30. Et hinc emergunt duæ juris propositiones. Una quòd, si carceratus per viam recursus obtinuisset à Superiore habilitari à Carceribus, data fidejussione de se repræsentando ad omne Judicis mandatum, non potest inferior illium à Carceribus relaxare cum restrictione habendi Domum, vel alium locum pro Carcere, sed debet data fidejussione eum liberè habilitare, ut rescripsit *Sac. Congreg. Episcop. in Tranen.* 8. *Augusti* 1698.

31. Altera quòd, si reo concedatur dilatio redeundi ad Carceres, & posteà aufugiat, non per hoc dicitur facta novatio, sed fidejussor tenetur illum in Carceribus repræsentare ad mandatum Judicis, Raynald. *observ. Crim. tom.* 1. *cap.* 3. *§.* 2. *n.* 131. *Sac. Congr. Episc. in Fanen.* 21. *Novembris ejusdem anni*, referente in utraque clar. mem. Card. Petruccio.

32. Mandatum autem de carcerando regulariter loquendo non debet relaxari ante processum informativum, & nisi præcedant indicia delicti, Nicol. *in flosc. verb. carcer. num.* 7. At si periculum est in mora, & adest suspicio fugæ, arbitrarium est Judici à captura incipere, etiam antequam constet de delicto, ut de universali consuetudine testatur Raynald. *observ. crim. tom.* 1. *cap.* 2. *§.* 4. *n.* 108. quod maximè procedit in foro Ecclesiastico, si agatur de crimine incontinentiæ; Nam vigore Decreti *Concilii sess.* 25. *capit.* 6. & 14. *de Reformation. -- Poterit Episcopus contrà eos procedere, etiam in-*

car-

carcerando, quando timetur de fuga, juxtà traditam formam in cap. 6. hujus sess. absque monitione, sine strepitu, & figura judicii, & sola facti veritate inspecta) sunt verba Concilii.)

33 Hoc mandatum exequi non debet contra Clericos, quando incedunt processionaliter cum Cotta parati, vel aliàs induti sint paramentis sacris pro alia functione, quia tunc gaudent immunitate, etiam extra Ecclesiam, aut alium locum immunem, nec capi possunt, neque de mandatn Episcopi, Nicol. *lucubr. Civil. lib. 1. cap. 8. de Immunit. Eccles. num. 35. vers. Amplia*, ubi hoc privilegium extendit ad Confratres Laicos, qui sacco induti gregatim, & processionaliter incedunt.

34 Nota, quod Clericus damnatus ad perpetuum carcerem, non remanet privatus Beneficiis, si de hoc in sententia mentio expressa non fiat, sic probat Tondut. *quæst. Benefic. tom. 1. part. 1. cap. 27. num. 25.*

35 Secundò, quod Carcer inducit justum metum cadentem in constantem virum: Undè si Clericus in Carceribus detentus, aut in alio loco, quem teneat loco Carceris, renunciet privilegiis Clericalibus, aut Beneficio, poterit habitum reassumere Clericalem sine licentia Episcopi, & jura ad Beneficium renunciatum, non obstante Decreto acceptationis; quia hujusmodi renunciatio tamquam metu Carceris facta pro nulla habetur, *l. qui in Carcerem, ff. quod met. caus.* & bis declaravit *Sac. Congr. Episcop.* nempè *in Aquipendi 18. Aprilis 1692.* referente Card. Millino, *& in Aversana 13. Junii ejusdem anni*, ad relationem Eminentissimi Cardin. de Abdua: Quod est verum etiamsi Clerici carceratio esset justa, ut observat Antonell. *de loc. legal. lib. 2. cap. 37. nu. 19.*

36 Tertiò, quod Regulares offendentes Ministros, & Officiales Episcopi possunt ab eodem carcerari, quia qui offendit Judicis familiam prorogat jurisdictionem illius, cujus Majestas in Officiali est læsa, & efficitur ejus Fori, Sperell. *dec. 160. num. 41.* & declaravit laudando mandatum Archiepiscopi Teatini *Sac. Congr. Episcop. in Theatina 27. Martii 1692.* ad relationem Card. Caraffæ.

37 His prænotatis licèt difficile sit Clericos malos à bonis in hac vita sejungi, & quòd Episcopus facere possit, quod nec Apostolis concessit Dominus, *cap. Quantus 23. quæst. 4.* Attamen quia jugum, & lorum curvant collum durum, *Eccles. 33.* delicta eorumdem impunita Episcopus non relinquat; Quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet, *cap. facientis dist. 86.* ut quos Divinus timor à malo non revocat, temporalis saltem pœna cohibeat à peccato, *cap. Cum in cunctis, §. Clerici sanè de elect.*

38 Odio tamen habeantur peccata, non homines, corripiantur tumidi, & obstinati, tolerentur infirmi, & quod in delictis sæveriùs castigari necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis, juxtà monitum *cap. Odio 86. dist.* Ut cum Episcopus hæc fecerit, possit cum Antistite Tarsio Domino dicere -- *Mundus sum à sanguine eorum, qui transgrediuntur Canonicas sanctiones*, cujus Epistolæ tenor habetur post *cap. Eos qui 1. qu. 1.*

39 Clerici verò meminerint, quod duo profitentur, nempè Sanctitatem, & Clericatum: Primum propter se: Secundum propter populum, cui inserviunt, *Concil. Aquisgranen. Can. 112.* Et ideò Sacerdos dicitur Sacer Dux, Sacra dans, Sacra docens; quia debet ducere exemplo, docere verbo, & Sanctus Sacra aliis dare, ut Sancti fiant.

40 Non contemnat igitur vincula Ecclesiastica, quia non est homo, qui ligat, sed Christus, qui Episcopis hanc potestatem dedit, & Dominos fecit tanti honoris, ut inquit Papa *in cap. Nemo 11. quæst. 3.* Parumque eis juvabit prece, vel pretio, fraude, vel amico humanum Episcopi vitare judicium, quia Deum, quem habent Testem, ipsum habituri sunt & ultorem; & si in malo suo perseveraverint, ituri sunt in æternum, Deo retribuente, supplicium, *cap. Porrò 33. qu. 3. de pœnit. dist. 1.*

Edi-

Edicti concursus ad Parochialem.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Ad cursus Parochialis vacantis admittuntur exteri, possidentes aliud Beneficium.*
2 *Canonici Regulares non admittuntur sine dispensatione Apostolica, & num. 3.*
4 *Concurrentibus ad Parochialem posset prorogari terminus usque ad viginti dies.*
5 *Examen concurrentium, si fiat pendente termino, erit nullum, si plures comparuissent, secus si unus approbatus tantùm.*
6 *Dies certa examinis concurrentium debet assignari in edicto, aliàs deberent pro die certo denuo intimari, & numero 7.*
8 *Examen peractum concurrentium coram Examinatoribus non Synodalibus est nullum.*
9 *Qui dicit Examinatores non esse Synodales probare debet, quando tales Episcopus eos appellat, & tales se subscripserunt examini.*

N. Episcopus N. sive Vicarius Generalis N.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. per obitum N. ultimi illius Possessoris, qui extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum: Volentes Nos de idoneo Successore Curæ, & Ecclesiæ prædictæ ad formam Sac. Conc. Trid. & Constit. B. Pii V. *providere*, has edictales litteras in forma expediri, & ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari mandavimus, quarum serie *omnes*, & singulos ad Curam prædictam sic ut suprà vacantem concurrere desiderantes convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino *decem dierum* à die affixionis præsentis computandorum, coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese à nostro infrascripto Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent, nam *termino elapso, die* .... concursus adnotatorum coram *Examinatoribus Synodalibus* habebitur, idoneorique Cura prædicta conferetur. Datum &c.

N. Episcopus N. sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

PROVIDERE. Agitur in hac Formula de Parochiali vacante in mense Episcopi, ad cujus collationem liberè pertinet: Quando enim concursus erit intimandus pro Parochiali vacante in mense reservato Sedi Apostolicæ, vel cujus collatio inferiori pertineret, tunc utendum erit Formulis infrà dandis.

1 OMNES. Ad concursum Parochialium vacantium non tantùm Diœcesani, sed etiam exteri invitantur, nisi adsit aliquod speciale privilegium (prout habent Cathalani) quod Beneficia non conferantur exteris, *Sac. Congreg. Concilii* apud Nicol. *in flosc. verb. Concursus, vers. Idem si non vocentur*. Sicuti, & possidentes aliud Beneficium Curatum, qui debent admitti, Nicol. *ibid.* Garz. *de Benef. par. 9. cap. 2. num. 208. & 209.* Corrad. *prax. Benefic. lib. 3. cap. 4. num. 12.* quia soli Episcopi Matrimonium spirituale cum prima

ma Ecclesia contrahere. Parochi verò quasi contrahere dicuntur, Lancellot. *instit. Can. de postulat. tit. 8. §. Abbates*, ubi Glos. *verb. videatur*.

2. Non tamen admittuntur Canonici Regulares, qui non obstante dispositione Text. *in cap. quod Dei timorem de stat. Monach.* non admittuntur absque Sedis Apostolicæ Indulto, ut approbante Clemente X. declaravit *Sac. Congr. Episcop. & Regular. 18. Martii* 1671. & patet ex Decreto per extensum relato *in Appendice hujus Operis*.

3. An autem iidem Canonici Regulares possint præsentari ad Ecclesiam Parochialem vacantem jurispatronatus, cum casus evenisset *in una Placentina præsentationis*, opponentibus Presbyteris sæcularibus incapacitatem P. Archangeli de Georgiis Canonici Regularis Congregationis Sancti Salvatoris cumulativè præsentati, & proposito dubio-*An P. Archangelus Georgius Canonicus Regularis Sancti Salvatoris, præsentatus ad Archipresbyteratum sæcularem cum Cura Animarum valeat institui absque Indulto Apostolico, & cum sola licentia ejus Generalis? Sac. Congregat. Concilii die 14. Novembris* 1693. respondit--*Uniantur Decreta, & causa proponatur formiter auditis omnibus Procuratoribus Generalibus omnium Canonicorum Regularium, & interim cum Sanctissimo pro concessione Indulti ad favorem P. Georgii cum clausula, quatenùs opus sit*. At de hoc iterum agam *in Appendice*.

4. *DECEM DIERUM*. Licèt Concil. Trident. præfiniat terminum decem dierum, cum tamen hunc præcisè non assignet, sed arbitrio Episcopi relinquat, poterit esse longior, dummodò non excedat viginti dies, servata forma Constitutionis B. Pii V. in conferendis *la 33. Bullar. nov. tom. 2.* Guar. *de Benef. d. part. 9. & dicto cap. 2. n. 50. & 51.*

5. *TERMINO ELAPSO*. Si enim examen fieret pendente termino Edicti, concursus esset nullus, & approbatus in eo non posset obtinere, Rot. coram Seraph. *decis. 1148. num. 4.* Quod tamen intellige, quando intrà terminum plures comparuissent ad concursum, & non fuissent examinati: Secus autem, si intrà terminum nemo alius comparuerit, quia tunc examen sustineretur, ut dixit Rot. *in Carthaginen. Parochialis*, quam refert. Theod. Rub. *in suis singular. tom. 1. ad dec.* Orani *dec. 385.* ubi quod parti impugnanti validitatem concursus incumbit onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerunt admissi.

6. *DIE*... Solent periti, & practici Episcopi de die certo examinis habendi in edicto, mentionem expressam facere, quia si dies certa pro examine non esset ibi determinata, illi, qui pro concursu comparuerunt, & se descripsi fecerunt, deberent denuò personaliter intimari, & eis dies examinis notificari, nec sufficeret Edictum, ut advertit Episcopus Ventrigl. *prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. nu. 17.* Quæ intimatio, quoties casus contingat, poterit concipi modo sequenti.

7. *Intimetur omnibus, & singulis infrascriptis, qualiter die... mensis.. currentis anni in Palatio Episcopali, & coram Illustrissimo, & Reverendissimo Episcopo (seu Vicario Generali) ac RR. DD. NN. Examinatoribus Synodalibus examen concurrentium ad Ecclesiam Parochialem N. vacantem habebitur, ideò vocantur, requiruntur, & monentur omnes adnotati, ut adsint, & sese examini, dum velint, subiiciant, aliàs pro illis, qui aderunt, examen fiet. Datum &c.*

R. D. N. N.
R. D. N. N.
R. D. N. N.

N. Cancellarius Episcopalis.

8. *CORAM EXAMINATORIBUS SYNODALIBUS*. Si Examinatores non essent Synodales, idest in Synodo vera, & formali ad formam Concilii, & Decretorum Sac. Congr. legitimè approbati, & electi, examen esset nullum, ex deductis à Garz. *de benefic. dict. part. 9. cap. 2. nu. 82. 83. & seqq.* Ventrigl. *prax. part. 2. adnot. 5. n. 34. & seqq.*

9. Hæc tamen qualitas Synodalitatis in Examinatoribus requisita, præsumitur intercedere, quando tales eos appellat

lat Episcopus, vel ipsi tanquam tales se subscripsissent examini: Undè qui impugnat concursus validitatem, quia negat in Examinatoribus hanc qualitatem, negativam probare tenetur, ex quo semper præsumatur pro actus validitate, ut in terminis probant Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 89. & 90.* Barbos. *supra Concil. num. 102.* quos sequitur Ventrigil. *loc. cit. num. 45.* & etiam quia negativa formæ, seù qualitatis, semper sit probanda ab allegante, juxta doctrinam Glos. *in cap. Accusator 6. quæst. 5.* Ciarlin. *contr. 213. num. 32.*

Edicti prorogationis concursus.

FORMULA XI.

N. Episcopus N. sivè Vicarius Generalis.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. nostræ Diœcesis per obitum N. ultimi illius Possessoris, qui ut Altissimo placuit die . . . . se ab humanis separavit, Nos de idoneo Successore dictæ Ecclesiæ, & Curæ ad formam Concil. Trid. providere cupientes, die . . . currentis mensis pro concursu habendo Edictum cum termino decem dierum ad comparendum, nomina, & cognomina danda, expediri mandavimus. Nunc verò, ut omnes majorem notitiam habeant, dictum terminum ad alios decem dies proximos ab hodiè incipien. & ut sequitur finien. prorogamus, itaut à die primi Edicti viginti dies tantùm numerentur ad formam Constitutionis B. Pii V. in conferendis. Ideò harum serie & tenore omnes, & singulos sese examini subjicere cupientes pro dicto concursu, requirimus, convocamus, & monemus, ut in termino sic prorogato coram Nobis in hac Civitate N. compareant in Actis nostræ Curiæ, & sese ascribant, & adnotari faciant, quia termino elapso concurrentium examen coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus die . . . habebitur, digniorique Cura conferetur. Datum, &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Edicti concursus Parochialis vacantis in Mense Apostolico.

FORMULA XII.

N. Episcopus N. sivè, &c.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. nostræ Diœcesis per obitum N. illius ultimi Possessoris, qui diem suum clausit extremum de mense N. reservato Sedi Apostolicæ: Volentes, & cupientes Nos, ut de idoneo Successore Cura, & Ecclesia prædicta ad formam Sac. Concil. Trident. & Bullæ B. Pii V. provideatur, præsens Edictum expediri, & ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari mandavimus, cujus vigore omnes,

omnes, & singulos ad Curam prædictam sic ut suprà vacantem concurrere desiderantes, convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino decem dierum à die affixionis præsentis computandorum coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese ab infrascripto nostro Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent: Nam dicto termino elapso, die ..... concursus adnotatorum coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus habebitur, & Nos ex approbatis, & idoneis magis idoneum per litteras testimoniales ad Datarium Sanctissimi D.N. Papæ, ad quem collatio pertinet, referemus. Datum, &c.

N. Episcopus N. sivè Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Edicti concursus Parochialis, cujus collatio pertinet ad inferiorem.

FORMVLA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Edicta concursus Parochialis vacantis, cujus collatio pertinet ad inferiorem Prælatum, publicat Episcopus Diœcesanus, vel vicinior, si est nullius, & ex approbatis eligit dignierem.*

2 *Episcopus intra quatuor menses personam electam Prælato inferiori significat.*

Prælatus inferior non potest alteri, quàm præelecto ab Episcopo conferre, ibid.

N. Episcopus N. sivè, &c.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. per obitum N. illius ultimi Possessoris, qui diem suum clausit extremum die . . . mensis . . . cujus collatio ad N. Abbatem N. ut asseritur pertinet. Nos volentes, & cupientes, ut de idoneo Successore Cura, & Ecclesia prædicta ad formam Sac. Concil. Trid. & Bullæ B. Pii V. provideatur, *has Edictales litteras* expediri, & ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari jussimus, quarum serie omnes, & singulos ad Curam prædictam sic ut suprà vacantem concurrere cupientes, convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino decem dierum à die affixionis præsentium computandorum coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese ab infrascripto nostro Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent: Nam dicto termino elapso, die.... concursus adnotatorum coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus habebitur, & Nos ex ab eisdem approbatis, & idoneis magis idoneum per Nos electum pro collatione ad eumdem Abbatem N. *tempore debito* mittemus. Datum, &c.

N. Episcopus, N. (sivè Vicarius Generalis)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIONES.

1 *HAS EDICTALES LITTERAS.* Edicta pro concursu habendo ad Parochiales vacantes, quarum collatio pertinet ad inferiores Prælatos Territorium distinctum, & omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem, & jus congregandi Synodum non habentes, debent publicari ab Episcopo, in cujus Diœcesi Parochialis existit, vel ab alio, qui est vicinior, si sit nullius, & coram eo concursus fieri: Ad ipsumque ex dignis digniorem eligere, & inferiori collatori pro institutione remittere spectat, ut pluribus Decretis Sacr. Congreg. Concilii, ac Rotæ decisionibus adductis fusè probat Garz. *de Benef. par. 9. c. 2. n. 121. ad 140.* quem sequitur Card. de Luc. *de Paroch. disc. 35. num. 56. & disc. 37. num. 52.* Conrad. *prax. Benef. lib. 3. cap. 3. n. 7.*

2 *TEMPORE DEBITO.* Debet Episcopus intrà quatuor menses personam magis idoneam prævio concursu eligere, & electam Prælato inferiori, aut Papæ quando istis collatio spectat significare, ut probat Barbos. *de Offic. & Potestat. Episc. alleg. 58. num. 3.* Prælatus tamen inferior habita significatione, non poterit conferre alteri, quàm præelecto ab Episcopo, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Burgi Sancti Sepulchri 15. Decembr. 1696. ad tertium.*

Edicti in vacatione Ecclesiæ Parochialis Jurispatronatus.

FORMVLA XIV.

SVMMARIVM.

1 *Concursus exigitur quando Parochialis vacans est Jurispatronatus Ecclesiasticorum.*

Concursus non exigitur in Parochiali Jurispatronatus mixti, sed confertur tamquam de mere Laico, ibid.

N. Episcopus N.

UNiversis, & singulis hoc præsens Edictum inspecturis, & audituris notum facimus, quod nuper vacante Parochiali Ecclesia N. loci N. per obitum N. ultimi, & immediati Rectoris ejusdem, comparuit coram Nobis N. *Laicus* asserens se Patronum, & habere Juspatronatus, seu esse in quasi possessione juris præsentandi Rectorem ad dictam Ecclesiam, quoties illam vacare contingat, & ideò præsentavit Nobis in Rectorem N. petens eum à Nobis institui. Nos dictam præsentationem, sic coram Nobis factam de dicto N. infrà tempus à jure Patronis Laicis datum ad præsentandum, de prædictis veram notitiam non habentes, admisimus, si, & in quantum. Quare tenore præsentis Edicti requirimus, & monemus omnes, & singulos aliquod jus, ut præsentantes, vel ut præsentati prætendentes in prædictis, vel contra dictam præsentationem, & personam præsentantis, seu præsentati opponere volentes, & quomodolibet sua interesse putantes, quatenùs infrà terminum novem dierum à die affixionis hujusmodi, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino eis, & cuilibet ipsorum assignamus, comparere debeant coram Nobis ad opponendum, & allegandum quidquid opponere, & allegare voluerit, quare procedi non debeat ad prædictam institutionem, non obstante, quòd de tempore dato ad præsentandum, adhuc supersit. Et ut de præmissis nemo ignorantiam allegare valeat;

valeat, præsens Edictum ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N. (sive Vicarius Generalis)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 LAICUS. Si Juspatronatus non esset Laicum, sed Ecclesiasticum, tunc esset publicandum Edictum concursus ad formam Concilii, prout declaravit *Sac. Congregat. Concilii apud* Corrad. *prax. Benef. lib. 3. cap. 3. num. 5. vers. Quo vero.* At si ageretur de Jurepatronatus mixto, tunc pariter provisio esset facienda tanquam de merè Laico, ut reprobato Ricc. *in prax. For. Eccles. tom. 1. resol.* 368. & Adden. ad Gregor. *decis.* 394. *num.* 5. ac recentiori Decreto Sacr. Congreg. Concilii allegato probat Corrad. *loco mox citato.*

Edicti affictus Bonorum Ecclesiæ.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *In locatione bonorum Ecclesiæ non exigitur Beneplacitum Apostolicum, si sint parvi redditus, quamvis fiat ultrà triennium.*

2 *Neque in locis, ubi adest consuetudo locandi bona ad novennium.*

3 *Neque in locatione commoditatis percipiendi fructus Beneficii.*

4 *Locationes bonorum locorum piorum debent fieri præcedente Edicto.*

5 *Locationes bonorum loci pii melius est, quod fiant receptis oblationibus, quàm per extinctionem candelæ.*

6 *Affictus debet deliberari non plus offerenti, sed qui meliorem conditionem facit.*

7 *Oblatio major post lapsum termini, & conclusionem affictus, vel alienationis, an, & quando sit admittenda discutitur à num. 8. ad 9.*

10 *Officiales locorum piorum, qui habent liberam administrationem, validè contrahunt absque licentia Episcopi, quoties contractus fiant bona fide publicè, & palam, num. 11. & 12. Superfluum est precibus postulare, quod lege permissum est, ibid.*

13 *Officiales locorum piorum, qui contrahunt contra prohibitionem Episcopi absque utilitate Ecclesiæ, possunt ab officio removeri, & mulcta puniri.*

14 *Alienationes, & venditiones pignorum non debent fieri diebus Festis sine licentia Episcopi, qui illam concedere debet pro pagis, & locis parvis.*

15 *Melioramenta facta super bonis Ecclesiæ nulliter alienatis, non debent refici de jure.*

16 *Secus de æquitate quando augent valorem rei.*

17 *Alienatio, seù Investitura bonorum Ecclesiæ facta consanguineis Rectoris alienantis, si est facta bona fide, & palam cum utilitate Ecclesiæ, tenet, & nullam habet fraudis præsumptionem.*

18 *Locationes bonorum Ecclesiæ ad longum tempus, sine Beneplacito Apostolico non sustinentur, quamvis de consuetudine fierent inter Canonicos, vel Beneficiatos Ecclesiæ alienantis.*

19 *Bona relicta Ecclesiæ, vel loco pio auctoritate ordinaria fundato, alienari non possunt sine solemnitate, quamvis Testator auctoritatem dedisset alienandi.*

20 *Jura perpetua Ecclesiæ computantur inter bona immobilia.*

Set-

Servitutes passivæ imponi, nec activæ alienari possunt super bonis, & de bonis Ecclesiæ, ibid.

21 *Beneplacitum Apostolicum exigitur in repudiatione legati donationis, sive hæreditatis Ecclesiæ relictis.*

22 *Beneplacitum Apostolicum exigitur in transactione jurium Ecclesiæ.*

23 *Non tamen exigitur, si transigatur super jure, vel re incerta, & eventuali, vel incognita.*

24 *Neque pro solvendis debitis ab Auctore Ecclesiæ contractis.*

Neque in retrovenditione ab Ecclesia facienda ex lege, & pacto contractus. ibid.

25 *Neque in re locari, solita & quæ dicatur talis.*

26 *Neque super decimis, si transactio fiat inter Ecclesiasticos.*

27 *Alienantes mobilia pretiosa Ecclesiæ incurrunt pœnas constitutionum Apostolicarum, & Sacræ Canonum.*

28 *Regulares alienare non possunt terrulas, sine Decreto Episcopi.*

VOlendo li Priori (Deputati, Economi, Sindici) del Ven. Ospedale di S. N. di questa Città dare in affitto *per trè anni*..... si notifica *col presente Editto* à tutti quelli, che volessero applicare al detto affitto, che esibiscano *le loro offerte in scritto*, e sigillate nel termine di giorni 15. in mano di N. perche spirato, che sarà detto termine, si apriranno le dette offerte in publica Congregazione, da tenersi avanti li medesimi Priori, & officiali del detto Ospitale nel luogo solito, e si delibererà l'affitto, a chi haverà fatto *oblatione, & offerta più vantaggiosa* per il luogo pio. Dato &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretario.

ADNOTATIONES.

1 PER TRE ANNI. Locationes rerum Ecclesiæ, & locorum piorum Ecclesiasticorum, licèt regulariter absque solemnitatibus fieri nequeant ultrà triennium ad præscriptam formam *Extravagantis Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* Rot. *decis.* 30. *nu.* 3. *part.* 1. *Recent.* & nisi res esset solita locari, Rot. cor. Arguel. *dec.* 118. *n.* 2. *& seqq.* Bich. *decis.* 347. *nu.* 17. Hæc tamen regula non habet locum in locatione rerum parvi redditus, & modici valoris, pro quibus locatio tenet, & valida est, etiamsi fiat ultrà triennium: Quia sicuti in alienatione terrularum Beneplacitum Apostolicum non exigitur, ità nec in locatione, sic tenent Ricc. *dec.* 163. *per tot. p.* 2. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. alienatio num.* 18. *vers. secundo declaratur.*

2. Item limitatur secundò in illis Regionibus, in quibus consuetudine receptum est, quod locationes fiant ad novennium, prout est Mediolanum, teste Pass. *de stat. hom. tom.* 1. *quæst.* 185. *art.* 7. *num.* 211. *pag. mihi* 260. & ipse testor qui locationem bonorum Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis Plebis Varesii Diœcesis Mediolan. olim à clar. mem. Card. Petruccio possessæ ad novennium (unà cum præcedenti Abbatis decessoris) stipulatam vidi, & præ manibus habui.

3. Tertiò fallit in locatione commoditatis percipiendi fructus beneficii, quia tunc non dicitur locata res, & quod hujusmodi contractus teneat ultrà triennium, non obstante *Extrav. Ambiciosæ*, firmat de communi Graff. *consil. lib.* 3. *de reb. Eccles. non alien. consil. unico num.* 21. & 22. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. alienatio num.* 18. *vers. Tertio declaratur*, ubi dicit, quod obligatio locatoris facta dandi conductori, commoditatem percipiendi fructus ex bonis beneficii tanto tempore, sit cauthela, ut locatio, ultrà triennium valeat; quia tunc non transfertur aliquod jus in re,

sed locator obligat se actione personali.

4. *COL PRESENTE EDITTO*. Ad vitandas colluſiones, & fraudes, quæ ſæpè committuntur in præjudicium locorum piorum, necnon ad utilitatem eorumdem promovendam, curare debet Epiſcopus, quod locationes bonorum fiant ſemper prævia edictorum publicatione, ut omnis occaſio doli tollatur, & ità contractus publicè, & palam celebrentur, remota quacumque occulta, & clandeſtina pactione.

5. *LE LORO OFFERTE IN SCRITTO*. Quamvis affictus valeant Lictoris proclamatione ad extinctionem candelæ plus offerenti deliberari, & pleriſque in locis ità fiat: Attamen candelæ accenſio magis convenit alienationibus pignorum, & rerum venditionibus, quàm locationibus, in quibus magis cautè procedendum eſt, cum plura ſint conſideranda, & cum oblatoribus concordanda; & proindè dicitur hìc in edicto, quod dentur oblationes in ſcriptis.

6. *OBLATIONE, ET OFFERTA PIV' VANTAGGIOSA*. Non dicitur in edicto, quod affictus deliberabitur plus offerenti, ſed ei, qui meliorem conditionem faciet, ex duplici ratione. Prima, quia utilitas loci pii in hujuſmodi contractibus non deſumitur ex ſola majoris ſummæ oblatione, ſed ex qualitate, & ſecuritate oblatoris, necnon à conditionibus, & capitulationibus reſpicientibus meliorationem, & præſervationem bonorum locatorum. Secunda, ne ille qui ſummam majorem obtulit (quamvis in reliquis, aliis Oblatoribus ſit impar) prælationem in edicto promiſſam offerenti, ſibi deberi contendat.

7. Et ſi hìc opportunè interrogas, an locatione, ſeu alienatione rerum Eccleſiæ ſit admittenda nova oblatio poſt lapſum termini, & aperitionem oblationum, ſeu extinctionem candelæ, aut poſt expeditionem beneplaciti Apoſtolici, reſpondeo, quod in nova oblatione ultrà ſextam alii affirmant, alii negant, quos refert Roſ. *de Executar. litt. Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 328. qui negativam amplectitur ex eo, quod cum Eccleſia ſit cultrix juſtitiæ, & mandet quotidiè, ut res juſto pretio vendantur, non debeat eſſe avida, & cupida oblationes augendi, quoties primæ ſint cum honeſta utilitate, & ſine ulla læſione.

8 Hanc partem negativam videtur ſequutam fuiſſe *Sac. Congregat. Epiſcop. & Regular. in una Civitatis Caſtellanæ* 27. *Febr.* 1693. in qua cum Officiales Hoſpitalis S. Jo: Caprarolæ Sylvam cæduam ad extinctionem candelæ cuidam Scaramellæ deliberaſſent, & Epiſcopus deliberationem tanquam nullam, tum ex defectu ſuæ licentiæ à Conſtitutionibus Synodalibus requiſitæ, tùm ex capite læſionis (non tamen probatæ) impugnaret, novamque oblationem in ſcut. 50. illam Scaramellæ ſuperantem, ſe in manibus habere certioraret, adhuc parte, & Epiſcopo informantibus, ad relationem clar. mem. Card. Petrucci fuit reſolutum ſub dicta die — *Contractum favore Scaramellæ ſuſtineri*.

9. Et magis ſequenda videtur hæc ſententia quoties contractus reperitur jam perfectus, nam tunc cum non ſit ampliùs locus pœnitentiæ, nova oblatio non debet admitti, ut probant relati à Corrad. *in prax. diſpenſ. libr.* 9. *cap.* 6. *ſub num.* 40. Ricc. *prax. For. Eccleſ. part.* 1. *reſolut.* 57. & ità tenendum cenſuit *Sac. Congregat. Concilii in Neapol. Beneplaciti* 28. *Septembr.* 1697. *& in Florentina Emphyteuſis* 21. *Julii* 1698. in quibus poſt expeditum Beneplacitum cum ſolita clauſula — *Si in evidentem*, pro conceſſione, & alienatione favore primi Oblatoris; novæ oblationes quantumvis majores, & favorabiliores Eccleſiæ non fuerunt admiſsæ: ſed prælationem Oblatori, cum quo contractus jam fuerat initus (licèt res adhuc non fuiſset tradita) abſque ullo augumento deberi declaratum fuit, quod eſt contrà Card. de Luc. *de Regal. diſc.* 81. *nu.* 24. ubi tenet, quod major oblatio favore Eccleſiæ admitti debeat, etiam poſt perfectionem contractus, quoties res non ſit tradita, & favore locorum piorum dari privilegium addictionis in diem.

10. Huic igitur negativæ ſententiæ tanquam magis æquæ inhærendo teneas, quod in alienationibus, & contractibus, in quibus beneplacitum Apoſtolicum non

non exigitur, prout est in locationibus ad triennium, tunc alienatio, sive contractus dicitur perfectus, quoties cum Officialibus, & administris loci pii, & Ecclesiæ reperitur conclusus, quamvis licentia, & beneplacitum Episcopi non interceserit: Quia cum hi habeant loci pii liberam bonorum administrationem, ut pluries *Sacr. Congr. Episc. & Regul.* declaravit teste Pignatell. *consult.* 71. *n.* 5. *tom.* 6. *& consult.* 15 *n.* 32. *tom.* 7. sequitur quod possint, prout juris est, remota fraude, & collusione licitè, & validè contrahere absque licentia Episcopi, ut tradunt Januen. *prax. c.* 73. *n.* 3. Nicol. *lucubr. Civil. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 21. *vers. Ad expendendum pag. mihi* 113.

11. Nec contractum hujusmodi valet infringere constitutio Synodalis, qua prohibeatur fieri sine licentia, quia cum Episcopus contrà jus (quod tales contractus approbat) non valeat statuere, ut ponderatum fuit *in dict. Civitatis Castellanæ* 27. *Februarii* 1693. indè oritur, quòd standum sit contractui cum officialibus initi prohibitione Synodali non obstante, prout iterum censuit *eadem Sac. Congreg. in Triventina* 11. *Decemb. ejusdem anni* 1693. in qua cum Episcopus nullitatem afflictus gregis pecudum, quem ad triennium concesserant Priores Societatis Sanctissimi Sacramenti loci vulgò *di Rionero* cuidam Ferranti, prætenderet tùm ex defectu suæ licentiæ à Constitutionibus Synodalibus requisitæ, tùm etiam ex capite læsionis (non tamen probatæ) parte, & Episcopo informantibus, referente eodem clar. mem. Card. Petruccio prodiit rescriptum -- *Exceptiones deductas contra locationem non sustineri.*

12 Hæc tamen theorica vera est, quoties contractus per Officiales fiant publicè, & palam, bona fide, & juxta solitum cum utilitate Ecclesiarum absque dolo, & machinatione, qui sunt termini prædictarum resolutionum Civitatis Castellanę, & Triventinæ: vel etiam quando Episcopus requisitus pro licentia absque justa causa illam denegasset, ut respondit *eadem Sacr. Congr. in Bonon.* 4. *Martii* 1694. referente eod. Cardinali, in qua cum Moniales Monasterii Conceptionis licentiam investiendi summ. scutor. 3. mil. obtinere non potuissent ab Archiepiscopo, & recursum ad Sacr. Congr. habuissent pro illa obtinenda, responsum fuit --- *Utantur jure suo*: Quia regulare est, quod superfluum est, precibus postulare, & impetrare, quod jam lege permissum est, *l. unica ante med. Cod. de Thesaur. lib.* 10. Glos. *in c.* 1. *verb. ut liberè de rescript.* Fagnan. *in cap. Sicut te num.* 55. *ne Cleric. vel Monac.*

13 Cæterùm si contractus, & alienationes per officiales fierent absque Ordinarii licentia à Constitutionibus Synodalibus (quæ essent in viridi observantia) requisita, ad hoc, ut liberiùs contrahentes, sibi invicem colluderent in damnum, & sine utilitate Ecclesiæ, vel loci pii: Tunc ratione præsumptæ fraudis (ad quam vitandam providè per Episcopos locationes, & distractiones sine licentia fieri prohibentur) contractus rescindi, & officiales ab officio amoveri, aut mulcta puniri possent.

14 Prætereà notandum, quod alienationes, & venditiones, quæ fiunt per proclamationes publicis officialis, vulgò *all' Incanto*, non debent fieri die Dominico, quia cum ad id nulla urgeat necessitas, neque pietas suadeat, dicitur opus illicitum in die festo: Nisi hujusmodi actiones contingant in Pagis, aliisvè parvis locis, in quibus cum difficulter expleri possint diebus Ferialibus, ob carentiam oblatorum, Episcopus, cujus judicium, & beneplacitum in hac re est requirendum, permittere poterit, quod fiant etiam die Dominico, Nicol. *lucubr. Can. lib.* 2. *tit.* 9. *de Feriis post n.* 5. *vers. item incantatio*, ubi refert Decretum *Sac. Congr Episc. in Nicoteren.* & sequendo Votum D. mei olim Cardinalis Petrucci, traditum pro approbatione statutorum Montis de novo erecti in Terra Caprarolæ, admisit *Sac. Congr. Concil. de mense Maii* 1700.

15 Secundò notandum, quòd, si bona Ecclesiæ, vel alterius loci pii fuerunt alienata, & distracta, non servata forma Beneplaciti Apostolici, adeout sit locus rescissioni contractus, melioramenta per Emptorem super bonis nulliter alienatis facta non veniunt reficienda, juxtà sententiam Fulgin. *de Emphyt. tit. de contract. qu.* 22. *n.* 4. Rot. coram Cels. *dec.* 387.

16 Hanc tamen sententiam de juris rigore veram, noluit sequi *Sac. Cong. Episc. in una Bitecten. 5. Martii* 1693. in qua referente clar. mem. Card. Petruc. rescripsit *Gratiam, si in evidentem, regulandam esse secundum statum antiquum venditionis*: Quia fuit ponderatum, quod secundum æquitatem Canonum, Ecclesia, quæ est pia, & cultrix justitiæ, non debet locupletari cum aliena jactura, & quod proindè melioramenta, quæ augent valorem bonorum alienatorum, deberent refici.

17 Tertiò, quod alienatio, seu investitura bonorum Ecclesiæ, facta consanguineis Rectoris alienantis, licèt habeat contra se præsumptionem fraudis, *cap. Si Œconomus §. Nam hæc qu.2.* Nihilominùs quando consanguinei sunt bonæ conditionis, & contractus, sive confessio fiat palam, bona fide, servatis solemnitatibus, & cum utilitate Ecclesiæ, tunc cessat omnis suspicio fraudis, & alienatio valet, ac si cuivis extraneo facta fuisset, Fulgin. *de Emphyt. tit. de contract. quæst.4. num. 1. &* 4. Rot. *decis.* 356. coram Greg. & coram Millin. *decis.*119. *Sac. Cong. Episc. in Maceraten. 5. Martii* 1693. referente eodem Card. Petruccio.

18 Quartò, quod locationes, sive concessiones ad longum tempus bonorum Ecclesiæ, sive Capituli, quamvis fiant inter Canonicos ad vitam sine Beneplacito Apostolico, nullæ sunt, & rescindendæ non obstante contraria consuetudine, quæ corruptela dicitur, ut censuit *Sac. Cong. Conc. in Asten.26. Junii* 1688. *confirmata* 24. *Januarii* 1699. *& in Tarent. 5. Martii* 1701. *Sacr. Congr. Episcop. in Bitecten.* referente Eminentiss. Cardinal. Acciajolo 20. *Decembr.*1697. contra Card. de Luca *de alienat. disc. 53.*

19 Quintò, quod bona Ecclesiæ, aliorumque locorum piorum auctoritate Episcopi erectorum, non possunt sine solemnitatibus alienari, quamvis Testator,qui illa reliquit, licentiam dedisset alienandi *cap. tua nos*, ubi Glos. *verb. interdici de Testam.* Quarant. *in Sum. Bullar. verb.alienatio n.*31. Barbos. *de Offic. & Potest.Episc. alleg.* 95. *num.* 70. Corrad. *prax. dispens. lib.* 9. *c.*7. *n.*15. *vers. Advertendum*, Dian. *part.*10. *tract.*16. *resol.*51. *vers. sed obiter*, *& resol.* 85. & est contra M. Anton. Maceraten. *lib.*1. *resol.*99. *& resol.*112. *cas.*44. quem declarat Capon. *discept. Forens. cap.* 111. *n.*9. *& seqq.* & contra Card. de Luc. *disc.*1. *de alienat. n.*128.

20 Sextò, quod jura perpetua Ecclesiæ computantur inter bona immobilia, quæ sine solemnitatibus alienari non possunt, Piasec. *prax. Episc. par. 2. c. 5. tit. de bon. mens. Episcop. art. ult. n.* 9. *pag. mihi* 452. Passerin. *in c. Quia ex eo n.* 12. *de pact. in sexto*. Et hinc infertur, quod servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneplacito, Quarant. *in Sum. Bullar. verb. alienatio n.*21. Corrad. *prax. dispens. lib.*9. *c.*4. *n.*15. *Sac. Congr. Concil. in Albanen.* 21. *Junii* 1698. in qua agebatur de impositione servitutis immittendi tigna, & appodiandi super muros Conventus PP. Minorum Conventualium.

21 Septimò, quod Beneplacitum Apostolicum exigitur etiam in repudiatione legati, donationis, sive hæreditatis, Ecclesiis, locisvè piis relictis, & elargitis, quia legis Ministerio absque acceptatione, & aditione dicitur in eis dominium rerum relictarum translatum, Barbos. *de Offic. & Potestat. Episcop. allegat.*94. *num.*54. Tondut. *quæst. benef. tom.2. part.3. c.*137. *n.* 5. 9. & 10. Donat. *prax. rer. Regular. tom.*1. *part.* 2. *tract.* 14. *de reb. Monast. non alien. quæst.*59. *per tot.* Ros. *de Execut. litt. Apostol. par.* 1. *cap.*4. *num.* 299. Rot. cor. Cels. *decis.* 85. *num.* 8.

22 Octavò, quod beneplacitum Apostolicum exigitur etiam in transactione, qua ceduntur jura super bonis prætensis ab Ecclesia, quamvis illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat, Rot. coram Coccin. *dec.*301. *num.*1. Adden. ad Buratt. *dec.*690. *num.*18. *in fin.* Adden. ad Gregor. *decis.* 418. *num.*17. Quod est contra sententiam aliquorum DD. quos referunt, & sequuntur Nicol. *lucubr. Civil. lib.*2. *tit.* 1. *de rer. divis. §. sacræ num.* 24. *limit.* 5. & Card. de Luc. *de alienat. disc.* 1. *numer.* 122. putantium, transactionem, sive concordiam de rebus ad Ecclesiam aliquo modo spectantibus, eidem tamen adhuc non incorporatis, neque ab eadem possessis, fieri posse absque beneplacito, si renunciet, aut dimittat pro

ali-

alicujus rei certæ acquisitione, quorum opinionem reprobavit *Sac. Cong. Concil. in Asculana Beneplaciti* 14. *Febr.* 1699.

23. Non tamen exigeretur Beneplacitum, si transactio fieret super jure, vel re eventuali, & incerta, quam de futuro Ecclesia speret habere, Nicol. *loc. cit. num.* 26. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *Miscellan. resol.* 223. Vel ageretur de re incognita, Gavant. *Manual. Episcop. verb. alienatio rerum Ecclesiæ num.* 42.

24. Nonò, quòd Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in alienatione rei Ecclesiæ pro solvendis debitis ab Auctore Ecclesiæ contractis, *Rot. in Amerina Bonorum* 2. *Junii* 1645. *coram Royas*, quam refert Panimol. *decis.* 6. *adnotat.* 3. Pignatell. *consult.* 95. *num.* 36. 37. & 38. *tom.* 9. ubi *num.* 40. regulam ampliat in retrovenditione ab Ecclesia facienda ex lege contractus. Quam ampliationem licèt Corrad. *prax. dispens. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 15. *vers. Sanè* non admittat, tenens, quod in retrovenditione requiratur Beneplacitum Apostolicum; tamen opinio Pignatelli in hoc verior videtur, & sequenda, quia cum retrovenditio sit contractus necessarius, sicuti est solutio debiti Auctoris, Ecclesia tenetur illum exequi, cum dominium dicatur in eam translatum conditionaliter, & revocabiliter ex partium conventione, & proindè cum pacta sint servanda, Beneplacitum non est necessarium.

25. Decimò, quòd alienatio, seù concessio rei Ecclesiæ, facta sine solemnitatibus, ex quo sit solita locari, vel alienari, adhoc, ut valida sit, requiritur quod vel præcesserit una solemnis locatio, seu concessio, vel quod ea deficiente concurrant saltem duæ aliæ præcedentes alienationes sine solemnitatibus cum cursu quadraginta annorum, juxtà vulgatam *decis. Seraphin.* 434. & *decis.* 1451. Panimol. *decis.* 132. *num.* 17.

26. Undecimò, quòd aliquando transactio, seu compositio super Decimis fieri potest inter personas Ecclesiasticas sine Beneplacito Apostolico, & ligat Successores, ex traditis à Fagnan. *in cap. Cum contingat num.* 19. *de decim.* & quòd transactio licita sit absque Beneplacito Apostolico inter Clericos, videlicèt, ut minùs solvatur, vel ut de aliqua re Decima non solvatur ex solo consensu Episcopi, tenet Passerin. *de Decim. quæst. unica artic.* 12. *num.* 249. *post titulum de Sepultur. in sextò.*

27. Duodecimò, quòd non solum Regulares, verùm etiam alii Rectores alienantes mobilia pretiosa Ecclesiæ incurrunt pœnas Constitutionum Apostolicarum, & Sac. Canonum, si hoc faciant sine Beneplacito Apostolico, non obstante bona fide, seu permissione Capituli Generalis ordinis, vel Ecclesiæ, prout declaravit *Sac. Congreg. Concil. in Seginen.* 16. *Martii* 1692.

28. Quod ampliatur in alienatione Terrularum, quæ fit vigore *cap. Terrulas*, quam facere non valent Regulares, absque licentia, & Decreto Ordinarii, ut declaravit *Sac. Congreg. Episcop. in Tropien. alienationis* 11. *Januar.* 1692.

Edicti Citatorialis contra eos, qui tempore Paschatis non sumpserunt Sacram Communionem.

FORMVLA XVI.

SUMMARIUM.

1 *Pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ est mitior excommunicatione.*

2 *Episcopus contra contumaces in adimplendo præceptum Paschale potest pœnam interdicti augere, & excommunicationem infligere.*

3 *Edictum Citatoriale contra non adimplentes præceptum Paschale, debet ter renovari, & datur formula, & num.* 4.

5 *Qui præceptum Paschale non adimplevit, si decedat ante publicationem interdicti, non privatur sepultura Ecclesiastica, nisi intermissio esset notoria, vel adesset Constitutio Synodalis in contrarium.*

D'Ordine di Monsignor Illustrissimo, e Reverendissimo N. Vescovo N. col presente Editto Citatoriale s'intima a tutti quelli, che nell'anno presente hanno trascurato d'adempire il precetto Ecclesiastico della Communione Paschale, come continuando essi nella loro empia contumacia, nel terzo giorno della prossima festa di Pentecoste, si dichiareranno publicamente, e nominatamente incorsi nell'interdetto dall'ingresso della Chiesa, e privi della sepoltura Ecclesiastica in caso di morte, & anche nella scommunica *se così parerà espediente* à Sua Signoria Illustrissima, dichiarando, che la presente citatione per Editto affissa alla Porta di questa Chiesa Cattedrale, habbia a produrre lo stesso effetto, come se fosse stata a ciascheduno personalmente intimata, *e vaglia per la prima monitione*. Dato &c.

N. Vicario Generale.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1. *SE COSI PARERA' ESPEDIENTE*. Contumaces in adimplendo præceptum Paschale non incurrunt excommunicationem, ut erronea credulitate ducti mulcti opinantur: nam *cap. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss. & ibi gloss.* nullam mentionem faciunt, neque comminantur hanc pœnam, sed tantùm de interdicto ab ingressu Ecclesiæ, & privatione Ecclesiasticæ sepulturæ sermo habetur: hæc enim mitior est pœna, cum à Divinis solummodo separet, illa autem etiam quæ Divina non sunt adimat, ut docet Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 1. num. 8.*

2. Verum quia Episcopus pœnas à jure constitutas ex causa potest, vel augere, vel minuere, ut juxta criminum qualitatem, & mensuram sit plagarum modus, *c. ult. de transact. & cap. sicut dignum de homic.* ideò poterit contra hos contumaces (si ita perspecta conditione, vita, & moribus personarum sibi expedire videatur) ad excommunicationem procedere, ut in subjecta materia declaravit *Sacr. Congr. Concilii apud* Fagnan. *in d. cap. omnis num.* 46. ac etiam pro satisfactione pœnas pecuniarias injungere, locis piis applicandas.

3. *PER LA PRIMA MONITIONE*. Hoc Citatoriale Edictum, antequam fulminetur interdictum, debet ter renovari, & publicari; & regulariter fit prima vice in die Ascensionis Domini, secunda vice die Dominico infra octavam, & tertia vice die Dominico Pentecostes: licèt Episcopus possit post octavam Paschæ alio festivo die anticipare publicationem. Die autem tertio Pentecostes, aut alio tempore post tertiam monitionem, publicatur Interdictum sequenti formula.

D'Ordine dell' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsig. N. Vescovo N. si dichiarano interdetti dall' ingresso della Chiesa, e privi della sepultura Ecclesiastica in evento di morte senza evidenti segni di penitenza gli infrascritti per non essersi Confessati, e Communicati nella Pasqua di Resurrettione di Nostro Signore prossima passata, come comanda la S. Madre Chiesa, cioè.

N. N.
N. N.
N. N.

4. Si verò Episcopus ob aliquam rationabilem causam, & motivum vult pœnam juris augere, & contumaces gladio excommunicationis ferire, tunc interdicti Decretum poterit extendi modo sequenti.

D'Ordine dell' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor N. Vescovo N. si dichiarano per giuste cause scommunicati, e separati dal consortio de fedeli, e privi della participatione attiva, e passiva di tutti i Santi Sagramenti, e delle cose Sagre, e Divine, interdetti dall' ingresso della Chiesa, e privi della sepoltura Ecclesiastica in caso di morte, gli infrascritti, per non essersi Con-

Confessati, e Communicati nella Pasqua di Resurrettione prossima passata, come comanda la S. Madre Chiesa, cioè.

N. N.
N. N.

5. Hìc monitum te volo, quòd qui præceptum Paschale non implevit, si decederet antequam per Edictum declaretur incursus in pœnam interdicti, sepeliendus esset in loco sacro, quia non est interdictus, donec declaretur, ita respondit *Sac. Congreg. Episcop. Vicario Generali Cajetano* 14. *Junii* 1595. nisi intermissio esset notoria, *cap. ex parte de sepult. cap. à nobis il 2. de Sent. excommunic.* vel adesset statutum Synodale in contrarium, *Sac. Congr. Episcop. in Baren.* 15. *Decembr.* 1696.

Edicti suspensionis facultatis audiendi Confessiones.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Scientia publicationis Edicti præsumitur.*
2 *Regulares semel examinati, & approbati, non possunt denuò ab eodem Episcopo sine causa ad examen vocari.*
3 *Parochi ab Episcopo antecessore approbati possunt ab Episcopo successore iterum ad examen vocari, si de illorum imperitia aliqua conjectura resurgat.*
4 *Episcoporum Edicta expirant ipsis defunctis.*
5 *Pœna exilii Episcopi expirat per ejus mortem.*
6 *Episcopus pro observantia Decretorum Concilii potest in subsidium pœnam excommunicationis infligere.*
7 *Potest prohibere laici sonum Campanarum Ecclesiæ, quamvis sint Patroni.*
8 *Enunciativę Episcoporum antiquę multum ponderant.*
9 *Non autem si sint recentes, & ex actis fomentum non recipiant.*
10 *Assertioni Episcopi Ecclesiam esse exemptam, vel nullius non creditur, neque successoribus præjudicat.*
11 *Episcopus pro publica utilitate debet prohibere Clericis ea, quæ per Edictum prohibentur à Magistratibus laicis.*
12 *Episcopus pro reformatione morum potest pœnas Sac. Canonum augere.*
13 *Non potest expensas exigere à Delinquentibus pro transmissione Commissarii, & fabricatione Processuum.*
14 *Neque cibaria, & vecturas Equorum.*
15 *Cibaria, & vecturæ Equorum quando exigi possunt.*

COn il presente nostro publico Editto *facciamo intendere à tutti* li Confessori di questa Città, e Diocesi di N. tanto Secolari, *quanto Regolari*, eccettuati il Penitentiere della Catedrale, *e li Parochi*, che al presente confessano con facoltà loro data dal nostro Antecessore, ò dal Vicario Capitolare in tempo di Sede vacante in scritto, ò in voce, ò altro qualunque modo, che debbano nel termine di giorni ..... dal giorno della pubblicatione del presente, presentarsi all'esame avanti di Noi in ..... affinche approvati che saranno gli si possano da Noi spedire le Patenti. L'esame si terrà nel Palazzo Vescovale di ..... il Lunedì, Martedì, e Mercordì della settimana ..... del corrente mese ..... dalle hore ..... fino alle ..... Altrimente detto termine spirato, s'intenda anche spirata à ciascheduno d'essi la facoltà di poter più confessare in avvenire. Dato, &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale &c.)

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Vescovile.

ADNOTATIONES.

1. *FACCIAMO INTENDERE*. Scientia publicationis Edicti inter Cives præsumitur, nec potest de eo allegari ignorantia, Sabell. *in Sum. diverſ. tract. verb. ſcientia, nu.* 8. *Rot. coram Cerr. deciſ.* 132. *n.* 6. *& ſeq.*

2. *QUANTO REGOLARI*. Regulares semel examinati, & approbati ad audiendas confessiones sæcularium, non possunt denuò absque causa ab eodem Episcopo ad examen adstringi, secus si ab Antecessore fuerint, approbati, *Sac. Congr. in Veneta .... Martii* 1597. vel si approbati fuissent absque examine, *eadem Sac. Congr. in Vercellen.* 31. *Julii* 1615. & latiùs *in Conſtit. X. Superna, & dixi in tit. de for. pœnit.* ad quæ recurre.

3. *E LI PAROCHI*. Licèt hìc Parochi exceptuati remaneant; nihilominus, ut jam probavi *in Adnot. ad Formul. XV. in tit. de Paroch.* si agatur de Parochis ab Antecessore approbatis, possunt etiam hi ad examen vocari: sed quia isti habent pro se præsumptionem juris, & de jure, quòd sint idonei, ideò non facilè sunt molestandi, nisi aliqua illorum imperitiæ conjectura resurgat.

4. Parergon Nota, quòd Episcoporum Edicta cessant, & expirant ipsis defunctis, vel extincto eorum officio, sicuti Edicta Prætorum, Ciarl in. *controv. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 14. cum aliis apud Collectorem modernum Hispanum Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 30. & 31.

5. Immò, quòd pœna exilii per eos imposita expiret per eorum mortem, adeo ut exiliati valeant tutè ad propria redire etiam Clerici, ut dicit Episcopus Sperell. *deciſ.* 14. *num.* 23.

6. Possunt in Edicti pro observantia Decretorum Concilii Trid. pœnam excommunicationis comminare, & infligere, quoties pecuniaria exigi non potest, & sic in subsidium, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii* 28. *Januar.* 1690. *ad ſecundum*.

7. Possunt item prohibere laicis sonum Campanarum Ecclesiarum, non obstante, quod adsit consuetudo pulsandi, & laici sint fundatores Ecclesiæ, *Sac. Congr. Rituum in Converſanen.* 7. *Aprilis* 1696. in qua Causa fuerunt denegatæ Compulsoriales pro probanda prætensa consuetudine pulsandi, quia probata non relevabat: Cum extructio, & fundatio Ecclesiæ non tribuat Patronis, & Collatoribus proprietatis dominium, sed servitii duntaxat imponat sollicitudinem, & defensionem, c. *piæ mentis* 16. *q.* 7.

8. Enunciativis Edictorum Episcopi, seù Visitationis, aut Sententiæ, præsertim si sint antiquæ ad probandam qualitatem rei, & statum Ecclesiarum, & Beneficiorum multum defertur, Rot. *coram Panphil. deciſ.* 269. *nu.* 2. *ad* 8. Add. *ad eund. dec.* 91. *n.* 15. Add. ad Buratt. *dec.* 111. *n.* 15. Cerr. *dec.* 808. *n.* 5.

9. Verùm si enunciativæ essent recentes non præjudicarent, etiamsi Episcopus assereret Beneficium B. esse juris patronatus vel in tali provisione consensum Patronorum intervenisse, Garz. *de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 213. *Rot. coram Ninot. dec.* 39. *n.* 17. & 18. nisi ex actis Episcopi assertio fomentum reciperet, *Rot. coram Coccin. dec.* 1784. *num.* 41.

10. Neque sibi, nec successoribus præjudicat Episcopus, si in Edicto, vel Visitationibus, aut aliis actibus asserat, aliquem locum sivè Ecclesiam esse exemptam, aut nullius Diœcesis, nisi aliundè appareat assertionem esse veram, juxta firmata coram *Duno. Jun. dec.* 536. *n.* 9. & alios allegat Pignatell. *conſult.* 26. *n.* 24. *to.* 2.

11. Item notandum, quod cum Edicta, sivè Bandimenta Magistratus, & Gubernatorum laicorum nunquam comprehendant Ecclesiasticos, si sint necessaria pro communi, & publica utilitate: poterit, & debebit Episcopus suo Edicto circa ea, quę prohibentur, vel mandantur laicis, etiam quoad Clericos providere, *Sac. Congr. Immunit. in Sutrina* 13. *Augusti* 1629. *lib.* 2. *Decr. Paul. fol.* 2. *à ter. in Foroliv.* 31. *Maii* 1639. & 14. *Decemb.* 1655. *lib.* 5. *Decr. fol.* 81.

12. Secundò, quod Episcopi pro reformatione morum possunt in Edictis pœnam Canonum ampliare, & augere, *cap. ultim. de tranſact. cap. ſicut dignum de homic. cap. innotuit de eo qui furt. ordin. ſuſcep.* Abb. *in cap. licet n.* 2. *circa fin. de offic. Jud. Ordin.* Ricc. *prax. For. Eccleſ. par.* 2. *reſol.* 206. *n.* 1. Conciol. *reſolut. v. pœna reſolut.* 13. non tamen

men pœnam excommunicationis latæ sententiæ contra Clericos Negociatores infligere, *Sac. Congreg. Concilii in Conversanen. Edicti* 16. *Maii* 1699.

13. Tertiò, quod nec Episcopi, nec alii Ordinarii inferiores Ecclesiasticis in causis ad ordinariam jurisdictionem spectantibus, possunt contra trasgressores edictorum, aliosque reos, viatica sive alias expensas exigere pro transmissione Commissariorum, & fabricatione processuum, ut sæpè declaravit *Sac. Congreg. Episc.* cujus Decreta refert Nicol. *in flosc. verb. Ordinarius n.* 3. quæ prohibitio desumitur à jure communi per Text. *in cap. cum ab homine juncta glos. de vic. & honest. Cleric. & ex c. statut. §. insuper in fin. de rescript. in* 6. quam laudant Zacch. *de salar. q.* 65. *num.* 3. R. P. D. Zaul. *observ. ad stat. Favent. tom.* 1. *rub.* 7. *lib.* 1. *num.* 39.

14. Et licèt D. Raynald. *in suis observ. criminal. tom.* 3. *cap.* 32. §. 4. & 5. *num.* 303. & *tom.* 4. *supplem. ad d. cap.* 32. *supplem.* 4. *à n.* 1. *ad* 30. conetur ostendere, & probare, quod prohibitio hujusmodi sit vera, & servari debeat quoad exactionem viaticorum, non autem quoad expensas cibarias, & vecturas equorum, quæ à delinquentibus exigi posse tenet: Nihilominus puto, teneoque, quòd conclusio mox supra firmata vera sit indistinctè quoad omnes expensas: Tum quia actus debet fieri expensis illius, qui petit illum fieri, aut fieri jussit, ut dicunt Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 63. *num.* 3. Zacch. *de salar. quæst.* 17. *n.* 26. & 27. qui loquuntur in specie de Notario misso ad examinandos Testes: Tum quia Ordinarius habet redditus Episcopatus, & Beneficii, ut onera officii sustineat, & jus reddat in toto suo Territorio, seu Diœcesis suis expensis, Conciol. *resol. crim. verb. Episcopus resol.* 3. Passerin. *in d. c. statutum, §. si quid autem q.* 5. *art.* 2. *n.* 369. *in* 6. *qui n.* 373. ita concludit -- *sic ergo dicendum est, quod tam Ordinario, quàm Delegato Ecclesiastico, proficiscenti intra limites Diœcesis, non debentur expensæ à partibus, sed eas tenetur facere Ordinarius.*

15. Donec igitur non fuerit legitimatus Processus, & Accusatus non appareat Malefactor, expensæ quæcumque sint, vel debent solvi ab actore, seu accusatore, si est solvendo, vel à fisco, animo illas recuperandi à reo, postquam fuerit repertus culpabilis, & declaratus reus criminis, juxtæ punctualem doctrinam Zacch. *de salar. q.* 4. *num.* 19. *& Decretum Sac. Congr. Episcop. emanatum in Rossanen.* 15. *Febr.* 1583. cujus tenor est -- *Il reo non deve dar le spese al Commissario, che esamina contro di esso, mà ciò sia obligato fare l'Attore nel principio, da rifarsegli poi dal reo, se sarà trovato colpevole.*

16. Vel demum exactio cibariorum, & vecturæ equorum ad summum toleranda esset juxta sententiam D. Raynaldi, quando concurrerent sequentes circumstantiæ. Primò si adesset in Diœcesi consuetudo inveterata. Secundò si Episcopus esset pauper. Tertiò si ageretur de delictis gravibus, saltem merentibus pœnam triremium. Quartò si locus delicti esset procul à residentia per sex, vel septem milliaria. Quintò si ex processu informativo semiplena probatio delicti resultaret. Sextò si tantùm expensæ cibariæ, & vecturæ equorum moderatè exigerentur. Quæ requisita cum in sua Diœcesi concurrere Episcopus Spoletanus Sacr. Congregationi Episcop. pro obtinenda tolerantia exactionis occasione cujusdam recursus exposuisset, causa bis proposita nempè 27. Junii 1698. & 26. Junii 1699. responsum fuit -- *providebitur in casibus particularibus.*

TI-

TITULUS VI.

De Licentiis, & Permissionibus.

Licentiæ se absentandi à Residentia.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Licentia absentiæ à Residentia debet Parochis concedi ab Episcopo causa cognita, quamvis collatio pertineat ad inferiorem.*
2 *Deputatio substituti in absentia Parochi pertinet ad eundem, approbatio verò ad Episcopum.*

N. Episcopus N.

TIbi N. Parocho Ecclesiæ Parochialis N. nostræ Diœcesis, ut à residentia te absentare, & ad Urbem (vel alium locum) ex causa *à Nobis cognita* accedere, & transferre possis, *relicto per te* à Nobis approbato substituto, qui munia Parochialia exercere valeat, licentiam in Domino ad duos menses tantùm concedimus, & impertimur. Attestantes te esse Sacerdotem bonis moribus imbutum, & ab hac nostra Diœcesi abire nulla Ecclesiastica Censura, aliave pœna, quod sciamus, innodatum. Rogantes propterea omnes, ad quos declinabis, ut ad Sacrificium Missæ celebrandum, & ad alia Divina Officia exercenda admittant, & in cunctis faveant, & tueantur. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 *A NOBIS COGNITA*. Licentia absentiæ à Residentia debet concedi causa cognita ab Episcopo etiam pro illis Parochis, & Rectoribus, qui collationem obtinuerunt ab alio Prælato inferiori, quamvis Regulari, jurisdictionem plenariam quasi Episcopalem non habente, ut probat Garz. *de Benefic. part.* 3. *num.* 179. ubi examinat causas, propter quas possit talis licentia ab Episcopo concedi, vel denegari.

2. *RELICTO PER TE*. Deputatio substituti, sive Oeconomi in absentia Parochi ad ipsum pertinet, dummodo eligat idoneum, qui ab Episcopo, ad quem approbatio spectat, non valeat aliqua rationabili causa rejici, *Sac. Congreg. Concilii in Mileten.* 7. *Junii* 1692. *in responsione ad primum*, & concordat *Sac. Congregat. Episcop. in ead. Causa* 7. *Decemb.* 1691.

Li-

Licentiæ retinendi famulam.

FORMVLA II.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quinquagenaria præsumitur (quando est honesta) cohabitare posse cum Clerico absque periculo incontinentiæ.*

2 *Mulieres suspectæ, non tantùm si famulæ sint, sed etiam consanguineæ cohabitare non permittuntur cum Clericis, quamvis senilis ætatis.*

3 *Licentia retinendi famulam non est concedenda sine justa, & rationabili causa.*

4 *Episcopus concedendo licentia retinendi famulam, non dispensat, ut Clerici possint cohabitare cum Mulieribus, sed declarat in casu proposito cohabitationem non esse punibilem.*

5 *Licentia retinendi famulam non exigitur, quando est consanguinea in gradu de jure permisso, nisi esset suspecta.*

6 *Licentia retinendi famulam debet gratis concedi.*

N. Episcopus N.

TIbi R. N. Parocho (sivè Presbytero) N. ut famulam nomine N. *ætatis* 50. annorum, *bonæ famæ*, & æstimationis, *justis de causis* animum nostrum dignè moventibus, pro servitiis domesticis, & custodia tuæ Domus retinere possis ad nostrum beneplacitum sine molestia nostræ Curiæ, *firma in reliquis remanente prohibitione Sac. Canonum*, *gratis* indulgemus. Datum &c.

N. Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. ÆTATIS 50. *ANNORUM*. In hac enim ætate cessat omnis aliena siniſtra suspicio, & mulier aliàs honesta præsumitur tunc cohabitare posse sine periculo incontinentiæ: juniores autem Episcopus nisi rarò, & ex magna causa non permittat, quòd cum Presbyteris solis, Curam animarum præsertim exercentibus, cohabitent, quia illorum pedes descendunt in mortem, & ad inferos gressus penetrant, ut habetur ex Divino oraculo *Proverb. cap. 5.*

2. *BONÆ FAMÆ*. Quotiescunque muliere, quæ cum Clericis cohabitare permittuntur, sunt aliquo modo suspectæ, non tantùm famulæ, sed & si consanguineæ sint, separandæ sunt, & arcendæ ab illorum Domibus, quamvis sint senilis ætatis, Nicol. *Iucubr. can. lib. 3. tit. 2. de cohab. Cleric. n. 1. Sacr. Congr. Episcop. in Senogallien. 15. Febr. & in Ferrarien. 7. Junii* 1619. in qua famula erat ætatis annorum 66.

3. *JUSTIS DE CAUSIS*. Licentia hæc non est concedenda contra dispositionem Sacr. Canonum indiscriminatim omnibus Presbyteris sine delectu, & sine causa, sed tantùm prudentiali, & rationabili motivo concurrente, & præcipuè bona, & nunquam interrupta fama honestatis Presbyter licentiam petentis, & quòd alio modo non possit succurri absque gravi incommodo indigentiis illius, aliàs enim Episcopus dispensando non esset immunis à culpa, ut monet *Concil. Trid. sess. 25. cap. 18. de reform.* latè Sperel. *decis. 109. per tot.*

4. *FIRMA REMANENTE PROHIBITIOME SAC. CANONUM*. Cum Sacri Canones obligent non solum ad pœnam, sed etiam ad culpam, ut docet Fagnan. *in cap. Canonum statuta num. 48. de Constit.* ideò Episcopus

pus hìc in licentia non dispensat absolutè, ut Presbyter, sive Clericus possit cohabitare cum muliere extranea, sed declarat transgressionem in casu sibi proposito, non esse punibilem in foro externo, & illum absolvit à pœna: An autem ita eveniat quoad culpam coram Deo, Clericus simplex, sive Presbyter consulat conscientiæ suæ: Quod maximè advertere debent Episcopi in expeditione hujusmodi licentiæ.

5. Si autem mulier esset Presbytero conjuncta in gradu consanguinitatis de jure permisso, tunc non videtur imponenda necessitas licentiam impetrandi, etiamsi retineatur cum qualitate famulatus, ut sentiisse videtur *Sacr. Congregat. Concilii in Cæsenaten. Synodi* 26. *Februarii*, & 26. *Martii* 1695. dummodo tamen non sit suspecta, ut jam dixi supra, *& in adnotat. ad Formul. Edicti de Vit. & Honest. Cleric.* & declaravit *Sacr. Congregat. Deputata in Vigilien. Synodi* 20. *Maii* 1699. *ad* 16.

6. *GRATIS*. Potest Episcopus de jure prohibere Presbyteris, & Clericis ne Domi retineant famulas, nisi fuerint ab ipso approbatæ, & absque sua licentia: Sed hanc concedendo debet illam gratis expedire, ne unquam pusillis occasio detur dubitandi, Sacros Canones cohabitationem mulierum cum Clericis prohibuisse, ut exindè Episcopi quæstum faciant, ut monuit *Sacr. Congreg. Episcopor. & Regular. Episcopum Bergomensem* 22. *Novembris* 1593.

Licentiæ Testimonium ferendi in Foro Laicali.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non possunt Testimonium judiciale perhibere in foro sæculari sine licentia sui Prælati.*

2 *Licentia ferendi Testimonium Clericis conceditur in causis etiam criminalibus, in quibus pœna sanguinis, vel corporis afflictiva non imponitur, quando alii testes haberi non possunt.*

3 *Licentia Episc. removet impedimentum, sed non imponit obligationem.*

4 *Clericus non defert juramentum in manibus Judicis Laici.*

5 *Judex Laicus attentans, quod Clericus juret in suis manibus, potest tanquam usurpator jurisdictionis Ecclesiasticæ puniri.*

6 *Clericus sponte deponens sine licentia coram Judice Laico potest ab Episcopo puniri, sed ejus depositio valida est.*

7 *Amplia in Teste Religioso, nisi pars antea exciperet de defectu licentiæ.*

8 *Depositio Testis Religiosi sine licentia Superioris non probat.*
In Urbe sufficeret licentia Eminentiss. Card. Vic. ibid.

9 *Licentia Testimonium ferendi in Foro Laicali est gratis expedienda.*

Dilecto Nobis in Christo N.

UT Testimonium *in Foro sæculari* in Tribunali N. per acta N. Notarii in Causa vertente inter N. ex una, & N. ex altera parte, *civiliter ferre possis, & valeas*, dummodo articuli criminalitatem, infamiam, negativam, aut repulsam non contineant, & in manibus Vicarii nostri Generalis, *aut alterius personæ Ecclesiasticæ juramentum de veritate dicenda* suscipias, tenore præsentium licentiam concedimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIONES.

1 *UT TESTIMONIUM IN FORO SÆCULARI*. Prohibitum est de jure Clericis Testimonium judiciale perhibere in foro sæculari sine licentia sui Prælati, *c. Testimonium* 11. *quæst.* 1. *cap. Super prudentiam*, & *c. Quamquam* 14. *quæst.* 2. Bellett. *disq. Cleric. part.* 1. *tit. de Cleric. teste* §. 2. *num.* 1. in foro autem Ecclesiastico in Civilibus licentia non exigitur.

2 *CIVILITER*. Aliquando non tantùm in Civilibus, sed etiam in Criminalibus pro Testimonio ferendo Clericis conceditur licentia, puta ad defensionem rei, vel quando non esset imponenda pœna sanguinis, aut alia corporis afflictiva, sed carceris, vel similis, quod verum est, quando alii Testes non adessent, & veritas aliundè haberi non posset; ut explicat Januen. *prax. c.* 42. *n.* 1. *secundum impress. Neapol.* 1602. & præmissa protestatione *c. Prælatis de homic. in* 6. quæ ut tenet D. Raynald. *observ. Crim. tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 8. requiritur etiam in causis, in quibus pœna sanguinis non imponitur.

3 *FERRE POSSIS, ET VALEAS*. Licentia Episcopi removet impedimentum, qua mediante Clerico licet quod priùs non licebat, sed non imponit illi obligationem (quatenus nollet) Testimonium ferendi: Quia compulsio Superioris est subsidiaria, & tunc solum Clericus cogitur ad deponendum contra Laicum tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus, quando veritas aliter haberi non posset, ut ex Farinac. *de Test. qu.* 61. tradit Vulpin. *in succo oppositi.* 12. *num.* 13. Januen. *ubi sub n.* 6.

4 *AUT ALTERIUS PERSONÆ ECCLESIASTICÆ JURAMENTUM*, &c. Non potest Episcopus permittere, quod Clerici juramentum deferant in manibus Judicis Laici, sed necessariò jurare debent in manibus ipsius Episcopi, vel Vicarii, aut alterius personæ Ecclesiasticæ, sive Clerico Teste coram eisdem examinato super articulis, examen illius Judicis Laico remitti, Bellett. *loco super cit. de Cleric. Teste n.* 5.

5 Adeò quod, si Judex Laicus præsumeret hoc attentare, posset, & deberet puniri tanquam violator libertatis, & usurpator jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut pluries censuit Sac. Congr. cujus Decreta congerit de more Pignatell. *consult.* 58. *num.* 4. *tom.* 2.

6 *LICENTIAM CONCEDIMUS*. Si Clericus sua sponte, vel etiam coactus coram Judice Laico Testimonium perhiberet, licèt (si sponte) puniri posset à suo Episcopo pœna arbitraria, ut dicit Bellet. *disq. Cler. tit. de pœn. Cler.* §. 51. *n.* 14. ejus tamen depositio valida esset, Bellett. *ubi supra tit. de Cler. Teste* §. 2. *num.* 6. & Vulpin. *ibid.*

7 Quod ampliatur in Teste Religioso, qui licèt non habeat velle, nec nolle, tamen si juramentum judiciale deferat sine licentia sui Superioris, validum erit Farinacc. *de Test. quæst.* 61. *num.* 130. nisi tamen antequam examinetur pars excipiat, & opponat defectum licentiæ, & oppositione non obstante admittatur examen, tunc enim Testimonium irritum esset, ut distinguit Passerin. *de stat. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 2. *n.* 81. *pag. mihi* 307.

8 Alii verò absolutè tenent Regularium depositionem non valere sine suorum Superiorum licentia, quos refert Bellett. *disquis. Cleric. part.* 1. *tit. de Cler. Teste* §. 2. *num.* 3. Novar. *decis.* 198. *per tot.* Rot. *decis.* 122. *num.* 18. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Et in Urbe saltem de licentia Cardinalis Vicarii in causis Civilibus, ut respondit *Sac. Congr. Immunit. in Romana* 4. *Septembris* 1640. *lib.* 3. *decret. Pauluc. fol.* 129. *à tergo*.

9 Licentia autem, quæ per Episcopum Clericis testimonium ferendi in foro Laico conceditur, gratis expedienda est, ut respondit *Sac. Congr. Immunit. in Aquilana* 5. *Maii* 1637. *ad* 2. *lib.* 3. *decret. Paul. fol.* 30. *à tergo*.

Licen-

Licentia Exercendi Tutelam.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Clerici si velint possunt Tutelam Consanguineorum usque ad quartum gradum suscipere, immò si renuant cogi.*

2 *Clerici Tutelam Testamentariam, & Dativam extraneorum exercere non valent nisi pauperum, & miserabilium personarum.*

3 *Licentia exercendi Tutelam conceditur sæpè a Papa, vel à Sac. Congregatione.*

4 *Clericus exercens Tutelam Testamentariam, vel Dativam sine dispensatione, potest ab Episcopo puniri, sed actus per eum gesti validi sunt.*

N. Episcopus N.

Dilectio &c.

CUM tu N. & N. pupillorum uti proximior *Tutor legitimus*, & à jure datus existas, Tutelam, & Curam eorumdem usque dum ad legitimam ætatem pervenerint, suscipere, & gerere, atque omnia, & singula, quæ ad Tutores, & Curatores de jure, usu, vel consuetudine pertinent, facere, & exercere possis, *licentiam, & facultatem concedimus*; dummodo tamen negociis, personis Ecclesiasticis à jure interdictis, nullatenus te immiscеas, sed omninò abstineas. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *TUTOR LEGITIMUS*. Possunt Clerici, si velint, Tutelam legitimam consanguineorum usque ad quartum gradum subire, sed administrationem suscipere non debent, nisi accedente Superioris licentia, Gras. *de effect. Cler. effect.* 16. *n.*19. & 22. immò si renuant, & cogi, ut ex Turrecrem. *in c. fin. dist.* 86. firmat Passer. *de stat. hom. to.*2. *q.*187. *art.*2. *n.*131.

2 Quo verò ad Tutelam Testamentariam, & Dativam extraneorum, Clerici ab Episcopo non dispensantur, nisi pro pupillis pauperibus, aliisque personis miserabilibus, pro quibus quando alius Tutor aptus non posset inveniri, possent etiam cogi: vel nisi Clericus esset datus Tutor in Testamento, cui de jure esset Tutela delata Gras. *ubi supra n.*17. & 24. & *cap. ultim. dist.*86. *cap.*1. *dist.*87. *ubi gloss.* Surd. *decis.* 207. *n.*23. Bellet. *disq. Cler. tit. de discipl. Cler.* §. 32. *num.* 2.

3 *LICENTIAM CONCEDIMUS*. Non solum Episcopus licentiam pro legitima Tutela concedit, sed sæpè expeditur Papæ dispensatio, de qua habetur formula apud Corrad. *prax. dispens. lib.* 5. *c.*4. *n.*17. vel etiam frequentius solet obtineri licentia Sacr. Congr. Episcopor. & Regular. cujus Formulam dat Nicol. *lucubr. civil. lib.* 1. *tit.*14. & *Nicolio non citato* transcribit Pignatell. *consult.*10. *n.*12. *tom.* 5. & testatur Corrad. *ibid. lib.*5. *c.*6. *n.*39.

4 Quatenus autem Clericus Tutelam Testamentariam, vel Dativam susciperet, & exerceret absque dispensatione, posset quidem ab Episcopo puniri, sed actus

actus per eum gesti validi essent: quia de jure canonico, prohibitio agendi non irritat actum, nisi lex prohibens contineat expresse, vel æquivalenter irritationem, ut latè probat Passerin. *de elect. cap. 9. q. 1. num. 3. & seqq. & de stat. hom. tom. 2. q. 177. art. 2. num. 129.*

Licentiæ Venandi.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Clerici licita est venatio recreationis gratia.*
2 *Clericis venatio nimis frequens non est de jure permissa.*
3 *Venatio diebus festis, & tempore jejuniorum non est licita.*
4 *Clerici venando non debent habitum deponere.*
5 *Clerici rete, vel laqueo venari possunt, sed non armis.*
6 *Licentia ferendi Sclopum est contra honestatem status Clericalis.*
Clericis licentia ferendi arma conceditur ad tuendam vitam, vel terrendos latrones, ibid.
7 *Episcopus non dispensat in jure communi. Adstringitur servare Canones ibid.*
Non concedit licentiam pro delatione armorum, nisi ad præscriptũ S. Canonum.
8 *Episcopi concedendo licentiam Sclopi venatorii abutuntur potestate.*
9 *Pignatell. reiicitur.*
11 *Sclopus est genus armorum aptum ad naturaliter offendendum,*
12 *Usus deferendi Sclopum quoad Clericos est abusus.*
13 *Concil. Trid. improbat inobservantiam Sac. Canonum, & ad observantiam reduci mandat.*
14 *Quæ sit venatio clamosa.*
15 *Licentia venandi Superioris semper est exigenda.*
17 *Licentia venandi Clericis gratis debet concedi, & n. 18.*

TIbi, *ut moderatæ recreationis* causa, *exceptis diebus festivis*, & jejuniorum, & *numquam Clericali habitu deposito*, absque incursu pœnarum, & molestia nostræ Curiæ, *laqueo, vel rete venari possis*, & excluſa venatione *clamosa, & illicita* ad nostrum beneplacitum servatis præfatis conditionibus, *licentiam pro foro externo gratis concedimus*. Datum &c.

N. Episcopus sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *MODERATÆ RECREATIONIS*. Tunc Clericis licitum est venari, si rarò, silentio, & modestia, alicujus utilitatis gratia saltem recreativè fiat, ut bene distinguunt Host. *in sum. tit. de Cler. venat. num. 2. & 3.* qui sic dicit -- *perraro igitur, & ex causa necessitatis, vel utilitatis, saltem recreativè, & non aliter, Clericis licitum est venari*, & Bertachin. *in repert. verb. venatio vers. 4.*

2. Si enim venatio esset nimis frequens sine ulla necessitate, non esset Clericis licita, quamvis fieret sine strepitu, Menoch. *de arbitr. cas. 413. num. 16.* Sperell. *decis. 124. num. 31.* tum quia ratione nimietatis, & modi non esset necessaria, nec honesta: tum quia in nimis frequenti venatione, quæ sine sumptu exp'eri non potest, intervenit malus usus, & abusus reddituum Ecclesiasticorum, ut advertit Passerin. *de stat. hom. tom. 2. qu. 187. art. 2. nu. 299. circa med.*

3. *EXCEPTIS DIEBUS FESTIVIS*. Ratione temporis non tantum Clericis, sed etiam Laicis est illicita venatio, puta

ta Quadrageſimæ, & jejuniorum, quia tunc vacandum eſt orationibus, non autem voluptatibus, ut ex *cap. An pietatis 13. & ex gloſſ. in cap. Qui venatoribus il 1. diſtin. 96.* tradunt Hoſt. & Bertac. *ſupra allegati*, Add. ad Abb. *in cap. 1. de Cler. venator.* Ne igitur his diebus Clerici ab Officiis Divinis, & ſpiritualibus occupationibus avocentur, populoque ſcandalum præbeant, non eſt concedenda licentia venandi, Bellett. *diſq. Cleric. tit. de diſciplin. §. 19. num. 7. verſ. dummodo.*

4 *NUNQUAM CLERICALI HABITU DEPOSITO.* Inconveniens eſt, quod Clerici habitum deponant, quia illis expreſsè, & explicitè Canone prohibetur, *ut in c. Nullus, c. Epiſcopi, c. Sine ornatu 21. qu. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. de ref.*

5 *VENARI POSSIS.* Rete, vel laqueo, non autem armis: Omnes enim DD. qui admittunt Clericis aliquando recreationis gratia licitam eſſe venationem, intelligunt de venatione, quæ exercetur cum ſilentio, & ſine periculo irregularitatis; quorum aliqui tanquam Canonum Magiſtri hìc recenſentur.

Turrecrem. in cap. Quorundam diſt. 34. num. 6. ſic ait -- *alia venatio, quæ fit cum retibus, & laqueis, fortè licita eſt Clerico, quia non fit cum clamore, nec emittuntur voces -- Et in cap. Qui venatoribus 86. diſt. num. 3. in fine -- Venatio cum laqueis, & pedicis, atque retibus, Clericis etiam eſt licita, & dummodo cum ſilentio, & modeſtia fiat.*

Hoſtien. in ſumm. tit. de Cler. venat. n. 2. -- licet enim Clericis cauſa neceſſitatis, utilitatis, vel recreationis, cum retibus, laqueis, & canibus venari, dummodo cum ſilentio, & modeſtia fiat.

Abb. in cap. 1. de Cler. venat. n. 1. litt. C. ibi — *quædam verò eſt venatio, quæ fit cum retibus, ſeu laqueis, & licita eſt Clericis, dummodo frequenter non inſiſtant.*

Bertachin. repertor. in verb. venatio verſ. 3. circa fin. -- quædam eſt venatio, quæ fit cum rete, ſeu laqueo, & licita eſt Clericis, dummodo frequenter non inſiſtant.

Graff. deciſ. aur. part. 2. lib. 3. cap. 3. num. 9. -- venatio cum laqueis, & pedicis, atque retibus, & canibus, Clericis etiam eſt licita, dummodo cum ſilentio, & modeſtia fiat.

Silveſtr. in ſumm. verb. venatio -- ponere autem laqueum, vel rete ſine ſtrepitu, & clamore, & canibus, licet etiam Clericis.

Sebaſt. Med. tract. de venat. part. 1. q. 8. num. 18. -- venatio verò, quæ fit cum rete, ſeu laqueo licita eſt Clericis, dummodò frequenter non inſiſtant.

Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 44. n. 79. -- poſtremò Clericis non licet canes habere, vel accipitres ad venandum, nec venationes facere periculoſas, ſeu clamoſas, veluti aprorum, & cum armis.

Dian. part. 3. tract. 6. Miſcellan. reſol. 19. — ſed ego puto cum Panormitano, venationem Clericis recreationis cauſa non eſſe prohibitam, dummodò non ſit clamoroſa, ſed modeſta, nempè cum retibus, vel laqueis.

Gonzal. Commentar. in cap. 1. de Cleric. venat. --- venatio ſylvatica, aucupativa, ſaltuoſa, de qua in præſenti agitur, eſt dum armis, canibus, ſeu avibus, quis animalia terreſtria, ſeu aves aucupatur, & ratio prohibitionis ea eſt quia plerumque fit armis -- & num. 8. refellendo objectiones firmat, quod venatio hæc in Clericis ſit uſus improbus.

6 Ex quibus auctoritatibus rectè infertur, quàm malus ſit abuſus concedendi Clericis licentiam ferendi Sclopum, & quàm meritò Epiſcopos id indulgentes carpat Raynald. *obſervat. crimin. tom. 3. cap. 24. §. 1. num. 59.* cum ſit contra honeſtatem ſtatus Clericalis, & paſſim concedatur, quod non niſi in caſu neceſſitatis ad tuendam propriam vitam illis concedi debeat, prout eſſet quando Clerici iter facerent per loca periculoſa ad terrendum latrones, vel graves haberent inimicitias; qui ſunt caſus à jure permiſſi, ut latè probant Ric. *deciſ. Cur. Archiep. Neap. 256. part. 3.* & Sperell. *deciſ. 122. num. 12. 17. 24. 34. & 36.*

7 Cæterum ſi verum eſt. Primò, quod Epiſcopus non diſpenſat in jure communi, ut in puncto delationis armorum communiter tradunt Gloſs. *in c. 2. de vit. & honeſtat. Cler. Cler.* Graſs. *de effect. Cler. effect. 20. n. 26. & ſeqq.* Bellett. *diſq. Cler.*

tit.

tit. de discipl. §. 18. num. 15. Bonac. *de Sac. Ordin. disp. 8. quæst. unic. punct. ult. num. 7.* Conciol. *resol. Crim. verb. Arma resol. 24. num. 2. & seqq.* Secundò, quod Episcopus adstringitur servare Canones, aliàs illos voluntariè violando graviter peccat, glos. *in Extravagan. Sancta Romana verb. Concilii Generalis, de Relig. Domib. in 6. cap. Violatores 25. q. 1.* & firmant in hac subjecta materia, Sperell. *& alii DD. mox laudati.* Tertiò, quod Episcopus non debet licentiam diferendi arma concedere, nisi ad præscriptum Sacrorum Canonum, ut respondit *Sac. Congr. Immunitat. in Carilionen. 2. Julii 1647.* his verbis -- *Episcopo licere licentiam concedere Clericis gerendi arma ad præscriptum Sac. Canonum, illaque non posse comprehendi sub bannimentis Laicalibus lib. 4. Decr. Paul. fol. 14. à tergo.*

8. Sequitur indubitanter, quod Episcopi concedendo licentiam deferendi Sclopum venatorium, non sint immunes à culpa, & ratio ea est, quia potestate, quam dedit illis Deus in ædificationem, in destructionem abutuntur, contra præceptum *Apostoli 2. ad Corint. c. 10. & c. 13.* Et sic validè quidem concedere quoad jurisdictionem, sed non licitè quoad causam.

9. Nec est curandum de Pignatell. *consult. 59. tom. 3.* ubi abusum excusat, & delationem Sclopi venatorii licitam reddere nititur: Quia, vel acta Ecclesiæ *Mediolan. Conc. provinc. 1. part. 1. tit. de arm. lud. & spect. pag. 18.* ipse non vidit; vel apud Eminentissimos PP. Sacr. Congreg. Concilii non studuit: nam in primis hæc habentur -- *idcircò edicimus, ne Clerici arma cujusvis generis ferant, quod si Episcopus probabili, justaque de causa id eis permittendum judicaverit, tunc scripto impetrata venia ipsis uti liceat, non tamen publicè, nisi rei, aut facti necessitas postulet. Omninò balista, hastis, & sclopeto, aliisque hujus generis instrumentis ipsis interdicimus.* Prout etiam censuit *eadem Sac. Congr. in Ostuen. 6. Julii 1697.* in qua cum Clerus Terræ Sancti Viti illius Diœcesis recursum habuisset ad d. Sac. Congreg. pro moderatione Synodi, in qua inter cætera *in Tit. de vit. & honest. Cleric.* statutum reperiebatur sic -- *ne quis gestare audeat, seu afferre arma non prohibita offensiva, videlicet, Pistole, Terzette, Archibugi, seu Scoppette, Spade &c. & altre armi offensive sub pœna exilii ab hac Civitate, & Diœcesi per quinquennium &c.* & clar. mem. Card. Casanata cui d. Synodus revisio commissa fuerat, votum dedisset in conceptum -- *Episcopus gratis, & discretè licentiam concedat.* facta relatione in plena Congregatione sub d. die prodiit resolutio -- *servetur Decretum Synodi, prout jacet.*

10. Apud secundos, in revolutione libellorum Clericorum sæpè recurrentium pro dispensatione ab irregularitate incursa, utpotè quia in explosione Sclopi venatorii, vel oculus Canonis erutus, vel digitus pollex absciscus fuit, & alia deformitas, aut mutilatio membrorum evenit, edocemur, quod talis usus, & permissio est periculis plena.

11. Sitque igitur conclusio, quod cum Clerici delatione Sclopi venatorii præter adjunctam indecentiam exponant se periculo mortis, mutilationis membrorum, & per consequens irregularitatis, quæ est præcipua ratio cur illis arma prohibeantur, nullo modo debent Episcopi talem *explicitam* licentiam concedere: quia nil refert, quod iste Sclopus non sit ordinatus ad offendendum, sed aucupandum, ut inquit Pignatell. *num. 12.* Nam ut delatio sit Clericis interdicta, sufficit, quod arma cujusvis generis sint de per se apta naturaliter ad offendendum, prout est Sclopus, Navar. *de cens. c. 27. n. 63.* Graff. *decis. aur. p. 1. l. 4. c. 18. n. 102.* Conciol. *res. Crim. verb. Arma res. 24. num. 2.* Zaul. *observ. ad Stat. Favent. tom. 1. rubr. 11. lib. 4. n. 8.*

12. Nec excusari possunt Episcopi prætextu, quod Canonum rigor abiit in desuetudinem, & contrarius ferè ubique hodie invaluerit usus: quia talia opponentibus aptatur responsio Innoc. III. data Archiepiscopo Turonen. contra Aleatores, qui se excusabant prætextu consuetudinis, *in cap. inter dilectos de excess. Prælat.* his verbis -- *Nos tamen, qui ex officii nostri debito partes hujusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos occasione quorum, sub quadam Curialitatis imagine, ad dissolutionis materiam devenitur, penitus improbamus excusationem prædictam, quæ per pravam*

consuetudinem (quæ corruptela dicenda est) palliatur , frivolam reputamus , cum in illis magis plectibilis sit offensa , per quos ad excusandas excusationes in culpis , delinquendi auctoritas usurpatur .

13 Et etiam quia talis excusatio improbatur hodiè *à Sacr. Concilio Trid. sess. 22. de Reform. cap.1.* his verbis -- *statuit Sancta Synodus , ut quæ aliàs à Summis Pontificibus , & à Sac. Conc. de Clericorum vita : honestate , cultu , doctrinaque retinenda , ac simul de luxu , commexationibus , choreis , aleis , lusibus , ac quibuscumque criminibus , necnon sæcularibus negotiis fugendis , copiosè , ac salubriter sancita fuerunt , eadem in posterum iisdem pœnis , vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis , observentur . Si qua verò ex eis in desuetudinem abiisse compererint , ea quamprimum in usum revocari , & ab omnibus accuratè custodiri studeant , non obstantibus consuetudinibus quibuscumque , ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas Deo vindicè pœnas persolvant .* Cogitent igitur Episcopi , an in die iræ Domini , in qua judicium durissimum de his , præsunt , fient , *Sapient.6.* poterunt excusari .

14 *CLAMOSA , ET ILLICITA .* Venatio , quæ fit Canibus , & Falconibus propriis ex voluptate , dicitur clamosa , & illicita *cap.1.& 2. de Cler. Venat.Concil. Trident. sess.24. c.12. de Reform.* Difficile etenim est , quod hæc non sit illicita Clericis , si Canes , qui ad venandum retinentur , ex bonis Ecclesiæ nutriantur : nam cum bona Clericorum sint pauperum , aut Ecclesiæ , & consumi non possint nisi in usus pios , non erit piaculum leve si comedant bestiæ , quod Christi pauperes alere deberet , Passerin. *de stat. hom. tom.2. qu. 187. art.2. num.293.* ubi expendit textum Evangelii *Matth.15. non est bonum sumere panem filiorum , dare Canibus .*

15 *LICENTIAM .* Quamvis venatio , quæ fit retibus , vel laqueo moderatè , sit permissa etiam Clericis , adhuc exigitur licentia , quia tunc causa rationabilis excusat , quando fit de licentia superioris , ad quem pertinet distinguere inter casum licitum , & illicitum , *cap. Consilium versic. potes , & debes de observat. jejun.* Graff. *dec. aur. par.2. lib.3. c.17. n.14.*

16. *PRO FORO EXTERNO .* Quia Clerici sæpè abutuntur licentia , & se continere nesciunt intra limites moderatæ recreationis , ideò Episcopus promittit , Fiscum molestias non esse illaturum in foro externo ; quo verò ad illorum excessum coram Deo , se participem fieri nolle declarat .

17 *GRATIS CONCEDIMUS .* Licentia pro venatione licita , gratis concedenda est , neque pecunia exigenda ; quoniam si maximus abusus est , & eliminandus , licentias concedendi Clericis ferendi arma , res reprehensione magis digna est , & excusationis expers , quod concedantur ad quæstum faciendum .

18 Abstineant ergo Episcopi , aliive Prælati inferiores ab hac praxi arma Clericis concedendi , quæ passim calcat disciplinam , dignitatem , & sanctitatem Ordinis Clericatus , nulli in hoc occasionem offensionis dantes , ne vituperetur eorum ministerium , populique eorum Curæ commissi (quia fragiles sunt , & inconstantes) quod quid eos in opere vident adimplere , credat esse licitum , & culpa carere ; aliive , qui foris sunt , obloquantur Sacrorum Canonum sanctissimas Constitutiones esse majorum Presbyterorum purum oommentum ad captandum lucrum inventas : meminerintque , quod argentum , & aurum non poterit liberare eos in die iræ Domini , juxta infallibile Sophoniæ vaticinium , *cap.1. & quod non est Deus quasi homo ut mentiatur , ne ut filius hominis ut mutetur , Num.23. Pascant igitur ut imperat Petrus epist.1. cap.5. gregem secundum Deum non turpis lucri gratia , sed voluntariè , cap. sunt in Ecclesia 1. q.1.*

Licentiæ eleemosynas colligendi.

FORMVLA VI.

SUMMARIUM.

1 *Collectores eleemosynarum debent esse honestæ vitæ .*

2 *Licentia eleemosynas colligendi datur non solum Hospitalibus sed etiam Confraternitatibus .*

3 *Li-*

3 *Licentia colligendi eleemosynas non conceditur Confraternitatibus, quæ propriis redditibus onera adimplere possunt.*
4 *Licentia quæritandi eleemosynas per se ipsas non conceditur mulieribus conservatorii.*
5 *Quæstores eleemosinarum modo improbo, puniuntur ab Episcopo, quamvis sint Laici, & exempti.*
6 *Collector eleemosynarum non debet de illis participare.*
7 *Solus Episcopus concedit licentias eleemosynas quæritandi.*
8 *Episcopus potest prohibere etiam mendicantibus ne quærant eleemosynas, nisi licentia Superiorum per eum recognita, & approbata.*
9 *Pasqualig. ad contr. de Franc. rejicitur.*
10 *Episcopus potest prohibere Regularibus ne eleemosynas quærant per alios, quam sui Ordinis Religiosos.*
11 *Declaratur Decretum Sac. Congreg. Concilii.*

N. Episcopus N.

UT tu, qui *honestæ vitæ*, probatæque pietatis existis, & ab Officialibus *Hospitalis N. in quo Hospitalitas exercetur*, deputatus fuisti, cum ad sustentationem confluentium peregrinorum (vel infirmorum) *propriæ non suppetant facultates* (*si erit Confraternitas*, *dicatur* -- attentis piis operibus, quæ dicta sodalitas exercet, quorum manutentioni, & adimplemento, propriæ non sufficiunt facultates, & aliundè succurri non valet) eleemosynas, & grata charitatis subsidia per totam nostram Diœcesim modestè, & sine fraude, & dummodo indulgentias non publices, Imagines Sacras, seu Reliquias non circumferas, aliove *modo improbo* non extorqueas, nec de illis *ullo modo participes*, sed in usum dictorum piorum operum integrè convertantur (de quo Nobis Officiales in visitatione, & extra constare facient) perquirere, & colligere valeas, licentiam ad... duraturam gratis concedimus. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli. *N. Cancellarius Episcopalis.*

ADNOTATIONES.

1 *HONESTÆ VITÆ*. Primum requisitum personæ, cui committitur elemosinarum collectio, est morum honestas: Aliæ autem conditiones, quæ in Formula exprimuntur, sunt eædem, quæ continentur in Decreto Sacræ Congregationis Concilii super hac re emanato, *ad cap. 9. sess. 21. de Reform.* quod per extensum refert Gallemart. *ibidem*, & Nicol. *lucub. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. nu. 171. vers. Confraternitatibus verò*, ac Gavant. *in Manual. Episcoporum verb. quæstores nu. 8.*

2 *IN QUO HOSPITALITAS EXERCETUR*. Quamvis regulariter licentia eleemosynas colligendi detur solùm Hospitalibus, in quibus actu hospitalitas exercetur, vel Infirmi curantur, per ea, quæ tradit Fagnan. *in cap. cum ex eo num. 21. & seq. de pœnit. & remiss.* Hodiè tamen ubique Confraternitatibus aliisque locis piis exercentibus opera pietatis, & quæ propriis introitibus illis satisfacere non valent, conceditur, cum obligatione tamen, ut in operibus piis juxtà proprium institutum integrè eleemosynæ erogentur, & ratio Episcopo reddatur, Nicol. *loco mox allegato.*

3 *PROPRIÆ NON SUPPETANT FACULTATES*. Quando loca pia, & Confraternitates (exceptis Hospitalibus hospitalitarem exercentibus,

vel infirmos curantibus) possent onera illis incumbentia adimplere, & satisfacere propriis redditibus, licentia eleemosynas quæritandi non esset concedenda: quia finis principalis talis permissionis est, ut inopiæ petentium consulatur, sicuti expresse cavetur *in cap. Cum ex eo de pœnit. & remiss.* Aliàs verè indigentibus hoc charitatis præsidium subtraheretur, & qui ficta paupertate eleemosynas subtraxisset, ad restitutionem teneretur, Amostaz. *de caus. piis lib. 7. cap. 12. n. 19. & 25.*

4. Quòd, si inter loca pia Civitatis, vel Diœcesis indigentia, connumeretur aliquod conservatorium Virginum, aut mulierum pœnitentium, permitti non debet, quod per se ipsas eleemosynas quærant: quia mulierum vagatio discriminibus plena est, & earum fragilitas, & conditio eò periculosior fit quò liberior. Undè his permotus Gregor. XIII. *sua Constit. impressa in Bullar. novo tom. 2. la 8.* jussit quod eleemosynæ pro Monasteriis Monialium indigentium, non ampliùs per mulieres conversas, etiam non professas colligerentur, sed per deputatos ab Ordinariis locorum, ut pericula violandæ honestatis tollerentur, ut benè etiam observat Tambur. *de jur. Abbatiss. disp. 18. q. 2. n. 4.*

5. *MODO IMPROBO*. Puta minis, vel imprecationibus, benedictione animalium, orationibus Sanctorum ad placitum inventis, & compositis, distributione Imaginum, aut numismatum sacrarum, ostensione privilegiorum. Si quos autem uno, vel altero ex prædictis modis, vel arte inveniat eleemosynas extorquere, & licentia abuti, negociaque gerere, ut quæstum faciant; in eos Episcopus severè animadvertat, quamvis Laicos, & exemptos; quia potest carcere, exilio, ac etiam excommunicatione illos punire, *Clem. fin. §. Quæstores de pœnit. & remiss.* Barbos. *de Offic. Episcop. allegat. 109. numer. 12.* Bellet. *disquis. Cler. part. 1. tit. de favor. real. §. 5. numer. 96.* Gavant. *Manual. Episcop. verb. Quæstores num. 7.* Nicol. *in flosc. eodem verb. n. 2. & seqq.*

6. *ULLO MODO PARTICIPES*. Collector eleemosynarum non debet de illis participare, ut prohibet Decretum Sacr. Congreg. Concilii, quod refert Fagnan. *in dicto cap. Cum ex eo numer. 22. de pœnit. & remiss.* sed aliundè illi stipendium aliquod honestum constitui debet; quatenus aliquis, qui velit suo incommodo, & expensis amore Dei hoc charitatis officium gratis impendere, non inveniatur.

7. *LICENTIAM CONCEDIMUS*. Solus Episcopus concedit licentias eleemosynas quæritandi; nec judex, nec Magistratus, Gubernator, aut Princeps Laicus potest in hoc se ingerere, ut respondit, *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Papien. 8. Novembr. 1619.* & altera Concilii apud Nicol. *in flosc. verb. Quæstor n. 1.*

8. Pro Regularibus verò Mendicantibus, quamvis pro Conventibus in Diœcesi existentibus licentia hujusmodi non requiratur, *Sacr. Congr. Episcop. in Casalen. 6. Octobris 1598.* Nihilominùs, quia Regulares bona possidentes in communi, qui gaudent privilegio mendicantium, aliquando pauperes verè non sunt, sed possunt redditibus Conventus congruè sustentari, utpotè quia exiguus est numerus: ne eleemosynæ subtrahantur verè indigentibus, poterit Episcopus edicto, aliove modo prohibere, ne quis Religiosus eleemosynam quærat, aut petat, nisi licentia suorum superiorum obtenta exhibeatur priùs, & ab eodem Episcopo subscriptione approbetur: Et quatenùs prohibitionem Episcopi hujusmodi Regulares contemnerent, carceribus eos mancipare, ut docet Januen. *in prax. capit. 57. num. 11. secundum impress. Neapol. 1662.* quem sequuntur Sperell. *decis. 38. num. 28. & 29.* Lauret. de Franch. *controv. part. 1. num. 131.*

9. Contrà quos licèt insurgat pro tuitione privilegiorum regularium, ut sæpè solet Pasqualig. *ad eumdem de Franch. n. 132.* Adhuc quia iste auctor nimis fidenter in suo dicto causam propriam agendo solitarius remanet, non est curandum de illius opinione, sed tenenda est sententia Januensis, quam (magis veritati proximam) amplectitur illius Auctor Regularis, Donat. *prax. rer. regul. tom. 1. tit.*

de

de exempt. regular. tract. 13. quæst. 32. num. 15. in fin.

10. Et non solum potest Episcopus hoc Regularibus prohibere, ne privilegio Mendicantium fraude abutantur: Sed inhibere, ut eleemosynas non quærant per alios, quàm sui Ordinis Religiosos, vel Oblatos, prout pluries Sac. Congr. Concilii declaravit teste Fagnan. *in cap. Tuarum n. 3. de privileg. & in dicto cap. Cum ex eo n. 30. vers. itaque de pœnit. & remiss.* Nicol. *Lucubr. Can. lib. 5. tit. 39. n. 171. vers. Item nullibi*, ubi quod in hoc dispensari non possit, nisi licentia specialis Papæ concurrat, & allegat aliud Decretum.

11. Verùm cum PP. Augustiniani Terræ Mondulphi Senogallien. Diœcesis opponente Capitulo Collegiatæ dicti loci proponi curassent in Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium Dubium --*An ipsis PP. competeret jus quæstuandi in Terra, & Territorio Mondulphi*, die 17. Januarii 1692. ad relationem Eminentissimi Card. de Abdua prodiit rescriptum --*Posse Regulares Mendicantes quæstuare per se ipsos, & ad suam utilitatem: Per sæculares autem non posse, nisi de licentia Episcopi.*

12. Decretum igitur allegatum à Nicolio quo prohibetur, quod non possint Regulares dispensari, ut per alios eleemosynas quærant, nisi per Papam, videtur intelligendum universaliter; non autem localiter pro aliquo Conventu, causa rationabili concurrente, ad evitandam contrarietatem: Vel melius dicas illud intelligi debere de Regularibus Mendicantibus, qui de vera mendicitate vivunt; hoc verò secundum de Mendicantibus capacibus bonorum, & reddituum.

Licentiæ exhumandi Cadaver.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Licentia exhumandi Cadavera Clericorum pro recognitione corporis delicti est impetranda à Sac. Congregatione immunitatis.*

2 *Licentia exhumandi corpora Laicorum pro recognitione corporis delicti conceditur à solo Episcopo, quamvis reperiantur sepulta in Ecclesiis Regularium.*

3 *Licentia exhumandi Cadavera pro recognitione facienda potest ab Episcopo absolutè denegari.*

4 *Protestatio contenta in licentia Episcopi, contenta juxtà dispositionem Text. in cap. Prælati de homicid. in sexto, fit ad cauthelam, non ex necessitate.*

5 *Episcopus juxtà opinionem D. Raynald. potest concedere licentiam, ut recognitio fiat in loco immuni non sacro.*

6 *Episcopus non potest dare licentiam Judici Laico, ut recognitio corporis delicti fiat in loco immuni, & contrà sententiam Raynald. afferuntur Decreta Sacr. Congregat. & n. 7. 8. & 9.*

10 *Licentia, quæ conceditur jure delegato examinandi testes in loco immuni fit cum clausula* --Dummodò vulnerator sponte se supponat examini.

11 *Recognitio corporis delicti in personæ Religiosi potest fieri à Curia Episcopali.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. Parocho Ecclesiæ N.

EXpositum Nobis fuit ex parte N. Judicis Sæcularis in præfata Ecclesia fuisse diebus elapsis tumulatum Cadaver *cujusdam N. Laici* violenter occisi, & pro justitiæ complemento expedire, ut illud recognoscatur, & ideò petiit *per Nos licentiam concedi*. Nos petitioni hujusmodi *in hoc casu* inclinati præmissa

protestatione, quod per hoc non intendimus contrà reum ad pœnam sanguinis deveniri, dicto D. Judici Cadaver exhumandi, informationemque pro delicto in genere cum illius inspectione, & recognitione assumendi, Tibique exhumationi prædictæ consentiendi, dummodò dictum Cadaver *extrà dictam Ecclesiam, & locum immunem* ad prædictum effectum extrahatur, & denuò tumuletur, licentiam concedimus, & impertimur. In quorum &c.

N. Episcopus N. (sive Vicarius Generalis)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *CUJUSDAM N. LAICI*. Si enim Cadaver occisi esset personæ Ecclesiasticæ, licentia pro recognitione facienda corporis delicti, esset impetranda à Sacra Congregatione Immunitatis, juxtà distinctionem, quam faciunt Decreta, quæ refert Pignatell. *consult. 122. num. 4. tom. 4.* & reassumit Raynald. *obser. Crim. tom. 1. c. 1. §. 11. n. 45.*

2. *PER NOS LICENTIAM CONCEDI*. Solus Episcopus, sive ejus Vicarius Generalis licentiam exhumandi Cadavera Laicorum pro recognitione facienda concedit, etiamsi fuerint sepulta in Ecclesiis Regularium, Januen. *prax. cap. 41. n. 10.* Bellet. *disq. Cler. par. 1. tit. 1. §. 5. n. 148.* & 149. Samuel. *de sepult. tract. 1. disp. 4. contr. 13. n. 23.* ubi Decretum Sac. Congr. per extensum refert, Raynald. *dicto cap. 1. §. 11. n. 26. Sacr. Congr. Immunitatis 8. Augusti 1645. infrà referendo.*

3. *IN HOC CASU INCLINATI*. Potest Episcopus, si ità sibi expedire videatur ad evitandum aliquod inconveniens, licentiam absolutè denegare, Sperell. *decis. 51. n. 17. resol. Crimin. verb. recognitio resol. 2. n. 3.* quos rejecto Januensi sequitur Raynald. *ubi supra dicto n. 35.*

4. *PRÆMISSA PROTESTATIONE*, juxtà dispositionem *cap. Prælati de homic. in sexto*, & hoc fit ad cauthelam, non autem de necessitate, ut aliis adductis advertit D. Raynald. *ibid. n. 36.*

5. *EXTRA DICTAM ECCLESIAM, ET LOCUM IMMUNEM*. Quia in hac re auctores Criminalistæ variè, & nimis confusè loquuntur, curavit illos conciliare, & ad concordiam reducere Raynald. *in dicto cap. 1. §. 11. num. 25. & seqq.* qui firmare videtur, Episcopum permittere posse Judici Laico, ut recognitionem Cadaveris faciat in loco immuni non sacro, & allegat pro se Decreta *Sacræ Congregationis Immunit. in Sypontina 12. Maii 1604. & in alia 2. Martii 1639.* necnon Sperell. & Conciol.

6. At contrà hunc D. Raynald. assertum (ni fallor) urget posterius Decretum ejusdem *Sac. Congreg. Immunit. in Maceraten. 8. Augusti 1645.* de quo ipse nullam mentionem facit, quia fortè non vidit, quod ex originali regestro depromptum hìc per extensum referam. Præposito jussu Sanctissimi D. N. iterùm dubio, videlicèt *--An Episcopi possint, & debeant concedere Judicibus Laicis ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti facultatem exhumandi Cadavera, examinandi vulneratos, testes, & similes in Ecclesiis, & aliis locis immunibus, & an id sit permissum facere Superioribus Regularibus in Ecclesiis, & locis immunibus Ordinum Regularium.*

Die 8. Augusti 1645. Sacra &c. prævia matura discussione, & de communi PP. consensu, censuit standum esse in decisis sub die 2. Maii 1629. Scilicet Episcopos posse corpora exhumanda, vulneratos, & testes extrahere facere extrà Ecclesias, & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Judices, & Ministros Laicos facien. pro eorumdem Episcoporum arbitrio rectè tamen regulato:

Non

Non autem posse facultatem concedere eisdem Judicibus, & Ministris Laicis in Ecclesiis, & aliis locis immunibus actum aliquem recognitionis Cadaverum, seu examinis vulneratorum, & testium, nisi in casu urgentis necessitatis, quando Summus Pontifex commodè adiri non potest; ideoque pro eorumdem Episcoporum arbitrio rectè tamen regulato. Superioribus verò Regularium minimè licere etiam in Ecclesiis, & locis immunibus ipsorum Regularium, sed id ad solos Episcopos spectare. Lib. 1. Decret. Pauluc. fol. 259. & simile huic affert aliud Panimol. *decis. 95. adnot. 1. num. 22.*

7. Juxtà hujus igitur individui Decreti lecturam, prohibitio, quæ de jure viget adversùs Judices Laicos exercendi jurisdictionem in locis immunibus absque facultate Sedis Apostolicæ, non solùm comprehendit Ecclesias, & Cœmeteria, ad quæ illam restringit D. Raynald. sed etiam alia loca immunia non sacra, quia verba illa --*In Ecclesiis, & aliis locis immunibus*, in Decreto contenta, restrictionem Raynaldi non patiuntur tamquam indefinita, & loca quomodocumque immunia includentia, propter dictionem illam *aliis*, cujus indoles est denotare diversitatem ab antecedenter expressis, cum sit nota similitudinis: Simile enim non est idem, ut eadem dictione perpensa firmavit *Rot. coram Cerro dec. 616. n. 5. & 6.* ac reperi declarasse eamdem *Sac. Congr. Immunit. in una Anagnina 21. Januarii 1659.* in qua dicitur--*Moneatur Episcopus, ipsum non potuisse dare licentiam faciendi recognitionem, & examinandi testes in loco immuni. Lib. Decret. Rocii fol. 146.*

8. Et huc colliminat aliud Decretum *Sac. Congreg. Episcop. & Regular. emanatum in Bononien. 20. Maii 1616.* in quo Cardinali Capponio ità responsum datur --*Cum ministri Illustrissimi Domini Card. Capponii quemdam vulneratum à Conventu Sancti Jacobi Fratrum Ordin. Sancti Augustini, in quo se receperat, extrahi, carcerari, examinarique fecissent -- Sac. Congr. eumdem Illustriss. monitum voluit, quod facultates extrahendi delinquentes ab Ecclesiis, & Monasteriis per Sanctissimum sibi concessæ non se extendunt ad illos, qui in dictis Ecclesiis se recipiunt, & in quorum personas delicta perpetrata fuere.*

9. Ex quo Decreto clarè percipitur, quòd facultas, quæ datur à Sede Apostolica exercendi actus jurisdictionales in locis immunibus, non restringitur ad sola loca sacra, sed complectitur Monasteria, quæ sunt ratione annexionis immunia, in quibus Episcopus non dispensat.

10. Cauti propterea legendi sunt, Nicol. *lucub. civil. lib. 1. tit. 8. de immunit. Eccles. num. 37. vers. hinc est*, Pignatell. *cons. 122. num. 4. tom. 4.* Conciol. *res. crim. verb. recognitio resol. 2. num. 5.* tenentes cum Raynald. posse per Judices Laicos de sola licentia Episcopi recognitiones Cadaverum fieri, & vulneratorum, ac testium examen recipi in loco immuni non sacro: Nam eorum opinio non est tuta, sed opposita Decretis suprà relatis.

11. Quando verò licentia exhumandi, aut extrahendi, vel examinandi daretur ab Episcopo Judici Laico, vigore commissionis obtentæ à Sac. Congreg. Immunit. (quæ passim solet concedere pro octo casibus) tunc si est pro examine, addatur in licentia clausula--*Dummodò vulneratus sponte se supponat examini*, ne Judex Laicus videatur uti jurisdictione contentiosa in loco immuni: Et si vulneratus, aut offensus esset Regularis, qui existeret in Monasterio; tunc recognitio fieri poterit à Curia Episcopali, prout fieri jussit *Sac. Congreg. immunit. in Burgi S. Sepulchri 13. Novembris 1629. lib. 2. Decret. Pauluc. fol. 12. tergo.*

Licentiæ extrahendi Delinquentem, à loco immuni.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Licentia extrahendi delinquentem à loco immuni, non debet ab Episcopo concedi, nisi constito aliquo modo de delicto excepto.*

2 *Licentia extrahendi à loco immuni in*

casibus à Bulla Gregor. XIV. non exceptis, dari non potest ab Episcopo, sive reus sit Laicus, sive Clericus.

Parochus repertus in Domo Parochiali cum Concubina potest extrahi, & ab Episcopo puniri.

3 *An Episcopus possit licentiam concedere pro extractione delinquentium à Palatio Episcopali, refertur casus decisus à Sac. Congr. Immunit. & num. 4. & 5.*

6 *Extractus à loco immuni debet retineri in Carceribus Episcopi, vel Laicalibus (si magis tuti sint) precario nomine ejusdem.*

7 *Delinquentes non sunt custodiendi in compedibus in Ecclesia.*

Episcopus non potest licentiam concedere ut extrahantur à loco immuni bona, quæ secum transtulit confuga, sed est recurrendum ad Sacr. Congr. Immunit.

8 *Ad privandum delinquentem immunitate Ecclesiastica, requiritur plena probatio, & Episcopus, si vult potest uti Processu Judicis Laici.*

9 *Extractio delinquentis à loco immuni debet fieri cum interventu personæ Ecclesiasticæ.*

10 *Extractio delinquentium à loco immuni solis Episcopis est permissa, non autem inferioribus, immò neque Legatis Apostolicis.*

N. Episcopus N.

UT N. qui ex causa homicidii proditorii, prout *fuit expositum, & Nobis extrajudicialiter constat*, in personam N. commissi *ad Ecclesiam N. confugit*, exindè extrahi, & *ad nostros carceres* perduci, & ibi retineri possit, donec *per Nos cognoscatur*, an verè crimen à Bulla Gregor. XIV. exceptum commiserit, curiæ N. cum *interventu, & assistentia* Presbyteri N. cui auctoritatem damus, licentiam concedimus. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N. sivè Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 PROUT FUIT EXPOSITUM, ET NOBIS EXTRAJUDICIALITER CONSTAT. Non debet Episcopus improvida festinatione extractionem delinquentis à loco immuni permittere, nisi priùs per expositionem Fisci Laici, vel partis læsæ, aut alio modo saltem extrajudiciali, arbitrio conscientiæ suæ regulato, sibi constet confugam aliquod ex delictis exceptis in Bulla Gregorii commisisse, ut respondit *Sac. Congr. Immunit. in Melevitana 15. Junii 1638.* & docent Sperell. *decis. 104. num. 22.* Nicol. *lucub. Civil. lib. 1. cap. 8. de immun. Eccles. n. 36. vers. notandum.*

2. AD ECCLESIAM N. CONFUGIT. In aliis casibus à Bulla Gregoriana non exceptis, communis conclusio est inter Auctores Catholicos, quod extractio confugientium ad Ecclesias, & loca immunia, fieri non potest, neque de licentia Episcopi, qui talem potestatem non habet, *Sac. Congr. Immunit. in Vallisoletana 19. Maii 1627. lib. 1. Decr. Paul. fol. 49.* sive delinquens sit Clericus, sive Laicus, & sive extractio fiat pro correctione, sive pro injungenda pœnitentia salutari, ut fuit suprà probatum *in Adnot. ad For. Edicti de rever. Eccles. debit. §. Non si eseguiscano citationi cum seq.* Nisi ageretur de Parocho reperto cum Concubina in Domo Parochiali, à qua potest extrahi, & puniri ab Episcopo, *Sac. Congr. Immun. in Interamnen. 27. Martii 1640. lib. 3. Decr. Paul. fol. 114.*

& in

& in Aretina 31. *Augusti* 1649. *lib.* 4. *Paul. fol.*86. Raynald.*observ. Crimin. tom.*1. *cap.* 1.§.11. *num.* 53.

An autem id procedat in Palatio Episcopi, quod gaudet immunitate, casus evenit disputandus in una Æsina, in qua cum quæreretur, an captura per me (in dicta Civitate munere Vicarii Generalis fungente) demandata, & exequuta in gradibus Palatii Episcopalis Presbyteri N. exteri, (qui ob sacrilegum ingressum in Monasterium Monialium alterius Diœcesis, per Curiam Episcopalem illius litteris subsidiariis, mihi directis, persequebatur) nullitatem allegantis, sustineretur? Et pro veritate scribente R. P. D. Masserio tunc in Curia eximio Advocato, *Sac. Congreg. Immunit.* 2. *Octob.* 1691. rescripsit -- *Capturam in casu proposito sustineri*.

4. Ratio præcipua resolutionis fuit, non solùm quia viget in dicta Civitate consuetudo capiendi reos de mandato Episcopi, vel Vicarii in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus in recinctu, seu Cortile Palatii Episcopalis: sed ex eo, quod immunitas hæc competat ratione Dignitatis, & dicatur mixta, veluti connexa loco propter personam ipsius Episcopi & ob ejus reverentiam: Ac propterea nil obstare visum fuit, quin Episcopus hoc jus reverentiale sibi debitum, remittere non possit, præsertim in causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, ut præfatus R. P. D. Masserius in sua allegatione juris firmabat auctoritate Bajard. *ad Clar. §. fin. quæst.* 30. *n.* 10. Cortiad. *decis.* 59. *n.* 16. & 17. Del Ben. *de Immunit. tom.*2. *cap.*16. *dub.*9. *sect.*14. *n.*6. & 13. Dian. *ordin. tom.* 9. *tract.* 1. *de immun. resol.* 16.17.19.& 20. Pignatell. *consult.* 36. *n.* 16. *in fin.*

5. Verumtamen hæc resolutio regulam generalem absolutam constituere non valet, quod nempè Episcopus possit quoties sibi placeat, jus reverentiale sibi debitum renunciare, & extractionem è Palatio Episcopali delinquentium permittere; sed ubi adsit consuetudo, ut in casu proposito, & suprà resoluto, vel ubi delinquens in Palatio Episcopi reperiatur non ut confuga, ut privilegio gaudeat, sed incidenter pro alia causa; vel demùm, si extractio fiat pro correctione, sive salutari pœnitentia imponenda in delictis levibus; & ideò dicitur in rescripto -- *Capturam sustineri in casu proposito*, juxta distinctionem Dec. *relatam ab* Ambrosin.*de immunit. Eccles. cap.* 12. *n.* 4.

6. *AD NOSTROS CARCERES*. Extractus à loco immuni debet retineri in Carceribus Episcopi juxtà præscriptum Gregorianæ §. 5. Qui si non essent tuti, & firmi, tunc pro assecuratione personæ, vel ipsamet Ecclesia, in qua delinquens confugit, à Custodibus fisci erit custodienda; vel reus erit seponendus in Carceribus Laicalibus, utpotè magis tutis precario tamen nomine Episcopi, ejusque liberæ dispositioni, ac si essent Carceres proprii juxtà loci qualitatem, donec cognitum fuerit, an delinquens gaudeat immunitate, ad tradita per Card. de Luc. *Miscellan. disc.* 2. *n.* 12. Panimol. *decis.* 95. *adnot.* 1. *n.* 10.

7. Et licèt plures DD. admittant (& nonnulli Judices, & Episcopi ad praxim deduxerint) quod ad præcavendum fugæ delinquentis, possit custodiri in Ecclesia etiam in compedibus: Tamen *Sac. Congregat. Immunit. in una Caven.* 8. *Februar.* 1639. declaravit hanc praxim non esse bonam. Si autem agatur de extractione facienda à loco immuni bonorum, quæ secum transtulit confuga, Episcopus sine facultate dictæ Congregationis licentiam dare nequit, *Sacr. Congreg. Immunit. in Neritonen.* 17. *Januarii* 1628. *libr.* 1. *Decret. Paul. fol.* 80. & probat Panimol. *decis.* 39. *num.* 50. *& sequentib. & decis.* 95. *adnot.* 1. *num.* 15. & 18. ubi plures alias resolutiones dict. Sac. Congregat. refert Pignatell. *consult.* 167. *num.*6. *tom.* 1.

8. *PER NOS COGNOSCATUR*. Cognitione judiciali, non autem extrajudiciali, vel contumaciali, quia ad privandum delinquentem privilegio immunitatis, requiritur concludens, & plena probatio, Sperell. *decis.* 101. *num.*17. Nicol. *lucubr. Civil. lib.* 1. *cap.* 8. *de Immunit. Eccles. num.* 36. *vers. Ad consignandum*, Pignatell. *consult.* 37. *num.* 12. *tom.*2. *consult.* 28. *num.* 7. *& seqq. tom.* 6. *& consult.* 22. *num.* 26. *tom.* 10. in quibus quamplura Decreta Congregat. congerit de mo-

more, & plenè quoque tradit Panimol. *decis. 56. & decis. 85.* Ad quem effectum poterit Judex Ecclesiasticus, si velit, uti Processu Tribunalis Laicalis, fabricato ante confugium, ut respondit *Sac. Congr. Immunit. in Syracusana 16. Julii 1629. lib. 1. Decret. Paul. fol. 8. à tergo, & Sacr. Congreg. Episcop. Episcopo Messanen. 4. Maii 1604.* quamquam non cogatur.

6 CUM INTERVENTU, ET ASSISTENTIA PRESBYTERI. Pœnas in Gregoriana comminatas Episcopus incurreret, si licentiam extrahendi delinquentes à loco immuni concederet absque deputatione personæ Ecclesiasticæ, ut notat Nicol. *ubi suprà dicto num. 36. vers. si tamen.*

10. Quæ extractio permissa est solis Episcopis, non autem inferioribus, ut declaravit *Sac. Congreg. Immunit. in Nullius Orbitelli 23. Martii 1638. lib. 3. Dec. Paul. fol. 57. à tergo*, immò neque Legatis Apostolicis, *eadem Sac. Congreg. in Bononien. 19. Augusti 1630. & 8. Aprilis 1631. lib. 2. Decret. Paul. fol. 101. à tergo.*

Licentiæ acceptandi onera Missarum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Quando legatum missarum non est fructiferum, Legatarius non tenetur de proprio onus adimplere.*

2 *Et idem est, quando sine culpa Legatarii fructus exigi non possent, vel perirent.*

3 *Legatum animalium cum onere Missarum, debet vendi, & pretium investiri in bonis stabilibus.*

4 *Licentia acceptandi onera Missarum debet peti, & recipi ab Episcopo in scriptis sub pœna interdicti, non obstante contraria consuetudine.*
Legati acceptatio sine licentia est valida, & obligat ad adimplementum.

5 *Licentia in scriptis non exigitur de substantia actus.*

6 *Licentia non requiritur pro oneribus Missarum relictis ad tempus.*

7 *Episcopus in prima oneris Missarum acceptatione, potest Missas reducere, quatenus redditus inveniat oneribus non respondere, & n. 8.*

9 *Episcopus potest reducere Missas, quando Testator illi facultatem dedit in Testamento.*

N. Episcopus N.

ATtentis narratis in supradicto supplici libello Nobis exhibito, & constito per legitimas probationes, *redditus Capitalis* relicti per quondam N. esse correspondentes oneri suscipiendo Missarum, & Oratorem (seu Oratricem Ecclesiam) aliis jam susceptis commodè satisfacere posse ad formam Decretor. Sacr. Cong. Concil. auctoritate fel. rec. Urbani VIII. editorum, & à fel. rec. Innoc. XII. de anno 1697. innovatorum (*si legatum consistat in pecunia, dicatur* -- injuncto tamen Oratrici onere quamprimum dicta scuta .... investiendi in bonis stabilibus fructiferis, tutis, & securis, cum expressa mentione oneris Missarum, quod illis annexum reperitur, & interim deponatur penès ædem sacram sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ) *petitam licentiam*, legatum perpetuum prædictum acceptandi cum onere Missarum ..... in qualibet hebdomada in eadem Ecclesia N. & ad Altare N. celebrandarum juxta mentem Testatoris, concedimus, & impertimur, cum obligatione eamdem licentiam in Archivio dictæ Ecclesiæ retinendi, & nostro Cancellario unà cum supplici libello in actis registrandi. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Gener.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIONES.

1. *REDDITUS CAPITALIS*. Si legatum relictum cum onere Missarum consisteret in pecunia in capsa retenta, per hæredem legantis solvenda; donec non sequatur in vestimentum in bonis frugiferis, Ecclesia, sive alius locus pius, cui onus injunctum fuit Missarum, non tenetur ex propriis aliis redditibus Missas celebrari facere, ut decisum fuisse *à Sac. Congr. Concilii* 15. *Septembr.* 1657. testatur Nicol. *lucubr. can. in Addit. ad flosc. verb. Missa sub nu.* 10. *vers. si verò*.

2. Et idem dicendum venit quando fructus, sive redditus cujusvis relicti, factis debitis diligentiis, exigi, & percipi non possent, aut sine culpa legatarii periissent, ut communiter tradunt Ricc. *prax. for. Eccles. par.* 4. *resol.* 105. Capon. *discept.* 154. *cap.* 2. *num.* 9. Passerin. *de stat. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 4. *n.* 1037. *& seqq.* Chrispin. *de visit. par.* 4. §. 18. *n.* 11.

3. Si verò Capitale legatum consisteret in Animalibus, hæc vendi deberent, & illorum pretium investiri in bonis stabilibus vel locis Montium non vacabilium, ut quæsito proposito respondendo, nempe -- *An Animalia relicta in Testamento Ecclesiasticis personis cum onere Missarum in perpetuum, gaudere deberent privilegio fori*, declaravit *Sacra Congreg. Immunit. in Montis Pelusii* 16. *Aprilis* 1652. *lib.* 4. *Decret. Paul. fol.* 180. *à tergo*.

4. *PETITAM LICENTIAM*. Hæc licentia pro acceptandis oneribus Missarum juxta Decreta memorata peti, & recipi debet ab Officialibus, Rectoribus, & Capitulis Ecclesiarum sæcularium in scriptis sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrendi, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, *Sac. Congreg. Concil. in Vicen.* 15. *Aprilis* 1690. Verùm si Ecclesia, Capitulum, vel Confraternitas onus injunctum Missarum perpetuarum absque licentia Episcopi acceptarent, adhuc acceptatio esset valida, & obligaret ad adimplendum; quia decreta Urbani VIII. non continent clausulam irritantem, prout ita declarasse *Sac. Congr. Concil.* 16. *Januarii* 1644. refert Pignatell. *consult.* 222. *circa fin. tom.* 4.

5. Et quod dicta licentia in scriptis non exigatur de substantia actus, sed ad illius probationem, tenet Passerin. *de stat. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 4. *num.* 1229. *ubi n.* 1233. nimis laxè, & minus tutè ratiocinio Cathedrantis eludit pœnas inflictas in eisdem Decretis contra Regulares acceptantes onera perpetua Missarum sine suorum Superiorum licentia.

6. Item videtur vera conclusio, quod dicta licentia non requiratur pro oneribus Missarum relictis ad tempus 30. 40. vel 50. annorum, quia dicta Decreta loquuntur de oneribus perpetuis, & perpetuum non dicitur, quod non attingit tempus centum annorum, *Tusch. lit. T. Concl.* 38. *n.* 2. *&* 5. Passerin. *loco cit. n.* 1235.

7. Prætereà Episcopus in ipsa oneris inquisitione facienda, si inveniat redditus oneris Missarum juxta regionis morem non correspondere, poterit in mea sententia Missas moderare, & reducere; quia tunc non videtur contra dispositionem eorumdem Decretorum facere, sed onus Missarum nondum acceptatum, & sic non impositum, ad æquitatem reducere: Hæcque facultas ex dictorum Decretorum ventre consurgit, nam ibi sic dicitur--*Ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus precipuam rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omninò respondeant oneribus adjunctis secundum morem cujusque Civitatis, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros*.

8. Ex his, inquam, patet, quo Sac. Congregatio in prima oneris impositione, & acceptatione Episcopos non gravat, ut eidem referant quatenus redditus oneribus invenerit non respondere, sed oneratam vult eorum conscientiam, & ipsorum eligit industriam in præscribendo tot Missas, quot redditibus respondent; & mecum sentiunt Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 6. *resol.* 10. Nicol. *lu-*

lucubr. can. lib. 3. tit. 41. de celebrat. Missar. num. 10. vers. deindè, Tondut. *quæst. benef. tom. 2. part. 3. cap. 162. nu. 3.* Verùm hæc velim accipias sub censura ejusdem Sac. Congregationis.

9. Sicuti posset Missas reducere, quando Testator illi facultatem dedit in Testamento, Barbos. *de offic. & potest. at. Episcop. alleg. 29. n. 17. ubi Decretum S. C. C. allegat.*

Licentiæ Ecclesiam, sive Oratorium publicum ædificandi.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Ratio augendi cultum Divinum, & fovendi populi pietatem, est præcipua in elargiendis gratiis.*
2 *Ecclesiæ ædificari non possunt sine licentia Episcopi, nisi expresse per indultum Papæ consensus illius suppleatur.*
3 *Episcopus licentiam pro Ecclesiæ ædificatione, concurrente causa, non debet denegare, aliàs datur recursus ad Superiorem, qui supplet illius consensum.*
4 *Dos non requiritur de necessitate in ædificatione Ecclesiæ, sed in consecratione.*
5 *Ecclesiæ ædificantur, ut in ea Missæ Sacrificium celebretur.*
6 *In Ecclesiæ ædificatione onera Missarum parcè taxanda sunt, & licentia construendi non omnibus concedenda.*
7 *Episcopus non potest erigere Collegiatam.*
8 *Parochus non potest impedire novæ Ecclesiæ ædificationem, quoties ejus jura præserventur, & afferuntur Decreta n. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Parochiani non coguntur, sed hortantur audire Missam in Ecclesia Parochiali diebus festis.*
16 *Quæ sint jura Episcopalia enumerantur.*
17 *Ecclesia non debet habere portam, qua transitus habeatur in Domum contiguam, neque aliam servitutem passivam, quam nemo illi imponere potest sine beneplacito Apostolico.*
18 *Patrono Ecclesiæ potest Episcopus in fundatione reservare servitutem prospectus, si sit Princeps, aut aliàs benefactor insignis.*
19 *Oblationes, quæ fiunt Oratoriis, seu Cappellis sitis intra Parochiam, debentur Parocho.*
20 *Fallit regula in pluribus casibus, qui adducuntur, & num. 21.*
22 *Ecclesiæ Parochiali privativè competit jus Sepulchri, aliis verò ex privilegio Episcopi.*
23 *Episcopus in concessione licentiæ pro constructione novæ Ecclesiæ debet conditionem apponere ne in solemnioribus anni festivitatibus ibidem celebretur Missa.*
24 *Ecclesia fundata auctoritate Episcopi, licèt non benedicta, gaudet immunitate.*
25 *Ecclesia Cathedralis præsumitur consecreta, alia verò inferior præsumitur benedicta, si Missæ ibidem celebrentur.*
26 *Ecclesia auctoritate Episcopi benedicta, si polluatur, potest delegatione ejusdem per simplicem Sacerdotem reconciliari; si verò sit consecrata non poterit reconciliari nisi per Episcopum.*
27 *Quibus modis polluatur Ecclesia.*
28 *Ecclesia non remanet polluta nisi delicta per quæ polluitur sint publica.*
29 *Episcopus potest transferre diem dedicationis Ecclesiæ ad alium diem magis congruum.*

N. Episcopus N.

CUm summa sit ratio, quæ *pro pietate, & religione facit*, & ad ea, quæ tendunt ad Divini cultus augmentum, proni esse debeamus: ideò attentis narratis, & *aliis justis de causis* animum nostrum dignè moventibus, *facta prius* per Orato-

Oratorem in Actis nostræ Cancellariæ *obligatione* in forma juris valida (quatenus Dos in bonis stabilibus fructiferis non assignetur) manutenendi perpetuò fabricam, & suppellectilia necessaria, & decentia tam pro ornamento Altaris, quam pro celebratione Missæ, *ac celebrari faciendi saltem tres Missas* in die Sancti Titularis, licentiam, & facultatem Oratorii, *Ecclesiam* in loco in precibus expresso ædificandi, & construendi sub titulo S. N. salvis tamen. *& reservatis juribus Parochialibus, & Episcopalibus*, concedimus. Dummodo tamen Ecclesia construenda habeat januam in via, & loco publico, nullaque in ea adsit communicatio, sive *transitus* ad Domum vicinam, neque è Domo in eam prospectus, aut alia servitus existat. Sacramenta in ea absque Parochi expressa licentia non administrentur, *neque oblationes, aut eleemosynæ* à nemine recipiantur, *neque sepulchrum construatur*, neque in die Paschatis Resurrectionis, nec in die Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi *Missa celebretur*. Prima autem Missa postquam Ecclesia erit constructa non celebretur, nisi priùs à Nobis, vel alio Deputato *fuerit benedicta*, & licentia celebrandi concessa: & præsens licentia una cum precibus, & obligatione Oratoriis in nostra Cancellaria registretur. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *PRO PIETATE, ET RELIGIONE FACIT.* Ratio augendi cultum Divinum, & fovendi fidelium pietatem in elargiendis gratiis, præcipua semper fuit apud Apostolicam Sedem, ut habetur *in cap. ex parte de constit. cap. fin. de rescript. in* 6. & sic Episcopus eamdem rationem allegat concessionis, quæ fulcitur etiam lege civili *in l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. funer.* ex qua desumptum est aphorismum, quod summa est ratio, quæ pro pietate, & religione facit.

2 *ALIIS JUSTIS DE CAUSIS.* Nova Ecclesia erigi non potest sine Episcopi licentia, *cap. quicumque* 16. *qu.* 7. *cap. lator* 16. *quæst.* 5. *cap. nemo de consecr. & cap. auctoritatem de privil. in* 6. Et hoc verum est etiam si quis haberet privilegium Ecclesias ædificandi, quia intelligitur sine præjudicio juris Episcopi: Etenim, ut possit hoc fieri sine Episcopi consensu, requiritur, quod specialiter in indulto exprimatur, nam tunc Papa auctoritate qua pollet, dicitur supplere illius consensum, Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 15. *qu.* 7. *nu.* 16. Graff. *cons. lib.* 3. *de jurepatr. cons. unico nu.* 1. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. *par.* 1. *n.* 507. & ita responsum fuit *à Sac. Congreg. Concilii in Sulmonen. Interdicti* 24. *Januari* 1699. contra Præceptorem S. Spiritus in Saxia, qui Ecclesiam construxerat absque licentia Episcopi, nixus suis privilegiis, sublatis hodiè *à Concil. Trid. sess.* 22. *de celebr. Miss. & cap.* 3. *sess.* 25. *de regular.*

3 Concurrentibus tamen rationabilibus causis, licentiam denegare non debet, aliàs irrationabiliter renuendo, daretur recursus ad Archiepiscopum, vel Sacr. Congregat. Concilii pro supplendo Ordinarii consensu, Barbos. *de offic. Episcop. allegat.* 26. *num.* 1. *vers. in ædificanda*: Amostaz. *de caus. piis lib.* 5. *cap.* 2. *numer.* 31. prout contingit *in una Forolivien.* favore Barattæ, qui cum ab Ordinario consensum pro constructione Ecclesiæ ruralis non potuisset obtinere, obtinuit, Episcopo contradicente (non tamen rationabiliter) 16. Januarii 1694. rescriptum -- *licentiam esse concedendam*

dam sine præjudicio jurium Parochialium.

4 *FACTA A PRIUS OBLIGATIONE*. Quamquam *in cap. placuit 1. quæst. 2. in cap. nemo de consecr. dist. 1. & in cap. cum sicut ubi glos. de consecr. Eccles. vel altar.* habeatur, quod antequam Episcopus consensum præstet super Ecclesiæ ædificatione, assignare faciat Dotem, hæc tamen de juris rigore (quidquid dicat in contrarium Lauret. de Franch. *par. 1. nu. 465.*) non exigitur nisi in consecratione, prout desumitur *ex cap. piæ mentis 16. qu. 7.* & pluries declaravit Sac. Congreg. Episcopor. cujus Decreta refert Nicol. *Lucubr. Canon. lib. 5. tit. 33. nu. 7. limit. 4.* & tenuit nuper *Sac. Congr. Concil. in Nullius Galeatæ 27. Novembr. 1694.* Ideoque in licentia pro ædificatione Ecclesiæ, quæ inservit pro commoditate audiendi Missam, sufficit, quod fiat obligatio omnium bonorum construentis pro illius manutentione.

5 *AC CELEBRARE FACIENDI SALTEM TRES MISSAS*. Inconveniens enim esset, quod in Ecclesia auctoritate Episcopi erecta, numquam ex obligatione Missa litaretur, cum ad hunc effectum Altaria ibidem erigantur. Quoniam si devotioni tantùm hæredum fundatoris committenda, & relinquenda esset, Missæ celebratio facilè periret, ut passim experientia demonstrat, & Ecclesia derelicta remaneret, & esset destruenda, juxta monitum *cap. si quis Basilicam cap. Ecclesiæ, & per tot. dist. 1. de consecr.*

6 Hinc propterea injungitur obligatio trium Missarum annuatim in die festo Sancti Titularis per modum exempli, quo minùs gravetur ædificans, & in ævum quantum fieri potest certa reddatur Sacrificii immolatio, & Ecclesiæ manutentio. Cæterum inspecta Ædificantis possibilitate, loci qualitate, & Ecclesiæ spectabilitate, poterit Episcopus majorem numerum Missarum in aliis anni solemnitatibus taxare, parcè tamen, quia agitur de onere perpetuo: advertendo, quod hujusmodi licentiæ passim concedendæ non sunt, & nisi personis facultatibus, vel cautione idoneis, ut possint promissa futuris temporibus adimplere.

7 *ECCLESIAM*. Non tamen Collegiatam, quia hæc à solo Papa erigitur, ut probant Decreta relata à Nicol. *in flosc. verb. Collegiata nu. 1.* Et licèt non desint DD. qui tenent, posse Ecclesiam Collegiatam erigi sola Episcopi auctoritate, quos adducit, & rejicit Amostaz. *de caus. piis lib. 5. cap. 2. nu. 33.* Nihilominùs horum opinio reprobatur non solum à praxi Datariæ, sed etiam juris principio, & dispositione, *unl. 3. ff. de colleg. illicit.* Glos. *in cap. fin. verb. novam religionem de relig. Dom. & à* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 14. nu. 46. & 47.* Tondut. *quæst. benefic. tom. 2. par. 3. cap. 193. nu. 11. & 12.* Capon. *discept. 288. num. 2. & 3.* & nuper declaravit *Sac. Congr. Concil. in Catanien. erectionis Collegiatæ 1. Septembris 1691.* in qua cum quæsitum fuisset -- *An erectio Collegiatæ facta per Episcopum in actu Visitationis Ecclesiæ S. Antonii Oppidi S. Philippi de Agira sustineretur*, responsum fuit *Negativè*: Neque Curam supprimere, ut erigat Dignitatem *Sac. Congreg. Concil. in Pientina 14. Februarii 1693.*

8 *RESERVATIS JURIBUS PAROCHIALIBUS*. Hæc clausula in licentia erigendi novas Ecclesias necessariò apponenda est, quia Episcopus juribus Parochialibus præjudicium inferre non potest: & quamvis Ricc. *prax. for. Eccles. par. 4. resol. 298.* teneat, quod intra fines Parochiæ nova Ecclesiæ ædificari non debeat, nisi concurrat etiam consensus Parochi: hæc tamen doctrina non debet intelligi, quando Ordinarius id permittat, non reservatis juribus illius: quia si hæc præservata remanent, Parochus non valet se opponere, ut frequenter decisum habemus ab utraque Congregatione, & præcisè.

9 In una *Januen.* in qua cum Nobilis Mulier Anna Adurna obtinuisset ab Archiepiscopo licentiam parvam Ecclesiam ruri ædificandi tàm pro commoditate propria, quàm loci incolentium, se se opposuit Parochus Sanctæ Margheritæ Marasii, Causaque per viam recursus delata ad Sac. Congreg. Episcopor. & Regular. referente Eminentissimo Sacchetto sub die 5. Septembris 1692. prodiit rescriptum -- *concedendum esse ædificationem*

nem arbitrio Ordinarii, salvis juribus Parochialibus.

10. In *Nucerina*: in qua volens Dominicus Cagnucci ædificare publicum Oratorium in Villa Dignani, se se opposuit Parochus, non solum ob subtractionem, quam timebat eleemosynarum, sed ob diminutionem concursus populi sine quo nec Processiones facere, nec pueros, adultosque rudiores docere Doctrinam Christianam potuisset. Episcopus tamen in actu Visitationis licentiam pro constructione novæ Ecclesiæ concessit, nonnullis conditionibus qualificatum, *& sine præjudicium jurium Parochialium*, à quo Decreto recurrens Parochus ad eandem Sac. Congregationem, & referente Eminentissimo D. Card. Acciajolo sub die 12. Martii 1693. responsum fuit -- *Serventur dispositia per Episcopum*, & idem tenuit *in Piacentina Oratorii* 20. *Maii* 1697. referente clar. mem. Card. Petrucci, Parocho, ac etiam Episcopo reluctantibus.

11. In *Maceraten.* Exoptans Bartholomæus Accursius in Oppido Montis Miloni Ecclesiam ædificare, & Dotem pro illius manutentione assignare, Parochus se opposuit qua oppositione non obstante, delata causa per viam recursus ad Sacr. Congreg. Concilii sub die 10. Maii 1687. licentiam Accursio concessit -- *Cum obligatione congruæ Dotis, & salvis juribus Parochialibus.*

12. In *Theatina*. Baro Joseph Foppus pro commoditate Colonorum Ecclesiam auctoritate Ordinarii ruri ædificavit, & cum vellet in ea Cappellaniam perpetuam cum onere Missarum erigere, consensum Archiepiscopi successoris non potuit obtinere, ex quo Ecclesia non esset in loco, & via publica, tum quia per erectionem Cappellaniæ Villici propriam Parochiam deseruissent: ideoque habito per dictum Baronem recursu ad eamdem Sac. Congr. Concilii, propositoque, Archiepiscopo etiam informante, dubio -- *An precibus Baronis esset annuendum*, die 29. Julii 1690. responsum fuit -- *Affirmative*.

13. In *Forolivien.* Cæsar Maria Baratta, volens fabricam publici Oratorii Ruri cœptam complere, se opposuit Parochus ob proximitatem Ecclesiæ Parochialis; cui oppositioni adhærens Episcopus (qui noluit licentiam concedere) recursum habuit Baratta ad eandem Sacr. Congreg. Concilii, à qua audito Episcopo, & nihil, quod posset obstare, deducto, die 16. Januarii 1694. fuit resolutum -- *Licentiam esse concedendam sine præjudicio jurium Parochialium.*

14. In *Ravennaten.* Quondam Franciscus Secchius ob commoditatem populi, mandavit in suo Testamento, quod ex suis bonis erigi deberet in certo loco nova Ecclesia Parochialis, & pro indemnitate Parochi, à quo pars Parochianorum separari debebat, legavit eidem Prædium annui redditus scut. 18. Huic dispositioni acriter se opposuit Parochus ob præjudicia suæ Ecclesiæ: Causaque proinde delata ad eamdem Sacr. Congr. Concilii, propositoque Dubio -- *An esset facienda erectio novæ Parochialis in alio loco, quàm destinato per Testatorem, & sub quibus conditionibus?* prodiit, partibus informantibus, resolutio -- *affirmativè, & quo ad locum, & conditiones, arbitrio Archiepiscopi.*

15. Ex quibus resolutionibus liquet, quod præjudicium proveniens Ecclesiis Parochialibus ex diminutione concursus, & eleemosynarum, penitùs contemnitur, & Parochi semper succumbent, quoties hoc clypeo velint se opponere ædificationi novarum Ecclesiarum. Etenim cum hodiè Parochiani non possint cogi ad audiendam Missam diebus festis in Ecclesia Parochiali, ut olim servabatur juxta dispositionem Textus *in cap. cum Dominicis de Paroch.* & communiter tenent relati à Barbos. *de Paroch. cap.* 21. *num.* 2. sequitur, quod constructio novæ Ecclesiæ, quæ est valdè pia, & religiosa *cap. final. dist.* 96. pro sola Missæ celebratione non debeat impediri, neque Parochiani coarctandi, ut diebus festis ad Parochiam accedant, prout moris antea fuit, *Sacr. Congregat. Concil. in Fulginaten.* 7. *Julii* 1696. sunt tamen hortandi *juxta Concilii Trident. verba sess.* 24. *cap.* 4. *de reform.*

16. *ET EPISCOPALIBUS.* Jura Episcopalia, quæ in licentia reservantur, sunt *Cathedraticum*, *cap. conquerente de offic. Ordin. Quarta Decimarum*, *cap.*

cap. quoniam de decim. Quarta mortuariorum, gloss. *in dict. cap. conquerente. Procuratio*, *cap. venerabili de cens. Caritativum subsidium*, *cap. cum Apostolus de cens. visitatio*, quæ Episcopus à se abdicare non potest, Graff. *dec. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. nu. 73. & 80.* Fagnan. *in dict. cap. conquerente à nu. 11. usque ad 38. de offic. ordin.*

17 *SIVE TRANSITVS*. Ecclesia non debet habere portam, qua transitus habeatur in Domum contiguam, neque è Domo in eam prospectus aperiri, nec aliam servitutem passivam, quam nemo illi imponere potest sine beneplacito Apostolico, Barbos. *Summ. decis. Apostol. collect. 301. nu. 16.* Gavant. *manual. Episcop. verb. Ecclesia num. 27.* Nicol. *in flosc. verb. fenestra num. 1.* & probatum fuit supra *in adnot. ad formul. Edicti de reverent. debit. Eccles.*

18 Nisi fortè in limine fundationis alicui Principi loci Domino, aut alio insigni Benefactori, utpotè quia una cum Ecclesia erexerit pingue Beneficium Ecclesiasticum, cum hac lege habendi prospectum, reservaretur. Tunc ne laici à fundationibus retrahantur, cum possit Episcopus leges, & conditiones etiam juri contrarias admittere, non diceretur aliquod contra jus attentare; sed posset Ecclesiam cum hac lege fundatam, validè huic servituti subiicere, ad tradita per Lotter. *de re benefic. lib. 1. qu. 32. per tot. & præsertim nu. 15. & 16.*

19 *NEQVE OBLATIONES AVT ELEEMOSYNÆ*. Regula est juris, quod oblationes, & eleemosynæ, quæ à fidelibus fiunt, & offeruntur Cappellis, Oratoriis, & Ecclesiis, existentibus intra limites Parochiæ, debeantur Parocho, ut de communi tradunt Capon. *discept. 77. per tot.* Amostaz. *de caus. piis par. 1. lib. 4. cap. 1.* Tondut. *qu. benefic. tom. 1. par. 1. cap. 63. numer. 8. & seqq.* Rot. *coram Merlin. decis. 257. à num. 1. ad 11.* Adden. ad Pamphil. *decis. 272. num. 6.*

20 Fallit tamen regula. Primò, quando constat explicitè de contraria offerentium voluntate, tunc enim Parochus licèt sit oblationum Administrator, debet exequi mentem offerentis. Secundò, fallit si agatur de oblationibus factis alicui Imagini miraculosæ in magna quantitate, quia tunc Episcopus potest recognoscere administrationem, ut dicit Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigli. *prax. par. 2. annot. 26.* & declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Civitatis Ducalis oblationum 22. Martii 1698.* an scilicet applicentur pro fabrica Ecclesiæ, pro supellectilibus sacris, & pro celebratione Missarum in suffragium benefactorum, qui eleemosynas elargiti fuerunt, juxta præscriptum Decreti *Sac. Congr. Episc. & Regul. emanatum in Treventina 22. Junii 1594.*

21 Tertiò, fallit si fierent Ecclesiæ, quæ haberet proprium Rectorem, quia tunc oblationum administratio non ad Parochum, sed ad Ecclesiæ Rectorem spectaret, ut inquit Zaul *nunc meretissimus V. Gerens observ. ad Stat. Favent. lib. 3. rubr. 21. nu. 71.* Quartò, fallit quando oblationes fiant in Oratoriis Confraternitatum laicorum, quia tunc Parochus non se ingerit, sed illarum administratio ad Officiales Societatis pertinet, ut declaravit *Sacr. Congregat. Concilii in Lunen. Sarzanen. 19. Augusti 1690. in responsione ad sextum.*

22 *NEQVE SEPVLCRVM CONSTRVATVR*. Sepulchrum de jure competit privativè Ecclesiæ Parochiali, *cap. fraternitatem: cap. ex parte: cap. cum liberum de sepult.* aliis verò Ecclesiis ex privilegio, & concessione Episcopi, *cap. Ecclesias 13. quæst. 1.* Samuel. *de sepult. tract. 1. disput. 3. contr. 8. num. 2.* Barbos. *de jure Eccles. lib. 2. cap. 10. nu. 11.* quod tamen sine aliqua justa causa concedere non deberet, ut dicit Sebast. Medic. *de sepult. qu. 10. nu. 5. in fine.*

23 *NEC MISSA CELEBRETVR*. Sicuti de stylo Datariæ Apostolicæ, in Indultis, quæ expediuntur pro concessione Oratorii privati favore Domicellorum, & personarum nobilium, solet apponi clausula, quod Missa in his non celebretur in die Pascatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, ut testatur Barb. *de Paroch. cap. 1. nu. 26.* congruentius apponenda videtur in licentia, quæ datur ab Episcopo pro erectione novæ Ecclesiæ, præsertim ruralis; ad hoc ut in dictis solemnioribus anni festivitatibus

tibus Parochialis debito obsequio Parochianorum non fraudetur, & memoria eorumdem subjectionis non amittatur, sed renovetur, Tondut. *quæst. benefic. tom.* 1. *cap.* 63. *num.* 18.

24. *NISI PRIUS FUERIT BENEDICTA.* Quod Ecclesia constructa, & fundata auctoritate Episcopi nondum benedicta, nec consecrata gaudeat immunitate, *ex cap. fin. de consecr.* tenet Bellet. *disp. Cleric. part.* 1. *de favor. Cleric. real.* §. 4. *num.* 27. & quod non præsumatur benedicta neque consecrata, nisi probetur saltem unico Teste Barbos. *de offic. & potestat. Episcop. alleg.* 27. *num.* 5.

25. At quod Ecclesia Cathedralis præsumatur consecrata, & dicenti contrarium incumbat onus probandi, ex Text. *in c. omnes Basilicæ de consec. dist.* 1. firmat Rota cor. Manzan. *decis.* 801. *num.* 11. Ricc. *prax. resol.* 479. *tit.* 1. & alia inferior præsumatur benedicta, si constet pluries ibidem Missas celebratas fuisse, & quod tunc gaudeat immunitate, distinguit Ambros. *de immunit. cap.* 10. *n.* 2.

26. Ecclesia, quæ est tantùm ab Episcopo, vel habente facultatem benedicta, non verò consecrata, si polluatur, poterit delegatione ejusdem Episcopi per quemcunque Sacerdotem reconciliari aspersione aquæ lustralis, ut habetur in Rituali Romano, & probant Sayr. *de censur. l.* 5. *cap.* 16. *num.* 32. Nicol. *lucubr. can. lib.* 5. *tit.* 39. *de pollut. Eccles. num.* 257. Piasec. *prax. Episc. part.* 1. *cap.* 2. *art.* 4. *n.* 9. Si verò esset consecrata, non poterit reconciliari nisi per Episcopum, qui talem facultatem alteri delegare non valet, *cap. proposuisti de consecr. Eccles.* Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 28. *n.* 55. Nicol. *ibid.*

27. Polluitur autem Ecclesia pluribus modis. Primò effusione magna sanguinis injuriosa ex violentia facta in ipsa Ecclesia. Secundò seminis humani publica voluntaria effusione illicita, sive per copulam Conjugalem. Tertiò sepultura Cadaverum Hæreticorum, Infidelium, & Excommunicatorum. Quartò si Ecclesia reconcilietur per Episcopum publicè excommunicatum. Quintò occisione hominis in ipsa Ecclesia, quamvis sanguis non effundatur, puta quia laqueo suspensus, vel suffocatus fuit, Barbos. *de jur. Ecclesiast. univers. lib.* 2. *cap.* 4. *à n.* 16. *ad* 25.

28. Verùm adverte, quod ad hoc, ut Ecclesia dicatur polluta, ut indigeat reconciliatione, requiritur, quod supradicta delicta sint publica, Piasec. *prax. Episc. part.* 1. *cap.* 2. *art.* 4. *num.* 8. & quod fiant in ipsa Ecclesia: nam si contingerent in Sacrario, in Atrio, & in Campanili, Ecclesia non remaneret polluta, ut docent Barbos. *loc. cit. num.* 26. & Nicol. *lucubr. can. lib.* 5. *tit.* 39. *de pollut. Eccles. n.* 252. *limit.* 3.

29. Dedicationis autem dies desumpta *ex cap.* 4. *Machab.* ab Episcopo ex justa causa potest transferri in alium diem magis congruum, ad evitandam concurrentiam aliorum Officiorum, Speculat. *consult.* 4. *part.* 3. *rubr.* 52. *Sacr. Congregat. Episc.* in responsione ad primum Dubium propositum à Suffraganeo *Brixionen. sub die* 4. *Febr.* 1585.

Licentiæ Erectionis Confraternitatis.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Confraternitati laicorum non debent ascribi homines malæ vitæ, nec hi, qui ignorant rudimenta fidei.*

2 *Confratres ascripti debent exercere opera pietatis, & misericordiæ.*

3 *Confraternitas debet habere Sacerdotem Cappellanum.*

4 *Regulares non possunt instituere Confraternitates cum usu Saccorum.*

5 *Confraternitates laicorum cum usu Saccorum, an possint cogi ad interessendum processionibus, referuntur Decreta, & n.* 6. *&* 7.

8 *Confraternitates ad Processiones funerum non accedunt nisi invitentur: neque cadavera defunctorum deferunt, quando hæredum beneplacitum non concurrat.*

9 *Confraternitates à locis, in quibus reperiuntur erectæ, & institutæ, possunt liberè discedere, & expelli.*

10 *Confraternitates erigi debent cum præservatione jurium Parochialium.*

11 *Confraternitates Episcopo approbante possunt statuta condere.*

12 *Non possunt statuere, quod admissi, ex obligatione solvant taxatam summam*

13 *Possunt tamen per modum hortationis statuere, quod solvatur aliquid elecmosynaliter pro manutentione piorum operum Societatis.*

14 *Statutum Confratrum, quo disponitur, quod extraneus non Confrater, non sepeliatur in eorum Sepulcro, nisi soluta certa pecuniæ quantitate est simoniacum.*

15 *Licentia eleemosynas quæritandi non debet Confraternitati concedi extra locum, in quo est erecta, & de ratione.*

16 *Confraternitatis Officiales habent liberam administrationem bonorum Societatis.*

17 *Confratres an possint congregari sine licentia Episcopi, quando eis fuit ab eodem prohibitum? refertur opinio Pignatelli.*

18 *Pignatell. consult. 128. tom. 9. rejicitur & afferuntur rationes, & num. 19. 20. & 21.*

22 *Major pars Confratrum constituitur per præsentes non habita ratione absentium, nisi adsit statutum in contrarium.*

23 *Vota Confratrum debent dari uti ab universis collegialiter, aliàs eorum consensus, vel dissensus non suffragatur.*

24 *Officialium electio ad Confratres pertinet, confirmatio verò ad Episcopum; qui habet etiam electionem quatenus Confratres non concordent post tertium scrutinium.*

25 *Episcopus Confraternitatibus benemeritis privilegium sepulcri rationabiliter concedit.*

26 *Confratres si sepulturam sibi non elegerint, sepeliri debent in Ecclesia Parochialis.*

27 *Dubia proposita in Sac. Congreg. Concilii, & resoluta super electione sepulturæ.*

28 *Confratres non possunt pro successoribus sepulturam eligere, & affertur ratio, & Decretum.*

29 *Electio sepulturæ est pars ultimæ voluntatis, & actus revocabilis usque ad extremum vitæ periodum.*

30 *Electio sepultura semel facta, non censetur revocata, quamvis infirmus ab infirmitate convaluerit, non facta nova electione.*

31 *Parochus non tenetur concedere licentiam Confraternitatibus laicorum exercendi in eorum Ecclesiis functiones Parochiales, si velit per se ipsum exercere.*

N. Episcopus N.

IN Nomine illius, qui Charitas est. Cum nuper Nobis innotuerit, nonnullos *eximiæ probitatis viros* hujus loci N. piè considerantes, quod major pars Carceratorum, ne dum amicis, qui illorum expeditionem, & alimenta procurent, verum etiam notis sæpè carent: Et quod cadavera pauperum Defunctorum præsertim extra Civitatem, vel diu insepulta remanent, vel sine lumine ad Ecclesiam deferuntur, non sine dedecore Religionis Christianæ: Cupientes prædictis necessitatibus, *& Charitatis operibus providere*, societatem sub titulo Charitatis in Ecclesia N. quæ panes, aliaque edulia saltem bis in hebdomada dictis pauperibus Carceratis, nec non eos visitare, & ut celeriter expediantur procurare: nec non cadavera pauperum Defunctorum erecta Cruce, ac luminaribus, *saltem uno Presbytero* unà cum sodalibus associante, ad sepulturam propriis expensis subministrare, & respectivè deferre debeat, inire decrevisse. Nos gratias Deo agentes, quod tam saluberrima Charitatis opera in hac Civitate cœperint exerceri, desiderantesque quod perpetuò frequententur Confratrum propositum verè pium laudantes, eorum petitioni libenti animo inclinati,

clinati, prædictam institutionem, & Societatem *cum usu Saccorum* coloris..... ex certa nostra scientia sub titulo Charitatis auctoritate nostra Ordinaria approbamus, & in d. *Ecclesia N. sine præjudicio jurium Ecclesiæ Parochialis, perpetuò erigimus*, & instituimus. Cum facultate, *Statuta, & Ordinationes* pro felici regimine dd. piorum operum, à Nobis tamen, & successoribus nostris approbanda condendi, eleemosynas, & Charitatis subsidia in præfatos usus convertendi *in Civitate*, quærendi, colligendi, *& administrandi*, & Nobis, ac successoribus nostris de illis, ac aliis redditibus rationem reddendi, (remotis tamen ab Ecclesia capsulis, & pelvibus) *Congregationes convocandi*, resolutiones capiendi; *Officiales* à Nobis, & successoribus nostris confirmandos *eligendi*; *Sepulturam pro Confratribus* tantùm, *qui eam sibi ipsis elegerint*, justis de causis animum nostrum moventibus construendi, *salvis juribus Parochi*, & quartæ sibi debitæ. Et ita erigimus, & approbamus omni, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 EXIMIÆ *PROBITATIS VIROS*. Qui auctores principales sunt erectionis Confraternitatis debent esse viri probi, & Charitate Christiana fervidi, quærentes non sua, sed quæ Jesu Christi sunt; nec debent inter Confratres adscribi homines malæ vitæ, facinorosi, aut infamiæ labe notati, neque qui ignorant erudimenta Fidei, Gavant. *in Manual. verb. Confraternitas num.* 15. & 16. Donat. *de Regular. to.* 3. *tract.* 8. *q.*4. *num.* 2.

2. *CHARITATIS OPERIBUS PROVIDERE*. Laicorum Societates ad hoc in Ecclesia Catholica fuerunt institutæ, nempè, ut in vinculo fraternæ dilectionis opera pietatis, misericordiæ,& Charitatis exerceant, non ut in suum commodum quidquam convertant, sed ad æmulandum charismata meliora, Cyriac. *controv.*94. *n.* 5. *& seqq.* Donat. *prax. rer. Regul. tom.*3. *tract.* 8. *quæst.* 1. *n.*3.4. *&* 5. & fusiùs probavi suprà *in adnot. ad Formul. Edicti de visitatione*.

3. *SALTEM UNO PRESBYTERO*. Unaquæque Confraternitas debet habere proprium Cappellanum, qui sit Sacerdos, & præficiatur Ecclesiæ Sacristiæ, & Cæremoniis sacris, Gavant. *Manual. Episc. verb. Confraternitas n.* 9.

4. *CUM USU SACCORUM*. Ex hac clausula notandum est, quod Regulares, qui ex Indulto Apostolico facultatem habent instituendi Societates in eorum Ecclesiis, non possint illas erigere, seu instituere cum usu Saccorum, absque Ordinarii loci licentia, prout id quærente Episcopo Chiensi respondit *Sac. Congr. Episcopor.* 6. *Decemb.*1616.

5. An autem omnes Societates Laicorum, quæ Sacco utuntur, possint ab Ordinario cogi ad interessendum publicis Processionibus, quæstio dubia est, & variè decisa: Etenim Sacr. Congreg. Episcopor. tenet opinionem affirmativam, prout patet ex Decretis, quæ referuntur à Barbos. *supra Concil. sess.* 25. *de Regular. c.* 13. *n.* 28. Capon. *discept.* 276. *n.* 33. *& seqq. tom.* 4. Frances *de Eccles. Cathedral. c.*25. *n.* 34. & ex Decreto nuper edito *in Florentina Violationis interdicti ad relationem Eminentissimi Card. de Abdua* 2. *Februar.* 1692.

6. Sacr. verò Congreg. Concilii sequitur sententiam contrariam, scilicet, quod Confraternitates Laicorum, & quæ Ecclesiasticæ non sunt, possint quidem ad Processiones invitari, sed non compelli,

& Decreta refert Nicol. *in flosc. verb. Confraternitas post n. 25.* de Franch. *controv. part. 1. qu. 13. n. 83.* Pignatell. *consult. 30. num. 1. tom. 4.* & noviſſimè *in Novarien. Proceſſionum 19. Aprilis 1692.* Niſi in caſu, quod adeſſet conſuetudo, ut reſpondit *in eadem Novarien. & in alia Nucerina Paganorum 15. Aprilis 1690.*

7. Prima opinio, quam ſequitur Sacr. Congregat. Epiſcop. mihi ſemper magis placuit, quia cum agatur de actione ſpirituali, Laici debent ſubjacere judicio Epiſcopi, & quia eſt favorabilis pietati, religioni, & cultui Divino, & hanc laudat quoque Lauret. de Franch. *controv. part. 1. n. 89. & 90.* his verbis --- *Et quod ad Epiſcopum ſpectet, facit quod Laici in omnibus actionibus ſpiritualibus, & concernentibus cultum Divinum ſubſunt judicio Epiſcopi.* Verùm quia contraria Sententia nititur Decretis Sacr. Congregat. Concilii, ad quam ſpectat Concilium Trident. interpretari, qui illam ſequitur non fallitur.

8. Ad Proceſſiones autem, quæ fiunt occaſione funeris, accedere non poſſunt, niſi fuerint invitatæ, Samuel. *de ſepult. tract. 1. diſput. 3. controverſ. 5. concluſ. 9. num. 19.* & pluries declaravit *Sacr. Congr. Epiſcop.* apud Pignatell. *conſ. 73. num. 17. tom. 8.* At ſi demum invitatæ ſint, nec Cadavera deferre ad Sepulturam, quatenus Hæredum Defunctorum, à quorum libera voluntate, & arbitrio pendet, beneplacitum non concurrat, Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *controv. part. 1. num. 1592.* Barboſ. *in Summ. deciſ. Apoſtol. collect. 245. n. 5.* Tondut. *quæſt. Benef. to. 1. cap. 43. num. 10. & 11.* Nicol. *in floſc. verb. Sepultura num. 12.* Pignatell. *conſ. 205. num. 26. tom. 4.*

9. *IN DICTA ECCLESIA N. PERPETUO ERIGIMUS.* Erectio Societatis facta in certo, & determinato loco, non inducit neceſſitatem, ut ibi perpetuò Confratres permaneant, ſed ut opera inſtituti exerceantur. Nam cum non ſit Collegium naturale reale neceſſarium, quod habeat aliquam conjunctionem cum Eccleſia, in qua erigitur, ſed perſonale, poteſt ad libitum à loco recedere, vel dimitti, etiamſi reperiatur erectum in Eccleſiis Regularium, Tondut. *quæſt. Benefic. tom. 1. cap. 43. num. 8.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 3. tract. 8. q. 3. num. 1. in fin.* Rot. *coram Coccin. deciſ. 472. Sacr. Congregat. Concilii in Piſana 23. Auguſti 1692. Sacr. Congregat. Epiſcop. in Venafrana 28. Novembris ejuſdem anni.*

10. *SINE PRÆJUDICIO JURIUM PAROCHIALIS.* Hæc clauſula ſemper debet apponi, ſivè propria, quia jura Parochi illæſa ſervanda ſunt, & non aliter quàm ſub iſta conditione Societates hujuſmodi, vel novæ Eccleſiæ (ut jam diximus alibi) erigendæ non ſunt, prout *Sacr. Congr. Epiſc. reſcripſit Epiſcopo Cajetano anno 1631.* cujus Epiſtolæ exemplar refert per extenſum Pignatell. *conſult. 79. num. 3. tom. 9.*

11. *STATUTA, ET ORDINATIONES CONDENDI.* Epiſcopo aſſentiente, poſſunt Confratres Statuta condere, Donat. *ubi ſuprà quæſt. 16. num. 1. & 4. Sacr. Congregat. Concilii in Ulyſſiponen. 3. Junii 1690.* & hoc illis expreſsè conceditur in Bulla Clement. Octavo.

12. An autem poſſint ſtatuere, quod nemo recipiatur in Fratrem, niſi priùs ſolvat certam pecuniæ, aut ceræ quantitatem? diſtingue. Aut Statutum præcipiat abſolutè forma coactiva, nulla honeſta cauſa, quæ pietatem redoleat, veſtitum; & tunc cum videatur continere pactum ſimoniacum, erit illicitum: Quia cum admiſſio in Confratrem afferat ſecum participationem ſpiritualium gratiarum, tale pactum non poteſt ſeparari ab inhoneſta conditione, & eſt contra diſpoſitionem d. Bullæ Clementis Octavi, quæ eleemoſynas, & Charitatis ſubſidia ſponte oblata permittit, & non coacta, ibi -- *ut omnes intelligant Coeleſtes Eccleſiæ Theſauros, non quæſtus, aut alicujus lucri cauſa, ſed pietatis, & Charitatis excitandæ gratia ex Apoſtolica Sedis benignitate Chriſti fidelibus aperiri.*

13. Aut Statutum per modum adhortationis diſponit, quod quiſque receptus in Confratrem, ſi ſit ſolvendo, ſolvat eleemoſynaliter taxatam ſummam,

vel

vel fortè minorem pro manutentione Divini Cultus, & piorum operum Societatis, & tunc licitum, & validum erit, ut communiter tenent Laert. Cherubin. *ad Constitut.* 98. *Clem. VIII. Schol.* 2. Lauret. de Franch. *controv. part.* 1. *num.* 238. ubi Pasqualig. Donat. *ubi supra quæst.* 17. *num.* 1. Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 25. *num.* 230. & 231. & idem priùs firmaverat Turrecr. *in cap. si quis despicit* 42. *distinct. num.* 2.

14. Si autem Sodales statuerent, quod in eorum Sepulchro extranei non Confratres non possint sepeliri, nisi solvant aliquam summam pecuniæ, aut certam quantitatem Ceræ; illicita esset Constitutio, & simoniaca, per Text. *in ca. Audivimus de simon.* Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Paroch. cap.* 28. *numer.* 19. *vers. caveat etiam*, ubi conclusionem sic firmat — *sic etiam est simonia si fiat pactum, ut extraneus, qui vult sepeliri in Sepulturis Confratrum, solvat tantam summam*, & idem dicit Samuel. *de sepult. tract.* 2. *disp.* 1. *controv.* 13. *concl.* 7. *nu.* 14. ibi — *Sepultura quando est pro Confratribus alicujus Ecclesiæ Laicorum determinata, ac fit pactum, seu taxa, ut scilicet si extraneus sepeliri velit ibi, certum quid solvat, simonia omninò indubitanter committitur, exc. Audivimus, & cap. sicut de simon.*

15. *IN CIVITATE*. Licentia eleemosynas quæritandi debet dari pro loco, in quo Societas erigitur, si enim daretur pro tota Diœcesi, esset cum præjudicio aliarum in eadem jam erectarum, & ideò non est universaliter concedenda, nisi in casu, quod non posset aliundè paupertas Societatis sublevari.

16. *ET ADMINISTRANDI*. Confratres mediante persona Officialium habent liberam administrationem bonorum Societatis, nec illis potest impediri, nec auferri, dummodo introitus non dissipent, & rationem ad formam Concil. Trident. Ordinario reddant, sic non semel, sed pluries declaravit *Sacr. Congregat. Episcop.* ut testatur Pignatell. *consult.* 71. *num.* 5. *tom.* 6. & *consult.* 15. *n.* 32. *tom.* 7. ubi resolutiones refert.

17. *CONGREGATIONES CONVOCANDI*. Sæpè solent Episcopi suis Edictis prohibere ne Confratres congregentur pro aliqua resolutione capienda sine interventu Vicarii Foranei loci, sub pœna nullitatis agendorum; quorum praxis hodiè fulcrum recipit ab auctoritate Pignatell. *qui in consultat.* 128. *per tot. tom.* 9. firmat, hanc prohibitionem juridicam esse.

18. Verùm Pignatelli opinionem nunquam sequi volui, nec sequenda alios consulam: Tum quia *Sacr. Congregat. Episcop. in una Nullius Putiniani* 21. *Augusti* 1584. rescripsit Vicario dicti loci, quod non potuerat prohibere, ne Societas Sacramenti non se congregaret, neque ullam resolutionem caperet absque sua licentia: Tum quia eo ipso, quod Confraternitas reperitur legitimè erecta, habet jus tamquam legitimum Collegium se congregandi quoties sibi placuerit absque licentia Superioris, Rot. *coram Coccin. decis.* 2174. *num.* 11. & 12. Frances *de Eccles. Cathedr. capit.* 25. *numer.* 330.

19. Nullius momenti est reflexio super quam innixus pergit Pignatell. quod nempè cum Episcopus curare, & invigilare debeat, ut bona locorum piorum fideliter administrentur, ne fraudes fiant, malis præveniendo, possit talem prohibitionem facere, quoniam malis, & abusibus, si quæ sint, & eveniant, ut arceantur, alia media sunt proponenda, & adhibenda, non autem absque delicto, & ex causa remota possibilitatis delinquendi paucorum, privandum est Collegium jure, quod sibi essentialiter competit congregandi.

20. Sicque cum talis prohibitio de jure sustineri non valeat universim pro omnibus Congregationibus, poterit Episcopus ea uti in aliqua re gravi, quæ involvit præjudicium irreparabile, vel damnum notabile, per modum tamen hortationis, & numquam sub pœna nullitati, quam infligere actibus Collegii legitimè congregati non potest: Et hæc fuit sententia clar. mem. D. mei Card. Petruccii, qui votum sum aperire jussus *à Sacr. Congreg. Concilii in una Pisauren. sub diebus* 28. *Decemb.* 1697. & 14. *Junii* 1698. ita Decretum Episcopi super gu-

bernio Confraternitatum cum hac prohibitione latum moderandum esse censuit: & Sacr. Congreg. censuram Voti approbavit.

21 Aliud enim est, quòd Episcopus per se ipsum, vel per suum Delegatum possit intervenire, & assistere Congregationibus Confratrum, etiamsi fiant in Ecclesiis, & Oratoriis Regularium, in quibus reperiuntur Societates erectæ, absque eo quod possit excludi, ut respondit *Sac. Congregat. Episcop. & Regular. in Cesenaten. 24. Novemb. 1690.* & alia Decreta refert Nicol. *in flosc. verb. Confraternitas num. 7.* Aliud est, quòd Confraternitas non possit congregari sine licentia, & præsentia Delegati Episcopi sub pœna nullitatis agendorum, quod est contra juris dispositionem; cui Episcopus non potest derogare.

22 Congregatio autem legitimè, ut moris est, intimata, & coadunata poterit determinare, & resolutionem capere, etiamsi non interveniant duæ ex tribus partibus, aut major pars Confratrum: Nam major pars Universitatis, Collegii, seu Capituli constituitur per præsentes, non habita ratione absentium, *Rot. cor. Burrat. decis. 573. num. 22. & coram Cels. decis. 85. nu. 9. impressa apud* Tondut. *qu. Benefic. tom. 2. part. 3. cap. 157. num. 56.* Dummodo tamen non adsit Statutum, quod aliud determinet.

23 Verum quoque est quòd Vota Confratrum debent dari uti ab universis, non uti à singulis, & ideò illorum consensus, vel dissensus præstitus extra Congregationem, seù Collegium non suffragatur, ut dixit *Rot. coram Burrat. decis. 225. nu. 3. & 4. coram Cavaler. decis. 193. n. 5.* si verò adsit præsens Episcopus, hic regulariter Votum dare non debet, ut respondit *Sac. Congreg. Concil. in Senogallien. 4. Junii 1701.*

24 *OFFICIALES ELIGENDI.* Officialium electio liberè ad Confratres pertinet, confirmatio autem ad Episcopum, Barbos. *in Summ. decis. Apostolic. collect. 207. num. 13.* Nicol. *in flosc. verb. Confraternitas num. 6. & 7.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 25. num. 278.* immò & electio ad eumdem pertinet, si Confratres non concordent post tertium scrutinium, *Sacr. Congreg. Concilii in d. Senogalien.*

25 *SEPULTURAM PRO CONFRATRIBUS.* Quod Episcopus concedat Ecclesiis non Parochialibus privilegium Sepulchri, probavi *in adnotat. ad Formul. præcedentem*, & communiter admittunt Sebast. Medic. *tract. de Sepult. qu. 10. n. 5.* Samuel. *eodem tract. par. 1. disput. 3. contr. 8. concl. 11. num. 19. & 20.* Undè alicui Confraternitati insigni, & benemeritæ, puta quia Ecclesiam de novo construxerit, dotaveritque, quod sit hominibus piis, & qualificatis plena, vel plura misericordiæ, & charitatis opera exemplariter, & pauperum levamine exerceat, rationabiliter poterit illud concedere.

26 *QUI EAM SIBI IPSIS ELEGERINT.* Si enim Confratres Sepulturam in Ecclesia, sivè Oratorio Confraternitatis non elegissent, sepeliri deberent in Ecclesia Parochiali, quia privilegium satis hoc operatur, ut Confratres ibi sepeliantur, ubi aliàs minimè possent, ut in terminis advertit Sebast. Medic. *tract. de Sepult. quæst. 7. nu. 41.* & declaravit *Sacr. Congregat. Concil. in Neapolitana 13. Februar. 1666. ad septimum*: Cujus Decreti exemplar, quia in hac materia mihi visum fuit notabile, hìc referre studui unà cum expositione casus, qui talis est.

Per evitare le controversie, che per cause di elezzione di Sepoltura, e di Funerali sogliono avvenire non senza scandalo de' Fedeli, sono l' E.E. V.V. supplicate dal Commendatario dell' Abbadia, e Chiesa Parochiale di San Giovanni Maggiore di Napoli per la risoluzione delli seguenti dubbii.

I. Se sia valida l' elezzione della Sepoltura, che si fà nella presenza del Paroco da chi è sano, ò infermo.

II. Se al valore dell' elezzione della Sepultura si richieda il Testamento nell' ultima volontà, overo basti, che s' elegga innanzi per altr' atto pubblico, che non sia Testamento.

III. Se sia nulla essa elezzione di Sepoltura quando si elegge etiamdio per Testamento fatto in vita, e non in morte.

IV. Se

IV. Se chi ha Cappella di sua Famiglia con Sepoltura propria, o se comprasse Cappella con propria Sepoltura, morendo senza elezzione di Sepoltura si debba sepellire nella Catedrale.

V. Se sia valida l'elezzione della Sepoltura fatta nella presenza di due, o più Testimonii.

VI. Se l'elezzione della Sepoltura fatta per nutum, e per signa in caso, che tal'uno non possa parlare, sia valida.

VII. Se li Fratelli delle Confraternità si possano sepellire nella Sepoltura della loro Chiesa non facendosi elezzione d'altra.

VIII. Se l'elezzioni della Sepoltura, le quali præsumuntur de jure, come quelle della Moglie rispetto al Marito, de' figli rispetto al Padre, e loro Maggiori, e de' Schiavi rispetto a' Padroni, e simili siano valide.

Die 13. Februarii 1666. Sacr. Congr. Concil. Trid.

Ad primum. Censuit esse validam, dummodo Parochus non attestetur ad proprium commodum.

Ad secundum. Censuit non requiri necessariò Testamentum.

Ad tertium. Censuit non esse nullam.

Ad quartum. Non esse sepelliendum in Cathedrali.

Ad quintum. Esse validam.

Ad sextum. Esse validam, dummodo sufficienter constet de voluntate eligentis.

Ad septimum. Negativè.

Ad octavum. Censuit quatenus electa non fuerit Sepultura, Uxorem in Sepulturam ultimi Viri sepelliendam, filios verò in Sepulchro majorum, Servos autem in Parochia.

Ita reperitur in registro Decretor. lib. 25. fol. 29.

Ita est A. Altovitus Secretar.

Et in alia Neapolitana --- *Sumpta occasione Decreti editi ab hac Sacr. Congregatione in alia Causa Neapolitana sub die 13. Februarii 1666. ad secundum ex pluribus dubiis propositis super materia funerum respondit --- Ad validam Sepulturæ electionem non requiri necessariò Testamentum.*

Confratres, & Consorores consueverunt collectivè, & collegialiter per publicum Instrumentum eligere Sepulturæ suæ locum in aliis Ecclesiis, & signanter Regularium in quibus eædem Sodalitates erectæ reperiuntur, absque tamen voto, juramento aut promissione de non revocando electionem, & nuper Confratres Artifices Congregationis Assumptæ erectæ in Ecclesia Presbyterorum Oratorii S. Philippi Nerii, per libellum à Sanctissimo D. N. remissum supplicarunt hujusmodi electionis Sepulturæ modum validum declarari.

Super his confecto Processu per Eminentissimum Archiepiscopum, dataque relatione, quæ in folio per manus Eminentissimorum PP. transmittitur, hediè informante tantum Capitulo Ecclesiæ Archiepiscopalis Neapolis quæritur, An hujusmodi electio Sepulturæ collectivè, & collegialiter facta sustineatur in casu de quo agitur?

27 *Die 16. Maii 1682. Sac. Congr. Concilii &c. respondit sustineri electionem Sepulturæ collectivè factam per Confratres individualiter consentientes, & die 19. Decembris ejusdem anni 1682. repropositâ hujusmodi causa, utraque parte, ore, & scriptis informante stetit in decisis*, addita clausula -- *revocabiliter tamen.*

F. Card. Columna Præfectus.

A. Altovitus S. C. C. Secr.

28 In his Decretis, quæ etiam invenies impressa post Synodũ Provincialem Neapolitanam typis editam anno 1700. notanda sunt verba in secundo posita, ibi -- *individualiter consentientes*, ex quibus datur intelligi, quod Confratres quamvis collegialiter Sepulturam eligant, adhuc non comprehenduntur hi qui nominatim & individualiter non consenserunt, cum nemo possit pro alio Sepulturam eligere quamvis hæredi, & successori, etiamsi electio esset jurata, ut declaravit altera *Congreg. Episcopor. & Regular. in Camerinen. 18. Augusti 1690.* in qua cum Homines Villarum Pontis Trabis, contractu jurato pro se ipsis, filiis, hæredibus, & successoribus Sepulturam elegissent in Ecclesia PP. Min. Conventualium dicti loci, recurrentibus Parochis, prodiit sub

dicta die resolutio. *Contractum non sustineri, & proindè Parochos non esse molestandos.*

29 Item notanda sunt alia verba, ibi -- *revocabiliter tamen*, prudenter, & scitè in secunda causæ resolutione addita; quia cum electio Sepulturæ sit pars ultimę voluntatis, & actus liber, est semper revocabilis usque ad extremum vitæ periodum, Barbos. *de Paroch. cap. 26. nu. 24.* quem sequitur Panimol. *decis. 5. adnot. 3. num. 3.* Samuel. *de sepult. tract. 1. disp. 2. controv. 1. num. 1. pag. mihi 43.*

30 Et hinc è contra infertur, quod Sepulturæ electio, facta ab infirmo, licèt posteà convaluerit, non censeatur revocata, si postea decedat non facta alia electione, ut tenet Bellet. *disq. Cleric. par. 1. de Cleric. Debitor. §. 3. nu. 29.* Et quamvis contrarium sentire videatur Ricc. *in prax. For. Eccles. par. 2. resol. 312. num. 5. & 6.* ubi dicit, quod prima opinio possit procedere, quando electio reperiatur facta in Testamento, vel Instrumento, adhuc Sententiæ Belletti standum est; quia ultima voluntas, cujus est pars electio Sepulturæ, probari potest aliundè, quàm per Instrumentum, sivè Testamentum, quod non est necessarium ad hunc effectum, ut jam declaravit Sac. Congreg. in supra relato Decreto in responsione ad secundum, & præsumitur semper durare, donec non appareat fuisse revocatam.

31 *SALVIS JURIBUS PAROCHI.* Quatenus Confratres præter Sepulturam illis concessam vellent in eorum Ecclesia, sivè Oratorio Missas solemnes canere, aut alias functiones Parochiales agere, Parochus, qui est requirendus pro licentia, non tenetur illam concedere, nisi esset impeditus, vel nollet per se ipsum gratis prædictas functiones facere *Sacr. Congr. Concil. in Lunen. Sarzanen. 27. Julii 1697. & in Ferrarien. 22. Martii 1698.*

Licentia erectionis Societatis Sanctissimi Sacramenti.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Societas Sanctissimi Sacramenti debet erigi in unaquaque Ecclesia Parochiali.*

2 *Societas Doctrinæ Christianæ debet institui saltem in Cathedrali.*

3 *Societati Sacramenti debetur præcedentia supra alias Confraternitates in Processionibus, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum.*

4 *Societas Sacramenti participat de Indulgentiis, sine alia aggregatione.*

N. Episcopus N.

In nomine ejus, qui sedet ad dexteram Patris.

CUM in nostra prima visitatione Parochialis Ecclesiæ S. N. loci N. invenerimus *numquam in ea institutam fuisse*, neque erectam Societatem Sanctissimi Sacramenti, qua possit reddi, & augeri Cultus Venerabilis, præsertim occasione delationis Viatici ad Infirmos, illam (adscitis per Nos quamplurimus dictæ Parochiæ piis viris, qui spontè, & alacriter sese in albo describi petierunt) instituere & erigere in Domino, qui Nos confortat, statuimus, prout præsenti nostro Decreto pro majori Cultu, & Veneratione Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ Societatem cum usu saccorum coloris albi, quæ in associatione ad infirmos, & Processionibus præsto sit, & inservire debeat, cum omnibus *privilegiis, & prærogativis, necnon participatione Indulgentiarum* à Summis Pontificibus hujusmodi Societatibus elargitarum,

tarum in dicta Ecclesia Parochiali N. auctoritate nostra ordinaria perpetuò erigimus, & instituimus. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli. *N. Cancellarius Episcopalis.*

ADNOTATIONES.

1 NUNQUAM IN EA INSTITUTAM FUISSE. In visitatione Ecclesiarum Parochialium curæ erit Episcopo investigandi de existentia Societatis Sacramenti; quia hæc non comprehenditur in prohibitione, quod una tantùm Confraternitas ejusdem nominis, & instituti in unoquoque loco erigatur: Immò expressè, & enixè desideratur, quod in qualibet Ecclesia Parochiali inveniatur, ut patet ex litteris Congregationis Indulgentiarum Archiepiscopo Bononien. directis, & approbatis à Paulo V. & per extensum relatis à Lauret. de Franch. *controv. par. 1. n. 231.* & propterea ubi non adest, quantum possibile erit, studeat, ut instituatur.

2 Et quod dicitur de Societate Sacramenti, ampliet Episcopus ad aliam Doctrinæ Christianæ tam Marium, quàm Fœminarum, & præsertim in Cathedrali, quia opus hoc piissimum, necessarium est, & eo indigent parvuli, & adulti, totisque viribus promovendum, juxtà commonitionem Sanctissimi Pontificis Innocent. XI. litteris circularibus omnibus Episcopis factam sub dat. 22. Junii 1686. Nicol. *flosc. verb. Confraternitas num. 2. vers. Non intelligitur.*

3 PRIVILEGIIS, ET PRÆROGATIVIS. Una ex prærogativis, qua gaudet ista Societas, est præcedentia, quæ ei debetur suprà omnes alias Confraternitates in illis Processionibus, in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum, prout declaravit *Sac. Congreg. Rituum in Vercellen.* 18. *Junii* 1695. *& in Cremen.* 3. *Augusti* 1697.

4 NECNON PARTICIPATIONE INDULGENTIARUM. Ubicumque hæ Societates reperiuntur erectæ gaudent, & participant absque alia aggregatione de Indulgentiis concessis à Summis Pontificibus Pio V. Gregorio XII. & Paulo V. De qua participatione populus à Parocho frequenter est admonendus, ut fideles lucro spirituali allecti, valeant (de eorum salute solliciti) societati ascribi, & opera illius avidiùs exercere.

Licentiæ assumendi habitum Eremiticum.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Habitus Eremiticus non debet ab Episcopo concedi, nisi bonis moribus præditis.*

2 *Eremitæ, qui susceperunt habitum de manu Episcopi, & inserviunt alicui Ecclesiæ de ejus mandato, gaudent privilegio fori.*

3 *Qui oppositam sententiam teneant referuntur.*

4 *Deputatio Eremitæ pro custodia Ecclesiæ, potest pertinere ad Laicos, sed approbatio semper spectat ad Episcopum, qui lentè procedere debet.*

5 *Eremitæ quando sint à Diœcesi expellendi.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto N. salutem, & benedictionem in Domino sempiternam.

Tibi *probis, Christianisque moribus* imbuto, & bono spiritu serviendi Deo in solitudinem ducto, & *attenta obligatione* per Te facta in actis nostræ Curiæ, quòd Nobis, & successoribus nostris obediens eris, habitum Eremiticum, quem postulasti, & ut illum deferre valeas concedimus, Eremumque cum Ecclesia N. in quo (seu qua) commorari debeas assignamus, & *in custodem, & servitio dictæ Ecclesiæ deputamus*, manesque sub obedientia Rever. Archipresbyteri loci N. nec in loco suprà assignato ultrà triduum sine licentia d. Archipresbyteri abesse nequeas sub pœnis arbitrio nostro infligendis. Declarantes Te ità per Nos approbatum, & deputatum gaudere debere *privilegiis*, quibus fruuntur, & gaudent cæteri Eremitæ tam de jure, quàm de consuetudine. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *PROBIS, CHRISTIANISQUE MORIBUS*. Primumque requisitum pro concessione habitus Eremitici sunt boni mores, & aliqua idoneitas, & aptitudo pro custodienda, & servienda Ecclesia, cui Eremita addicitur, & præficitur.

2 *ATTENTA OBLIGATIONE*. Eremitæ habentes requisita in Formula contenta, nempè si susceperint habitum de manu Episcopi, si servitio alicujus Ecclesiæ ab eodem fuerint deputati, & si vivant saltem ex pacto sub illius obedientia, gaudent privilegio Fori, & Canonis, juxtà sententiam, quam tenent Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. nu. 45. & in Summ. decis. Apostol. collect. 324. n. 2.* Fagnan. *in cap. Nullus num. 61. & 62. de for. comp.* Nicol. *Iucubr. canon. lib. 5. tit. 39. n. 109. §. 3.*

3 Et quod habeant privilegium Clericorum, dicit Glos. *in cap. Qui verè verb. Sacro 16. q. 1.* Quamquam oppositam sententiam tenentibus relatis, quæstionem in decisam relinquant Donat. *de Regular. tom. 4. tract. 14. qu. 1.* Passerin. *de stat. homin. tom. 3. qu. 188. art. 8. n. 28.*

4 *IN CUSTODEM, ET SERVITIO DICTÆ ECCLESIÆ DEPUTAMUS*. Deputatio Eremitæ pro custodienda Ecclesia potest pertinere ad Laicos de universitate cum approbatione tamen Ordinarii, *Sac. Congr. Concilii in Alban. 10. Maii 1692.* Verùm Episcopus in approbando tales homines, & præsertim Ultramontanos, qui ad nostram Italiam adventant, immò & sæpè vagantur, quàm alios alienigenas, cautè, & lentè procedat, & moram faciat, donec de moribus, religione, & vita certioretur: Nam non semel accidit, quod hi veniunt ad Nos in vestimentis ovium, intrinsecus autem, vel sunt Hæretici, vel homines perditi, facinorosi, girovagi, circumcelliones, qui Provincias lustrant in spiritu libertatis, & carnis, gulæque illecebris servientes flagitiosè vivunt.

5 Quos igitur mores Religioso habitu non correspondere, aptitudinemque servitio Ecclesiæ non habere compertum habeat, aut de eorum honestate,

state, vita, & religiositate rumor, seu suspicio sit, vel juxtà modum ab eodem Episcopo eis præscriptio, vivere renuant, & contemnant, à Diœcesi abire compellat juris remediis, ne isti Pseudomonachi bonos mores subditorum corrumpant, ut monet Text. *in cap. quidam Monachi, & cap. seqq. 16. quæst. 1.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 14. qu. 2. num. 7.*

Licentiæ assumendi habitum Tertiariæ.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1 *Habitus Tertiariæ non debet ab Episcopo concedi, nisi servatis conditionibus præscriptis à Sacr. Congreg. Concilii.*

Tertiariæ habentes requisita gaudent privilegio fori, & exemptione à gabellis.

N. Episcopus N.

Dilectæ Nobis in Christo N. salutem, & benedictionem in Domino.

UT Tu, quæ bonis moribus imbuta, bonæque frugis, & laudabilis vitæ existis, ætate annorum quadraginta constituta, propria bona, ex quorum fructibus honestè vivere vales, possides, & non cum aliis viris, quàm cum tuis consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu conjunctis habitas, prout hæc omnia Nobis prævia informatione *constare fecisti*, Tertii Ordinis Sancti Francisci habitum, quem postulasti, suscipere possis, & R. P. N. Ord. Min. in Provinciali illum Tibi conferendi licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 CONSTARE FECISTI. Antequam Episcopus licentiam concedat habitum Tertiariarum assumendi, debet sibi, vel ejus Vicario constare legitimè de omnibus requisitis, quæ sigillatim suprà expressa fuerunt in Formula, ad formam præscriptam Decretor. Sacr. Congr. Episcop. & Regular. & Sac. Congregat. Concilii, quæ per extensum referunt Donat. *prax. rer. Regular. tom. 2. tr. 17. de Soror. in sæcul. qu. 3. num 21.* Nicol. *in flosc. verb. Tertiariæ nu. 4. 5. & 6.* Barbos. *in Summ. decis. Apostol. collect. 700. n. 2.* Tertiariæ enim concurrentibus prædictis requisitis gaudent privilegio Fori, & exemptionis à gabellis, *Sacr. Congr. Immunit. in Interamnen. 10. Novemb. 1638. l. 3. Decr. fol. 77. tergo*, Nicastren. 16. *Iulii 1628. lib. 1. Decret. fol. 8. Salernitana 29. Maii 1629. l. 1. Decret. fol. 139. à tergo.*

Licentiæ publicationis Monitorii pro habendis revelationibus.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Monitoria pro habendis revelationibus non publicantur in Festis solemnioribus.*

2 *Qui non habet interesse, Monitoria pro revelationibus habendis non obtinet.*

3 Mo-

3 *Monitoria pro habendis revelationibus conceduntur in subsidium deficientibus aliis probationibus.*
4 *Qui vult Monitorium jurat aliunde probationes non habere.*
5 *Capitula Monitorialia revidentur, & approbantur ab Episcopo, sive Vicario Generali, & non conceduntur contra personas certas.*
6 *Quibus denegentur.*
7 *Revelationes debent fieri in scriptis sine juramento.*
8 *Notarii tenentur revelare Instrumenta per eos confecta.*
Notarii possunt etiam Censuris compelli ad exhibenda Testamenta, in quibus sunt legata pia.
Notarii non revelantes legata pia tenentur ad restitutionem.
9 *Qui non teneatur revelare.*
10 *Revelationes non sunt pandendæ partibus, donec non concedatur ab Episcopo publicatio, quæ debet concedi cum clausula, quod in civilibus tantùm uti debeant.*
11 *Petenti revelationes dari potest juramentum, quod illis non utetur, nisi in judicio civili.*
Revelationes, quæ continent infamiam, non debent concedi; sed monito detentore, si restituere nolit, repetitis testibus proceditur ad Censuras.
12 *Vel conceduntur nomina, & cognomina testium, quos judex Laicus compellit ad deponendum.*
Revelantes, deponentes in judicio cum juramento contrarium ejus, quod continetur in revelatione, non possunt puniri de falso.
13 *Monitoria ad finem revelandi non conceduntur à Prælatis inferioribus Episcopo, sed debent eorum subditi Sedem Apostolicam adire.*

N. Vicarius Generalis.

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. sub pœna arbitrio nostro committimus, ut receptis præsentibus, debeas tribus diebus Festivis *non ex solemnioribus* inter Missarum solemnia publicè in Ecclesia coram populo trinas publicationes facere rerum contentarum in præinsertis capitulis Monitorialibus, de quibus exponens, *cujus interest*, *nullam hucusque informationem*, nec restitutionem *habere potuit*, *quæ à Nobis revisa*, *& approbata fuere*; Et postquam factę fuerint, si aliquid Tibi pro restitutione facienda traditum fuerit, ad Nos statim transmittas, si quid verò revelatum, *ut in scriptis redigatur* coram Te à Cancellario Foraneo curabis: Revelationes autem *nemini pandas*, sed clausas, sigilloque tuo communitas festines ad Nos remittere. Datum &c.

N. Vicarius Generalis N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *NON EX SOLEMNIORIBUS*. Praxis ferè universali est, quod Monitoria sub pœna excommunicationis publicanda pro habendis revelationibus, non legantur in diebus Nativitatis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini, neque in diebus Pentecostes, & Corporis Christi, ut trandunt Nicol. *lucubr. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. post nupt. 23.* Barbos. *alleg. 96. n. 2.* Guazzin. *tamen in tr. ad defens. Animar. lib. 2. defens. 2. cap. 17. nu. 79.* tenet, quod possint etiam concedi pro dictis diebus solemnioribus.

2. *CUJUS INTEREST*. Qui non habet interesse Monitoria hujusmodi non obtinet, ut docent Ricc. *prax. For. Eccles. part. 1. resolut. 248. num. 1. & seqq.* Lazar. *quæst. Can. sect. 1. qu. 9. n. 3.*

3. *NULLAM HUCUSQVE* IN-

INFORMATIONEM HABERE POTUIT. Si enim veritas facti in capitulis exposita aliundè per scripturas, vel testes, posset haberi, tunc Monitorium non conceditur, quia datur solummodò in subsidium pro rebus occultis, & ubi deficiunt aliæ probationes, Lazar. *qu. Canon. sect. 1. qu. 9. & qu. 15. per tot.* Barbos. *allegat. 96. num. 14. & seqq.*

4. Immò in nonnullis Provinciis mos obtinuit, ut à petente litteras Monitoriales, prius juretur in actis, se via juris ordinaria minimè procedere posse contrà occupantes res, & bona, cum nec plenam nec semiplenam probationem habeat, de qua praxi Graff. *consil. lib. 5. de sent. excommun. cons. 6. num. 19.* & illam commendat Lazar. *citat. loc. sect. 1. d. qu. 15. num. 6. & quæst. 18. num. 2.* & ipse collaudo.

5. *QUÆ A NOBIS REVISA, ET APPROBATA FUERE*. Capitula Monitorialia exhibita à partibus, ab Episcopo, sivè Vicario Generali revidentur, & postquam revisa, & approbata sunt, datur scripto in calce eorumdem commissio pro publicatione. Hæc autem revisio fit debita ponderatione, & maturitate, & regulariter non admittuntur. Primò, contrà personas certas (quidquid dicat contrà communem Piasec. *prax. Episcop. part. 2. cap. 4. art. 13. num. 8.*) & ità servat Dataria Apostolica, quæ in Monitoriis in forma significavit, apponit clausulam -- *Nonnulli iniquitatis filii, quos N. significans prorsùs ignorat*.

6. Secundò, si comparens pro alio non habeat speciale mandatum Procuræ. Tertiò, si instans esset excommunicatus, vel notoriè criminosus, aut Judæus. Quartò, si res pro qua Monitorium petitur, inspecta rei, personæ, & loci qualitate, esset exigui ponderis, & momenti, Lazar. *qu. Canon. sect. 1. qu. 11. n. 1. & per tot.* Quintò, si continerent delictum, vel infamiam, aut delinquentem, ut respondit *Sacr. Congreg. Episc. in Interamnen. 22. Aprilis 1616.*

7. *UT IN SCRIPTIS REDIGATUR*: Revelationes, quæ fiunt vigore Monitorialium, debent redigi in scriptis, non autem sufficit, ut revelatio fiat oretenus, ad hoc, ut cujus interest, possit in judicio Civili illis uti, Lazar. *ubi suprà sect. 2. quæst. 3. num. 2. & 3.* Et ideò si publicatio fiat in Civitate, præcipitur in Monitorio, ut revelare debentes compareant in Cancellaria coram Curiæ Notario: Non tamen defertur revelantibus juramentum, quia cum revelationes fiant ad exonerationem conscientiæ, illud non exigitur, Lazar. *ibid.*

8. Notarii tenentur revelare Instrumenta per eos confecta, illaque edere omnibus quorum interest; quia illorum officium est publicum, Lazar. *quæst. Canon. sect. 3. quæst. 1. num. 5.* Et hinc oritur, quod ab Episcopo compelli possunt etiam censuris ad exhibenda Testamenta in ea parte, in qua continent legata pia, Bonacin. *ad præceptum 8. Decalog. disput. 10. quæst. 4. punct. ultim. num. 5.* Gavant. *Manual. Episcop. in verb. Notarius num. 15.* Leoncil. *de privil. pauper. verb. denunciatio part. 2. privil. 78. num. 2. & 3.* Et quod Notarius non revelans legata pia teneatur ad restitutionem, docet Graffius *decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 127.*

9. Non tamen Monitorio publicato tenentur revelare. Primò reus, qui rem retinet, quia nemo se infamare debet. Secundò, qui retinet scripturas privatas, quæ vel in judicio fidem non faciunt, vel damnum sibi, suisque parentibus, & consanguineis inferre valent. Tertiò Creditor, qui rem retinet pro suo certo credito, & pro compensatione. Quartò impotens ad restituendum, nisi Creditor sit in eadem necessitate. Quintò Creditor anterior, vel qui rem ritè præscripsit. Sextò, qui bona fide rem alienam pretio numerato emit à Latrone sine spe recuperandi pretium, ut docet Petr. Paul. Guazzin. *in tract. ad defens. Animar. lib. 2. defens. 2. cap. 17. à n. 65. ad 70.*

10. *NEMINI PANDAS*. Non sunt partibus pandendæ revelationes ante concessam per Episcopum, vel Vicarium publicationem, & ideò debent remitti è locis Diœcesis sigillatæ, Lazar. *ubi suprà sect. 4. quæst. 9. num. 7. & 8.* At in Decreto concessionis reve-

revelationum apponatur clausula -- *Ut instans illis non utatur, nisi pro civili interesse, & civiliter tantùm agat, aliàs revelationes ipsæ, neque in judicio, neque extrà fidem faciant*, quia in criminalibus nihil probant, ut respondit *Sacr. Congr. Episc. in Senogalien. 5. Julii 1619.*

11. Vel exigat Episcopus à petente copias revelationum juramentum, quod illis non utetur, nisi in judicio civili, sic rescripsit *Sac. Congr. Episc. Episcopo Perusino 5. Maii 1593. & Marsicano 21. Martii 1589.* Et si revelationes continerent infamiam, vel aliquid aliud, ex quo oriri posset scandalum, tutius erit illarum copiam denegare: Et tali casu monito detentore ad restituendum, si pertinaciter, & indurato corde nollet restituere, repetitis testibus cum juramento, poterit excommunicari, Januen. *prax. c. 1. num. 7. circa medium*, Lazar. *ubi suprà sect. 1. qu. 10. n. 16.* Piasec. *prax. part. 2. c. 4. art. 13. n. 19. Sac. Congr. Episcoporum in Gallipolitana 7. Junii 1594.*

12. Vel poterunt concedi nomina, & cognomina testium tantùm, qui revelarunt, quos Judex Laicus compellet ad deponendum, & hanc esse praxim Curiæ Archiepiscop. Neapolis dicit Ricc. *prax. For. Eccles. part. 1. resol. 252. n. 4. & resol. 254. num. 3.* Si autem revelantes contrarium deponerent in judicio cum examinantur cum interrogatoriis, standum esset huic posteriori depositioni, factæ cum juramento, & non primæ revelationi, nec puniri possent de falso, Felin. *in cap. cum tua de test.* Lazar. *qu. Can. sect. 2. quæst. 4. n. 6.* Hujusmodi enim testes, qui deponunt metu censurarum pro exoneratione conscientiæ de facto verisimili, probant, ut dixit Rot. *de teste unico cor. Peutinger. decis. 21. num. 30.*

13. Est hic notandum, quod monitiones, & capitula hujusmodi, non possunt decernere, nec concedere Abbates, aliive Prælati inferiores, quasi Episcopalem jurisdictionem exercentes, sed pro illis obtinendis debent eorum Subditi Sedem Apostolicam adire, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil. 22. Januar. 1598.*

Monitorii publicandi.

FORMULA XVI.

D'Ordine di Monsig. Vescovo N. (ò Vicario Generale) & ad instanza di N. *si fà canonica monitione* à tutte, e singole persone niuno eccettuato, che havessero, tenessero, & occupassero, ò chi sapesse, che altri havessero, tenessero, celassero, & occupassero qualsivoglia sorte di Beni spettanti, & appartenenti agli Eredi di N. come Terreni, Possessioni, Case, Vigne, Prati, Crediti, Censi, Animali, Mobili, Massaritie di Casa, panni di lino, lana, ò di seta, grano, vino, orzo, legumi, oro, argento monetato, e non monetato, gioje, perle, anelli, ferro, stagno, piombo, ottone, rame, e qualsivoglia sorte di metallo, ò ferro, scritture publiche, e private, ò Libri stampati, ò scritti, & ogni altra cosa spettante à N. che quelli, che le ritengono, & occupano, debbano intieramente restituirle al detto N. e chi lo sà rivelarlo in scritto avanti N. nel termine di giorni quindeci, assegnandosi cinque giorni per il primo, cinque per il secondo, e cinque per il terzo ultimo, e perentorio termine, quale spirato, si verrà alla fulminatione della scommunica. Volendosi però, che le rivelationi se accaderà, che siano fatte, non possano servire, se non che per l'interesse, e giudizio Civile.

ADNO-

ADNOTATIO.

SI FA CANONICA MONITIONE. Facta promulgatione Monitorii, & deindè relatione Episcopo in scriptis, si nullæ fuerint datæ revelationes, vel tantùm una, aut duæ, antequam ad excommunicationis Sententiam procedatur, solent Episcopi iterum Parocho præcipere, ut renovet publicationem cum termino aliorum octo dierum, & quatenus nemo alius compareat, parte instante proceditur ad fulminationem Sententiæ, quæ sequenti Formula, aut simili concipitur.

Fulminationis Sententiæ.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Quid servet Parochus in publicatione excommunicationis contrà non revelantes.*
2 *Qui sint effectus excommunicationis.*

Noi N. Vescovo N. (ò Vicario Generale.)

COll'autorità ordinaria c' habbiamo da' Sacri Canoni, e dal Concilio di Trento *scommunichiamo* tutte quelle persone di qualsivoglia stato, grado, e conditione si siano, che non sono comparse nel termine, e termini loro prefissi a fare la restitutione, ò rivelatione delle cose contenute, & espresse nel già detto Monitorio in ogni luogo, che si troveranno, dichiarando, che tutte le predette persone, come sopra, scommunicate come membri putridi, e separati dalla communione de' fedeli sono privi, incapaci, & indegni d'ogni bene spirituale, e della participatione delle buone opere, & in essa scommunica stiano fin tanto che usciti dal peccato colla restitutione, ò revelatione meritino d' essere assoluti. Dato &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale N.)

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *SCOMMUNICHIAMO.* Parochus, vel alius Ecclesiæ Rector, dum publicè in Ecclesia Sententiam excommunicationis fulminat, tenet manibus candelam accensam, & in fine candela in terram projecta, & extincta, pedibus eam conculcat, interim campana Ecclesiæ paulatim pulsante, juxtà formam traditam à *Joanne XXII. in Extravag. commun. unic. de furt.*

2 Ut autem populus effectus excommunicationis pertimescat, & cœremoniarum Ecclesiæ significationem percipiat, Parochus post publicatam Sententiam, immediatè illum instruat. Primò, quod ipse Sacerdos Christum repræsentat excommunicantem. Secundò, quod projectio candelæ, & ejusdem extinctio, & campanæ pulsatio, excommunicatum quasi

quasi mortuum significat, utpotè à Christi corpore, tamquam palmitem à vite præcisum. Tertiò, quod conculcatio candelæ pedibus facta, patefacit, excommunicatum sic ab Ecclesia ejectum, traditum esse Dœmoni torquendum, & ab eodem, & Angelis ejus in Inferno conculcandum, nisi resipiscat. Quartò, quod excommunicatus in hac vita inservit Diabolo, qui potestatem habet in eo, sicut in pecore, & utitur eo, sicut rusticus asino.

Licentiæ celebrandi Missam pro Sacerdote alienæ Diœcesis statim non discessuro.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Licentia Missam celebrandi in Diœcesi, Presbyteris exteris, quibus conditionibus sit concedenda.*

N. Vescovo N.

COncediamo licenza di celebrare la Santa Messa nelle Chiese di questa Città, e Diocesi (eccettuate le Chiese delle Monache) al R. D. N. d'età d'anni .... Sacerdote della Diocese N. come consta per lettere commendatitie del suo Ordinario in data delli .... esibite nella nostra Cancellaria, *colle infrascritte conditioni*.

Che non habiti in case dove siano Donne; Non tenga Serva, ò Massara in casa sua benche Parente, senza nostra licenza in scritto.

Che nelli giorni Festivi assista nella Chiesa Parochiale, sotto cui sarà la sua habitatione, alle Messe cantate, e Funzioni solenni.

Che debba confessarsi sacramentalmente almeno una volta la Settimana, e notarsi ogni volta, che celebrerà Messa, nel Libro della Chiesa ove avrà celebrato.

Che porti la chierica, e tonsura decente de' capelli, e celebri sempre in Città con veste talare sotto pena di sospensione à Divinis, intendendosi proibite per quest' effetto le vesti finte, e lacere.

Che nella renovatione della presente licenza debba portar fede giurata del Parocho, ò del Confessore d'aver adempite le dette condittioni, e d'essere vissuto esemplarmente, altrimente non gli si concederà altra licenza, e la presente vaglia per sei mesi. In fede &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

Luogo ✠ del Sigillo. *N. Cancelliere Vescovale.*

ADNOTATIO.

1 *COLLE INFRASCRITTE CONDITIONI*. Conditiones, quæ includuntur in hac Formula licentiæ pro Sacerdotibus exteris, & ad tempus commoraturis in Civitate, aut alio loco Diœcesis, sunt valdè utiles ad explorandos mores Presbyterorum vagantium, & sæpè adventantium ex causa non bona, à Diœcesibus conterminis: Undè Episcopus in praxi ab illis non recedat, quia ipsum non pœnitebit servasse.

Licentiæ fundandi Monasterium.

FORMULA XIX.

SUMMARIUM.

1 *Regulares Sancti Francisci Ordinis Minoris Observantia Mo-*

Monasteria non possunt erigere sine consensu Diffinitorii Provinciæ.

2 *Ordinarius non potest concedere licentiam nova Monasteria fundandi, nisi servata forma Const. Apostolic. Clem. VIII. & Gregor. XV. & Urbani VIII.*

3 *Constitutiones Apostolicæ pro erigendis novis Conventibus sunt servandæ etiam extrà Italiam.*

4 *Neque in translatione Conventus, qui fit in alio situ ejusdem loci.*

5 *Etiamsi fiat propè alium Conventum non servata distantia à privilegiis opponentium requisita, & n. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Declaratur Decretum contrarium.*

11 *Nec servandæ sunt in Domibus Congregationum Presbyterorum sæcularium collegialiter viventium.*

12 *Item servandæ sunt in erectione Conventuum tam Regularium Mendicantium, quàm non Mendicantium.*

13 *Item in reassumptione Conventus antea derelicti.*

14 *In reassumptione Conventus derelicti, non reassumuntur jura præcedentiæ, nisi expressè concedantur.*

15 *Hospitia Regularium non sunt toleranda, nisi servatis conditionibus præscriptis à Sacra Congregatione, & num. 16.*

17 *Non tamen servandæ sunt dictæ Constitutiones in erectione Monasteriorum Monialium, & n. 18.*

19 *Conservatoria non fundantur, neque eriguntur, sed tolerantur, & afferuntur exempla, & n. 20.*
Conservatoria licèt visitentur ab Episcopo non per hoc censentur approbata.

21 *Quæ sint observanda in erectione Conventus Monialium.*

22 *Moniales debent stare sub jurisdictione Ordinariorum, & afferuntur exempla n. 23. 24. & 25.*

26 *Monasterii unius fundatio acquirit antianitatem pro aliis Monasteriis ejusdem Ordinis.*

27 *Religiosi Ordinis S. Francisci non possunt in fundatione recipere assignamenta pro victu, neque legata perpetua Missarum.*

28 *Regulares, qui bona possident in communi, licèt privilegio Mendicantium gaudeant, possunt ad novam Conventus fundationem admitti cum obligatione non quæstuandi.*

29 *Et etiam cum obligatione, & prohibitione acquirendi stabilia, etiam sine Beneplacito Apostolico.*

30 *In concessione licentiæ pro nova fundatione Conventus præservanda sunt jura Parochi.*

31 *In fundatione novi Conventus exigitur simul consensus Ordinarii, & Sedis Apostolicæ.*

32 *Licentia fundandi nova Monasteria potest dari à Vicario Generali, nisi habeat speciale mandatum.*

33 *Fundationes Cappuccinarum non admittuntur sine certo, & perpetuo Assecuratore.*

34 *Assecuratores debent esse loca pia: At aliquando admittuntur etiam personæ particulares facultatibus idoneæ, & afferuntur exempla.*

35 *Moniales non debent habere prospectum in Ecclesiam sæcularium, nec Regularium virorum.*

N. Episcopus N.

TIbi R. P. N. Ordinis N. Provinciæ N. Provinciali, ut unà cum Diffinitorio, *cujus consensum exhibuisti*, ac servatis in reliquis Constitutionibus Ordinis, *constito* Nobis duodecim Religiosos tuæ Religionis commodè sine aliorum detrimento sustentari posse, Monasterium, seu Conventum in loco N. hujus nostræ Diœcesis *extruere*, & *fundare possis*, sine tamen præjudicio *Ecclesiarum Parochialium* dicti loci, ac nostræ Cathedræ, licentiam, & facultatem, *quantum ad Nos spectat*, concedimus, & consensum præstamus,

dummodò aliquid revelans, quod fundationi obstare possit, non superveniat. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *CUJUS CONSENSUM EXHIBUISTI.* Apud Minoritas Observantes, nova Monasteria non eriguntur, neque jam erecta deferuntur sine consensu Diffinitorii Provinciæ, ut testatur Lantusc. *in Theat. Regular. verb. Conventus num. 6.* & propterea si agatur de fundatione Monasterii hujus Religionis, consensu Diffinitorii non exhibito, non erit locus erectioni, quamvis cætera requisita concurrant, *Sac. Congreg. Episcop. in Aquinaten. pro loco Arcis 12. Februar. 1694.*

2. *CONSTITO NOBIS.* Licentia Ordinarii pro novis erigendis Monasteriis, præsertim mendicantium, non est concedenda, nisi constito, quod Religiosi de novo introducendi possint absque præexistentium detrimento congruè sustineri, & servata forma Constitutionum Apostolicarum Clem. VIII. & Gregorii XV. ut tradunt Pasqualig. ad Lauret. de Frac. *par. 1. n. 421.* qui propositionem hanc sic firmat-- *Cum autem debeat Ordinariis constare de commoda substentatione absque præexistentium detrimento, si verè non constaret, nulliter procederent concedendo erectionem, & graviter peccarent, nam in re gravi violarent Constitutionem Pontificiam.*

Idem similibus verbis firmat quoq; Ventrigl. *prax. rer. notabil. p. 1. adnotat. 18. n. 10.* ibi-- *Nota primò, quod Episcopus, vel alius ordinarius, non debet concedere licentias pro erectione novorum locorum, nisi servata forma prædictarum Constitutionum, & signanter, non nisi eis constito, quod in loco erigendo duodecim Religiosi ali, & inhabitare possint, & nu. 22.* ibi -- *Nota tertio in hujusmodi novis erectionibus debere constare Ordinariis, Religiosos in statuto numero duodecim posse absque detrimento aliorum Regularium intrà distantiam quatuor milliarium commodè, & congruè manutenerí.*

3. Constitutiones autem, de quibus hìc sermo est, innovavit, & iterum servari mandavit Urb. VIII. sua Bulla impressa *in tom. 4. Bullar. la 25.* quæ servandæ sunt non solùm in Italia, sed etiam in aliis Provinciis ultrà Montes, ut declaravit *Sacr. Congreg. Propagandæ Fidei de anno 1638.* teste Nicol. *in flosc. verb. Conventus n. 1.* & iterùm roboravit Innoc. X. Constitutione, quæ incipit *Instaurandæ §. 5.* & omnes in Appendice hujus Operis per extensum dabuntur.

4. *EXTRVERE, ET FVNDARE.* Non sunt enim prædictæ Constitutiones servandæ in translatione Conventus, qui fit in alio situ ejusdem loci, vel ob periculum ruinæ fabricæ Conventus antiqui, vel in salubritatem aeris, vel aliud grave incommodum; quia hæc non dicitur nova fundatio, & oppositiones aliorum Regularium obstare non valent sic respondit *Sac. Congreg. Episcop. in Gerunden. 19. Septembr. 1687.* his verbis-*Sacra &c. in causis, & causis vertentibus inter Fratres Carmelitas Calceatos Civitatis Gerunden. ex una, & PP. Societatis Jesu, Carmelitas Excalceatos ejusdem Civitatis, & litis consortes partibus ex altera, de, & super translatione, fundatione, & constructione Ecclesiæ, & Conventus dictorum Fratrum Carmelitarum Calceatorum in Domibus de Abrich per ipsos inhabitatis, partibus auditis, referente Eminentissimo S. Ceciliæ censuit, & declaravit, supradictæ translationi, fundationi, & constructioni Ecclesiæ, & Conventus eorumdem Fratrum Carmelitarum Calceatorum in præfatis Domibus de Abrich, Constitutiones Apostolicas non obstare.*

stare. Cujus Decreti exemplar authenticum habeo.

5. Verumtamen si translatio fieret ad situm, in quo reperirentur constructi alii Conventus, qui privilegium habent, quod nova Monasteria non erigantur, nisi servata certa distantia, dubium oriretur, an Regulares præexistentes possent se opponere translationi? Nam cum aliàs contigisset casus inter PP. Cappucinos, & Min. Observantes Corleonis Diœcesis Montis Regalis, Sac. Congreg. Episcop. sic respondit--*Sacra, &c. ad relationem Eminentissimi Cæsarini, utraque parte informante, iterùm negocio maturè discusso, censuit Constitutiones, & Decreta Apostolica super novorum Conventuum erectionem edita, etiam in qua parte disponunt de distantia servanda inter Conventus jam erectos, & erigendos, non habere locum cum mutatur situs Conventuum jam erectorum in eodem loco ac proinde standum esse in decisis, præmissis, cæterisque contrariis non obstantibus Romæ* 9. *Maii* 1642. cujus Decreti exemplar est apud me pariter authenticum.

6. In alia verò Panormitana inter PP. Olivetanos, & PP. Carmelitas Calceatos, in qua opponebatur distantia novæ fabricæ Conventus transferendi, ad relationem clar. mem. Petrucci sub die 1. Junii 1696. respondit--*Non esse locum translationi*.

7. Et in Argentina inter PP. Cappucinos, & PP. Minores de Observantia Reformatos, in qua pariter opponebatur intercapedo novæ fabricæ, ad relationem Card. Denkoff. sub die 28. Martii 1697. censuit -- *Esse locum translationi facto verbo cum Sanctissimo*.

8. Et, denum, quod translatio Conventus non sit licita, non servata distantia juxtà privilegia aliquarum Religionum, quatenùs fiat oppositio, tenent Donat. *prax. rer. Regular. tit. de Monaster. ædific. tom. 1. par. 2. tract. 1. quæst. 26. num. 6. 7. & 8.* Passerin. *in cap. unico num. 87. de excess. Prælat. in sexto*, qui Authores plura Decreta allegant, quibus eorum opinio comprobata remanet, Pignatell. *cons. 12. tom. 10.*

9. Ast horum sententia licèt de juris rigore videatur verior, ex eo quia privilegiis de distantia ex diversa causa concessis nullibi derogatum appareat: Nihilominùs, ut experientia demonstrat, non servatur in magnis Civitatibus, non solùm quia privilegia hujusmodi sunt antiquata, sed etiam quia de æquitate, quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedere compelleris, *l. 2. §. Item varrus, ff. de acqu. plur. arc.* & magna æquitas temperat rigorem juris, ut loquendo de servitutibus dicit Tusch. *litt. P. conclus. 863. n. 12.* Præjudiciaque non ex ista nova causa, sed à jam præexistenti proveniunt.

10. Sicque tenendum arbitror, quod quando nova fabrica non extollatur ad æmulationem, aut indè notabile præjudicium luminibus vicinæ non inferat, vel servitutem intolerabilem prospectus non inducat, aut imponat, Regulares præexistentes non possint se opponere translationi, quamvis distantia à privilegiis requisita non servetur; & hoc probant Decreta suprà relata in Montis Regalis, & in Agrigentina; quibus contrarium non est aliud emanatum in Panormitana, quia Olivetani, qui translationem postulabant succubuerunt, non quia unicè eis obstaret distantia opposita à Carmelitanis, sed præcipuè quia Ordinarius assensum translationi non dederat: ut patet ex toto integro rescripto in Voto dictæ Causæ extenso tenoris sequentis--*Non esse locum translationi, & scribendum Archiepiscopo juxtà mentem, & mens est, quod exquiratur præcisa mens, & voluntas Archiepiscopi*.

11. Neque sub lege dictarum Constitutionum comprehenduntur Congregationes Presbyterorum secularium collegialiter viventium, & sola auctoritate. Ordinarii fundatę, & erectæ, ità decisum refert Nicol. *in flosc. verb. Conventus n. 1.* ibi--*Sub Decreti super erectione novorum Conventuum non comprehenduntur Congregationes Presbyterorum sæcularium in communi viventium, erectę auctoritate ordinaria* 1623. *Capaccio* 13. *Januarii*; Et hanc sententiam tenuit quoque *Sac. Congregat. Concil.* 9. *Augusti* 1625. *Ex lib. 12. Decret. fol.* 298. & fusè tuetur (contraria explosa) Passerin. *in cap. unico num. 35. & seqq. de excess. Prælat. in sexto tom. 3. pag. mihi* 369.

12. Verùm è contra ſervanda ſunt in erectione Conventuum Religioſorum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, quia præjudicium præexiſtentium conſideratur non tantùm quoad quæſtum, ſed etiam quoad receptionem Sacramentorum, & ex quocumque alio capite reſultans, Paſqualig. ad Franch. *part. 1. qu. 22. n. 480.* Pignat. *conſult. 179. nu. 41. & 42. tom. 1.* & à PP. Societatis Jeſu, ut probat Fagnan. *in cap. Non amplius n. 52. & 53. de inſtit. Sac. Congregat. Epiſ. in Montis Regalis 21. Aprilis 1690.*

13. Item ſervanda ſunt ab illis Regularibus, qui redeunt ad Monaſteria, quæ anteà dereliquerant, ut reſpondit *Sac. Congreg. Epiſcop. Archiepiſcopo Turritano 17. Novembris 1617.* his verbis--*Cum Archiepiſcopus Turritanus ſacram hanc Congregationem conſuluiſſet, an in reaſſumptione Conventuum Fratruum Minorum de Obſervantia ſuæ Diœceſis, quos ipſi jam pridem deſeruerant, ſervandum ſit Decretum fel. record. Clemen. Papæ VIII. ſuper novorum Conventuum erectione editum, Illuſtriſſimi ejuſdem Congregationis PP. id omninò ſervandum eſſe cenſuerunt.*

14. Et hinc oritur, quod in reaſſumptione Conventus derelicti, & poſteà ex gratia reſtituti, non reviviſcunt jura præcedentiæ, quibus anteà Regulares illius potiebantur ſuper alios exiſtentes in loco: Niſi fortè reſtitutio concederetur ex juſtitia, vel etiam ex gratia, ſed plenariè quoad omnia: Cæterùm ſi Regulares reſtituantur ſimpliciter ad locum, præcedentia in Proceſſionibus, & aliis actibus, debetur præexiſtentibus, quia talis reaſſumptio, ſeu reſtitutio habetur pro nova fundatione, *Sac. Congregat. Rituum in Senogallien. Præcedentiæ referente Eminentiſſimo Pamphilio 21. Januarii in prima, & 1. Septembris 1696. referente in ſecunda Cauſæ propoſitione clar. mem. Card. Petruccio.*

15. Item, non ſolùm Decreta Apoſtolica ſervanda ſunt in fundatione Conventuum, ſed rigidius in aperitione Hoſpitiorum, quæ permitti nullatenus debent ab Ordinariis, (poſtquam Regulares obtinuerint licentiam à Sacra Congregatione) niſi ad unguem ſervatis conditionibus pro Hoſpitiis præſcriptis in ſequenti Decreto emanato in Cauſa Calagurritana de Bilbao, quod eſt--*Patres Carmelitas Diſcalceatos poſſe continuare in Hoſpitio, vel potiùs ipſum reducere ad Hoſpitium Sæculare cum habitatione, quæ tantummodò deſerviat pro recipiendis Religioſis itinerantibus, quod in illo nulla ſervetur forma Regularis, non erigatur Eccleſia, ſeu Oratorium formale cum Janua in publica via, ſed tantùm Oratorium internum ad effectum inibi Miſſas, & Orationes privatas pro eorum ſpirituali uſu tantum celebrandi. Quod in illo Sacramenta non adminiſtrentur, nec fiant publicæ Conciones, nec Divina, aliæque functiones peragantur, non tumulentur Cadavera, nec retineatur campana, nec aliquod ſignum, quod vero Conventui adaptetur, & tranſcendat naturam, & conditionem meri, & ſimplicis Hoſpitii Sæcularis, addita prohibitione quæſtuandi, necnon quod Regulares ad illud ſe transferentes non aſſumant titulum Præſidentis, vel alterius Officialitatis, ſubjiciendo ulteriùs in caſum contraventionis ipſo facto pœnis contrà Religioſos degentes extra Clauſtra, non obſtante quacumque exemptione, aliiſque arbitrio Sac. Congreg. Et quod ſuper obſervantia præmiſſorum Provinvialis, & Diffinitorium validè ſe obligent coram Epiſcopo, qui Inſtrumentum dictæ obligationis ad eamdem Sac. Congregat. tranſmittat. Romæ decimaquinta Septembris 1690.*

16. Hanc Hoſpitii legem eadem *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular.* ſervari mandavit *in Atrien. Hoſpitii à PP. Diſcalceatis S. Auguſtini 31. Auguſti 1691. & in Veliterna à Carmelitis Diſcalceatis 5. Decembris 1692. in utraque referente clar. mem. Card. Petruccio.* Undè ſi Epiſcopus in ſua Diœceſi Regulares contrà præſcriptam formam hoſpitari reperiat, utatur jure ſuo, & Sac. Congreg. inſtructam reddere feſtinet.

17. An verò cenſura dictarum Conſtitutionum comprehendat fundationes Monaſteriorum Monialium: Tambur. *de jur. Abbat. diſput. 33. quæſt. 1. per tot.* Donat. *de Regular. tom. 1. par. 2. tract. 1. quæſt. 21. pariter per tot.* tenent, quòd ſic.

Sed

Sed tu unà cum Pasqualig. *ad controv. de* Franch. *par.*1 *n.* 478. & 489. contrarium sequere, sicuti & ipse sequor. Quia Monasteria Monialium non fundantur in paupertate, sed cum assignatione, & redditibus certis, qui sufficiant pro illarum manutentione; cessatque omne aliud prejudicium à Constitutionibus Apostolicis, & DD. consideratum tàm quoad quæstum, quàm quoad perceptionem Sacramentorum, ac eleemosynarum pro Missis, necnon Sepulturæ.

18 Et hanc sententiam verissimam esse demonstrat praxis Sacr. Congr. quæ requisita Constitutionum Apostolicarum, de quibus nunc loquimur, non exigit pro Monialibus, sed habita informatione, & consensu Episcopi Ordinarii, ac constito fabricam Monasterii esse capacem, & in omnibus suis partibus absolutam, dotemque esse tutam, ac sufficientem saltem pro duodecim Monialibus, concedit gratiam fundationis, nemine alio vocato, ut decies, & vigesies per spatium 14. annorum, vidi, præ manibus Decreta habui, & extendi.

19 Conversatoria autem Puellarum, quæ collegialiter vivunt absque Votis solemnibus, & Clausura, non eriguntur, neque fundantur, sed tolerantur ad custodiendam honestatem Puellarum pauperum Virginum, ac Patre, vel Matre carentium: Et ideò pro his fundandis, neque pro illorum gubernio non expediuntur Decreta Sac. Congregat. sed liberè relinquuntur sub cura Ordinariorum locorum permissivè: Et exemplum habemus *in una Imolen.* in qua cum PP. Olivetani Beneplacitum Apostolicum postulassent pro alienatione Ecclesiæ S. Matthæi cum Horto, & Domuncula ruinam minantibus, in Tertiarias S. Dominici pro fabrica Conservatorii, & Ordinarius favorabiliter informasset, *sub die* 20. *Februarii* 1693. *ad relationem clar. mem. Card. Petrucci*, fuit responsum -- *Dilata, & informent omnes, & ad mentem. Mens est, quod Sac. Congr. non approbat Conservatoria neque expressè, neque tacitè, sicuti eveniret, si concederetur Beneplacitum.*

20 In Congregatione Concilii 14. Februarii 1699. cum exponeretur sic -- *In Civitate Panormi adsunt plures Congregationes Mulierum sub habitu, & regula Sanctæ Mariæ de Mercede, Divi Dominici, & S. Theresiæ Vota simplicia dumtaxat emittentium, & nullam habentium obligationem perpetuæ Clausuræ. Ad instar istarum congregatæ de anno* 1697. *nonnullæ piæ, & devotæ Mulieres cum licentia Archiepiscopi in quadam privata Domino animo ducendi vitam communem sub regula, & ordine Visitationis B. Mariæ Virginis à Divo Francisco Salesio instituto, supplicarunt nuper Sanctissimo pro facultate tam induendi habitum dictarum Monialium cum sola emissione Votorum simplicium, quàm erigendi Cappellam, seu Oratorium pro Missis ibidem audiendis, Sacramentisque recipiendis absque necessitate accedendi ad Ecclesiam PP. Oratorii, sub quorum directione degunt. Remissis autem precibus ad hanc Sacr. Congregat. pro Voto datæ fuerunt litteræ ad Archiepiscopum, qui exposita confirmat, & censet posse in omnibus indulgeri;* undè exquiritur in præsenti Congregatione -- *An, & quomodò petitæ facultati sit annuendum.* Sacra Congregatio respondit -- *Negativè.* Et meritò, quia hujusmodi Congregationes Mulierum sunt contrà dispositionem Bullæ Pii Quinti. Quibus autem istæ Virgines collegialiter viventes sint capaces, vide Cyriac. *controv.* 504.

Et licèt Conservatoria hujusmodi ab Episcopo visitentur, non per hoc censentur approbata, *Sacr. Congreg. Concil.* 1608. apud Nicol. *lucubr. can. lib.*3. *tit.* 29. *de visit. ampl.* 11.

21 In erectione autem Monasterii Monialium Episcopus antequam consensum præbeat, præ oculis habeat sequentia. Primò, quod bona pro Dote fundationis assignata sint tuta, & sufficientia pro vita communi. Secundò, quod non erigatur in loco parvo, & in quo copia Confessariorum non adest, vel nisi Moniales sint tam facultosæ, ut exterum Confonfessarium valeant sustentare, Sacr. Congregat. Episcop. 13. Septembris 1583. Tertiò, quòd non erigatur propè Monasteria Virorum, juxta dispositionem *Canon. Monasteria puellarum* 18. *quæst.* 2. & Decreto-

cretorum noviſsimorum *in Aſculana 5. Maii 1690. & in Brunduſina 16. Januarii 1693.* Quartò, quod fundator Monaſterii poteſt in limine fundationis apponere conditiones ſibi bene viſas, quamvis juri communi contrarias, & dummodo non ſint turpes, & contra bonos mores, vel jura ſibi non reſervet, quibus ſit incapax, puta eligendi Abbatiſſam, gloſ. *in cap. nobis verſ. vel expen. de jur. patr.* Add. ad Buratt. *deciſ. 1. num. 15.* & ideò tenetur Epiſcopus illas admittere, ne laici à fundationibus retrahantur, *cap. Eleutherius 18. quæſt. 2. clem. quia contingit de relig. Dom.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. n. 47. 102. & 103.* Barboſ. *ſupra Concil. cap. 9. ſeſſ. 22. de refor. n. 27. & 28.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 32. num. 14. & 15.* Quintò, quod Moniales cujuſvis ordinis, & regulæ ſint, debeant ad evitandas diſſentiones, & jurgia ſubjacere juriſdictioni Ordinarii, non autem Regularium, ſine qua conditione conſtanter conſenſum dare renuat; quia hæc conditio, quod novæ Moniales ſubjacere debeant juriſdictoni Regularium, & non proprii Ordinarii, cui de jure defertur, *cap. cognovimus 18. quæſt. 2.* inter injurioſas reponenda eſt, & privatorum diſpoſitio non debet, nec poteſt generalem Conſtitutionem Canonum immutare, Innoc. *in cap. Lateraren. num. 5. de præb. & dignit.* Piaſec. *prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. art. 5. de viſit. benef. ſimplic. num. 9.* Paſſerin. *in cap. religioſus, §. ſanè num. 106. & ſeqq. de teſtam. in 6.* Sextò, quod præfigatur numerus Monialium, *Sacr. Congr. 27. Maii 1603.*

22 Et non tantùm expedit, quod Monaſteria Monialium de novo erigenda ſubjiciantur locorum Ordinariis, ſed etiam jam fundata, ut meliùs clauſura cuſtodiatur, & non ſolum id petentibus Monialibus, ut evenit *in Orilien. 18. Auguſti 1690.* contrà Auguſtinianos, *in Malacitana 21. Martii 1697.* contra eoſdem, *in Januen. 24. Januar. & 13. Martii 1698.* contra Min. Obſervantes, *& in Vicen. in Hiſpania 18. Februar. 1701.* contra Carmelitanos Calceatos, in quarum ultima exempte fuerunt Moniales a juriſdictione Regularium non obſtante fundatoris diſpoſitione, ſed etiam ex officio auctoritatem habentis, & ad omnem ſimplicem recurſum, & querelam mali regiminis, quia eſt materia favorabilis, & fit reditus ad jus commune, *d. cap. cognovimus 18. quæſt. 2.*

23 Ad quod prudenter animadvertens *Sacr. Congreg. in una Salernitana pro Univerſitate Terræ Ebuli*, in qua petebatur reſtitutio Monaſterii Monialium derelicti, & extincti uſque de anno 1633. ob defectum perſonarum, quod ſubjiciebatur regimini Monachorum Caſsinenſium, conſtito, quod redditus multiplicati aſcendebant ad ſcutor. 400. annua in bonis ſtabilibus, ad relationem Eminentiſsimi Card. Colloredi 13. Februar. 1692. fuit conceſſa reſtitutio cum clauſula --- *Dummodo Monaſterium ſub juriſdictione immediata Archiepiſcopi remaneat.*

24 Et in alia *Pampilonen.* ad relationem clar. mem. Card. mei Petruccii noluit fundationem pro Monialibus Recollectis excalceatis approbare, ex quo juriſdictioni PP. Min. de Obſervantia ſe ſe ſponte ſubjiciebant, ſed juſsit ſcribi Ordinario juxta inſtructionem dandam à Cardinali Ponente, ſub die 20. ejuſdem menſis Februarii 1699.

25 Et ejuſdem ſenſus fuit Sac. Congr. Concilii, quæ de menſe Maii 1699. ſequendo votum traditum ab eodem Card. Petruccio *in alia Ulyſſiponen.* novam fundationē Conventus pro Monialibus Conceptioniſtis conceſsit, & approbavit ſub conditione, quod juriſdictioni Ordinarii plenariè ſubjicerentur.

26 Modoque redeundo ad erectionem Conventuum virorum notandum eſt, Primò, quod fundatio unius Monaſterii acquirit antianitatem pro aliis Monaſteriis ejuſdem ordinis, licèt poſteriùs, & recenter fundatis, Lantuſc. *theatr. regular. verb. præcedentia num. 11.* Pignatell. *conſult. 19. num. 13. tom. 4.* Card. de Luc. *de præeminen. diſc. 25. num. 5.*

27 Secundò, quod in fundatione Conventuum Min. de Obſervantia, Reformatorum, Recollectorum, & Capuccinorum Ordinis, & Regulæ S. Franciſci, non debent recipi, nullòque modo admitti obligationes, & præſtationes annuæ

nuæ Universitatum, aut particularium Benefactorum, neque legata, & onera perpetua Missarum, aliudque assignamentum pro manutentione Religiosorum introducendorum; quia horum omnium sunt hi penitùs incapaces, nec absque culpa gravi, & violatione Regulæ, hæc recipere, aut possidere sub quovis palliato nomine possunt. Etenim Beatissimus Franciscus suam Religionem in vera paupertate fundavit, & vult, & præcipit, quod ejus filii, & sequaces, amplectantur regulam sine glosa, & in dies ex ostiaria mendicitate vivant, ut observat Carol. Ant. de Luc. *ad Ventrigil. part.* 1. *adnot.* 1. §. 4. *n.* 3. & plenissimè declaravit Rot. *in Turritana legatorum sub diebus* 10. *Januarii* 1695. *&* 6. *Aprilis* 1696. *cor. Emerix*, cujus votum exquisierat, & exequi postea mandavit *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. sub die* 24. *Maii* 1697.

28 Tertiò, quod cæteri Regulares, qui possessionis bonorum, & annuorum reddituum capaces sunt, quamvis Ordinum Mendicantium sint, possunt ad novas fundationes admitti, recepta eorundem obligatione non quæstuandi, ut admisit *Sac. Congreg. Episc. in Tortonen. pro PP. Scholarum Piarum ad relationem clar. mem. Card. Petrucci sub die* 4. *Julii* 1692. in qua rescripsit --- *Annuendum fundationi cum strictissima obligatione non quæstuandi*.

29 Immò, quod possint admitti cum prohibitione acquirendi stabilia, etiam absque beneplacito Apostolico, probat Nicol. *lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 31. *de regular. post num.* 16. *vers. opinio Bussembau.* quam sententiam non solum libenter sequor, sed optarem quod id, quod est facultatis, fieret provisione, & Decreto Apostolico tàm pro erigendis, quàm pro jam erectis, necessitatis. Quia cum Regulares possidentes, & Collegia habentes, ubique terrarum diffusi, majorem partem facultatum, & substantiarum sæcularium jam absorbuerint, adeò ut hodiè laici Universitatum, & locorum pane indigeant, ne calamitatibus, & miseriis (quæ hac nostra tempestate justo Dei judicio inundaverunt faciem terræ) magis in dies premantur, necessariò super hoc consulendum, & providendum videtur.

30 *SINE TAMEN PRÆJUDICIO ECCLESIARUM PAROCHIALIUM.* Jura Parochialia præservanda sunt, ne Parochi jam ob multitudinem Regularium ad nihilum redacti, & quasi ob exiguam partem antiquarum præeminentiarum, quam hodiè retinent, contempti, Curam negligendo, etiam mendicare cogantur, prout præservari jussit *Sac. Congregat. in Tiburtina fundationis Conventus* 28. *Febr.* 1698. *referente Eminentissimo Acciajolo*.

31 *QVANTUM AD NOS SPECTAT.* In novis fundationibus non solum exigitur consensus Ordinarii sed etiam Sedis Apostolicæ copulativè, & tàm intrà, quàm extra Italiam, & ultrà Montes, prout firmavit Rot. *coram Celsi. dec.* 60. *& num.* 97. *& in Cæsaraugustana fundationis Conventus* 18. *Maii* 1657. *coram Bevilacqua*; quod est contra Fagnan. *in cap. non amplius de institut. num.* 71. putantem, quod ultra Montes fundationes fieri possint cum sola licentia Ordinariorum.

32 Hæc autem licentia dari non potest à Vicario Generali Episcopi, nisi ad hoc habeat speciale mandatum, Barbos. *supra Concil. sess.* 25. *cap.* 3. *num.* 30. *de regul.* Donat. *prax. rer. regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 18. Pasqualig. ad Laur. de Franch. *part.* 1. *num.* 505. Nicol. *in flosc. verb. Conventus sub num.* 3.

33 Si verò ageretur de fundatione Monasterii Monialium sub rigorosa primitiva Regula S. Claræ, quæ bona immobilia & stabilia possidere non valent, tunc deberet dari perpetuus assecurator victus, aliàs erectio non admittitur, ut præter antiquiora Decreta relata à Nicol. *in flosc. verb. Capuccini num.* 6. *& verb. Monasterium n.* 7. iterum declaravit *Sac. Congreg. Epis. in Ispalen. fundationis Conventus Capuccinarum Madriti* 6. *Julii* 1696. *referente Eminentiss. Colloredo*.

34 Et quamvis assecuratores hujusmodi non debeant esse personæ privatæ, sed Confraternitates, aut alia loca pia, quæ habeant facultates sufficientes ad manutenendas dictas Moniales, ut

præscribunt dicta Decreta à Nicolio *suprà relata* : Nihilominùs, *in una Brixien.* 18. *Julii* 1692. pro assecuratione victus novæ fundationis Conventus Capuccinarum in loco Caprioli, fuerunt admissæ obligationes validæ duorum Nobilium Venetorum : *& in alia Veronen.* 18. *Aprilis* 1698. in fundatione alterius Conventus ejusdem Regulæ concessa Terræ Lonati, fuerunt admissæ obligationes legaliter stipulatæ duorum particularium dicti loci facultatibus idoneorum, in utraque referente clar. memor. Card. Petruccii.

35 Et tandem advertat Episcopus, quod nullo modo debet permitti, quod in fundatione Monasterii, nec posteà Moniales habeant prospectum, vel retineant Crates correspondentes in Ecclesia Presbyterorum sæcularium, sivè Regularium pro audienda Missa, sub prætextu, quod non possint ob illorum paupertatem manutenere Cappellanum: sed ubi inveniat adesse, & retineri, omninò mandet removeri: prout ita fieri jussit *Sac. Congr. Episcopor. in Trojana adversus Moniales Annuntiatæ Foggiæ ad relationem clar. mem. Card. Petrucci* 27. *Februarii* 1693. quæ cum parere distulissent variis excusationibus, iterum recurrentibus Canonicis Collegiatæ, in quorum Ecclesia prospectus in vim Concordiæ retinebatur, 16. Novemb. 1696. eadem Sacr. Congr. rescripsit — *Episcopus omninò intra mensem Decreta Sacr. Congregationis exequatur, & procedat ad destructionem transitus.*

Licentia exponendi Eucharistiam.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 *Regulares non possunt publicè exponere Sacramentum Eucharistiæ sine licentia Episcopi.*
2 *Neque alii exempti, non habentes jurisdictionem in populum.*
3 *Confraternitate laicorum exponentes de licentia Ordinarii Eucharistiam, Parochus si velit, & non Cappellanus benedicit populum.*
4 *Licentia exponendi publicè Eucharistiam est danda Regularibus in scriptis, & de ratione.*
5 *Licentia simpliciter concessa pro unica vice intelligitur data.*
6 *Licentia non extenditur ultra petita.*
7 *Licentia differt à gratia, quia illa non ligat successorem, secus in gratia.*
8 *Regulares, pro quibus rebus, & casibus teneantur licentiam petere ab Episcopo.*
9 *Regulares in pluribus subjiciuntur jurisdictioni Episcopi, & enumerantur casus à num.* 10. *ad* 28.
Regulares in civilibus nisi habeant Conservatorem conveniuntur coram Episcopo.
29 *Regulares Religionis suppressæ non remanent liberati à votis.*
30 *Regulares in quacumque alienationis specie tenentur petere, & obtinere licentiam à Sacr. Congr. Concilii.*
31 *Licentia alienandi datur à Sac. Cong. Concilii gratis.*
32 *Regulares Dominicani non habent jus visitandi Confraternitates erectas in eorum Ecclesiis.*
33 *Neque superintendentiæ spiritualis super illas, quæ reperiuntur erectæ extra illorum Ecclesias.*
34 *Regulares non possunt apponere Interdictum in Ecclesia ipsis subjecta.*
35 *Regulares possidentes bona in communi tenentur solvere procurationem Visitatori Apostolico.*
36 *Regulares non possunt ab Episcopo ordinari extra tempora, nisi habeant Indultum speciale, & non per communicationem.*
37 *Abbates, & alii Superiores Regulares nequeunt residere in privatis domibus.*

Illu-

Illustrissimo, e Reverendissimo Signore.

IL Priore, e PP. del Convento N. di questa Città volendo sodisfare alla pia divotione del popolo, che lo ricerca, e per implorare dalla Maestà Divina la serenità del Cielo tanto necessaria per la conservatione delle messi nella corrente stagione, la supplicano della licenza di potere *esporre in publico* nella loro Chiesa il Venerabile Sacramento. Che il tutto &c.

N. Priore del Convento N.

Attentis narratis, & dummodò expositio fiat publicè in Altari majori Ecclesiæ decenter ornato, accensis saltem sexdecim luminibus ceræ albæ elaboratæ, non concionetur, & benedictio solemnis populo detur ante occasum Solis, pro duabus vicibus intra currentem hebdomadam explendis, *licentiam petitam concedimus*. Datum &c.

N. Episcopus sive Vicarius Generalis N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *DI POTER ESPORRE IN PUBLICO*. Expositio publica Ven. Sacramenti Eucharistiæ, non potest fieri à Regularibus nisi de licentia Episcopi, & ex causa publica ab eodem probata, ut sæpè sæpiùs respondit *Sac. Cong. Episcop.* & præsertim *in Cajet. 25. Octobr. 1602. in Tortonen. 27. Maii 1603.* & alibi, prout referunt ipsimet Authores Regulares, Lantusc. *Theat. regular. verb. Euchar. n. 1. & 2.* Nicol. *in flosc. eodem verbo n. 23.*

2. Quod procedit etiam in aliis Ecclesiis quocunque modo exemptis, & non habentibus jurisdictionem in populum, ut declaravit *ead. Sac. Congreg. in Florentina jurisdictionis inter Archiepiscopum, Episcopum Fesulanum 18. Maii 1696. referente Eminentiss. Card. Pamphilio.*

3. Confraternitates verò laicorum, si de licentia Ordinarii publicam expositionem Sacramenti Altaris faciant in eorum Ecclesiis, Parochus si velit, debet benedictionem populo dare, non autem eorum Cappellani: neque valent dictam publicam expositionem facere illis diebus, in quibus fit in Ecclesia Parochiali: prout partibus informantibus super utroque dubio respondit *Sac. Cong. Concilii in Ferrarien. jurium Parochialium 22. Martii 1698.*

4. *LICENTIAM PETITAM CONCEDIMUS*. Licentia hujusmodi debet dari in scriptis, non quia necessaria sit scriptura, sed ad tuenda jura Episcopi, nempè ad effectum, ut semper appareat expositionem publicam Eucharistiæ in Ecclesiis Regularium fuisse factam proprer positivam licentiam Ordinarii, non autem alio titulo, sive consuetudine, quam allegare possent, si Episcopus aliquando licentiam denegaret, & de præteritis non appareret: Undè supplices libelli à Priore Conventus subscripti cum rescripto in calce, in Cancellaria debent remanere, non solum ad effectum prædictum, sed etiam ut possit recognosci, an conditiones in licentia præscriptæ fuerint servatæ.

5. Datur autem licentia pro duabus vicibus hìc in formula: sed si simpliciter esset concessa, pro una vice tantum intelligeretur data, Gabriel. *commun. concl. 1. 6. de legib. concl. 2. num. 12.* Ricc. *collect. 1711.* ubi de licentia extrahendi frumentum Nicol. *in flosc. verbo licentia n. 2.*

6. Et est quoque notandum, quod licentia non extenditur ultra petita, *c. inter in fin.*

in fin. de fid. Instrum. Rot. coram Dunoz. Jun. *decis.* 451. *n.* 11. sed rescriptum, seu Decretum semper recipit declarationem ab instantia, precibus, seu facto *l.* 1. *Cod. de diversi. rescript.* Lotter. *de re benef. libr.* 3. *quæst.* 4. *num.* 4. Rot. coram Priol. *dec.* 416. *num.* 10. *& decis.* 452. *n.* 3.

7. Secundò, quod licentia differt à gratia, quia illa non est perpetua, nec obligat successorem, nisi negocium sit cœptum, secus in gratia, Tusch. *litt. L. conclus.* 352. *num.* 20.

8. Tertiò, quod Regulares indigent licentia Episcopi in aliis etiam rebus, nempè Primò, in erectione novorum Conventuum, ut jam dixi *in hoc eodem tit. Form. præcedenti*. Secundò, pro editione, & impressione librorum, ac Thesium, Concil. Trid. *sess.* 4. *Decret. de edit. & su libror.* Tertiò, pro quæstu, quem velint facere per personas sæculares pro utilitate Conventus alicujus loci, *Sacr. Congreg. in Senogallien.* 17. *Januarii* 1692. Quartò, pro laborando, & operas serviles faciendo diebus festis. Quintò, quoties velint conciones habere Bulla Clem. X. Superna. Sextò, pro alloquendis Monialibus conjunctis in primo, & secundo gradu, quamvis regimini eorundem subjiciantur. Septimò, si curam exerceant animarum, à cura abesse non possunt, neque ad libitum alios subrogare, nisi petita, & obtenta licentia Ordinarii, *Con. Trid. sess.* 25. *cap.* 11. *de regular. Sac. Congreg. ejusdem in Florentina* 18. *Julii* 1678.

9. Prætereà subjiciuntur jurisdictioni Ordinariorum locorum. Primò, si in numero à Constitutionibus Apostolicis præscripto in Conventu non commorentur, & regularem disciplinam non servent, Urban. VIII. *const.* 43. *Bullar. nov. tom.* 4. Innoc. X. *in Bulla Instaurandæ, & Decreto ut in parvis de quo* Fagnan. *in capit. quanto num.* 21. *de offic. ordin.* Panim. *decis.* 84. *adnot.* 2. *num.* 19.

10. Secundò, si invitati per edictum aliovè modo, ad processiones publicas accedere negligant, vel contemnant, ad quas etiam censuris compelli posse, communior est sententia, Lauret. de Franch. *contr. part.* 1. *num.* 68. & 78. Pignatel. *consult.* 45. *num.* 13. & 14. *tom.* 3. ubi Decreta tam Sacr. Congr. Concilii, quàm Rituum id concedentia refert Panimoll. *decis.* 84. *adnot.* 1. *n.* 39. 45. & 46.

11. Et hoc intelligitur non solùm de processionibus publicis, quæ fiunt in Civitate, & ubi Episcopus residet, sed etiam de illis, quæ fiunt in aliis locis, & Plebibus, ubi Regulares habent Monasteria, juxta Decretum Sac. Congr. Concilii, quod ex Lezana refert Barbos. *in Summ. decis. Apostolic. collect.* 605. *num.* 23. ibi -- *Lezana ait Sacr. Congr. Conc. declarasse publicas processiones, ad quas Regulares compelli possunt per Ordinarios esse, quæ fiunt in festo Corporis Christi, in Litaniis, & Jubileis publicis faciendis in Plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria.*

12. Tertiò, si censuras, & interdicta per Episcopum promulgata non servent *Clem.* 1. *de sent. excommunic. innovatam à Concil. Triden. sess.* 25. *de regular. capit.* 12. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 8. *n.* 87. Sayr. *de cens. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 44. *Sacr. Congreg. Concilii in Cæsaraugustana interdicti* 11. *Junii* 1695. In qua declaratum fuit Milites Hierosolymitanos sicuti cæteros Regulares, & exemptos teneri, & obligatos esse ad observantiam Interdicti per Archiepiscopum promulgati, non obstante allegata in contrarium consuetudine immemorabili.

13 Quartò, incedentes per Civitatem, & loca sine socio, vel de nocte, aut indecenter vestiti, & sine debita modestia religiosa, possunt per Episcopum in carceribus mancipari tamquam delinquentes extra Claustra, servata tamen forma *Concilii Trid. sess.* 25. *capit.* 14. *de regular. Sacr. Congr. Episc. in Andrien.* 15. *Decembr.* 1584. *& in Ravennaten.* 12. *Septembris* 1594.

14. Quintò, exercentes Curam Animarum in Ecclesiis Monasteriis unitis, in his quæ pertinent ad administrationem Sacramentorum, illorumque, ac Sacramentalium custodiam, & cultum, Episcopo Diœcesano subjiciuntur, (dummodo Ecclesia Parochialis non sit illius Conventus, in quo residentiam ordinariam habeat Generalis Ordini), vigore Bullæ Gregorii XV. Inscrutabili, de qua

Fagnan.

Fagnan. *in capit. cum Cappella de privileg. Sac. Congr. Concilii in Lauden. jurisdictionis* 1. *Decembris* 1691. in qua plenè articulo discusso, & partibus informantibus, fuit resolutum, Bullam præfatam non derogasse privilegio *cap.* 11. *sess.* 25. *de regular.* favore Generalium Ordinum concesso, Lauret. de Franc. *controv. part.* 1. *num.* 553.

15. Sextò, Curati, seu Vicarii dictarum Ecclesiarum Parochialium Monasteriis unitarum, renuentes accedere, & intervenire Synodo Diœcesano, & Congregationibus casuum conscientiæ, juris remediis ab Episcopo compelluntur, *Sac. Congr. Concilii in dicta Lauden. in responsione ad octavum, & nonum, confirmata* 20. *Septembris* 1692. *juxta resoluta in Justinopolitana* 24. *Septembris* 1639. *in Comen.* 16. *Decembris* 1645. *& in Forosempronien.* 3. *Septembris* 1650. *lib.* 15. *Decret. pag.* 76.

16. Septimò, ministrantes Laicis secularibus infirmis hospitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & Extremæ Unctionis absque Episcopi, vel Parochi licentia, censuras *in Clem.* 1. *de privileg.* inflictas incurrunt, & possunt per Ordinarium etiam per cedulones excommunicati declarari, Ricc. *prax. For. Eccles.* 2. *resol.* 210. *vers.* 12. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 105. *num.* 68. *Sacr. Congreg. Concilii in Nullius* 19. *Septembr.* 1637. *in Cremen.* 27. *Februar.* 1649. *in Ripana* 3. *Februar.* 1652. *confirmata in Gerunden.* 13. *Februar.* 1694. & in magis recenter *in Neapolitana* 5. *Junii* 1700. in qua fuerunt declaratæ validæ Censuræ publicatæ per Card. Archiepiscopum contra Monachum Monasterii Montis Oliveti, qui absque Parochi licentia Sacramentum Extremæ Unctionis cuidam Josepho Origlia intra septa Monasterii inhabitanti ministraverat; nec Cadavera sepelire, Nicol. *lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 28. *num.* 10.

17. Octavò, lædentes immunitatem Ecclesiasticam, Judex Processus est Episcopus, qui eo expleto remittit delinquentes puniendos ad Superiores, Ricc. *decis.* 119. *num.* 2. *part.* 2. *Sac. Congr. Immunitat. in Panormitana* 3. *Februar.* 1637.

18. Nonò, si Superiores moniti non doceant Religiosum reum de delicto publico, & gravi puniviſse, potest Episcopus illorum negligentiam supplendo vigore *cap.* 14. *sess.* 2. *de Regular.* ipse punire, Quarant. *in Summ. Bullar. verb. præcedentia vers. an in casu*, Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 7. *n.* 11.

19. Decimò, offendentes Ministros, & Officiales Curiæ Episcopi, prorogant illius jurisdictionem, & efficiuntur ejusdem fori, adeout possint ab eodem puniri, & carcerari, ut declaravit, & laudavit *Sac. Congreg. Episcopor. in Theatina* 27. *Martii* 1692. *referente* Card. Caraffa, Sperell *dec.* 160. *n.* 31.

20. Undecimò, erigentes Altare portatile, & Sacrum facientes in Domo privatorum, ut ibidem celebrent, & Viaticum ministrent Regulari infirmo absque licentia Ordinarii, possunt Censuris coerceri, & ligari, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Messanen.* 20. *Septembr.* 1698.

21. Duodecimò, celebrantes Missas in Oratoriis privatis Domicellorum diebus exceptis, vel postquam eadem die fuit ibidem jam celebrata unica Missa in Apostolico Indulto concessa, potest Episcopus in eos animadvertere, servata forma Concilii, sic censuit *eadem Congregat. in Neapolitana* 30. *Maii* 1699.

22. Decimotertiò, Confessiones sæcularium audire, nec à casibus Episcopis reservatis absolvere non possunt absque expressa approbatione, & licentia eorumdem, quovis privilegii, etiam maris magni, aut Cruciatæ prætextu, obstante eis ubique Bulla Clem. X. Superna. Neque extra Diœcesim Episcopi approbantis pœnitentes absolvere, contra expressam prohibitionem dictæ Bullæ, & Decreti Urbani VIII. per extensum relati à Barb. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 210. & Decreti novissimi *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Lusitana Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *in qua referente Eminentissimo Card. Colloredo*, omnium votis resolutum fuit, Constitutionem prædictam Clem. X. omninò à Regularibus, & pœnitentibus servandam esse, quolibet privilegio etiam Cruciatæ (pluries exploso) non obstante.

23. De-

23. Decimoquartò, degentes extrà Clauſtra, ſi delinquant, puniuntur ab Epiſcopo vigore *Conſtit.* 39. *Clement. VIII. Bullar. tom.* 3. & vigore Decretorum *Sac. Congreg. Concilii impreſſor. poſt Conſtit.* 26. *Urbani VIII. Bullar. tom.* 4. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *n.* 14. & hoc eſt verum, etiamſi Regulares delinquentes degerent extra Clauſtra de licentia Superiorum.

24. Decimoquintò, ſi in horis non conſuetis Miſſas celebrent, vel prædicent, & publicent miracula non autentica, poſſunt ab Epiſcopo coerceri, & puniri, ut ex Fraſſo, *& aliis allegatis*, tradit Raynal. *obſerv. Crimin. ſupplem. ad cap.* 32. *ſupplem.* 4. *num.* 3. *ad* 30.

25. Decimoſextò, ſi cenſuram *Canonis ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. vel aliam à jure latam incurſi fuerint, ubi factum eſt certum, & habet ſpeciem notorii, poterunt per Epiſcopum publicè denunciari, Card. de Luc. *de juriſd. diſc.* 29. *num.* 2. & *diſc.* 47. *num.* 3. *Sac. Congr. Conc. in Neapolitana* 18. *Aprilis* 1693. Notorium autem factum tunc dicitur, ſi evenit in loco publico, in quo ſolent homines communiter verſari, undè quod fit Domi non poteſt dici notorium: ſi coram decem perſonis committatur: ſi fiat de die, quia de nocte non poſſunt homines benè videre, ſic docet Raynald. *obſerv. Crim. ſupplem. ad cap.* 32. *ſupplem.* 4. *num.* 115. ubi dat concordantes.

26. Decimoſeptimò, in caſibus, in quibus Regulares exempti, vigore Concilii Tridentini ſubjiciuntur Ordinariis, poterunt Cenſuris coerceri, non obſtante quod haberent privilegium, ne poſſent excommunicari: quia Concilium revocat omnia privilegia, & dat poteſtatem eos coercendi indiſtinctè, ut pro veritate tenet Card. de Luc. *de juriſdict. d. diſc.* 29. *num.* 7. & *diſc.* 104. *num.* 1. ubi advertit, quòd licèt Conſtitutiones Apoſtolicæ circa juriſdictionem Epiſcopi in Regulares, difficultates ſuſtulerint, adhuc noviter inductæ fuerint à Moralibus Scriptoribus, qui curantes tueri cauſam propriam, enixè ſtudent Ordinariorum poteſtatem reſtringere, & quod fortè nulla Religio adeſt, quæ ſive per ſpecialem conceſſionem, ſive per communicationem, tale privilegium habere non prætendat.

27. Decimooctavò, non poſſunt ſuperiores Regulares in Monaſteriis Monialium ipſis ſubjectis recipere, & admittere Puellas ad habitum Religionis, niſi Epiſcopo certiorato, Barboſ. *ſupra Conc. ſeſſ.* 25. *cap.* 17. *num.* 10. *de Regul. & de poteſt. Epiſcop. allegat.* 100. *num.* 4. Donat. *de Regular. tom.* 4. *tract.* 9. *quæſt.* 8. *num.* 6. Pignatell. *conſultat.* 85. *num.* 151. *tom.* 6.

28. Decimononò, Regulares, qui peracto Sacrificio Miſſæ circumeunt per Eccleſiam offerentes adſtantibus oſculum Patenæ, poſſunt ad removendum hunc abuſum ab Epiſcopo coerceri vigore Decreti *Concil. Trident. de evit. in celeb. Miſſ.* cum Patena numquam dari debeat populo oſculanda, ut pluries declaravit, & prohibuit *Sacr. Congr. Rituum* apud Biſſ. Hierurg. *tom.* 2. *litt. O. verb. Oblatio. num.* 4. *& litt. P. verb. Pax num.* 91. §. 4. *& litt. S. verb. Subdiaconus*, §. 22.

In prædictis caſibus inquam adhuc veſtigia juriſdictionis nativæ Epiſcoporum remanent contra Regulares, qui ex nimia Sedis Apoſtolicæ libertate in cæteris exemptione gaudent; in cauſis verò civilibus, & aliis actibus juriſdictionalibus, erit ſervanda *Conſtitutio Gregorii XV. la* 9. *Bullar. tom.* 4. emanata ſuper modo, & forma eligendi Regularium Conſervatores, quæ in Appendice operis apponetur.

29. Regulares autem Religionis ſuppreſſæ, non remanent liberari à votis, ſed adhuc his obſtricti ſunt; adeout nec matrimonium, nec Teſtamentum facere, nec in Fideicommiſſis, & hæreditatibus ſuccedere, nec acquirere poſſint, ut reſpondit *Sac. Congreg. Concilii in Veneta* 13. *Maii* 1679. *& in Bononien.* 25. *Augu.* 1692. Paſſerin. *de ſtat. hom. tom.* 1. *quæſt.* 185. *art.* 8. *num.* 167. & 168.

30. Et hìc quoque nota, quod Regulares omnes tenentur in quacumque alienationis ſpecie tam ſtabilium, quàm mobilium pretioſorum, ſive translatione Dominii, aut creatione cenſuum, licentiam petere, & obtinere *à Sac. Congr. Concilii*, *prout Decreto generali mandavit Urbanus VIII.* 7. *Septemb.* 1624.

31. Hæc

31. Hæc autem licentia gratis ab eadem Congregatione expediri debet sicuti in dicto Decreto injunctum fuit, cujus observantia denuò demandata extitit *ab eadem Congregatione sub die prima Decembris* 1691. his verbis -- *Pro omnimoda observantia, & executione Decreti, & gratis expediantur res Regularium, aliorumque in Decreto comprehensorum de licentia hujus Sac. Congregationis tantum in scriptis danda juxta formam, & tenorem prædicti Decreti à san. mem. Urbani VIII. confirmati, si Sanctissimo D. N. placuerit.*

Die 4. Decembris 1691. *facta relatione per Secretarium, Sanctissimus mandavit servandum esse Decretum san. mem. Urbani VIII. super hac re editum, & de licentia Congr. Concilii, & gratis juxta ejusdem formam, & tenorem.*

R. Pallavicinus S. C. C. Secretarius.

32. Religiosi insuper Dominicani non habent jus visitandi Confraternitates Laicorum, erectas in eorum Ecclesiis, nec eis permitti debet, ut rescripsit *Sac. Cong. Episcopor. Vicario Spoletano* 23. *Aprilis* 1602.

33. Nec facultates eisdem PP. tributæ superintendentiæ spiritualis in Societates Rosarii extenduntur ad illas, quæ reperiuntur erectæ extra eorum Ecclesias, ut pariter eidemmet Ordinario Spoletano respondit *eadem Sac. Congreg. sub die* 13. *Maii* 1603.

Alia de Regularibus tacta reperies in Appendice Adnot. ad Const. Clem. X. & Gregor. XV.

34. Item adverte, quòd Superiores Regulares non possunt apponere interdictum in Ecclesia ipsis subjecta: Quia eorum jurisdictio est personalis, non autem localis: Et etiam quia actus iste percutit exercitium jurisdictionis in Clerum, & populum, illos privando, ne in ea celebrare, & respectivè audire possint divina, & sic cum non Subditis, ut benè de more ratiocinatur Card. de Luc. *de jurisdict. discurs.* 99. *num.* 2. & nuper partibus auditis, & informantibus declaravit *Sac. Congr. Episcopor. & Regular. in Neapolitana Censurarum* 21. *Junii* 1697. *referente Card. Cavallerio*, contra Abbatem S. Petri ad Aram, qui Ecclesiam Monialium Reginæ Cœli sibi subjectam, interdicto subjecerat.

35. Item, quòd Regulares possidentes bona stabilia in communi, tenentur solvere procurationem Visitatori Apostolico; quia à tali onere nemo est exemptus, licèt non esset expressum in facultatibus, dummodo non habeant privilegium peculiare, ut ex pluribus Decretis *Sac. Congregationis* probat Nicol. *in flosc. verb. Visitatio Apostolica à num.* 15. *ad* 25. *& in lucubr. canon. lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 23. *&* 34. *Sac. Congreg. Episcopor. & Regular. in S. Severini* 10. *Junii* 1695.

36. Item, quòd licèt nonnulli Regulares possint ex privilegio Apostolico promoveri ad Ordines diebus festis per annum extra tempora à jure statuta, ut ex largitione Gregor. XIII. Constit. 77. gaudent PP. Societatis Jesu: Non indè inferri, & deduci potest, quòd cæteri aliorum Ordinum, qui cum illis participant de privilegiis, possint vigore hujusmodi communicationis recipere Ordines extra tempora: Sed debent simile indultum concessum, vel confirmatum post Concilium Tridentinum exhibere, aliàs illicitè ab Episcopo promoverentur, Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 182. Ventrigil. *prax. part.* 1. *adnot.* 44. *§. Unico num.* 12. *Sacr. Congregat. Concilii in Senen.* 11. *Aprilis* 1699.

37. Item, quòd Abbates, & Superiores Regulares tenentur residere intra Claustra Monasterii, non autem in privatis domibus, non obstante prætextu majoris commoditatis negocia Religionis peragendi, & consuetudine non residendi, ut respondit *Sacr. Congregat. Concil. in una Barchinonen. Residentiæ* 27. *Januarii* 1691. in qua fuit injunctum Episcopo, ut Abbatem Sancti Cucuphatis cogeret nomine ejusdem Congregationis.

Li-

Licentiæ abſentandi cauſa Studii.

FORMVLA XXI.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus concedit licentiam ad Studia onus reſidentiæ habentibus exceptis Parochis.*
2 *Epiſcopus licentiare debet ad Studia docibiles.*
3 *Docibiles non præſumuntur, qui excedunt ætate 25. & ad ſummum 30. annorum.*
4 *Licentia ad Studia non datur regulariter, niſi pro locis, ubi viget Univerſitas, pro ſtudio Theologiæ, & Canonum, niſi in Univerſitatibus privilegiatis.*
5 *Quod poſſit dari etiam pro Studio Grammaticæ tenent alii.*
6 *Licentia huiuſmodi ſuffragatur pro ſolo quinquennio.*
7 *Conceditur ab Epiſcopo, non autem à Vicario.*
8 *Non tamen quando propter abſentiam plurium Canonicorum ſervitio Eccleſiæ præjudicium inferatur.*
9 *Non conceditur à Papa, niſi concurrat conſenſus Ordinarii.*

Dilecto &c.

UT tu, qui in ætate ..... annorum es conſtitutus, & *docilis ingenii ad Studia aptus*, idoneuſque reperiris, in Univerſitate N. *juris Canonici, & Sac. Theologiæ Studio* ſedulò incumbere valeas, à reſidentia uti Canonicatus *per quinquennium* tantùm abeſſe poſſis, *licentiam gratis concedimus*. Datum, &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Epiſcopalis.

ADNOTATIONES.

1 ET DOCILIS INGENII. Hæc licentia conceditur ab Epiſcopo vigore *cap. final. de Magiſtr.* & *cap. Relatum de Cler. non reſid.* quæ jura, nullibi adhuc correcta reperiuntur; immò potius per *Concil. Trid.* roborata *in cap. 1. ſeſſ. 5. de Refor.* niſi quoad Rectores Eccleſiarum Parochialium, quibus nonniſi per Papam, vel Sac. Congr. Concil. diſpenſatur, Ricc. *in prax. part. 1. reſol. 321. n. 1.*

2. Hi autem cauſa Studij licentiandi ſunt à reſidentia, qui ſunt docibiles, & Studia jam incœperunt, non autem cæteri, quos natura non adjuvat, prout clarè innuit Text. *in dicto cap. final.* ibi, *ad Theologiæ profeſſionis Studium aliqui docibiles deſtinentur*: Et ideò Epiſcopus antequam petentibus licentiam concedat, exquirere debet an ætate, natura, & ingenio licentiandus poſſit in litteris proficere ut docet Fagnan. *in cap. Cum ad hoc nu. 10. de Cleric. non reſid.* Et quando dubitet de aptitudine, licentiam concedat limitatam ad annum, vel biennium, ut experiatur an proficiat.

3. Docibiles verò non præſumuntur hi, qui excedunt ætate vingintiquinque annorum, ex doctrina Bartol. *in l. 1. Cod. qui ætat. ſe excuſant lib. 10.* aſſerentis majores vigintiquinque annorum eſſe inhabiles ad Studia, quod etiam comprobatur *ex Eccleſiaſt. cap. 6.* ibi — *fili à juventute excipe doctrinam*, & ad ſummum triginta, ut à Sac. Congregat. deciſum fuiſſe teſtatur Zerol. *in prax. par. 1. verbum Studium dub. 1. §. Ad ſecundum*, quem refert Pac: Jord. *tom. 2. elucubrat. lib. 10. tit. 40. nu. 133.* Barboſ. *ſupr. Conc. ſeſſ. 5. de refor. c. 1. poſt. n. 59.*

4. Ju-

4. *JURIS CANONICI, ET SACR. THEOLOGIÆ.* Regulariter talis licentia non datur, nisi pro locis, in quibus Generale Studium, sivè Universitas viget, nec pro aliis scientiis, quàm Theologiæ, & Sac. Canonum, juxtà dispositionem Text. *in cap. Licèt de præb. & dignit.* Nam constituti in Sacris prohibentur studere legibus, & physicæ, per Text. *in cap. super specula, ubi Canonistæ communiter ne Cler. vel Monac.* Nisi fortè Studiis hujusmodi incumbant in Universitatibus privilegiatis, prout sunt in Italia, Romana, & Patavina, & in Hispania, Salmaticen. in quibus Scholares Clerici possunt etiam aliis honestis, & licitis facultatibus operam dare absque incursu pœnarum, Garz. *de Benefic. part. 3. cap. 2. n. 194.* Pac. Jord. *dicto tom. 2. lib. 10. tit. 40. à num. 133. ad 141.* ubi alia requisita, & conditiones enumerat.

5. At quod hæc licentia possit dari etiam pro Studio Grammaticæ, quæ est fundamentum omnium scientiarum, & quod favor Text. *in dicto cap. Licet. de præb. & dignit.* ad illam extendatur, tenet Ricc. *in prax. par. 2. resol. 33. num. 1.* ex Federic. de Sen. *cons. 146.*

6. *PER QUINQVENNIVM.* Licentia quamvis simpliciter esset concessa non suffragaretur ultra quinquennium à die quo quis studere cœpit, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii* apud Garz. *dicto c. 2. n. 101.* Barbos. *supra Concil. sess. 5. de Reform. cap. 1. num. 60. & in Sum. decis. Apostol. collect. 449. num. 25.*

7. *GRATIS CONCEDIMVS.* Licentia abscedendi à residentia gratis est concedenda, ex traditis à Fagnan. *in cap. Relatum num. 21. de Cleric. non resid.* & ab Episcopo, non autem à Vicario Generali, qui talem facultatem non habet, nisi Episcopus longè absit, vel licentiam à Vicario concessam ratam habeat, ut ostendit Abb. *in consil. 88. num. 5. & 6. libr. 1.* ubi ampliat in loco, ubi adest consuetudo.

8. Quando autem plures Canonici essent absentes, & numerus eorum esset exiguus, Episcopus animadvertere debet an servitium Ecclesiæ, & Divinus Cultus lædatur per concessionem hujus licentiæ, prout observandum esse monet Bonac. *de his, quæ ad Divin. Offic. &c. disp. 2. quæst. 5. punct. 3. §. 9. n. 6.* nam si exinde notabile damnum Cultui Divino per absentiam plurium Canonicorum inferretur, à concessione licentiæ esset abstinendum.

9. De Indulto autem quod solet expediri per Datariam, agit Corrad. *prax. dispens. lib. 5. cap. 6. nu. 21.* ubi Formulam tradit, *& num. 32. vers. 8.* & ultimo testatur, quod numquam, aut rarò gratia hæc concedatur, nisi concurrat licentia Ordinarii, prout disponit Constitutio Pii IV. quam ibidem refert, & quod pro executione eidem Ordinario remittatur.

TITU-

TITULUS VII.

De Juramentis Præstandis.

Juramenti Fidelitatis.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Qui teneantur præstare juramentum Fidelitatis, traditur remissivè.*
2 *Qui per se ipsum juramentum Fidelitatis non præstat, an possit illud præstare per Procuratorem, referuntur opiniones.*
3 *Moniales ad præstandum juramentum Fidelitatis non egrediuntur clausuram, & rejicitur Tamburin.*
4 *Declaratur doctrina Peltizzarii, & alia Fagnani refertur, num. 5.*
6 *Affertur casus, in quo Abbatissa posset egredi à Clausura ad præstandum juramentum Fidelitatis.*
7 *Juramentum Fidelitatis fuisse præstitum, quàm per scripturam probari non potest.*
8 *Conditiones, quas debet habere tale juramentum, referuntur remissivè.*

EGO N. electus..... Diœcesis N. ab hac hora in antea *Fidelis, & obediens ero* B. Petro Apostolo, Sanctæque Romanę Ecclesiæ, ac Sanctissimo D. N. Papę N. ejusque Successoribus canonicè intrantibus; consilium quod mihi per se ipsum, aut per nuncium manifestabit, ad ejus damnum, & detrimentum, nulli pandam; jurisdictionem, auctoritatem, regalias, honorem Romanę Sedis, quantum in me erit, & potero defendam, & contra quoscunque in hac defensione adjutor ero, & conservare curabo; assensum, nec consilium sub quovis prętextu eis, qui contra ipsum Summum Pontificem, vel eamdem Romanam Ecclesiam, aliqua prejudicialia machinarentur, numquam prębo; immò si talia à quovis iniquitatis filio procurari, & moliri novero, vel tractari, impediam hoc pro posse: & quantò citiùs potero significabo eidem Sanctissimo D. N. Papę, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire. Regulas SS. Patrum, Decreta, Ordinationes, Reservationes, Constitutiones, & Mandata Apostolica totis viribus observabo, & ut alii observent curabo. Hæreticos, Schismaticos, & Rebelles Sanctissimi D. N. ejusque Successorum, pro posse persequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum accedam, nisi prępeditus fuero canonicè. Legatum Apostolicæ Sedis honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Bona ..... inconsulto Romano Pontifice non vendam, non oppignorabo, nec aliquo modo alienabo; & si contrafecero, pœnas canonicas eo ipso incurrere volo: *Sic me Deus adjuvet*, & hæc Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta.

Ita Fidelitatis juramentum præstavi, & præsto Ego N.

A D-

ADNOTATIONES.

1 *FIDELIS ET OBEDIENS.* Hæc juramenti Fidelitatis formula, quam adhibent Dignitates Cathedralium propter annexa, & dependentia ab eorum, Prębendis, & titulis, necnon provisi de Monasteriis, & Abbatiis, desumpta est in substantialibus ex *Textu in cap. Ego N. de jurejur.* & ex Pontificali Romano: Quis autem alius teneatur de jure hoc juramentum præstare, agunt, Ricc. *collect.* 3342. Pirhing. *in jus can. lib.* 2. *tit.* 24. *num.* 14. *& lib.* 5. *tit.* 33. *n.* 100. Barbos. *in cap. Antiqua num.* 9. *de privil. & excess. privilegiat.* Corrad. *prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 52. *& seq.* ubi dat consimilem formulam.

2. *SIC ME DEVS ADJVVET.* Si quis per se ipsum non valeat accedere ad præstandum juramentum Fidelitatis, an illud possit præstare per Procuratorem, res pacifica inter DD. non est. Nam Tusc. *litt. I. concl.* 537. *num.* 9. *& seqq.* distinguit, quod si Dominus non vult recipere Procuratorem, & principali non est impeditus, tunc debeat præstari personaliter; si verò Dominus sit inferior jurare debentis, & tunc admittatur Procurator.

Ricc. verò *d. collect.* 5342. *vers. sed an tale*, & Pirhing. *in jus can. lib.* 2. *tit.* 24. *nu.* 153. tenent, quod Vassallus si est impeditus, vel absens, debeat admitti Procurator.

Tambur. autem *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 8. *quæst.* 3. *num.* 14. indistinctè opinatur quod ad præstandum juramentum Fidelitatis arctetur quis ad personaliter comparendum, etiamsi impeditus sit; & hoc ampliat ad Moniales, quę vult, quod in isto casu petita, & non obtenta licentia, possint egredi, absque violatione Clausuræ, & hanc suam opinionem confirmat *in tract. de jur. Abbatis disp.* 20. *quæst.* 2. *nu.* 5. & illum sequuntur, sicut oves Pellizar. *de Monial. cap.* 5. *num.* 63. Passerin. *in cap. Periculoso num.* 73. *de stat. Regular. in* 6.

3. Attamen Tamburin. in hac ampliatione *malè sonat*: Quia in Italia, aliisque Provinciis, ubi fuit receptum, & hodiè servatur Concil. Tridentin. egressio Abbatissæ, sive Monialium ad præstandum juramentum Fidelitatis non permittitur: Tum quia violatio Clausuræ infringit Votum solemne: Tum quia DD. supra relati admittunt, quod Vassallo impedito recipi debet Procurator: Tum demum quia speciale est Monialibus, quod juramentum Fidelitatis præstent per Procuratorum, sic docet Tusch. *litt. F. conclus.* 117. *num.* 10.

4. Neque subsistit suppositum Pellizzarii consocii Tamburin. quòd nempè constitutio Bonifacii VIII. relata *in cap. Periculoso, §. Verum est de stat. Regular. in* 6. in qua egressio ex ista causa expressè permissa, non fuerit revocata, sed potiùs confirmata per Bullam Pii V. Nam si Pelizar. intelligit de primo motu proprio incipien. *Circa Pastoralis*, ejus assertum falsum est: Si autem loquitur de secunda Pii Bulla declaratoria subsequenter emanata, quę incipit *Decori*, & assertum falsum est: Quia ut patet legenti verba *§.* 2. & 3. secundæ Constitutionis, altera præcedens Bonifacii VIII. explicitè hac in parte sublata fuit, ut benè advertit Fagnan. *in cap. Quæ in Ecclesiarum num.* 73. *de Constitut.*

5 Cavendum est igitur, ut ipse Fagnan. monet *in cap. Recolentes de stat. Monach.* à doctrina Tamburin. & quorundam aliorum Theologorum modernorum, qui scripserunt, Moniales à Clausura egredi posse non solum in tribus casibus enumeratis in dicta Constitutione Pii V. sed etiam in similibus, vel dum urget alia causa; quos retellit.

6. Vel adsummum practicandum hoc esset in casu, quod nisi Abbatissa præstaret per se ipsam juramentum Fidelitatis alicui Principi sęcularium potenti, illicò spoliaretur bonis, & Moniales alimenta aliundè non possent habere; tunc inquam ne fame pereant, quia periculum esset in mora, ex identitate rationis ad tres casus expressos in Bulla Pii V. licitè concederetur ab Ordinario licentia egressus, ad tradita per Pac. Jord. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 156.

7. An autem hoc juramentum post lapsum longi temporis præsumatur præstitum, necne? Ric. *collec.* 1541. *& collect.* 3341. *in fine*,

in fine, tenet negativam, & quod non possit, nisi scripto probari.

8. Quando autem hoc juramentum Fidelitatis alteri; quàm Papæ præstandum sit, tunc formula erit varianda juxtà domini, cui promittendum est, qualitatem, & continere debebit illas sex conditiones, quę enumerantur *in cap. de forma* 18. 22. *q.* 5.

Juramenti provisi de Beneficio.

FORMVLA II.

SUMMARIVM.

1 *Beneficiati, & administratores locorum piorum debent conficere Inventarium.*

2 *Nominatus ad Beneficium jurispatronatus cum pacto, quod debeat succumbere expensis litis, an committat simoniam?*

3 *Præsentatus ad Beneficium Ecclesiasticum, si quid minimum pro præsentatione promittat, committit simoniam, etiamsi promissum erogari deberet in utilitatem Ecclesiæ.*

4 *Juramentum de residendo in Ecclesiis Parochialibus non defertur.*

5 *Juramenta, quæ deferuntur Beneficiatis provisis de Beneficiis, promanant à jure communi.*

EGO N. provisus de Ecclesia N. (*si Ecclesia in titulum collocata fuit*) seu (de Beneficio N.) juro me futurum fidelem, & obedientem Sanctæ Matri Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, & Reverendissimo D.N. Episcopo, & cuicunque ejus legitimo successori, neque me de bonis Ecclesiæ prædictæ (seu Beneficii) vel de ejus fructibus, aut super eis pacta illicita cum ullo prorsus iniisse: Juro item de bonis ejusdem Ecclesiæ (vel Beneficii) tam mobilium, quàm immobilium *Inventarium*, quamprimum potero, *me facturum*, & intra menses... Ordinario exhibiturum, possessiones, & bona ad ipsam Ecclesiam (seu Beneficium) pertinentes, & pertinentia non venditurum, donaturum, pignoraturum, aut aliàs quovis modo contra juris dispositionem alienaturum, immò alienata, & distracta posse recuperaturum, & Ecclesiæ (seu Beneficii) jura defensurum, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Si autem provisio secuta fuerit virtute præsentationis, Formula juramenti talis erit.

FORMULA III.

EGO N. nóminatus, & præsentatus (vel electus) ad Ecclesiam (vel Beneficium N.) juro me Ecclesiæ (vel Beneficii) obtinendi gratia, ut ad illam, vel ad illud præsentarer, vel nominarer, vel eligerer, neque alium quemquam meo nomine me sciente, & consentiente, quicquam Patrono, seu Patronis, vel cuiquam alteri promisisse, dedisse, donasse, compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quemquam deposuisse, aut mutuum dedisse, aut quocumque titulo mihi debitum remisisse, neque de bonis, aut fructibus, & oblationibus præteritis, præsentibus, & futuris, donationem, remissionem, locationem, promissionem feciſse, promisisse, aut iniisse; juroque me futurum fidelem &c. (*& sequere ut in præcedenti Formula.*)

Alia brevior.

FORMULA IV.

EGO N. juro in nominatione, & præsentatione de me facta per N. Patronum ad Beneficium N. in Ecclesia N. non interveniſſe, neque intervenire aliquam simoniæ labem, *nec aliam illicitam pactionem* expressam, neque tacitam *sic me Deus adjuvet &c.*

ADNOTATIONES.

1 *INVENTARIUM ME FACTURUM.* Promissio jurata conficiendi Inventarium, recipi, & injungi poterit, quia omnes Beneficiati, ut alibi jam diximus, juxta disposition Constit. Sixti V. quam refert Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Archivium*, tenentur illud conficere, sicuti & Administratores locorum piorum, *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Juvenac. 25. Januar. 1697.*

2. *NEC ALIAM ILLICITAM PACTIONEM.* Quæsitum fuit *in Sac. Congr. Concil. in una Civitatis Plebis*, an præsentatus, & nominatus ad Beneficium juris patronatus cum pacto, quod deberet succumbere expensis litis super Beneficio vertentis, commiserit simoniam, adeout indigeret absolutione? & die 7. Julii 1696. responsum fuit -- *indigere absolutione ad cautelam*: Et hoc quia non intervenit vera simonia, cum Capitulum Cathedralis præsentans, nihil recepisset, & præsentatus ignorabat pactum, de quo nulla mentio habebatur, in institutione.

3. Cæterum quando fieret pactum dandi, vel recipiendi aliquid, etsi minimum temporale, simoniacum esset, etiamsi promissum erogari deberet in utilitatem Ecclesiæ, Garz. *de benef. p. 8. cap. 1. n. 32.* Bellet. *disq. Cleric. p. 2. tit. de pœn. Cler. §. 36. n. 5.* ubi de eo, qui promiserat sternere, porticum, Rot. cor. Seraph. *dec. 767. n. 4.* ubi de eo qui indemnes relevare promiserat ab omni damno præsentantes, & admittentes, & communiter tradunt Tondut. *quæst. Benef. tom. 1. p. 2. cap. 5. §. 1. n. 5.* Sperell. *decis. 180. n. 43.* Corrad. *prax. Benefic. lib. 4. cap. 5. n. 51.*

4. *SIC ME DEVS ADJVVET.* In Synodo Cæsenaten. typis edita anno 1695 offertur Formula juramenti, quam dat Pac. Jord. *tom. 2. lib. 10. tit. 40. n. 189.* in qua ponitur clausura -- *& Ecclesiæ ipsi, vel Beneficio per me ipsum deserviturum, & ad eam, vel ad illud assiduam residentiam facturum*: Quam in mea Formula consultò omisi: Quia post Conc. Trid. receptio juramenti de residendo in Ecclesia Parochialibus (de quibus loquitur dicta Synodus) non est in usu, prout de hoc sciscitanti respondit *Sac. Congr. Episc. Episcopo Feretr. 16. Julii 1591.*

5. Præmissæ autem juramentorum formulæ emanant à jure communi *in c. Tua nos il 1. & cap. Brevi de jurejur. necnon à Conc. Trid. sess. 22. c. 11. & sess. 25. c. 9. de refor. c. Nulli liceat de reb. Eccles. non alien.* Non enim juramenta præstantur Episcopo contra dispositionem Text. *in c. Nullus de jurejur.* sed Ecclesiæ ratione commissæ administrationis Beneficii, juxta censuram Concil. Tolet. *in cap. Quamquam 23. dist.* Abb. *in d.c. Nullus n. 2. ibique Hostien.*

Juramenti Punctatoris Capituli.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus cogit Canonicum Punctatorem ad præstandum juramentum de fideliter punctando.*

2 *Et si adhuc de illius fide suspicatur, eligit Contrapunctatorem.*

EGo N. Chori Ecclesiæ Cathedralis N. Punctator electus, promitto, spondeo, *& juro* me officium, quod suscepi, *fideliter*, & sincerè quantum in me

est executurum, & impleturum, nec quicquam in eo favore, aut gratia humana acturum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

ADNOTATIONES.

1 ET JVRE. Potest Episcopus cogere Canonicos Punctatores ad præstandum juramentum de fideliter punctando, Barb. *in Summ. dec. Apostolic. collect.* 301. *n.* 29. *& de Canonic. & Dignit. cap.* 34. *n.* 20.

2 FIDELITER. Si de Punctatoris fidelitate, aut de illius negligentia dubitetur, tunc Episcopus poterit eligere, & deputare Contrapunctatorem sibi benè visum, ut rescripsit *Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Fundano* 16. *Martii* 1593. Nicol. *fiosc. verb. Punctator n.* 1. Chrispin. *de Visit. part.* 2. *§.* 20. *num.* 24.

Juramenti præstandi ab Examinatoribus Synodalibus.

FORMULA VI.

In Synodo.

EGO N. deputatus in præsenti Synodo Examinator eorum, qui eligentur ad Parochiales Ecclesias, juro me fideliter hoc examinandi munus perfuncturum, rejecto omni humano respectu. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Extra Synodum.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Electio Examinatoris Synodalis potest probari alia specie probationis, licèt in Synodo non reperiatur descriptus*

2 *Juramentum Examinatorum Synodalium est de forma substantiali, eoque deficiente, concursus factus coram eis est nullus.*

3 *Sufficit tamen semel fuisse præstitum.*

4 *Juramentum hujusmodi non præsumitur præstitum, sed debet probari.*

EGO N. Examinator in *Synodo electus* promitto, spondeo, *ac juro* munus, & officium mihi demandatum me fideliter quacunque humana affectione postposita, & sincerè quantum in me est executurum; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

ADNOTATIONES.

1 IN SYNODO ELECTUS. Quod quis fuerit electus Examinator in Synodo, probari potest alia specie probationis, etiamsi in Synodo non reperiatur descriptus, ut dicit Card. de Luc. *de Paroch. disc.* 2. *n.* 14. ideoque ut supra alibi tetigi, qui hanc qualitatem negat, illam concludenter probare debet, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 31. *n.* 89. Barb. *sup. Conc. sess.* 24. *c.* 18. *n.* 102. *de Ref.*

2. AC JVRO. Hoc juramentum est de forma substantiali; eoque deficiente Examinatores non dicuntur legitimi, & concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus, *Sac. Congreg. Concilii in Alben.* 2. *Decembris* 1628. Nicol. *Iucubr. canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. n.* 15. Barbos. *in Summ. decis. Apostol. collect.* 201. *num.* 18. Rot. coram Buratt. *decis.* 262. *num.* 8.

3. Sufficit tamen, quod in Synodo, vel extra semel saltem juramentum præstiterint de officio fideliter exercendo, ut communiter tradunt Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 359. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 94. Pac. Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8.

tit. 8. *num.* 133. de Luca, *de Paroch. discurs.* 3. *num.* 6. Add. ad Buratt. *d. decis.* 362. *num.* 12.

4. Verum est tamen, quòd cum præstatio juramenti sit solemnitas extrinseca, non præsumatur præstitum, sed probari debeat, ut dixit Rot. *coram Buratt. dicta decis.* 362. *dict. n.* 8. ubi Adden. *n.* 11.

Juramenti præstandi ab Advocato Pauperum in Causis spectantibus ad S. Officium.

FORMULA VIII.

EGO N. Advocatus Pauperum in hac Curia Episcopali N. deputatus, promitto, spondeo, ac juro, me fideliter Causas ad S. Officium in hoc Tribunali spectantes tractaturum, & utile, bonumque consilium Carceratis, & reis præbiturum, necnon silentium juxta sancita in Constitutionibus Summorum Pontificum, & præscripta à Supremo Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis Urbis sub pœnis in iisdem contentis servaturum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Juramenti præstandi ab ingressuro in Clausuram.

FORMULA IX.

IO N. d'età d'anni. . . . deputato per. . . . del Monastero delle Monache di S. N. prometto, e giuro, ch'entrerò dentro la Clausura solamente ne' casi, che porterà il preciso bisogno, cioè per quelle cose, e facende necessarie, che non possono farsi senza la mia presenza, opera, & ajuto, & in tali casi chiamato dalla Madre Abbadessa entrerò dopo levato, & uscirò prima del tramontar del Sole: non parlerò con altre Monache, che con quelle, che mi saranno assegnate per assistermi, & accompagnarmi: non m'ingerirò in altro, che in far l'opera per cui sarò entrato, (e dalla quale procurerò di sbrigarmi colla sollecitudine possibile) nè in portare, ò riportare lettere, ò ambasciate. Così mi aiuti Dio, e questi Santi Evangelii.

Juramenti præstandi à Vicario Generali, & Consultoribus in Causis spectantibus ad S. Officium.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Officiales, qui pertractant Causas S. Officii, jurant de secreto tenendo.*
2 *Sicuti alii Officiales in genere in ingressu Officii jurare de jure tenentur servata Forma cap.* 1. *de jurejur. in* 6.

EGO N. . . . . in hac Curia Episcopali N. deputatus, promitto, spondeo, & juro, me in Causis ad Sanctum Officium spectantibus fideliter officium meum executurum, secretum servaturum, nec alloquuturum, revelaturum, neq; tractaturum verbo, vel scripto, aut aliàs quovis modo de his, quæ concernunt

dictas Causas, nisi cum DD. Episcopo, Consultoribus, aliisque Officialibus ejusdem S. Officii sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ, à qua non possim absolvi præterquam in articulo mortis, nisi Sac. Congr. Cardinalium Sanctissimæ Inquisitionis Urbis; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

ADNOTATIONES.

1 DE hoc juramento præstando à Consultoribus, aliisque Officialibus, qui Causas S. Officii pertractant, in actu quo admittuntur, & deputantur, agunt Massin. *in praxi S. Officii part.* 9. & Carer. *in tract. de Offic. Sanctiss. Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. *Decimo n.* 65.

2. Et est etiam generale, quod Officiales in ingressu officii jurare debeant, quamvis sint solum assessores, vel Judices, ut pluribus auctoritatibus probat Ricc. *collect.* 1002. servata tamen dispositione Text. *in cap.* 1. *de jurejur. in* 6. scilicet quod Judices, & Officiales jurent licita, & possibilia & libertati Ecclesiasticæ non obviantia, Bulla Gregor. XIII. inter Apostol. 13.

Juramenti Judicum ante inchoationem Processuum super Beatificatione Sanctorum.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum præstandum in fabricatione Processuum Servorum Dei, præscribitur in Decretis Urbani VIII. & Innoc. XI.*

2 *Hoc juramentum præstatur non solum à Judice, sed etiam à Subpromotore, & Notario.*

EGo infrascriptus tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis juro, & promitto fideliter adimplere munus mihi commissum, circa fabricationem Processus in Causa Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei N. juxta formam Decretorum Sac. Congr. Rituum, & præcipuè novissimorum, quæ confirmata fuerunt à s. me. Innoc. XI. Necnon juro, & promitto religiosè servare secretum, tàm de contentis in interrogatoriis, quàm de Testium depositionibus super iisdem, & super articulis, nec de iis loqui cum aliqua persona, exceptis aliis Judicibus, & Subpromotore, ac Notario pro eodem Processu deputatis, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ, à qua nonnisi à summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præter quàm in mortis articulo absolvi possim: & ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

ADNOTATIONES.

1. QUia sæpè contingit à Sac. Congr. Rituum committi Episcopo, aliisque personis in Dignitate constitutis fabricationem Processus, & receptionem Testium super Vita, Sanctitate, Cultu, & Miraculis alicujus Servi, seu Servæ Dei, ponitur hic forma juramenti ab eisdem casu quod ad id fuerint delegati, præstandi, & ab eadem Sacr. Congr. præscripti, ut habetur in Decretis Urbani VIII. *super Beatificat. & Canonizat. Sanct. & in Decret. noviss. Innoc. XI. pag.* 9.

2. Hoc juramentum erit præstandum non solum à Judicibus delegatis, sed etiam à Subpromotore, & Notario. In construendo autem processu, servanda erit forma litterarum remissorialium, de quibus erit videndus Matta *in suo tra. de Canoniz. Sanctor. p.* 5. *cap.* 2. 3. 4. & 5. ubi, quę ad praxim pertinent, docet, & instantias conscribit, ac ipsas litteras remissoriales per extensum refert, & adnotationibus vestit.

Jura-

Juramenti Testium recipiendorum super eisdem Causis.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Juramenta Testium in Processu super Beatificat. Servorum Dei debent recipi tactis Sacris Scripturis, etiamsi sint Sacerdotes, & Prælati, exceptis Cardinalibus, & Episcopis, qui jurant tacto pectore.*
2 *Testes debent esse personæ graves, & fide dignæ.*
3 *Testium hujusmodi depositiones debent recipi in locis deputatis in litteris remissorialibus.*

EGo infrascriptus tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro dicere veritatem, tam super interrogatoriis, quàm super articulis, super quibus examinabor, necnon servare secretum, nec alicui penitus revelare, tam contenta in iisdem interrogatoriis, quàm responsiones, ac depositiones à me factas, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquàm in mortis articulo absolvi possim: Et ita promitto, & juro: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

ADNOTATIONES.

1. HÆc Testium juramenti forma præscribitur in iisdem Decretis novissimis Innoc. XI. *d. pag.* 9. nec prætermittenda, præsertim in eo, quod juramentum præstetur tactis Sacris Scripturis ab omnibus Testibus, etiamsi Sacerdotes sint, & Prælati, exceptis Cardinalibus, & Episcopis, quorum juramentum sufficit, quod recipiatur tacto pectore, ut observat Matt. *loco citato dicta p. 5. c. 2. nu.* 59. ac injungi solet in litteris remissorialibus.

2. Advertere debet Judex, quod cum agatur de re gravi in hujusmodi causis, debent semper recipi, & admitti (quantum fieri poterit) personæ graves, fide dignæ, & præsertim Ecclesiasticæ, Dignitates, Canonici, & Sacerdotes, ut monet Matt. *dicta par. 5. cap. 5. nu.* 10.

3. Et quod eorum depositiones recipiantur in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque piis locis ad id deputatis, ut pariter in litteris remissorialibus præscribi solet; nisi infirmitas Testium, vel alia urgens necessitas aliud suadeat. Cætera ad hanc materiam pertinentia videndi sunt, Matt. qui integrum volumen in lucem dedit, & Contilor. qui precedenter alium tractatum de eadem re evulgavit.

TITULUS VIII.

De Matrimonio.

Testimonialis status liberi.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Testes super statu libero contrahere volentium debent examinari coram Episcopo, vel Vicario Generali: aliquando tamen etiam coram alio Delegato.*

2 *Forma examinis Testium præscripta à Sac. Inquisitione potest prætermitti in matrimonio contrahendo à constituto in periculo mortis.*

3 *Item cum illis, qui absentes à loco originis nullibi Domicilium fixerunt, cum quibus de licentia ejusdem Congreg. dispensatur, & nu. 4.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis, ad quos presentes nostrę pervenerint, fidem facimus, & attestamur N. . . . . de . . . numquam habuisse, neque de præsente. . . . sed esse in statu libero ad contrahendum matrimonium, prout ex depositionibus testium *coram nostro Vicario Generali* medio eorum juramento *ad præscriptam formam* instructionis Sac. Congr. Inquisitionis de Urbe examinatorum plenè constat. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *CORAM NOSTRO VIC. GEN.* Testes, qui in Curia Episcopali recipiuntur ad probandum statum liberum juxtà instructionem Sac. Congr. Inquisitionis de Urbe, debent examinari coram Episcopo, vel ejus Vicario Generali. In Diœcesi tamen ampla, ne testes, & partes distantes nimiùm graventur accessu ad Curiam Episcopalem, poterit examen pro Matrimoniis Diœcesanorum (nunquam tamen vagorum) alicui idoneo viro delegari, prout ipsa instructio permittit, mandato tamen, quod testium receptorum positiones tranimittantur ad Curiam Episcopalem, à qua debet semper expediri attestatio; quæ si subscribatur à Vicario Generali, tunc in formula dicendum erit--*prout ex depositionibus testium coram infrascripto nostro Vic. Generali examinatorum plenè constat*. Si verò coram Episcopo fuerint examinati, dicitur-*prout ex depositionibus coram Nobis examinatorum*.

2. *AD PRÆSCRIPTAM FORMAM*. Forma in instructione præscripta posset prætermitti, quando quis constitutus in articulo mortis, vel alio simili periculo, & accidenti, ut exeat à peccato vellet contrahere matrimonium: sed si periculum evaderet, vel ab infirmitate convalesceret, eædem diligentię, antequam ad copulam, & cohabitationem deveniatur, adimplendæ essent, prout eadem *Sac. Congregatio S. Officii respondit in Neapolitana de anno* 1638. cujus Epistolam per exten-

tensum refert Corrad. *part. disp. lib. 7. cap. 6. num. 23.*

3. Neque servatur instructio cum illis, qui absentes à loco originis, nullibi domicilium fixerunt, sive quia per Italiam manu, & labore victum quærentes modò huc, modò illuc moram traxerunt: sive quia per Galliam, vel Hispaniam vagantes diu abfuerunt. Hi etenim ad Patriam reversi si uxorum ducere velint, & de illorum statu libero, neque fidem Ordinariorum, nec testes afferre valeant; recursum habere solent ad eamdem Sacr. Congreg. Inquisitionis, quæ attenta facti expositione, & morali impossibilitate certam status fidem habendi, preces Ordinariis locorum remittit cum facultate, ut possint (comminata priùs contrahere volentibus pœna triremium irremissibiliter infligenda in casu, quo ipsos alibi habere Uxores, vel Viros detegatur præstitoque per eosdem juramento ad Sancta Dei Evangelia se se esse liberos ad contrahendum) ad celebrationem matrimonii devenire, ut non semel mihi accidit tempore, quo munere Vicariatus fungebat.

4. Verum est tamen, quòd non semper Sac. Congr. S. Officii pro hujusmodi vagantibus talem facultatem concedit, sed arbitrio regulato à qualitate personæ, diuturnitate vagationis, & aliis facti circumstantiis, vel indulget, vel denegat, vel rescribit, quòd probent statum liberum eo modo, quo meliori potest probari.

Alia pro absente.

FORMULA II.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis, ad quos præsentes nostræ pervenerint, fidem facimus, & attestamur N. . . . . de mense (vel anno . . .) discessisse, & se absentasse ab hac Civitate (vel Diœcesi) in statu libero ad contrahendum matrimonium, & antè dictum ejus discessum numquam habuisse . . . . . prout ex depositionibus testium coram Nobis (vel Vicario nostro Generali) medio eorum juramento ad præscriptam formam instructionis Sacr. Congr. Inquisitionis de Urbe examinatorum plenè constat. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus (seu Vicarius Generalis N.)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Alia pro extero.

FORMVLA III.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

UNiversis, & singulis, ad quos præsentes nostræ pervenerint, fidem facimus, & attestamur N. . . . à . . . in . . . commorantem, per dictum temporis spatium numquam duxisse . . . sed permansisse, & permanere in statu libero ad contrahendum matrimonium, prout ex depositionibus testium coram

coram Nobis (vel Vicario nostro Generali) eorum medio juramento ad præscriptam formam Instructionis Sacræ Congreg. Inquisitionis de Urbe examinatorum plenè constat. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus (seu Vic. Gen.) N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Decreti Dispensationis datæ vigore Brevis Apostolici.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

Traditur praxis absolvendi ab incestu virtute Brevis Apostolici aduot. n. 1. & 2.

N. Vic. Gen. N. & ad infrascripta Delegatus Apostolicus.

UNiversis, & singulis præsentes inspecturis notum facimus, atque testamur, qualiter nuper coram Nobis pro parte N. loci N. hujus Diœcesis, exhibitæ, & præsentatæ fuerunt litteræ Apostolicæ in carta pergamena scriptæ plumbeo pendente sigillo ad cordulam fili canapis more Romanæ Curiæ, non vitiatæ, non cancellatæ, non abrasæ, neque in aliqua ipsarum parte suspectæ, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, quas cum omni qua decuit reverentia recepimus, tenoris sequentis videlicet-- (*Et hic inseratur tenor, quando litteræ originales non remanent in actis*) Post quarum quidem litterarum præsentationem, & receptionem, fuimus pro parte d. N. cum instantia requisiti, quatenus ad executionem earumdem, ac in eis contentorum procedere deberemus. Nosque attenta, servataque illarum forma, mandavimus de in illis expositis capiendam esse diligentem, & summariam informationem, per quam reperimus prædictos N. & N. se tertio, & quarto consanguinitatis gradu invicem esse conjunctos, dictamque N. propter hoc minimè raptam fuisse, omniaque in dictis litteris exposita, & narrata fuisse, & esse vera, ac veritate fulciri. Ideircò in primis eosdem N. & N. *ab invicem separavimus*, eisdemque *pœnitentiam publicam injunximus*, dictusque N. operam suam fabricæ Ecclesiæ N. tribus mensibus contulit, ab eisque *juramentum recepimus*, quòd sub spe faciliùs habendæ hujusmodi dispensationis à Summo Pontifice incestum supra expressum non commiserunt, ipsos in utroque foro absolvimus, & aliam *pœnitentiam salutarem* ipsis imposuimus & cum prædictis N. & N. ut matrimonium inter se publicè, servata forma Concilii Trident. contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate Nobis concessa, & qua in hac parte fungimur, impedimento quarti consanguinitatis gradu hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, quæ idem Sanctissimus D. N. in prædictis suis litteris volint non obstare, dispensandum duximus, prout præsentium tenore dispensamus, distantiam verò tertii gradus prædicti eis non obstare declaramus. Prolem susceptam si qua sit, & suscipiendam exindè legi-

timam

timam decernendo. Et in fidem premissorum omnium præsentes manu nostra subscripsimus, & per Cancellarium Curiæ expediri jussimus. Datum &c.

N. Vic. Generalis N. Delegatus, & Executor Apostolicus.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. *AB INVICEM SEPARAVIMUS*. Facta litterarum Apostolicarum productione, & verificatis per depositiones testium formiter inductorum, & super Capitulis examinatorum, expositis, & contentis in dictis litteris, solet in praxi prævia Oratorum instantia, & per eos petita in actis venia, fieri Decretum, quod N. & N. separentur ab invicem, & in diversis Domibus habitent ejus arbitrio, & quod in die festivo de præcepto, & tempore, quo Missa solemnis Parochialis celebratur, ambo manere debeant ante fores dictæ Ecclesiæ flexis genibus cum candelis in manibus accensis à principio usque ad finem Missæ. Viro autem injungitur ulteriùs, ut per tres, vel quatuor menses alicui Ecclesiæ, seu loco pio inserviat: doctoque in actus de adimplemento, Vicarius secundo suo Decreto eos ab incestu, & excessibus absolvi committit alicui probo, & experto Confessario cum facultate, ut recepto ab eis juramento, quod sub spe faciliùs obtinendi dispensationem incestum non commiserint, & imposita eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, in utroque foro absolvat.

2. Exhibita postmodum fide Confessarii delegati, quod juramentum prædictum præstiterint, & absolutionem eis fuerit elargitus; tunc Vicarius, si sibi expediens videatur, & scandala exindè evenire non posse non dubitet, procedit ad absolutionem, prout in formula exprimitur, quam tradit Corrad. *prax. disp. lib. 8. cap. 6. n. 8.*

Alia dictæ Absolutionis.

FORMULA V.

QUI Reverendissimus D. Vic. Generalis N. Delegatus Apostolicus sedens &c. visis, & benè consideratis litteris Apostolicis, testium depositionibus, formiter examinatorum, ex quibus constat d. N. raptam non fuisse, nec aliquod scandalum ex dispensatione oriturum, aliisque juribus pro verificatione expositorum, & adimplemento Decretorum D.S. Reverendissimæ, visisque videndis, & consideratis considerandis, Christi nomine invocato.

Dixit, pronunciavit, declaravit, & diffinitivè sententiavit preces N. & N. in præfatis litteris Apostolicis contentas, & eorum nomine Sanctissimo D. N. Papæ N. præsentatas, veras extitisse, & existere, veritatique niti repertas fuisse, nec non per eosdem omnia, & singula ad tenorem earundem litterarum adimplenda sufficienter, prout illis fuerunt injuncta, adimpleta fuisse, ac propterea fore, & esse dispensandos, prout auctoritate Apostolica dispensavit, & pro dispensatis haberi voluit, & mandavit; ita ut impedimento tertii sanguinitatis gradus hujusmodi quo invicem sunt conjuncti, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium inter se publicè, servata forma Concilii Trid. contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemniter celebrare, & postmodum in eo remanere liberè, & licitè valeant, prolemque susceptam, si qua sit, & suscipiendam legitimam decernendo, & ita dixit, & diffinitivè sententiavit omni &c. Datum &c.

Ita pronunciavi Ego N. Vic. Gen. Delegatus, & Executor Apostolicus.

N. Cancellarius Episcopalis.

Licen-

Licentiæ celebrandi Matrimonium cum dispensatione super Denunciacionibus.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus an possit dispensare super denunciationibus matrimonii, ut fieri possit diebus ferialibus, in quibus adest concursus populi, referuntur sententiæ D. D. & num. 2.*

3 *Solus Episcopus Diœcesanus super denunciationibus matrimonii dispensat, non autem alii Prælati inferiores, qui jurisdictionem quasi Episcopalem exercent jure speciali.*

4 *Vicarius Generalis ex sola generali delegatione dispensat, etiam tempore adventus.*

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. ut in matrimonium per verba de præsenti servato ritu Sanctæ Matris Ecclesiæ, & forma à Sac. Concil. Trid. præscripta, quamvis tantùm unica Denunciatio præcesserit, N. & N. in matrimonium conjungere valeas facultatem concedimus: injuncta tamen per te contrahentibus prohibitione insimul cohabitandi, & matrimonium consumandi, donec duobus continuis *festivis diebus* subsequentibus (etiamsi tempore Adventus) Denunciationes factæ non fuerint, & nullum aliud ad contrahendum detegatur impedimentum: quoniam justis de causis *dispensandum censuimus*, prout dispensamus. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *FESTIVIS DIEBUS*. Ex præscripto Sacr. Concil. Trid. Denunciationes Matrimonii contrahendi fieri debent festivis diebus. At si aliqua nimis rationabilis causa judicio Episcopi concurreret, posset ipse dispensare, ut omnes, seu illarum aliqua fieret in diebus ferialibus, in quibus pro aliqua occasione adesset concursus populi, ut tenent Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 32. *n.* 14. Bonacin. *de Matrim. punct.* 6. *num.* 18. & 19. Corrad. *prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 16. ubi ex textu Concilii rationem reddit.

2. Sed Nicol. *Iucubr. civil. lib.* 1. *tit.* 10. *de Nupt. n.* 63. putat, quod sententia quæ negat Episcopum posse in hoc dispensare, sit tutior ubi non adsit consuetudo, & hanc partem negativam secutam fuisse Sac. Congr. Concil. testatur Pignatell. *consult.* 133. *n.* 90. *tom.* 9.

3. *DISPENSANDUM CENSUIMUS*. Solus Episcopus Diœcesanus super denunciationibus matrimonii dispensat, non autem alii Prelati inferiores jurisdictionem quasi Episcopalem habentes de jure speciali, ut latè probat Fagnan. *in cap. cum inhibito à num.* 6. *usque ad fin. de clandest. desponsat. & in cap. accedentibus nu.* 26. *de excess. Prælat.* quod est contra Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 32. *n.* 30. 31. & 32. & Tambur. *de jur. Abb. tom.* 2. *disp.* 8. *qu.* 4. *num.* 2.

4. An autem possit hoc facere Vicarius Generalis, ex sola generali delegatione, absque alia speciali Episcopi, affirmant DD. relati per Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 7. *nu.* 10. & à Barbos. *ubi suprà num.* 29. quos sequitur Pac. Jord. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 7. & hæc sententia in praxi servatur, & servavi, quamvis Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 8. *n.* 61. referat à Sac. Congr. Concilii contrarium fuisse decisum, & dari potest etiam de tempore Adventus, Barbos. *dec. Apostol. collect.* 247. *n.* 2.

Licen-

Licentiæ contrahendi Matrimonium ejus, qui fuit absens, vel est forensis.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Parochus de jure potest suos Parochianos matrimonio conjungere absque licentia Episcopi, nisi fuerint à Diœcesi absentes.*
2 *Tempus diuturnum absentiæ ad hunc effectum dicitur quinque, vel sex mensium.*
3 *Parochus, qui diu absentes à Diœcesi contra prohibitionem Episcopi matrimonio conjungit, graviter peccat, & punitur.*

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. Ut in Matrimonium per verba de præsenti in faciem Ecclesiæ, factis prius in tribus diebus festivis interpelatis Denunciationibus, ac in reliquis servata forma præscripta à Sac. Concil. Trid. N. & N. nullo alio detecto impedimento, quàm præteritæ *absentiæ*, d. N. conjungere possis, *facultatem concedimus*, quoniam d. N. Nobis constare fecit se extra nostram Diœcesim mansisse liberum ad contrahendum (*si verò sit forensis*) quoniam de ejus statu libero ad contrahendum Matrimonium per attestationem proprii Ordinarii Nobis constare fecit. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 ABSENTIÆ. Parochus de jure potest suos Parochianos Matrinio conjungere servata forma Concilii absque alia licentia Episcopi, Guttier. *de Matrim. cap. 60. n. 1.* Nicol. *in flosc. verb. Matrimonium n. 5.* Attamen si Parochiani diù à Parochia, & Diœcesi fuerunt absentes, rectè potest Episcopus Parocho prohibere, ne illos ad Patriam reversos admittat absque sua licentia, cum potuerint alibi contrahere, Guttier. *de Matr. cap. 65. n. 7.* Barb. *in Summ. decis. Apostolic. collect. 554. num. 5.*

2. Quale autem dicatur tempus notabile absentiæ, ut possit hoc prohiberi, nullibi præfinitum reperitur, sed Episcopus juxta personarum, & causæ absentiæ qualitatem, illud discretè, & prudenter definiet, ad tradita per Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas. 6. num. 13.* Regulariter autem, qui per quinque, vel sex menses continuos à Diœcesi, & in longinquis absentes fuerunt, dici poterunt eos diu extra illam moram traxisse, ad effectum, ut arceri possint à Matrimonio, donec constet mansisse liberos: sic judicant *Synodus Farfensis de anno 1686. & Cæsenaten. de anno 1595.* in lucem editæ.

3. FACULTATEM CONCEDIMVS. Si Parochus sine licentia Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis, illos, qui à Diœcesi per dictum notabile temporis spatium abfuerunt, non obstante prohibitione, in Matrimonium conjungeret, graviter peccaret, & severè posset puniri, ut advertit Pac. Jord. *tom. 1. lib. 3. tit. 7. num. 99, & 177.*

Licen-

Licentiæ contrahendi temporibus prohibitis.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Privata traductio Sponsæ ad Domum Viri temporibus à jure prohibitis de licentia Ordinarii non est prohibita, neque interdicta, & reprobatur opinio Fagnani.*
2 *Sponsi ut ab actu conjugali abstineant dictis temporibus est consilii non præcepti.*
3 *Episcopus ex urgenti causa dispensat, ut temporibus ab Ecclesia prohibitis fiant nuptiæ cum solemnitate.*
4 *Debet tamen in hoc esse rigidus.*
5 *Enumerantur causæ, ob quas Episcopus potest dispensare, ut Matrimonia contrahantur tempore ab Ecclesia prohibito, & n. 6.*
7 *Temporibus ab Ecclesia prohibitis sine licentia, & dispensatione Episcopi non possunt contrahi licitè Matrimonia, & refellitur Nicol.*

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. ut in Matrimonium per verba de præsenti in facie Ecclesiæ, præmissis in tribus diebus festivis interpolatis Denunciationibus (vel unica) ac servata in reliquis forma præscripta à Sac. Concil. Trid. N. & N. nullo detecto ad contrahendum impedimento, absque tamen personarum comitiva, omissaque omninò benedictione nuptiali, nec non *solemni traductione* Sponsæ, *conviviis*, & aliis vanæ lætitiæ signis, conjungere possis, non obstante tempore currenti Adventus (sivè Quadragesimæ) *justis de causis facultatem concedimus*, & dispensamus.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *SOLEMNI TRADUCTIONE*. Privata traductio Sponsæ ad Domum Viri temporibus à jure prohibitis de licentia Ordinarii non est prohibita, neque interdicta: Quicquid enim in contrarium dicat Fagnan. (alioquin doctissimus) *in cap. Cappellanus n.* 10. *& 11. de Feriis*, ejus opinio communiter jure novo Concilii rejicitur, ut videre est apud Ricc. *prax. For. Eccles. par.* 4. *resol.* 566. *num.* 2. Bonac. *de imped. Matrim. q.* 3. *punct.* 14. *n.* 4. Gavant. *Manual. Episcop. verb. matrim. celebratio n.* 14. Barb. *de offic. & Potestat. Episc. alleg.* 32. *n.* 194. *& supra Concil. de Reform. matrim. cap.* 10. *num.* 6. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 7. *n.* 12. Ponc. *eodem tract. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 8. Biss. Hierurg. *litt. T. num.* 27. & alios quos contrà Fagnan. congerit Pignatell. *consult.* 47. *per tot. tom.* 6.

2. Et ratio conclusionis ea est, quia ut Sponsi eo tempore ab actu conjugali abstineant jure novo Concilii (quicquid esset dicendum inspecta censura antiquorum Canonum) non est præcepti, sed tantùm consilii, ut præter mox allegatos, tenet novissimè doctus modernus Zeger Bernard. Van. Espen. *in tract. de jur. Eccles. univers. par.* 2. *tit.* 13. *num.* 16. *tom.* 1.

3. *CONVIVIIS*. An Episcopus possit dispensare, ut temporibus ab Ecclesia prohibitis fiant nuptiæ cum solemnitate, & cum Sponsorum benedictione? affirmativam tenent Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 85. *n.* 29. Ponc. *de matrim. loco suprà citato n.* 11. Biss. Hierurg. *par.* 1. *litt. B. num.* 72. §. 1. quoties tamen concurrat urgens causa, quæ rarò eveniet.

4. *JUSTIS DE CAUSIS*. Episcopus debet esse rigidus in dispensando, præsertim in illis Regionibus, ubi adest consuetudo Matrimonia non contrahendi: Quia cum ipse sit Sac. Canonum

num Magister, & Custos, *c. Cum scimus 9. quæst. 3.* idcircò à regulis eorumdem non debet præsumptione discedere, ut inquit Text. *in cap. igitur 25. quæst. 2.*

5. Causæ autem justę, ob quas temporibus ab Ecclesia vetitis poterit concedere Matrimonia contrahi omissa benedict one, eædem sunt, quæ in remittendis denunciationibus concurrere debent, videlicèt. Primò, quoties probabiliter suspicatur Matrimonia indebitè, ac malitiosè fore impedienda. Secundò, quandò Magnates volunt contrahere. Tertiò, quando Parentes, Tutores, vel Curatores viris indignis, & longè disparibus copulare virgines niterentur. Quartò, si Matrimonium esset contrahendum in articulo mortis cum Concubina ad legitimandam prolem, vel ad securiorem infirmi transitum. Quintò, ubi contrahere volentes diù habiti fuissent pro Conjugibus, & ad evitandam erubescentiam, & infamiam cupiunt Matrimonio vero conjungi. Sextò, si Concubina, vel alia publica Meretrix esset ducenda in Uxorem, ut absque mora desistant à peccato, & ad evitandum periculum mutationis voluntatis. Septimò, ad evitanda scandala ob aliquas factiones, & inimicitias, quæ propter Matrimonium sopiri speraretur, Octavò, quoties contrahere volentibus, ex dilatione aliquod notabile damnum, vel incommodum tam corporis, quàm bonorum immineret.

6. His, inquam, & similibus casibus, quos sparsim apud Auctores suprà allegatos reperies, & præsertim Corrad. *prax. dispens. lib. 7. cap. 7. nu. 23.* Pac. Jord. *de Matrim. n. 51.* justam habebit Ordinarius dispensandi causam in uno tantùm, vel in utroque simul.

7. *FACULTATEM CONCEDIMUS.* Quamvis Nicol. *lucubr. Civil. lib. 1. tit. 10. de nuptiis num. 72.* nimis fidenter asserat, Matrimonium quolibet tempore contrahi, & consumari posse absque alia Superioris licentia, ex eo quia id concedatur, à *Rituali Romano rubr. de Sacram. Matrim.* eumque avium more, & cum laude sequatur Pignatell. *dicta consult. 47. n. 17. circà fin. tom. 6.* Nihilominùs hæc Nicolii absoluta propositio debet intelligi quoad validitatem; non autem quod licitè quocumque tempore etiam ab Ecclesia interdicto contrahi possit Matrimonium sine licentia Episcopi, prout interpretando Text. *in c. Cappellanus de Feriis*, advertit Sayr. *de Censur. lib. 5. cap. 7. num. 43. & 44.* Biss. Hierurg. *litt. V. n. 41. §. primo*, & communiter docent *suprà citati in §. Privata traductio*, qui omnes exigunt Ordinarii licentiam ad hoc, ut Parochus, & contrahentes culpam, & pœnam arbitrariam evadant.

Licentię contrahendi inter dispensatos à Papa.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Unici Testis depositio non sufficit ad dirimendum contractum sed impedit Matrimonium contrahendum.*

2 *Non est sufficiens, neque ad impediendum non contractum, si Testis non sit integer, & patiatur exceptiones, & num. 3.*

TIbi N. Parocho Ecclesię N. ut in Matrimonium per verba de præsenti in facie Ecclesię, præmissis in tribus diebus festivis interpolatis denunciationibus, ac servata in reliquis forma præscripta à Sac. Concil. Trid. N. & N. *nullo alio detecto* ad contrahendum *impedimento*, quàm tertio, & quarto consanguinitatis gradu, quo invicem sunt conjuncti, super quo dispensationem Apostolicam obtinuerunt, conjungere possis, licentiam, & facultatem concedimus. Quoniam verificatis coram Nobis expositis in dicta dispensatione, illam exequi volumus, & mandamus. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

A D-

ADNOTATIONES.

1 *NULLO ALIO DETECTO IMPEDIMENTO*. Quæstio est inter DD. an impedimentum ad contrahendum dicatur detectum, & probatum unico Teste? & sic solent illam distinctione dirimere: Si agatur de Matrimonio jam contracto, unicus Testis non sufficit, sed requiritur ad illud dirimendum plena probatio, Panimoll. *decis.* 19. *adnot.* 3. *num.* 16. *& seqq.* ubi dat concordantes: Si verò agatur de contrahendo, & tunc dictum unius Testis sufficit ad illud impediendum, quamvis dicat turpitudinem propriam, Glos. *in cap. Extraordinaria* 35. *q.* 3. *vers. Sacramenti*, *& cap. super eo il* 2. *de Test. & cap. prætereà il* 2. *de Sponsal.* Ciarlin. *controv.* 235. *per tot.*

2. Verùm ab hac distinctione aliquandò receditur, puta si Testis, qui super impedimento Matrimonii contrahendi denunciavit, non sit bonæ famæ, aut non integer, vel alio modo suspectus, utpotè quia non moveatur ad denunciandum impedimentum ad exonerandam conscientiam, sed se ingerat in causa, quia sibi displiceat matrimonium; vel si demùm varia, & inverisimilia deponeret: Tunc enim non obstante, quod ageretur de contrahendo, proceditur ad ulteriora, illius depositione non attenta, Tondut. *quæst. Benefic. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 165. *n.* 5. *& seqq.* ubi de testimonio filii, qui deposuerat rem habuisse cum Sponsa, quam Pater in Uxorem ducere volebat.

3. Et hanc limitationem sæpè probavit *Sacr. Congreg. Concilii*, nempè *in Pisauren.* 12. *Novembris* 1689. *in Melevitana* 22. *Septembris* 1691. *in Salisburgen. matrimonii* 22. *Septembris* 1696. in qua dicit casus Tondut. *& in Baren. seu Modunen. matrimonii* 9. *Aprilis* 1701. in quibus unici Testis (exceptiones patientis) depositio, non valuit Matrimonium contrahendum impedire.

Licentiæ contrahendi, non obstante præcedentium Sponsalium alterius oppositione.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Modus procedendo quando ad impediendum matrimonium opponuntur Sponsalia cum alia Puella celebrata.*

2 *Enumerantur casus, in quibus licitè à Sponsalibus receditur, & num.* 3. 4. 5. *&* 6.

7 *Vxor provectæ ætatis transeunte Viro de consensu ad Religionem, potest in sæculo remanere voto continentiæ emisso.*

8 *Propter adulterium potest Conjux innocens ad Religionem transire.*

9 *Episcopus in impedimento dirimente matrimonium dispensat in foro conscientiæ tantùm, quando impedimentum non est publicè detectum post jam contractum matrimonium, & ob distantiam loci magnum daretur periculum incontinentiæ, vitæ, vel scandali.*

10 *Puella stuprata non potest invitis Parentibus doti de jure debitæ à stupratore renunciare.*

Ex stupro duplex oritur actio, ibid.

Stuprator ducens in Vxorem stupratam non debet alia pœna puniri, ibid.

11 *Impedimentum publicæ honestatis oritur ex diffamatione Sponsalium.*

12 *Matrimonium contractum à Græco Latino coram Sacerdote Græco est nullum.*

13 *Matrimonia contracta coram Cappellanis Exercitus sunt nulla sine licentia Parochi, vel dispensatione Apostolica.*

14 *Matrimonium contractum coram Sacerdote non Parocho, qui asserit licentiam ab eodem habuisse, habet*

præ-

præsumptionem validitatis, donec contrarium probetur.

15 *Matrimonium contractum à Catholicis coram Ministro Hæretico est nullum.*

16 *Matrimonia sine Dote non contrahuntur.*

17 *Matrimonium à principio nullum propter metum, etiam sequuta copula est nullum.*

18 *Puellarum expositarum Matrimonia, adhuc in conservatoriis degentium, debent coram proprio Parocho contrahi.*

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. ut in Matrimonium per verba de præsenti in facie Ecclesiæ factis prius in tribus diebus festivis interpolatis denunciationibus, ac in reliquis servata forma præscripta à Sac. Concil. Trid. N. & N. nullo alio detecto impedimento ad contrahendum, quàm assertorum Sponsalium cum N. conjungere possis, facultatem concedimus; quoniam *opposita Sponsalia* per d. N. *non obstare* censemus. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *OPPOSITA SPONSALIA*. Sæpè ad retardandam Matrimonii celebrationem opponuntur Sponsalia cum altera Puella contracta: Undè Episcopus casu eveniente, si ex justa causa ab illis ex parte Viri, vel Mulieris recedatur, vel sufficienter non probentur, prævio Decreto judiciali super irrelevantia oppositionis, procedat ad concessionem licentiæ pro Matrimonio contrahendo, nisi fortè pars opponens ad Sacram Congregationem, vel alium Superiorem non apellet; quia tunc erit supersedendum.

2 *NON OBSTARE*. Plures dantur casus, in quibus Sponsalia præcedentia cum aliis contracta non obstant Matrimonio contrahendo cum alio, vel alia. Et primò, quando non probantur per subscriptionem Apocæ, vel saltem duobus Testibus, qui deponant de promissione Sponsi ducendi Sponsam in uxorem, cum successiva fidei datione, & acceptatione Sponsæ, cum mutua futuri Matrimonii repromissione, juxta modum probandi traditum à Rot. coram Coccin. *dec.* 1834. *num.* 1. & coram Cels. *decis.* 374. *nu.* 3. Sperell. *decis.* 95. *n.* 9.

3 Secundò, qui promisit Sponsalia de futuro recedit ex justa causa, puta quia Sponsa passa est ab alio carnaliter cognosci; quia alter eorum incidit in lepram, in morbum Gallicum, vel gravem infirmitatem, aut amisit oculum vel nasum: Si Sponsa ea pulchra evasit deformis, aut pauper, ejusque Parentes Dotem illi dare recusent, quamvis non promissam: Si aliqua notabilis mutatio post Sponsalia supervenit, aut incipit apparere, quæ si cognita fuisset tempore Sponsalium, judicio prudentis, Sponsalia non fuissent celebrata: Si Sponsus post Sponsalia damnatus fuisset de aliquo crimine turpi; quas causas, & alias plures enumerant Sanchez *de Matr. lib.* 1. *disp.* 57. 60. & *seqq.* Guttierez. *eodem tract. c.* 33. *per tot.* Bonac. *de matr. tit. de Sponsal. punct.* 8. *per tot.* Ricc. *prax. For. Eccl. p.* 1. *resol.* 218. *Sac. Congr. Concil. in Spoletana* 22. *Februar.* 1698. in qua post Sponsalia contracta, Sponsa effecta fuerat clauda.

4 Tertiò, quando, qui Sponsalia contraxerant, vovit castitatem, vel suscipere Sacros Ordines, quia tunc per electionem melioris status Sponsalia iritantur, nec Sponsus tenetur illa exequi, quamvis juramento essent firmata, *Sac. Congreg. Concilii in Barbegen. Sponsalium* 5. *Martii* 1701. quod verum putat Bonacin. *de matrim. tit. de Sponsal. punct.* 5. *nu.* 13. 14. 15. & 16. etiamsi posteà Voti dispensatio obtineatur.

5. Quartò, quando promissio Sponsalium non jurata est facta personæ, cum qua adest notabilis disparitas conditionis, tunc enim promissor non cogitur ad contrahendum matrimonium, ut dixit Rot. coram Dunoz. Jun. *decis.296.num.7.8.&9.* Quam propositionem veram putat Graff. *decis. aur.par.2.lib.1.cap.12. num.53.*etiam si intercedat copula cum aliquo signo fraudis, quia tunc (Author putat) sola obligatio dotandi remanet.

6. Quintò dissolvuntur Sponsalia, immo & matrimonium ratum, & consumatum, quando Jugales de communi consensu ambo ad statum celibatus eodem tempore volunt transire, nempè mulier, ut professionem emittat in Monasterio, & Vir Ordinem Sacrum suscipiat, quia tunc Deus, & non homo separat, *c.quia Agatho, & c. scripsi 27.q.2.* Fagnan. *in c.Cum sis de conver. Conjug. Sacr. Congr.Episc. in Januen. 1. Septembr.1690.*

7 Talique casu, si uxor esset provectæ ætatis, puta 60. annorum, & suspicione incontinentiæ careret, Voto continentiæ emisso indulgetur quoque quod possit in sæculo remanere, ut patet ex Decretis allegatis à Nicol. *lucubr.Civil.tit.10.de nupt. num.49.*

8 Item solvitur matrimonium, quando alter ex conjugibus adulteratus fuit, *cap. Constitutus de controvers. conjug.* quod est verum dummodò post adulterium commissum, Vir Uxorem iterùm non cognoverit, ut ibi cum Glos. observat Nicol. *lucubr. can.lib.3.tit.32. fol. mihi 169.* tunc enim poterit Vir ad Religionem, vel Sacros Ordines transire, non tamen aliud matrimonium contrahere, *Marc.10. Luc. 16. ad Cor. 1.cap.7.*

9. Et hic nota, quod Episcopus in impedimento dirimente matrimonium dispensat in foro conscientiæ tantùm, quando impedimentum non est publicè detectum post jam contractum matrimonium, & ob distantiam locorum magnum daretur periculum incontinentiæ, vitæ, vel scandali, Garz. *de Benefic.par.11.cap. 5. num.341. & 342.* Barbos. *alleg.33. nu.4.* Fagnan. *in cap. Nimis num. 33. & 37. de fil. Presbyt. Sacr. Congreg. Concil. in Egitatien.19. Aprilis 1692. ad quintum.*

10 Secundo nota, quod, si stuprator nolit stupratam ducere in uxorem, hæc non potest invitis parentibus Doti de jure debitæ renunciare, Farinac. *quæst. 147. num.117.* Monach. *decis.Bononien.41.n.6.* Raynald. *observ. crim. tom. 2. c.23.n.191. & 192.*ubi rejectio Pirhing. *in jus Can.tit. de adult.sect.2.§.3.n.52.* dicit hanc in foro externo esse versorem sententiam. Immò præter dotem, quam stuprator illi costituere tenetur, *c.2.de adulter.* poterit etiam alia pœna (levi tamen) puniri; quia ex hoc delicto duplex oritur actio, una ad pœnam, & alia ad privatum commodum partis, ut dicunt DD. mox citati: Nisi tamen stupratam duceret in uxorem, quia tunc non esset alia pœna mulctandus, Rot. *in Avenionen. Dotationis 30. Aprilis 1688.* cor. Benincasa, impressa post Raynald. *loc. cit.num.10.& seqq.*

11 Tertiò, quod impedimentum publicæ honestatis oritur, & contrahitur ex diffamatione sponsalium, licèt concludenter non probentur, ut censuit *S. Congregat. Concilii*, causa bis auditis partibus proposita, *in Ripana sponsalium 7. Junii, & 20. Septembris 1698.*

12. Quartò, quod matrimonium contractum à Græco latino Catholico coram Sacerdote Græco non Parocho, non sustinetur, *Sacr. Congr. Concil. in Chien.Matrimonii 14. Novembr. 1693.*

13. Quintò, quod matrimonia contracta coram Cappellanis Exercitus à Militibus degentibus in Castris, & stationibus hybernis, vel æstivis, aut in expeditione etiam cum militaribus fœminis sine licentia Ordinarii loci, vel sine speciali facultate Sedis Apostolicæ, nulla sunt, ut dubio proposito respondit *Sac. Congr. Concilii 6. Martii 1694.*

14 Sextò, quod matrimonium contractum coram Sacerdote, qui asserit habuisse licentiam à Parocho, vel Episcopo, habet præsumptionem validitatis, quia donec contrarium probetur, assertioni Presbyteri standum est, Piasec. *prax.Episcop. part.2.cap.6. art.4. de matrim. nu. 15.* Sanchez *de Matrim. lib.3. disput. 37. nu.5.* ubi opiniones, & DD. sententiæ pugnantes sic conciliat -- *Sed placet concordia* Maschardi *conclus. 985. ubi alia*

ad

ad hoc affert, & num. 3. resolvit, si contra licentiam opponatur à tertiò, ipsi incumbere probare, si verò à proprio Parocho, transferri onus probandi in alienum Sacerdotem, & ipsos contrahentes.

15 Septimò, quod matrimonium contractum a Viro Catholico cum muliere pariter Catholica coram Ministro Acatholico est nullum. Quia licèt fuerit initum in Terris Hæreticorum, adhuc ubi fuit publicatum *Concilium Tridentinum*, illius forma tradita *in cap. 1. sess. 24. de Reform.* ubique servanda est pro validitate, ut pluries declaravit *Sac. Congr. Concilii* apud Pignatell. *consult. 79. à num. 26. to. 5.* & nuper *in Venetiarum 1. Decembr. 1696.*

16 Octavò, quod matrimonia ex generali consuetudine sine Dote non contrahuntur, Rot. coram Pamphil. *dec. 105. n. 5. & 6.* Et quod dotis constitutio non exigit scripturam, sed Testibus, immò & conjecturis probatur, Tusch. *lit. D. concl. 722. per tot.* Cyriac. *controv. 29. nu. 17. 18. & seqq.* Card. de Luc. *de Dot. discurs. 150. n. 1. 2. & 3.*

17 Nonò, quod matrimonium à principio metu contractum, licèt jure communi inspecto per copulam posteà liberè, & voluntariè subsecutam, ratificetur, & convalidetur, ut per Glos. *in cap. inter cætera 22. quæst. 4. verbo matrimonium*, tenent communiter Graff. *decis. aur. part. 2. lib. 1. cap. 12. num. 36. & 37.* & alii relati à Panimoll. *decis. 102. adnot. 2. num. 5. & 7.* Nihilominus hodiè jure novo Concil. Trident. Matrimonium nulliter à principio contractum non convalidatur per subsecutam copulam quantumvis liberè habitam, sed requiritur novus consensus in facie Ecclesiæ, prout ex declaratione Sacræ Congregationis firmat Fagnan. *in cap. de illis num. 12. & 13. de desponsat. impuber.*

18 Decimò, quod matrimonia Puellarum expositarum degentium in conservatoriis, seu Hospitalibus, non debent, neque possunt contrahi coram Rectoribus, seu Cappellanis eorumdem locorum, sed coram proprio Parocho, in cujus Parochia sita prædicta loca reperiuntur, celebranda erunt, ut pluries declaravit *Sacr. Congreg. Concil.* apud Pignatell. *consultat. 396. tom. 1.* & nuper *in Suessana 7. Septemb. 1697.*

Licentiæ contrahendi Domi.

FORMVLA XI.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus jure prohibet, quod matrimonia non celebrentur Domi.*

TIbi N. Parocho Ecclesiæ N. ut in matrimonium per verba de præsenti, & servata forma Sac. Concilii Trid. & dummodò factæ fuerint tres publicationes in Ecclesia diebus festivis interpolatis, & nullum detectum sit impedimentum ad contrahendum, *Domi conjungere* possis N. & N. licentiam, & facultatem concedimus justis de causis. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 DOMI CONJUNGERE. Jam diximus *Adnot. ad Formul. Erect. Ecclesiæ Parochialis*, quod matrimonia debent in Ecclesia celebrari, & quod justè Episcopus valet prohibere, ne fiant Domi sine sua licentia, non obstantibus his, quæ solent in contrarium adduci; tùm ex ibidem animadversis; tùm quia ritus accidentales ab Ecclesia præscripti non possunt variari absque culpa, ad tradita per Bonacin. *de Sacram. in gener. quæst. ult. num. 4.* Tum demum quia cum agatur de administratione solemni Sacramenti, non potest Parochus ad libitum, ritum contemnere, & Domi illud conficere: Ut jam definitum

tum legimus à *Sac. Conc. Trident. sess. 7. de Sacram. in genere Can.* 13. ibi -- *Si quis dixerit receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus in Solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit:* Cum igitur ritus, qui habentur in Rituali Romano, sint ab Ecclesia recepti, & approbati; non video qua ratione nonnulli moderni Authores affirment, quod Episcopus non possit prohibere, quod Sacramentum Matrimonii non celebretur Domi, sive extrà Ecclesiam sine sua licentia.

TITULUS IX.

De Foro Pœnitentiali.

Facultatis confessiones audiendi.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus concedit Confessariis approbationem ad tempus.*

2 *Si concedit cum clausula* -- Ad nostrum beneplacitum, *potest quandocumque revocare, & num.* 3. *ubi redditur ratio.*

4 *Confessarii audientes confessiones in Ecclesia Parochiali debent de æquitate petere licentiam à Parocho.*

5 *Confessarii, etiamsi Regulares sint suscipientes confessiones infirmorum debent certiorare Parochum.*

6 *Confessarii non debent audire confessiones mulierum, & puerorum extra Sedem confessionalem, vel è conspectu non interposita Crate, sub pœna in Formula expressa.*

7 *Sacramentum pœnitentiæ extrà casum infirmitatis conferri non debet, nisi in Ecclesia, quod facere debent etiam Confessarii Regulares.*

8 *Confessarii quando dicantur sollicitare Pœnitentem ad turpia.*

9 *Pœnitentes tenentur Confessarios sollicitantes denunciare, etiamsi sollicitationi consenserint, alioquin non possunt absolvi.*

Denunciandus est Sacerdos non Confessarius, qui fingit se esse talem, & ad turpia sollicitat, ibid.

10 *Confessarius sollicitans potest absolvi ab alio quocumque Confessario.*

11 *Confessarius executor litterarum Sac. Pœnitentiariæ debet esse Doctor saltem privilegiativè.*

12 *Confessarius Executor litterarum Pœnitentiariæ debet esse actu approbatus ab Episcopo Diœcesano, in cujus Diœcesi debent exequi.*

13 *Explicantur clausulæ omnes, quæ continentur in litteris Pœnitentiariæ à n.* 4. *usque ad num.* 104. *nempè.*

Clausulæ communes num. 12. 13. 14. 15. 16. *&* 17.

18 *Quid dicatur occultum, quid publicum, & n.* 19.

Clausulæ litteræ pro dilatione Voti simplicis à n. 21. *ad* 28.

Clausulæ litteræ super transgressione Voti castitatis à n. 29. *ad* 32.

Clausulæ litteræ commutationis Voti simplicis Religionis à nu. 33. *ad* 36.

Clausulæ litteræ commutationis Voti Religionis à n. 37. *&* 38.

Clausulæ litteræ commutationi Voti castitati à n. 39. *&* 43.

Clausulæ litteræ dispensationis impedimenti occulti affinitatis à nu. 44. *ad* 52.

Clausulæ litteræ dispensationis super impe-

impedimento primi gradus ex copula illicita ad remanendum in jam contracto à num. 53. & 59.
Clausulæ litteræ dispensationis super incestu non expresso in litteris Datariæ à num. 60. & 63.
Clausulæ litteræ dispensationis de jam contracto super impedimento reticito Datariæ num. 64. & 65.
Clausulæ litteræ dispensationis pro consanguineis, qui ignorantes gradum prohibitum contraxerunt num. 66. & 67.
Clausulæ litteræ dispensationis pro iis, qui Matrimonium contrahere desiderant cum impedimento criminis occulto à num. 68. & 73.
Clausulæ litteræ pro eo, qui manus violentas in Clericum injecit in casibus occultis à num. 74. ad 77.
Clausulæ litteræ pro eo, qui Clericum percussit, aut occidit, & neque ad Urbem accedere, neque suum Episcopum tutò adire potest num. 78. & 79.
Clausulæ litteræ dispensationis ab irregularitate ob homicidium occultum à num. 80. ad 87.
Clausulæ litteræ dispensationis ab irregularitate proveniente ex defectu occulto natalium à numer. 88. & 89.
Clausulæ litteræ rehabilitationis pro Sacerdote Simoniaco à num. 90. ad 93.
Clausulæ litteræ rehabilitationis ad Beneficia obtinenda à num. 94. 95. & 96.
Clausulæ litteræ condonationis fructuum Beneficiorum malè perceptorum à num. 97. ad 105.
106 *Instructio Confessariorum pro dirigendis negociis Pœnitentium ad Pœnitentiariam Urbis, & num. 107. 108. 109. & 110.*
111 *Quomodò sit absolvendus interdictus.*
112 *Quomodò absolvatur Clericus suspensus.*
113 *Excommunicatus ob læsam immunitatem Ecclesiasticam non potest vigore Jubilæi absolvi in foro externo.*

N. Dei &c. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo N. salutem in Domino sempiternam.

CUpientes Nos in quantum possumus saluberrimi Sacramenti Pœnitentiæ administrationem in nostra Diœcesi, ea qua majori potest doctrinæ sufficientia, ac morum integritate exerceri: Cum Te hisce dotibus ornatum non immeritò censeamus, & per Nos, ac nostros Examinatores examinatum, satis capacem, idoneumque repererimus: Idcircò ad tantum administrandum Sacramentum tenore præsentium Te approbamus, omniumque Pœnitentium in nostra Diœcesi confessiones audiendi, eosque sacramentaliter absolvendi, præterquam à casibus Sanctæ Sedi, ac Nobis reservatis (excepto mortis articulo) opportunam, & ad..... *duraturam* concedimus facultatem; excipimus tamen Sanctimoniales. Præcipimus quoque, ut absque *Parochorum licentia*, aliorumvè *Superiorum*, in quorum Ecclesiis volueris confessiones excipere, id efficere non debeas. Tibique insuper injugimus, ut quotiescumque ægrotantium confessiones audieris, quamprimum ea de re *eorum Parochum certiorem* reddas sub pœna *privationis facultatis* hoc administrandi Sacramentum ipso facto incurrenda: Sub eademque pœna Mulierum non infirmarum, puerorumque decimumsextum annum non attingentium confessiones audire extrà *Sedem confessionalem*, *& non interposita Crate* Tibi omninò vetamus. Denique Te in Domino enixè hortamur, ut ea qua decet modestia, ac puritate conscientiæ, ad tale Sacramentum ministrandum *in Ecclesia* superpelliceo, & stola indutum accedas, & quæ per

Sacros Canones, & Constitutiones Summorum Pontificum, & in specie per Bullam Gregor. XV. *Contrà Sollicitantes*, atque per nostras Synodales Constitutiones, *vel per Sacræ Pœnitentiariæ de Urbe litteras* ordinata, & commissa sunt, & erunt, attentè legas, perpendas, & fideliter exequaris; ne Divinæ ultionis contrà Te fulmina provoces, & ne ex hoc Divino pietatis fonte, à quo tot animarum salus emanat, tibimetipsi mortis æternæ venenum haurias, cæterisque propines. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. ET AD.... *DURATURAM*. Episcopus habito respectu ad litteraturam, morum probitatem, & personæ qualitatem, potest hanc facultatem vel ad tempus, vel illimitatè, & absolutè concedere ejus arbitrio, regulato tamen, & præsertim cum illis quorum mores ignorantur. Item advertere debet, quod, si prævio examine absque temporis præfinitione licentiam concedit, non poterit ità approbatos, præsertim si Regulares sint, iterùm ad examen revocare, aut facultatem eis suspendere absque nova causa superventa (nisi agatur de approbatis ab Antecessore, vel Vicario Generali, qui possunt iterùm ab Episcopo ad examen sine alia causa vocari) si verò approbat ad tempus, puta ad sex menses, vel ad annum, eo elapso facultas expirat absque alia revocatione; sed antequam tempus labatur, non debet item sine justa causa approbationem datam revocare.

2. Si autem facultatem tribuat cum clausula -- *Ad nostrum beneplacitum* (quicquid dicant Lantusch. *Theat. Regular. verb. Confessarius numer.* 10. *versic. Adverte*, & alii Authores Regulares propriam causam tuentes apud Passerin. *de statut. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 1. *num.* 286. & 194. & *seqq.*) poterit quandocumque sibi placuerit licitè eam revocare, ut declaravit *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Papien.* 12. *Martii* 1619. prout sequitur. -- *Quæsitum fuit, an Ordinarii extrà præfatas duas causas in Decreto contentas facultatem Regularibus audiendarum confessionum ad beneplacitum ab ipsis concessas ad libitum revocare possint? Sacra Congregatio respondit, quod concessio ad beneplacitum facta quandocumque revocari potest.*

3. Clausula enim *ad beneplacitum* idem significat, quod si diceret *arbitrio nostro*, & *donec Nobis placuerit*, ut explicat Barbos. *de Claus. claus.* 3. *num.* 1. & idem comprobat suprà *Concil. sess.* 23. *cap.* 15. *de Reform. & de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 208. & *seqq.* Nicol. *lucubr. Can. lib.* 5. *tit.* 38. *numer.* 9. qui de praxi concedendi hujusmodi licentias ad tempus testatur, Capon. *discept.* 133. *num.* 47. & 49. & hodiè habemus quoad Regulares Constitutionem Clem. X. quæ incipit *Superna*: Cum etenim recta administratio hujus Sacramenti præcipuè pendeat à morum qualitate, qui variabiles, & mutabiles sunt, standum est judicio Episcopi, qui non præsumitur sine causa beneplacitum concedere, & revocare.

4. *ABSQUE PAROCHORUM LICENTIA*. Hæc clausula non importat conditionem, sed modum, quem debet Confessarius servare, & adhibere cum Parocho, sive alio Ecclesiæ Rectore, saltem de æquitate, ut dicit Bonac. *de Sacram. Pœnit. disp.* 5. *quæst.* 7. *punct.* 4. §. 1. *num.* 18. & ut evitentur jurgia, scandala, & contentiones, ex animadversis à Passerin. *de hom. stat. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 1. *num.* 330. & 331.

5. *EORUM PAROCHUM CERTIOREM REDDAS*. Potest Episcopus hoc percipere sub pœna in Formula expressa etiam Confessariis Regularibus vigore citatæ Bullæ Clement. X. §. *Ad*

Ad hæc circa fin. & aliorum Decretorum, quæ referunt Barbos. *de jur. Eccles. libr.* 1. *cap.* 43. *num.* 214. & Gavant. *manual. Episcop. verb. Confessarius num.* 27.

6. *EXTRA SEDEM CONFESSIONALEM, ET NON INTERPOSITA CRATE*. Prohibitionem hanc audiendi mulierum, puerorumque Confessiones extrà Sedem confessionalem, vel è conspectu, & non interposita crate sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus, laudavit *Congreg. Episcop. & Regul. in Collen.* 18. *Decembris* 1693. *referente clar. mem. Cardin. Petrucci*, & posteà litteris encyclicis injunxit Sac. Congreg. Inquisitionis sub datum Romæ 4. Decembris 1694.

7. *IN ECCLESIA*. Valdè conveniens est, quod hoc Sacramentum extrà casum infirmitatis, aut alterius honestæ causæ, non nisi in Ecclesia conferatur, Nicol. *in flosc. verb. Confessarius num.* 24. ubi quod Sac. Congregatio approbavit Ordinarii Constitutionem, qua prohibebatur, quod Regulares non audirent confessiones Sæcularium in propriis Cellis, imò & laudavit *in Neapolitana* 29. *Martii* 1592. Gavant. *Manual. Episcop. verb. Confessarius numer.* 38. & ita respondit *Ritual. Rom. tit. de Sacram. Pœnit.*

8. *CONTRA SOLLICITANTES*. Sub isto verbo -- *Sollicitantes* post Bullam Gregor. XV. venit non solum Confessarius, qui in actu Sacramentalis confessionis, vel ea expleta, provocat, allicit, & excitat Pœnitentem ad inhonesta cum ipsomet Confessario, aut cum aliis: Sed etiam quicumque Confessarius, qui ante, vel post Confessionem immediatè, occasione, aut prætextu Confessionis, quamvis non secutæ, seù extrà occasionem Confessionis in Confessionario, aut quocumque alio loco ad id electo pro audiendis Confessionibus simulans ibidem Confessiones audire, Pœnitentes provocat ad illicita, vel cum ipsis inhonestos sermones habet.

9. Monendi sunt igitur Pœnitentes sivè mares, sivè fœminæ, quod tenentur revelare Sancto Officio Confessarios ad turpia sollicitantes modo præmisso, etiamsi ipsi Pœnitentes sollicitationi consenserint, vel fuerint primi ad sollicitandum Confessarium, dummodò sermonibus inhonestis aures, & consensum præbuerit: Alàs recusantes illos denunciare non possunt absolvi: Imò vigore Edictorum Sancti Officii incidunt in excommunicationem; quia cum hujusmodi Confessarii reddantur suspecti de hæresi, veniunt omninò denunciandi, nulla præmissa fraterna correctione, & absque ulla excusatione parvitatis materiæ, quæ non admittitur in lubrico luxuriæ, ut probat Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *Miscellan. resol.* 1. quem refert, & sequitur Donat. *prax. rer. Regul. tom.* 4. *tractat.* 13. *quæst.* 47. *num.* 2. *& seq.* sicuti denunciari debet ille Sacerdos, qui licèt ab Ordinario ad audiendas Confessiones non sit approbatus, adhuc fingit se esse Confessarium, & modo quo suprà sollicitaret ad turpia, Lantusch. *Theatr. Regul. verb. sollicitare num.* 7.

10. Omnes autem Confessarii tenentur scire sub pœna peccati mortalis obligationem, quam habent monendi Pœnitentes, quod, si fuerint sollicitati, debent denunciare Sancto Officio Confessarium sollicitantem: Qui poterit in Sacramentali Confessione absolvi ab hoc delicto à quocumque Confessario approbato, cum quoad ipsum non sit casus reservatus, Lantusch. *ubi suprà num.* 9.

11. *VEL PER SACRÆ POENITENTIARIÆ DE URBE LITTERAS*. Litteræ Sac. Pœnitentiariæ de Urbe, quæ sæpè diriguntur Confessariis, solent regulariter dirigi cum clausula -- *Magistro, vel Doctori*, quæ ità debet intelligi, ut talis Confessarius sit verè Magister, vel Doctor in aliqua Universitate: Nec sufficeret esse Theologum, vel Professorem, aut Lectorem in aliqua Religione, nisi illa Religio aliquo gaudeat privilegio, quale concessit Innocen. XI. Lectoribus Jubilatis Ordinis Minoris observantiæ, & habet Societas Jesu, & alii plures Regulares, qui communicant in dictis privilegiis.

12. Item diriguntur cum alia clausula -- *Ex approbatis ab Ordinario*, qua significatur, quod Confessarius eligendus pro executione litterarum debet esse approbatus ab Ordinario, in cujus Diœcesi debet fieri

executio, & quod sit ex approbatis actu, ideſt quod non fuerit elapſum tempus approbationis ipſius: Si autem Lator eſſet Regularis, ſufficit, quod Confeſſarius ſit approbatus à Superioribus Ordinis, qui ſunt Ordinarii Religioſorum: Si verò litteræ dirigantur pro Monialibus, oportet quod Confeſſarius ſit approbatus pro Monialibus, quamvis non eſſet pro illo Monaſterio, in quo degit Monialis latrix: Niſi tamen in litteris detur amplior facultas, prout ſolet dari etiam non approbatis pro Monialibus.

13 Et quia præfatæ litteræ, ſivè dirigantur Magiſtris, & Doctoribus, ſivè ſimplicibus Confeſſariis, continent ſemper quamplures clauſulas communes, & particulares, quas omnes methodicè, ſolidè, clarèque explicat, & expendit manuductio ad praxim dicti Tribunalis Typis edicta anno 1688. opera P. Tiburtii Navar. Ordin. Recollectorum Sancti Franciſci in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiario, non piguit pro recta executione notabiliora, ac obſcuriora, quæ difficultatem Confeſſario Executori ingerere poſſunt, hìc ſummatim, paucis mutatis, & additis referre.

12 Et primò notandum eſt, quod litteræ hujuſmodi ſemper habent in ventre clauſulam -- *Quatenus ſi ita eſt*; cujus ſenſus ſecundum mentem Sac. Pœnitentiariæ eſt, quod Confeſſarius inquirat, an conditiones, ſine quibus non fieret gratia verificentur, verb. gr. in impedimentis Matrimonialibus, an impedimentum ſit occultum, & an ex ſeparatione veriſimiliter orirentur ſcandala: & in Voto Religionis, an cauſa, ſeù motivum principale, verb. gr. infirmitatis voventis, aut neceſſitatis Genitorum ipſius, ob quas, vel ob quam conceditur gratia, ſint veræ: Hæc autem veritatis notitia, non per teſtimonia, aut ſcripturas, ſed ex ipſa Pœnitentis aſſertione, cui debet credi (niſi de oppoſito conſtet) eſt accipienda.

15 Et aliam contentam illis verbis -- *Abſolvas, vel diſpenſes in foro conſcientiæ*, quibus innuitur, quamcumque abſolutionem, & diſpenſationem virtute litterarum Sac. Pœnitentiariæ à Confeſſario impertiendam, eſſe pro foro conſcientiæ tantùm, & nullo modo ſuffragari pro foro externo, quod quidem debent Confeſſarii advertere, & Pœnitentem monere.

16 Item aliam his verbis -- *In ipſo actu Sacramentalis confeſſionis tantùm*, quæ clauſula apponitur in omnibus litteris, quæ diriguntur Confeſſariis pro quibuſcumque perſonis, & quibuſcumque materiis. Ex quo ſequitur debere omninò præmitti Sacramentalem Latoris confeſſionem in executione litterarum, aliàs executio non eſſet valida, & poſt abſolutionem confeſſionis Sacramentalis, ſemper debet Confeſſarius etiam proferre formam gratiæ conceſſæ juxtà ſingulas ſubjectas materias.

17 Item aliam, quæ frequenter occurrit his verbis -- *An præmiſſa, ſivè expoſita ſint occulta*: Et hæc maximè apponi ſolet, ubi agitur de diſpenſationibus impedimentorum Matrimonialium, & irregularitatum, de rehabilitationibus, & condonationibus, & ubicumque apponatur ſemper erit punctualiter obſervanda, quia eſt conditio ſine qua Sac. Pœnitentiaria non diſpenſaret; Et ſi inveniatur, quod tale delictum, tale impedimentum, talis irregularitas, talis inhabilitas non ſit occulta, ſed publica, aut famoſa, litteræ Latori non ſuffragantur, nec eas Confeſſarius executioni demandare debet.

18 Occultum autem hìc dicitur illud, quod à nemine, vel tam paucis ſcitur, quod neque ſit famoſum, neque manifeſtum, neque notorium facti, vel juris. Undè etiamſi aliquibus notum ſit, & etiamſi ſit ſecundum ſe probabile in judicio, dùm interim non probatur, neque ad judicium defertur, eſt adhuc occultum: ſic verb. gr. ſi res, de qua agitur, ſit nota duobus, vel tribus alicujus loci, aut Communitatis, aut Capituli adhuc eſt occulta: Si in Oppido eſt nota quinque, aut ſex perſonis, in Civitate verò ſeptem, aut octo, modo ſcilicèt ab illis jam non fuerit divulgata, aut ex circumſtantiis non appareat (rem quidem nunc occultam) facilè tamen publicandam: Et idem eſſet, ſi delictum fuit ad judicium delatum, nec tamen fuit probatum, nam elapſo anno præſumitur occultum, ſi reus fuit abſolutus

tam

tamquam non repertus culpabilis, & de jure punibilis, vel etiam ex hactenus deductis.

19 Advertere etiam debet hìc Confessarius, quod delictum potest esse publicum materialiter, & esse simul formaliter occultum, ver. gr. Missa celebrata publicè ab excommunicato occulto est actus publicus, & hoc delictum est materialiter publicum, non tamen formaliter, quia cum occulta sit excummunicatio, qua Sacerdos celebrans innodabatur, occultum erat etiam talem celebrationem esse ei à jure prohibitam, & consequenter etiam irregularitas: Insuper potest esse publicum, quod Sacerdos Missam celebraverit post excommunicationem incursam, sed quia putabatur ante absolutionem obtinuisse, irregularitas indè secuta occulta est: Et in his casibus poterit executor delictum, vel pœnam ex eo secutam occultam judicare, & absolvere, vel dispensare.

20 Item potest delictum esse publicum, & occultum ratione diversorum locorum, ver. gr. publicum Romæ, occultum in Hispania; sed in hac facti occultui, & publici specie, nisi in litteris Sac. Pœnitentiariæ detur Confessario expressè facultas, nullo modo dispensandum venit.

Præter igitur clausulas communes, alias speciales in casibus particularibus Confessarius ponderare debebit: Et primò.

In Litteris pro dilatione Voti simplicis Religionis.

21 Se offert clausula -- *Consideratis, quæ erunt consideranda*; per quæ verba indicatur Confessario, ut examinet veritatem causæ, & necessitatem postulatæ dilationis, & deindè ponderet periculum spirituale pœnitentis, si remaneat in sæculo, ne sub prætextu alienæ necessitatis, ponat se in periculo suæ æternæ salutis, considerando, ex una parte causam remanendi in sæculo, & ex alia conditionem, occasiones, in quibus Lator versatur, mores, vel malos habitus illius, super quibus exactè eum interrogabit.

22 Secunda clausula dictarum litterarum continetur, ibi -- *Dummodo illis cum effectu prosit, & interim cœlibem vitam ducat*: per quæ verba Confessarius debet inquirere à pœnitente quomodò prosit parentibus, & illum monere de obligatione, quę ei interim restat durante impedimento vitam cœlibem ducendi.

23 Tertia clausula, ibi -- *Et aliqua Religionis, quam ingressurus est, quotidiè faciat*. Hìc innuitur Confessario, quod debeat imponere pœnitenti aliqua exercitia pietatis ex his, quæ fieri solent in Religione, quam vovit.

24 Quarta his verbis: *Ita quod cessantibus necessitatibus parentum præfatum Votum adimplere teneatur*; per quæ Executori imponitur, ut moneat pœnitentem non sibi dispensatum in Voto, sed concessam dilationem, ac propterea teneri cessante necessitate, vel causa, ob quam est concessa dilatio, suum Votum implere.

25 His prænotatis, post consuetam absolutionem sacramentalem à Censuris, & peccatis Confessarius subjungat -- *Insuper auctoritate Apostolica, specialiter mihi delegata, Tibi dilationem adimplendi Votum Religionis, quod emisisti, concedo. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Passio, &c.*

In Litteris transgressionis Voti simplicis Religionis.

26 Observabit Confessarius primam clausulam contentam in illis verbis -- *Injuncta ei pœnitentia salutari*. Etenim etsi talis absolutio pro his, qui emisso Voto simplici ingrediendi Religionem, deindè matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerunt, & successivè consumarunt, à quocumque Confessario dari possit, cum non sit ex reservatis Sedi Apostolicæ, nihilominus frequenter à Pœnitentiaria solent litteræ expediri, & ideò per dictam clausulam debet Confessarius imponere pœnitentiam particularem Latori ob talem transgressionem.

17 Secundam, ibi -- *Ità quod si uxori supervixerit, eodem Voto teneatur, ut prius, & ità illum moneas*; per cujus clausulæ verba monendus est Pœnitens de obligatione, quæ ei restat adimplendi Votum, si alteri conjugi supervixerit: Quando autem Pœnitens probabiliter crederet, seu præ-

prævideret, se non posse, etiamsi Conjugi superviveret, Votum adimplere, posset commutationem absolutam petere, ut se eximat ab obligatione recurrendi iterum ad Sac. Pœnitentiariam.

28. His peractis, post Sacramentalem absolutionem, ut suprà, Confessarius dicat -- *Deindè auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, Te, non obstante Voto Religionis, quod aliàs emisisti, in Matrimonio remanere, & debitum conjugale exigere, & reddere posse declaro. In nomine Patris, & Filii, &c. Passio Domini Nostri, &c.*

In Litteris super transgressione Voti Castitatis.

29. Quamvis transgressor Voti Castitatis, qui matrimonium contraxit, & consumavit, absolutionem à quolibet simplici Confessario, dispensationem verò ab Ordinario loci posset obtinere: tamen, quia sæpè ad Sac. Pœnitentiariam recurritur, solent illius litteræ inter cæteras clausulas sequentes continere.

30. Prima his verbis -- *quatenus de illius incontinentia timendum sit, cum eodem, ut debitum conjugale etiam exigere licitè valeat, misericorditer dispenses.* Per quam imponitur Confessario, ut perquirat an esset periculum incontinentiæ, si ipse remaneret privatus facultate petendi debitum, quod quidem facilè præsumitur: moneat autem Confessarius pœnitentem, quod etsi usum matrimonii liberum habeat, si extra matrimonium interim fornicatus fuerit, sciat se contra Votum Castitatis facturum.

31. Secunda in illis verbis -- *Quod si Uxori supervixerit, eodem Voto teneatur, ut prius?* Idcircò Confessarius debet admonere pœnitentem, quod si contingat Conjugem mori, & ipse supervivat, eodem Voto erit adstrictus, itaut aliud matrimonium contrahere non possit absque nova dispensatione.

32. His præmissis, aliisque clausulis adimpletis, post solitam absolutionem Confessarius dicat -- *Item authoritate Apostolica mihi specialiter delegata te non obstante Voto Castitatis, quod emisisti, & transgressus fuisti, in dicto matrimonio remanere, & debitum conjugale reddere posse, & debere, declaro, & ut idem debitum etiam exigere licitè possis, & valeas, tecum eadem auctoritate Apostolica dispenso. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.*

In Litteris commutationis Voti simplicis Religionis.

33. Commutatio Voti simplicis Religionis, vel datur ob stimulos carnis, propter quos vovens diffidit, si Religionem ingrediatur, vivere posse continenter, ad effectum, ut possit matrimonium licitè contrahere, (quæ facultas datur etiam mulieri voventi, quæ non habet dotem sufficientem pro ingrediendo Monasterio, si remanendo in sæculo esset in periculo incontinentiæ:) vel datur ex causa debilis complexionis, habitualis infirmitatis, ætatis gravis, &c. & tunc conceditur cum conditione, dummodo vitam cælibem ducat, quando non sit periculum incontinentiæ.

34. Una ex clausulis talis commutationis est in illis verbis -- *& in alia pœnitentiæ opera perpetua*, idest præpter Sacramentalem Confessionem menstruam, debet Confessarius imponere aliqua pœnitentiæ opera, quæ perpetuò durent, licèt non quotidiana, & sic attenta conditione, & complexione Pœnitentis poterit injungere jejunium feriæ sextæ; aut abstinentiam à carnibus aliqua die per hebdomadam, sive à lacticiniis feria sexta, & Sabbato, visitationem Ecclesiæ Ordinis, quem voverat, semel in hebdomada, vel mense, aut sumptionem Eucharistiæ toties quoties Confessionis menstruę obligationem exequetur.

35. Alia est in his verbis -- *Inter quæ opera sint aliqua Religionis, quam vovit, seu ingressurus fuisset, quæ quotidie facere teneatur, ut ea adimplens memor sit obligationis, qua hujusmodi Voto adstringebatur.* Ad cujus adimplementum oportet, ut Confessarius injungat aliqua in plurali, idest ad minus duo eorum, quæ in Religione, quam vovit, fieri solent, v. gr. gestationem cordulæ, & recitationem quotidianam quinque Pater noster, & Ave Maria, ei qui vovit Ordinem Sancti Francisci, vel etiam examen conscientiæ; & sic proportionabiliter de aliis Religionibus, discretè tamen, ne nimis gra-

graventur Pœnitentes: quæ omnia debent esse perpetua, quia relaxatio Voti facta per commutationem perpetua est, de quo monendus erit pœnitens.

36. His animadversis, post absolutionem ordinariam à censuris, & peccatis Confessarius subdat -- *Et auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, ego tibi Votum Religionis, quod emisisti, in opera pietatis, quæ tibi præscripsi dispensando: ad effectum licitè contrahendi matrimonium (sive ad effectum remanendi in sæculo in vita cælibe) commuto. In nomine Patris &c.*

In Litteris commutationis Voti Religionis pro Clericis Sacro Ordine insignitis.

37. Observanda erit clausula in his verbis contenta -- *partem videlicet earum Pœnitentiarum, quas Regulares Ordinis, quem vovit, ex præscripto ipsius Ordinis in abstinentiis, vel jejuniis, aut interioribus indumentis sub ire solent:* Quorum vigore Confessarius debet imponere pœnitenti perpetua opera saltem duo, sed non quotidiana, quæ sunt pars earum Pœnitentiarum, quæ in Ordine, quem voverat, exercentur, discretè procedendo ne nimis gravetur. Præter hæc perpetua, & non quotidiana, etiam aliqua quotidiana imponet mitiora, v. gr. Litanias B. M. vel commemorationem institutionis Ordinis.

38. Et post consuetam absolutionem à peccatis, & censuris subjungat -- *& auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, Ego tibi Votum Religionis, quod vovisti, in opera pietatis, quæ tibi præscripsi dispensando ad effectum licitè remanendi in sæculo in vita Clericali, commuto. In nomine Patris &c.*

In Litteris commutationis Voti Castitatis.

39. Gratiosè solet S. Pœnitentiaria commutare Votum Castitatis, vel quando vovens, sive sit Vir, sive Mulier, ita stimulis carnis agitatur, ut continenter vivere non possit, vel etiam ad conservandam familiam nobilem; & quoad mulieres dispensat, etiamsi non patiantur stimulos, sed maneant in aliquo periculo ammittendi pudicitiam, utpotè quia pauper, & pulcra, vel extitit orbata parentibus.

40. Ex clausulis autem talis commissionis una est in his verbis -- *sibique Votum præfatum ad hoc tantum, ut Matrimonium contrahere legitimè possit, dispensando, commuto:* Ex qua datur intelligi: quod commutatio Voti fit tantum ad effectum contrahendi matrimonium, & ideò Confessarius debet monere Pœnitentem de obligatione Voti, quæ semper eum adstringit donec matrimonium contrahat.

41. Altera in his verbis -- *& in alia pœnitentiæ opera per te injungenda, tamdiu duratura, quamdiu commutationi prædictæ locus erit:* Debet igitur Confessarius præter Sacramentalem Confessionem menstruam pœnitenti imponere alia pœnitentiæ opera, verb. gr. abstinentiam ab ovis, & lacticiniis feria sexta, vel Sabbato, aut jejunium, aut semel in hebdomada disciplinam, aut Officium parvum B. M. V. vel septem Psalmos Pœnitentiales, aut Nocturnum Officii Mortuorum, aut recitationem Rosarii: Hæc autem cum debeant esse plura, sufficiet quod sint duo dumtaxat: Ea autem quæ quotidiana esse debent, præter opera mox expressa faciliora sint, ut monent verba clausulæ subsequentes.

42. Moneat itaque Confessarius Pœnitentem, quod commutatur ei Votum Castitatis ad effectum contrahendi semel matrimonium, & quod propterea si contingat ipsum supervivere uxori, reviviscit obligatio Voti, & tenetur castitatem servare, ut prius, & per omnem alium actum carnis peccaminosum facit contra Votum, & tenebitur in Confessione hanc Voti circumstantiam aperire, nec posse mortua prima Uxore aliam ducere absque nova dispensatione.

43. His peractis, post solitam absolutionem dicit -- *& auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, tibi Votum Castitatis, quod emisisti, ad effectum, ut matrimonium contrahere, & debitum conjugale reddere, & exigere licitè possis, & valeas, in opera tibi præscripta dispensando, commuto. In nomine Patris &c.*

In

In Litteris dispensationis impedimenti occulti affinitatis provenientis ex copula illicita.

44. In executione harum litterarum prima clausula notanda est in his verbis -- *sublata occasione peccandi cum dictæ Mulieris Matre*, per quam insinuatur Confessario non debere absolvere, nec dispensare, nisi priùs pœnitens occasionem peccandi auferat præsertim voluntariam, nam quoad necessariam, quam non est in potestate Pœnitentis auferre, debet Confessarius insinuare modos, quos præscribunt DD.

45. Secunda est, ibi -- *injuncta ei pro tam enormi libidinis excessu gravi pœnitentia salutari*, quæ quamvis debeat arbitrari discretione Confessarii, regulariter injungi debet jejunium per sex menses semel qualibet hebdomada: recitatio tertiæ partis Rosarii per sex menses tribus diebus qualibet hebdomada, vel aliquod aliud pietatis opus, arbitrio ipsius Confessarii imponendum, qui considerata qualitate, statu, sexu, ætate, & complexione Pœnitentis poterit pœnitentias prædictas, etiam augere, at tam prudenter, ut exindè numquam pœnitentis delictum detegi possit.

46. Tertia, ibi -- *injunctis quæ de jure fuerint injungenda*: hac clausula admonetur Confessarius, quod non solum debet attendere delictum, seu impedimentum, pro cujus absolutione, seu dispensatione committitur, sed etiam ad omnia alia, quæ ipsi in sacramentali Confessione necessariò præmittenda à pœnitente manifestantur; & sic debet secundum exigentiam ei injungere præter ea, quæ in litteris Sacr. Pœnitentiariæ specialiter mandantur, ea omnia, quæ ratio dictat.

47. Et hinc notandum, quod licèt sæpè in litteris Pœnitentiariæ præcipiatur Confessario, quod injungat juxta naturam delicti graves, & diuturnas pœnitentias. adhuc tamen erit locus regulato arbitrio, cum semper habenda sit reflexio ad subjecta, quibus sint imponendæ, nempè ad statum, ætatem, complexionem, sexum, & obligationes pœnitentis; & his benè perpensis fiet, ut pœnitentia, quæ ex se videretur levis, & improportionata delicto, erit verè gravis, & diuturna, prout à tali persona patrato.

48. Secundò notandum, quod dum exprimitur, ut Confessarius Pœnitenti aliquam eleemosynam erogandam injungat, attendenda est cum gravitate delicti, possibilitas latoris, qui si valdè pauper sit, aut alio impedimento prohibeatur eleemosynas facere, numquam eum omninò eximat ab hoc onere. Cum enim in parva, vel minima quantitate salvetur substantia eleemosynæ, ad hanc eo modo, quo poterit, præstandam obligabit.

49. Tertiò notandum, circa restitutiones, satisfactiones, ablationes occasionum peccandi, cum aliquo, vel aliqua, quæ nonnumquam in his litteris præcipiuntur injungi, quod Confessarius non tenetur propterea exigere à Pœnitente ultra possibilitatem ipsius: sed debet ita se gerere, sicut se gereret in casibns similibus, quæ occurrerent in aliorum pœnitentium confessionibus, considerando videlicet statum, & possibilitatem ipsorum, & si inveniat eos non posse unquam restituere, non propterea dimittat absque absolutionis, aut dispensationis gratia, sed loco restitutionis imponat eis aliqua temporalia auxilia; aut servitia erga eum, cui restitutio debetur: etsi inveniat non posse quidem pro tunc restituere, futurum tamen, ut aliquando possint, exigat ab eis promissionem, vel juramentum, ut quamprimùm poterunt restituant.

50. Eodemque modo se gerat circa remotionem occasionum proximarum, non quidem indulgendo nimiùm pœnitentibus, quibus in hisce materiis oportet esse rigidum, & severum, sed considerando impossibilitatem tollendi absque scandalo hujusmodi occasiones, tunc vel debet dilationem aliquam concedere pœnitenti, vel remedia præservativa remanenti in tali occasione subministrare.

51. Quarta autem clausula est in illis verbis -- *ita quod hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judiciali nullatenus suffragentur*; ideſt si detur casus, quod impedimentum ex occulto fiat publicum, & in judicium deducatur, gratia hujusmodi

modi dispensationis in foro fori non suffragetur, & tunc ad Datariam esset recurrendum, quamvis pœnitens in conscientia esset bene dispensatus, itaut si absque scandalo haberet copulam cum sua conjuge nullum committeret peccatum.

52. Quibus, & aliis clausulis in litteris contentis consideratis, ac pœnitentia jam peracta prævia absolutione à censuris, & peccatis in forma solita dicat--*& in super auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento primi* (seù secundi, seù primi, & secundi) *gradus ex copula illicita à te habita cum sorore Mulieris, cum qua contrahere intendis proveniente, ut præfato impedimento non obstante Matrimonium cum dicta Muliere publicè servata forma Concilii Tridentini contrahere, consumare, ac in eo remanere licitè possis, & valeas. Insuper eadem auctoritate prolem, quam ex Matrimonio susceperis, legitimam fore, pronuncio, & declaro. In nomine Patris, &c.*

In Litteris Dispensationis super impedimento primi gradus ex copula illicita proveniente ad remanendum in jam contracto.

53. Prima clausula talis gratiæ est, ibi --*à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrit*; ideſt absolvat ab excommunicationis sententia, quam incurrunt incestuosi, qui in gradibus prohibitis Matrimonium contrahunt, juxta dispositionem *Clem. unica de consanguin. & affinit.*

54. Secunda clausula ex qua difficilis oritur quæstio, est in illis verbis, ibi--*ut dicta Muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita cautè, ut latoris delictum nusquam detegatur*. Plures modi asseruntur à DD. certiorandi partem insciam, de quibus videre est apud Sanch. *de Matrim. lib. 2. disput.* 36. Verùm quia in praxi valdè periculosa res est, Confessarius Divino implorato auxilio, & examinatis genio, moribus, & affectibus personarum, adhibeat modum, quem viderit magis expedire pro executione.

55. *Sanch. de Matrimon. lib. 2. disp.* 39. *concl. ult.* ad pacandas Confessorum executorum, & Pœnitentium dispensandorum mentes, & conscientias, præsertim si insscia esset Mulier, insinuat sequentem modum, videlicet. Si in certioratione nullitatis consensus facienda parti non consciæ adesset probabilis scandali, infamiæ, aut gravium molestiarum timor, nec ullo modo extorqueri posset consensus absque periculo, quòd pars ignorans impedimentum detrectet, & suspicetur de Matrimonii nullitate, & indè oriantur dissensiones, & alia inconvenientia pernicioſa, tunc etiam absque verbis poterit denuò Matrimonium illud consistere, habita copula affectu maritali ex parte partis consciæ impedimenti; nam ex parte alterius cum putet Matrimonium esse, constat eo affectu haberi, etiamsi alter ignoret prius Matrimonium fuisse invalidum.

56. Hæc Sanch. opinio ratione periculi magni potest sustineri, cum aliàs parum probabilis existat; sicuti ratione magnæ necessitatis Baptismus in extremitate digiti confertur, quando partus periclitans illum extrahit: Undè Dian. *par. 4. tit. 4. resolut.* 49. in hoc proposito, ait --*sed quando timetur scandalum, aut grave damnum, neque ex aliquibus verbis generalibus conjugis potest à Marito consensum extorquere, tunc sufficit copula procedens ex affectu maritali, & in hoc casu puto sine ullo scrupulo sequi posse secundum opinionem.*

57. Et cum in dubiis præferenda sit sententia animabus favens, videtur hanc opinionem in praxi sequi posse, præsertim cum hæc clausula de certioratione partis insciæ non ponatur, ut conditio necessaria, sed ad instructionem Confessarii, ex Sanch. *de Matrim. lib. 8. disput. 14. n. 61.* Aliàs hæ dispensationes suo valore frustrarentur, quia sæpè contingit non posse nullitatem detegi, absque pericolo detegendi delictum.

58. Tertia clausula est in his verbis -- *Matrimonium inter se denuò secretè ad evitanda scandala præmissis non obstantibus contrahere:* ideſt prævia revocatione consensus aliquo modo opportuniori à Confessario insinuato, absque Parocho & absque Testibus contrahere: monendus igitur est pœnitens, ne prius consentiat in copulam, quàm contrahat Matrimonium

vium renovato consensu, modo ut suprà jam dictum est.

59. Deindè Confessarius post solitam absolutionem proferat formam dispensationis tali modo -- *& insuper auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento primi affinitatis gradus ex copula illicita, quam cum Sorore tuæ putatæ conjugis antea habuisti, ut illo non obstante, renovato consensu cum præfata conjuge, Matrimonium cum illa contrahere, consumare, & in eo remanere licitè valeas, & possis. In nomine Patris &c. Et pariter eadem auctoritate Apostolica, prolem, si quam suscepisti, & susceperis, legitimam fore decerno, & declaro. In nomine Patris &c.*

In litteris Dispensationis super incestu non expresso in Litteris Datariæ pro contrahendo Matrimonio.

60. Contingit aliquando, quod in litteris expeditis à Dataria super impedimento dirimente publico, tacitum fuit impedimentum occultum, sicque eædem litteræ per subreptionem, sivè per obreptionem extortæ redduntur nullæ, & ideò fit recursus ad Pœnitentiariam, in cujus gratiæ executione sequentes clausulæ notandæ erunt.

61 Prima, ibi -- *quod faciant eleemosynam arbitrio tuo*. Hæc eleemosyna in pœnitentiam imponenda, erit à Confessario discretè taxanda; & si latores sint pauperes, adhuc venit injungenda, & sufficeret si unius oboli tantùm injungeretur.

62 Secunda in illis verbis -- *postquam super præfato impedimento tertii gradus aliàs legitimè dispensatum fuerit*: ideoque executio hujus gratiæ non est danda à Confessario, nisi postquam fuerint executioni demandatæ Litteræ Dispensationis Datariæ super publico impedimento, quæ tunc dici poterunt executæ, quando Ordinarius licentiam ad effectum Matrimonium contrahendi concesserit.

63. His recognitis post consuetam absolutionem à Censuris, & peccatis, proferat Confessarius formam dispensationis hoc modo -- *Insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento ex incestuosa copula, quam cum tua consanguinea (seu affine) habuisti proveniente, ut præfato impedimento non obstante, Matrimonium cum illa ad formam litterarum dispensationis, quam à Sede Apostolica obtinuisti, contrahere licitè possis, & valeas. In nomine Patris &c.*

In Litteris Dispensationis de jam Matrimonio contracto super impedimento reticito Datariæ.

64 Præter notata in præcedenti Formula litterarum, hic Confessarius curare debebit, quod latores renovent consensum, & interim abstineant à copula, in qua renovatione non erit difficultas, sicuti quando una pars est conscia, & altera ignara; nam hic ambo sunt rei, & sic de facili induci poterunt ad denuò consensum præstandum secretè inter se sine Testibus, & sine Parocho, sublato tamen prius per dispensationem impedimento, & si commodè, absque periculo eorum delictum detegendi occasio detur, coram Confessario hujusmodi consensum renovare valebunt.

65 Post autem renovationem consensus, & consuetam absolutionem à peccatis, Formula dispensationis erit sequens -- *Insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento ex incestuosa cognitione, & copula, in Litteris Dispensationis, cujus vigore contraxisti, non expressa, proveniente, ut eo non obstante, denuò Matrimonium cum N. contrahere renovato consensu, & consumare, ac in eo remanere licitè possis, & valeas. In nomine Patris &c. Et pariter eadem auctoritate prolem, si qua suscepisti, & susceperis, legitimam decerno, & declaro. In nomine &c.*

In Litteris Dispensationis pro Consanguineis, qui ignorantes gradum prohibitum contraxerunt.

66 Hic solum notandum occurrit, quod tàm Confessarius, quàm Parochi, & Ordinarii locorum advertere debent, quod quando Matrimonium jam reperitur contractum. & per aliquem, seu aliquos denunciatur impedimentum, quod occultum remansit, non sint faciles ad illud publicandum per publicam separationem conjugum, sed silentio imposito denun-

denunciantibus, & facta secreta separatione, si sint in mala fide, (si verò in bona, sinant illos in ea remanere) & interim scribant Romam majori Pœnitentiario modo, quo inferius notabitur, qui mittet facultatem oportunam gratis, & remedium dabitur absque ullo scandalo: & quando utraque pars est conscia impedimenti, utrique separatim præmissa Sacramentali Confessione est danda dispensatio.

67 His peractis post consuetam absolutionem à Censuris, & peccatis, Formula absolutionis erit sequens -- *Insuper Auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento tertii gradus affinitatis, ut illo non obstante, cum tua putata conjuge (respectu Viri) (& si est Mulier, cum tuo putato conjuge) prævia renovatione prioris consensus Matrimonium secreto inter te, & ipsam contrahere, & consumare, ac debitum conjugale exigere, & reddere, & in eo remanere licitè valeas. In nomine Patris &c. Et pariter eadem auctoritate prolem susceptam, si qua sit, & sucipiendam legitimam esse fore decerno, & declaro. In nomine Patris &c.*

In Litteris Dispensationis pro iis, qui matrimonium contrahere desiderant cum impedimento criminis occulto.

68 Præter jam notata in præcedentibus litteris, unica clausula hìc notanda erit, quæ est in illis verbis -- *periculum immineat scandalorum, vel perseverantiæ in peccato*, per quam insinuatur Confessario, quod una ex istis causis disjunctivè est sufficiens ad dispensationem concedendam.

69 Forma autem dispensationis post absolutionem à censuris, & peccatis erit sequens -- *Insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegatata dispenso tecum super impedimento criminis ex adulterio, & fide data proveniente, ut illo non obstante cum Muliere correa Matrimonium publicè, servata forma Concil. Trident. contrahere, & consumare, debitumque conjugale exigere, & reddere licitè possis, & valeas. In nomine Patris &c. Pariter eadem auctoritate prolem susceptam (non tamen in adulterio conceptam) & suscipiendam legitimam nuncio, & declaro. In nomine Patris &c.*

70 Si verò Matrimonium jam reperiatur contractum, notandæ erunt clausulæ in præcedentibus litteris jam notatæ; forma autem dispensationis erit sequens -- *Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento criminis ex adulterio, & fide data proveniente, ut illo non obstante Matrimonium cum tua putata conjuge, renovato consensu, denuò contrahere, consumare, & debitum conjugale exigere, & reddere, ac in eo remanere valeas, & possis. In nomine Patris &c. Pariter eadem auctoritate prolem, si quam susceperis (non tamen ex adulterio conceptam) & quam susceperus es, legitimam esse, & fore decerno. In nomine Patris &c.*

71 Aliæ Litteræ, quæ expediuntur ab eodem Tribunali super impedimento criminis, non differunt, nisi in pœnitentiis, quæ sunt à Confessario executore moderandæ, & augendæ considerata gravitate criminis.

72 Litteræ item, quæ dantur super dispensatione impedimenti occulti affinitatis, supervenientis post contractum Matrimonium ad effectum petendi debitum conjugale (super quo possunt etiam Ordinarii locorum dispensare) observandæ sunt, prout jam fuit in aliis animadversum.

73. Forma verò dispensationis post absolutionem à censuris, & peccatis erit sequens -- *Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, dispenso tecum, ut non obstante affinitate, quam contraxisti cum tua Uxore ex illicita copula à te habita cum ejus Sorore, debitum conjugale à tua Uxore, etiam exigere licitè possis, & valeas. In nomine Patris &c. Et pariter eadem auctoritate declaro non obstante præfata affinitate superveniente te in Matrimonio cum tua Uxore remanere, illique debitum conjugale reddere posse, & debere. In nomine Patris &c.*

In Litteris pro eo, qui manus violentas in Clericum injecit in casibus occultis.

74 Prima clausula advertenda est in illis verbis -- *Cum autem lator de præmissis, quæ*

quæ occulta sunt, seu quæ ad forum Ordinarii minimè devenerunt, plurimum doleat: quæ verificanda est, aliter commissio, & gratia esset nulla, & ideò Confessarius debet examinare pœnitentem, an delictum sit occultum, seu non deductum ad forum contentiosum; quia casus publici committuntur Ordinariis locorum, non autem Confessariis.

75 Secunda est sequens -- *postquam præfato Clerico, seu Sacerdoti, seu illorum hæredibus, si nondum satisfecit, satisfecerit, vel per latorem non steterit, quo minus arbitrio Confessarii satisfaciat competenter, caute tamen ne se prodat*: circà quam Confessarius cum cautela, prudentia, & discretione procedat, ne Pœnitentis delictum detegatur: Undè debet considerare damnum illarum parti læsæ, & procurare, ut Pœnitens illud secretè resarciat. Quod si tunc Pœnitens ob causas rationabiles non posset satisfacere, debet Confessarius saltem ab eo exigere juramentum de satisfaciendo, cum primum potuerit, & eum absolvere protestando, quod in excommunicationem reincidet, si satisfacere contemnat.

76. Tertia est in his verbis -- *Ita quod si præmissa ad forum Ordinarii devenire contigerit, & lator sententiæ, seu ordinationi Ordinarii parere contempserit, in dictam excommunicationem eo ipso relabatur*: Circa cujus clausulæ intelligentiam, & executionem advertendum est, quod si delictum fieret publicum, tunc Pœnitens erit relapsus, quando mandata Ordinarii, quæ spernit, sint rationabilia, non verò impossibilia, & quæ præstare possit, si enim irrationabilia exigeret, in excommunicationem non reincideret, de quo monendus erit Pœnitens, ut se instructum reddere valeat.

77 Si verò Pœnitens esset Præsbytericida, Confessarius debet ab eo exigere juramentum, quod si delictum detegatur faciet publicam pœnitentiam hujusmodi delinquentibus imponi solitam.

In Litteris pro eo, qui Clericum percussit, aut occidit, & neque ad Urbem accedere, neque suum Episcopum tutò adire potest.

78 In executione Confessarius advertat ad veritatem causæ non accedendi ad Urbem, gravitatem, & diversitatem delicti: moneat, ut quamprimum poterit accedat sub pœna relabendi in excommunicationem. Secundò, si delictum in loco, in quo pœnitens commoratur, est notorium, non habeat se publicè pro absoluto, sed se gerat in publico, ut anteà pro excommunicato, hancque absolutionem ei tantum in foro conscientiæ suffragari: & litteras Sac. Pœnitentiariæ lacerentur sub pœna excommunicationis ab ipso Confessario incurrendę, quatenus eas non laceret.

79 Forma autem absolutionis erit sequens -- *Dominus Noster Jesus Christus te absolvat, & Ego auctoritate ipsius, & auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata absolvo te in primis ab excommunicationis sententia, quam incurristi ob manus violentas injectas in Clericum N. & ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum possum, & tu indiges. In nomine Patris &c.*

In Litteris Dispensationis ab irregularitate ob Homicidium occultum.

80 Sac. Pœnitentiaria absolvit à Censuris in casibus publicis, sed non dispensat in irregularitate, nisi in occultis: ideoque Confessarius debet recurrere ad verificationem Clausularum jam supra explicatarum, & præcipuè ad illas generales -- *si ita est -- injuncta gravi, diuturna, & salutari pœnitentia.*

81. Et secundo loco advertat ad clausulam ibi -- *Nec non hæredibus occisi in eo, in quo de jure tenetur, satisfaciat, cautè tamen ne se prodat*; quia satisfactio præstanda est hæredibus juxta modum jacture, quam passi sunt ex morte occisi, v. g. si occisus erat Pater familias, & sua industria filios sustentabat, tenetur pœnitens (si potest omnia filiis præstare, facta computatione vitæ occisi juxta illius ætatem: modus autem præstandi hanc satisfactionem relinquitur prudentiæ Confessarii, ne reus se prodat. Si autem pœnitens sit impotens, tunc poterit

terit promittere se satisfacturum, si ad pinguiorem fortunam perveniet, quia ad impossibile nemo tenetur: sicuti cum eo esset mitius agendum, si aliàs confessus satisfactionem hæredibus præstasset, & pœnitentiam gravem accepisset.

82. Tertiò notet clausulam, ibi--*quod remaneat inhabilis ad Beneficia Ecclesiastica in futurum obtinenda*: per quam datur intelligi, quod si pœnitens jam antè homicidium perpetratum obtinuerit aliquod Beneficium, eo à S. Pœnitentiaria non privatur, sed si aliud obtineret à die irregularitatis contractæ, collatio nulla esset, & sic fructus restituere, & Beneficium dimittere teneretur, de quo illum moneat Confessarius.

83. Quartò, notanda est alia clausula ibi--*& lator absque scandalo, vel periculose detegendi reum delicti commissi à promotione ad Ordines astinere nequeat*: pro qua adimplenda debet Confessarius strictè, & diligenter examinare latorem unde evenire possit scandalum, vel periculum se detegendi reum, ut exposita verificentur; nam tam hæc clausula, quàm alia, quod delictum sit occultum, important conditionem sine qua non concederetur gratia, & includuntur in alia--*si ita est*.

84. Quarto, advertenda est clausula in his verbis posita--*cum eodem Latore, suffragantibus sibi dignis pœnitentiæ fructibus, & meritis*: quia Confessarius debet benè examinare spiritum contritum pœnitentis, & merita illius: Nam si lator adhuc esset malè inclinatus, malæ indolis, & conditionis, ut ex illius promotione ad Ordines non possit probabiliter sperari, nec Ecclesiæ utilitas, nec ejus spiritualis progressus, tunc potius ei suadere deberet, ut amplectatur alium statum in quo securiùs salutem suam operetur: ne aliter faciendo pœnitens sibi, & Confessario æternam gehennam paret.

85. Quintò, alia clausula observanda est ibi--*alioque ei Canonico non obstante*: idest *impedimento*. Si enim pœnitens alio canonico impedimento reperiatur irretitus, per quod inhabilis esset ad Ordines suscipiendos, non dispensatur, sed iterum super eo ab eadem Pœnitentiaria dispensationem obtinere deberet.

86. Sextò, alia clausula notanda est ibi--*quatenus ad id idoneus reperiatur*. Non enim intelligit S. Pœnitentiaria, quod per hanc clausulam debeat Confessarius examinare pœnitentem super doctrina, & capacitate, quia ad ipsum non pertinet; sed per illam vult innuere, quod latorem non eximit ab onere examinis, quod subiturus est apud suum Ordinarium.

87. His præcognitis, deveniendo ad absolutionem, & dispensationem dicat--*Misereatur tui &c. Indulgentiam &c. Dominus Noster Jesus Christus te absolvat, & Ego auctoritate ipsius, & auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata absolvo te in primis à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quibus propter ea, quę confessus es, quomodolibet innodatus existis, & pariter eadem auctoritate absolvo te à peccatis tuis. In nomine Patris &c.*

Et pariter eadem auctoritate Apostolica tecum dispenso super irregularitate, quam ex homicidio contraxisti, ut illa non obstante Clericali charactere insigniri, ac Ordines etiam Sacros, & Presbyteratus suscipere, & postquam susceperis, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare licitè possis, & valeas. In nomine Patris, &c. Passio &c. Si dispensandus esset Sacerdos--*ut illa non obstante in Sacris Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare licitè possis, & valeas &c.*

In Litteris dispensationis ab irregularitate proveniente ex defectu occulto natalium.

88. Defectus natalitum dummodo sit occultus dispensatur à S. Pœnitentiaria, si aliqua rationabilis causa assignetur: Undè Confessarius in executione Litterarum examinare, & investigare debet, an defectus sit occultus, & an causa adducta pro obtinenda gratia, sit vera; & his verificatis, latorem dispensare in actu Sacramentalis Confessionis, aliàs dispensatio ei non suffragaretur: deindè ponderatis aliis clausulis, quæ in præcedentibus litteris jam notatæ fuerunt, præmissa consueta absolutione à Censuris, & peccatis, pro forma dispensationis dicat.

89. *Insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata tecum dispenso super defectu Natalium, & irregularitate inde proveniente, ut præfato defectu, & irregularitate non obstante, Clericali characterе insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, & promotus in eis ministrare licitè possis, & valeas. In nomine Patris &c.*

In Litteris rehabilitationis pro Sacerdote Simoniaco.

90. Prima notabilis clausula est in his verbis -- *Et lator præfatum Beneficium simoniacè obtentum cum effectu dimiserit*: quæ debet omninò verificari, præsertim quando simonia fuit realis, & scienter contracta; ideoque debet Confessarius pœnitentem examinare, an verè, & cum effectu dimiserit, nec aliter ei rehabilitationem impertiatur, aut litteras exequatur.

91. Secunda est in illis verbis -- *quodque culpabiles in præfata simoniæ labe quantum potest moneat ad impetrandam à Sede Apostolica absolutionem;* & sic Confessarius præter asperam pœnitentiam, injungat latori, quod moneat, & quantum potest inducat complices ejusdem delicti simoniæ ad recurrendum pro obtinenda absolutione.

92. Tertia est ibi -- *quodque fructus malè perceptos prout de jure restituat*: ex qua clausula infertur, quod executor debet imponere, ut restitutio fiat in pauperum subventionem, vel Ecclesiæ (præsertim si indigeat) in qua Beneficium situm erat, utilitatem.

93. His prænotatis, forma absolutionis, & dispensationis erit sequens -- *Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & Ego auctoritate ipsius, & auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, absolvo te in primis à quibusvis sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter simoniam incurristi, & eadem auctoritate absolvo te à peccatis tuis. In nomine Patris &c.*

Et insuper eadem auctoritate Apostolica tecum dispenso in irregularitate, quam ex simonia, & ex violatione postea contraxisti, ut illa non obstante in tuis Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac Beneficia, si quæ tibi aliàs canonicè conferantur, non tamen Beneficium, quod simoniacè obtinuisti, & dimisisti, recipere, & retinere licitè possis, & valeas: In nomine Patris &c.

In Litteris rehabilitationis ad Beneficia obtinenda.

94. Accidit aliquando, ut Sacerdos propter irregularitatem ex delicto gravi incursam fuerit dispensatus cum clausula -- *ut ad quæcunque Beneficia Ecclesiastica in futuro obtinenda perpetuò remaneat inhabilis:* Undè solet Pœnitentiaria pœnitentem, qui per aliquot temporis spatium talem inhabilitatem sustinuit, rehabilitare, ex aliqua rationabili causa, & aliquo pœnitentis merito, & illius emendatione, vel ad omnia, vel ad simplicia, & absque Cura tantùm.

95. Debet igitur in executione litterarum advertere, an motivum gratiæ verificetur, & an lator ita moribus sit emendatus, ut evaserit capax, & dignus: quibus consideratis, post absolutionem à censuris, & peccatis in forma solita, proferat formam dispensationis modo sequenti.

96. *Insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata tecum dispenso, ut non obstante inhabilitate ad Beneficia Ecclesiastica qua detineris, quæcunque Beneficia Ecclesiastica, tam cum Cura, vel sine Cura, quatenus tibi aliàs canonicè conferantur, recipere, & retinere, fructusque eorum percipere licitè possis, & valeas. In nomine Patris, &c.*

In Litteris condonationis fructuum Beneficiorum malè perceptorum.

97 Advertere debebit hic Confessarius, quod Pœnitentiaria Sacerdotibus, sive Clericis pauperibus fructus malè perceptos condonat mediante aliqua eleemosyna. Divitibus autem non sic, sed hos admittit per compositionem, si obligatio restituendi sit occulta, nam in publicis est recurrendum ad Datariam.

98. Ideòque sub clausula contenta his verbis -- *ob suam paupertatem restituere nequeat:* caveat an motivum paupertatis sit verum, nam periculum est, ne nimis sibi parcat lator, & prætensa paupertas non sit tanta, quanta esse debet: undè si tantùm de vigesima parte posset componere,

nere, melius esset per viam compositionis venire, quàm condonationis.

99. Item observanda est clausula ibi--*suffragentur ei digni fructu pœnitentiæ, & merita:* & sic Confessarius examinet, an lator per bonos mores vitam emendaverit, & horas Canonicas à tempore considerabili juxtà suam obligationem recitaverit; nam si à pauco tempore recitare cœpisset, differatur executio gratię donec argui possit emendatio.

100. Vigore tandem clausulæ ibi--*mediante aliqua eleemosyna arbitrio tuo taxanda*, debet Confessarius, quando pœnitens est verè paupere, discretè se gerere, & si eleemosyna non potest esse pecuniaria, sit saltem hospitalitatis, potus, & subventionis pauperibus, vel linteaminum, ceræ, olei, aut alicujus supellectilis, pro Ecclesia, & Altaribus.

101. His consideratis, post absolutionem à censuris, & peccatis, forma condonationis hæc erit--*Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, fructus, quos ex tuo Beneficio malè percepisti ob non recitatas horas Canonicas, mediante eleemosyna tibi imposita, gratiosè tibi remitto, & condono. In nomine Patris, &c.*

102. Quando autem fructus Beneficii fuerunt malè percepti, & injustè, ob aliam causam, v.g. ob nullitatem tituli Beneficii, aut per intrusionem, tunc forma condonationis erit mutanda secundum litterarum tenorem, & expositionem.

103. Monitum tandem Confessarium volo, quod quando vigore litterarum Pœnitentiariæ datur absolutio ab excommunicatione in casu publico per subdelegationem factam ab Episcopo, tunc forma absolutionis, recitatis solitis precibus, & orationibus præscriptis à Rituali, erit sequens-*Et ego auctoritate mihi commissa absolvo te à vinculo excommunicationis majoris, quam incurristi ob ..... & restituo te unitati Sanctæ Matris Ecclesiæ, Sanctis Sacramentis, & communioni fidelium. In nomine Patris, &c.*

104 Qua absolutione secuta poterit, & debebit Confessarius fidem scripto facere de data absolutione, & illam mittere ad ipsum Ordinarium juxtà formulam à me traditam *in tit. 4. Formula XVIII.*

105. Ut autem Confessarii, & Parochi calleant practicam, negocia, & causas agendi in casibus occurrentibus Pœnitentium, qui indigent Tribunali Pœnitentiariæ, & sæpè ignorantes remedium in suis sordibus perseverare coguntur; non incongruum putavi hìc subnectere Instructionem sequentem.

106. Primò itaque ubi accedit aliquis, casu quoquam ad dict. Tribunal pertinente laborans, examinent diligenter Pœnitentem, ut rem totam sincerè aperiat: observent genus Censuræ: scrutentur facti circumstantiam. Item inquirant de pœnitente, an sit Vir, aut fœmina, an laicus, aut Clericus, an Regularis, aut sæcularis, an Sacerdos vel in Ordine Sacro, aut simplex Clericus, aut Monialis. Inquirant circa casum, ex quo Censura incursa est, an publicus, vel occultus (nam publica, vel ad publicum redacta non pertinent ad Pœnitentiariam, nisi percussio Clerici:) & circa irregularitatem videant, an ex delicto, & quali delicto, an ex defectu, & quali defectu cum suis circumstantiis: an ex homicidio, aut mutilatione, an ex violatione Censuræ. In Matrimoniis inquirant quale sit impedimentum, an re vera occultum, an de contracto Matrimonio, vel de contrahendo agatur: item quid causæ allegetur pro dispensatione obtinenda, & idem fiat pro votis, scilicet quid causæ, pro commutatione, & ad quem effectum: sed præsertim de Clerici percussore disquiratur cur ad Urbem pro absolutione accedere non valeat.

107. Secundò, habita vera totius causę notitia, scribant casum in carta quocunque charactere dummodò legi possit, idque sive latina, sive qualibet alia cujuslibet Regionis nativa lingua, omissis inutilibus, reticito etiam nomine, & cognomine Pœnitentis (quamvis, nullum si periculum rem, & personam prodendi) nisi fortè ageretur de Censuris inflictis contra publicos Clericorum percussores, & duellantes in publicum, tunc enim nomen, cognomen, & Diœcesim exprimant. In occultis verò per simplex NN. proceditur, & casum sic inscriptum directè mittitur per communem Tabellarium publicum Romam majori Pœni-

tentiario in hunc modum--*Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali majori Pœnitentiario Romam:* qui certè pro sua humanitate, & charitate libenter audiet, & jubebit litteras expediri, & rescribendo mitti curabit.

108 Tertiò, in litteris Romam ad majorem Pœnitentiarium ut supra mittendis, significent quomodo, qua via, & cui responsum mittendum sit per Postam, seu Tabellarium, terminando litteras in hunc ferè modum--*Dignetur Eminentia Vestra rescribere N. N. in Civitate N. pro Oppido N.*

109. Quartò, si in illo Oppido, seu Civitate in qua mittendæ sunt litteræ Sac. Pœnitentiariæ, non essent Confessores Doctores in jure Canonico, vel Magistri in Sac. Theologia, vel si adsit, Pœnitentes non possint de facili induci eis aperire suam conscientiam, cum jam aperuerint alicui Confessario non graduato, hoc ipsum in litteris mittendis ipsi majori Pœnitentiario significetur: sicuti si Confessarius gotticum characterem legere nesciat. Quod si fortè aliquando tardaverit responsum, tunc poterunt Confessarii, seu Pœnitentes, iterum scribere, ut si fortè fuit deperdita prima Epistola, altera ad manus Eminentissimi Pœnitentiarii perveniat, quia certè de opportuno remedio providebitur.

110. Quintò, casum occurrentem sic, vel simili modo proponet--*Eminentissime, & Reverendissime Domine. N. Sacerdos contraxit irregularitatem ex homicidio occulto, ab eo ob talem, & talem causam clam tali modo patrato, vel procurator in personam hominis laici. Ab eo tempore non abstinuit ab exercitio ordinum, vitandi scandali causa, vel ne se proderet; sive abstinuit, sed cum diu absque scandalo abstinere non possit, humiliter supplicat pro remedio.*

Vel NN. Contraxit Matrimonium cum Muliere, cujus matrem antea carnaliter cognoverat, conscius, (vel nescius) impedimenti (quod occultum est) quarè cum absque scandalo separari non possint, supplicat pro remedio.

Vel NN. Mulier emisit votum simplex castitatis perpetuæ, sed cum adsit, vel futurum esse prævideat periculum incontinentiæ nisi nubat, humillimè supplicat sibi votum commutari ad effectum nubendi.

At cum innumeri sint casus pro quibus supplicari debet, innumera quoque sunt supplicationum exemplaria.

111. Quando autem quis non vigore litterarum Pœnitentiariæ, sed via ordinaria esset absolvendus ab interdicto; tunc præmisso juramento de parendo mandatis Ecclesiæ, & si est interdictus, quia non est confessus in Paschate, præstita cautione juratoria de confitendo, & communicando in termino dierum tot assignandorum, Confessarius dicat--*Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. D.N. Jesus Christus te absolvat, & Ego auctoritate* qua fungor, relaxo interdictum Ecclesiasticum, *quod incurristi* (si est à jure) & si est ab homine, *quod contra te pronunciatum fuit* ob tale crimen, *& restituo te Ecclesiæ ingressui, Ecclesiasticæ Sepulturæ, & Sanctis Sacramentis absolutum*, vel *restituo te ordinibus tuis, officio &c.* (si est Clericus) *In nomine, &c.*

Si interdictum esset publicum, absolutio deberet impendi ante fores Ecclesiæ, vel saltem populo notificando, quando quis est interdictus ab ingressu Ecclesiæ,

112. Si qui verò Clericus, vel Sacerdos, est absolvendus à suspensione, tunc dicto Misereatur &c. Indulgentiam, &c. Confessarius dicat--*D. N. Jesus Christus te absolvat, & Ego auctoritate, qua fungor absolvo te à vinculo suspensionis, quam incurristi (vel quæ contra te est pronunciata ob tale crimen) & restituo ingressui Ecclesiæ, officio, (vel Beneficio) & actibus tuorum ordinum absolutum. In nomine Patris, &c.*

113. Advertant Episcopi, & Vicarii Capitulares, quod vigore Jubilei non possunt absolverè publicè denunciatos in foro exteriori pro læsa immunitate Ecclesiastica, sed tantum in foro conscientiæ, quando scandalum est notorium, ut respondit *Sac. Congregat. Immunit. in Mediolanen. 27. Januarii 1632. lib. 2. fol. 113.*

Alia

Alia facultatis Confessiones audiendi.

FORMULA II.

N. Episcopus N.

TIbi dilecto Nobis in Christo N. ut in hac Civitate N. Confessiones Sacramentales utriusque sexus Christifidelium audire, eosque absolvere (non tamen à casibus, censurisque Sedi Apostolicæ, ac nobis reservatis, excepto mortis articulo) possis, & valeas, tenore præsentium licentiam concedimus, & facultatem impartimur duraturam tantùm ad sex menses.

Te in Domino admonentes ne dum alios à peccatorum nexibus liberare intendis, te ipsum implices, ut pro recta hujus Sacramenti administratione omnia, quæ in Decretis Apostolicis, ac Synodalibus Constitutionibus N. tradita sunt, sæpè legas, & observes. Ut mulierum Confessiones non nisi in Sede Confessionali in Ecclesia nec ante Solis ortum, neque post ejus occasum (seclusis infirmitatis, aut necessitatis casibus) audias. Si ad infirmos vocatus fueris, de eorum audita Confessione statim proprium eorum Parochum certiorem facias verbo, vel scripto. Si quos pœnitentes deprehenderis à Confessariis diabolico instinctu ad turpia, seu inter confitendum, seu occasione Confessionis, seu in Sede Confessionali, sivè ante, sive post Confessionem quoscunque sollicitatos, seu ad turpia colloquia allectos fuisse, eos seriò admoneas de obligatione hujusmodi sollicitantes, ad Sanctæ Inquisitionis, seu nostrum Tribunal denunciandi juxta Bullam sa. me. Gregor. XV. aliàs denunciare renuentibus absolutionem deneges sub pœna in eadem Bulla contenta. Ut à rudioribus requiras, an fidei articulos, Decalogi, Ecclesiæque præcepta noverint, doctrinam Christianam satagant edisce re. An conscientiæ examen fecerint, doloremque necessarium habeant de peccatis, eaque detestentur cum vero proposito in posterum illa vitandi. Utrùm lethalem aliquam culpam erubescentia, vel alia de causa reticuerint, contritionis, aut saltem attritionis actum eos elicere adjuves. Si restitutio famæ, vel rerum ob furta, vel damna illata facienda sit, caveas ne detrectantibus, vel negligentibus restituere, si possint, absolutionem impendas. Circumstantias peccatorum, quę mutant speciem, vel pravitatem valdè augent, inquiras: iis qui nec peccata, nec proximas peccandi occasiones relinquere volunt, utpotè Concubinariis, Meretricibus, nec non odia, & inimicitias exercentibus, absolutionem omninò deneges. Pœnitentias salutares, ac convenientes satisfactiones, quas prudentia suggesserit pro qualitate peccatorum, & pœnitentium facultate injungas. Sigillum confessionis inviolabile serves, ne irremissibiles pœnas à Sac. Canonibus inflictas subeas, & si quid difficillimum, vel arduum acciderit, in quo deliberando sis anceps, absolutionem differas, donec sapientes consulas. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

HAC formula utebatur clar. me. Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus, Vir non minus Purpura, quàm doctrina, & virtutibus Eminentissimus; ex qua Confessarii regulas generales pro recta hujus Sacramenti administratione excerpere possunt, à quibus nonnisi in aliquo casu particulari, (in quo regulam servandam non esse prudentia suggerat) recedi non solet.

Deputationis Confessarii Ordinarii Monialium.

FORMVLA III.

SUMMARIUM.

1 *Parochi, & Regulares non deputantur in Confessarios ordinarios Monialium.*
2 *In casu penuriæ Presbyterorum Sæcularium Regulares adhibentur de licentia Sacr. Congregat. dummodò sint qualificati, & provectæ ætatis.*
3 *Episcopi non possunt uti Regularibus quamvis adsit penuria Sacerdotum Confessariorum sæcularium sine licentia Sac. Congregationis, & n. 4.*
5 *Moniales non possunt recusare Confessarium ab Episcopo deputatum.*
6 *Confessarii Monialium non possunt ingredi clausuram ad peragendum officium funeris, & afferuntur rationes n. 7. 8. & 9. rejiciunturque contrariam tenentes.*
10 *Confessarii debent audire Confessiones Monialium infirmarum Januis Cellæ apertis.*
11 *Confessarii Monialium debent abstinere à frequentatione Collocutorii.*
12 *Confessarii Monialium Ordinarii non debent accedere ad Ecclesiam, seu Monasterium tempore, quo adest Confessarius extraordinarius.*
13 *Confessarius Monialium debet habere mercedem congruam sufficientem pro victu.*
14 *Episcopus curare debet, ut merces Confessariorum Monialium sit congrua.*

N. Episcopus N.

TIbi N. *Presbytero sæculari* per Examinatores nostros idoneo reperto, & per Nos approbato, ut in Ecclesia, & Monasterio S. N. Confessiones Sacramentales Monialium audire, & sæcularium etiam Mulierum, si quæ in eodem Monasterio erunt, easque absolvere valeas, præterquam à casibus, & censuris Sedi Apostolicæ, & Nobis reservatis, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur; tibique Confessario Ordinario à Nobis Deputato, *omnes Moniales confiteri teneantur.* In Clausuram Monasterii non ingredieris nisi superpelliceo, & stola indutus, ut tantummodo administres Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Unctionis infirmis, *quibus tantum casibus* semper tuo hoc munere modestia, & exemplaritate perfungas sociatus à duabus ex senioribus Monialibus, quæ cum Confessiones infirmarum audies, *Janua Cellæ aperta* te etiam videre possint, non autem audire. Negociis Monasterii aut Monialium quibuscunque non te immisceas, neque ad Crates, seu Rotas *colloquaris* nisi de his tantum, quæ Ecclesiæ cultum, & Divinorum Officiorum celebrationem respiciunt. Te in Domino admonentes, ut promovere cures, quæ ad Regulæ observantiam conducunt, pravos abusus si qui sint sarculo Evangelicæ doctrinæ evellere, & religiosam vitam fovere, & enutrire. Cum verò

verò Confessarius extraordinarius per nos mittetur, *longè à Monasterio abscedas* donec ille discesserit. Præsentibus *cum solita mercede* ad triennium valituris In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1. TIBI N. PRESBYTERO SÆCULARI. Non tamen Parocho, neque Regulari, quia Episcopus istorum opera uti non potest, neque eos deputare Confessarios Ordinarios Monialium, Barbos. *de jure Eccles. lib. 1. cap. 44. nu. 127.* Tambur. *de jur. Abbatis disp. 16. quæst. 2. nu. 4.* Donat. *prax. rer. regul. tom. 4. tract. 13. quæst. 28. n. 1.* apud quos Decreta Sac. Congreg. referuntur.

2. In casu tamen penuriæ Sacerdotum sæcularium habilium Sac. Congreg. licentiam indulget, dummodo Regulares deputandi sint qualificati, & exemplares, ac ætatis provectæ saltem 45. annorum, prout rescriptum fuit Patriarchæ Veneto 7. Junii 1620. ut refert Tambur. *loco mox citato*.

3. Non poterunt tamen Episcopi sine beneplacito ejusdem Sacr. Congr. Regularibus uti, quamvis Presbyterorum sæcularium adsit penuria; cum enim Decreta id prohibentia emanaverint per viam legis universalis, obligant ad observantiam in utroque foro, ut probant Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. n. 447. & seqq.* Pignatell. *consult. 174. per tot. tom. 9.*

4. Nec illos excusaret vulgatum adagium, quod necessitas non subjiciatur legi, quod illicitum est, faciat licitum: quia hoc posset suffragari in casu quo Sac. Congreg. non posset adiri, vel periculum esset in mora; tunc etenim inferior potest exercere jurisdictionem Superioris, ita tamen, ut cum poterit adeat, *juxta consil. Ancheran. 409. nu. 7.* non autem in hac subjecta materia de qua loquimur, in qua non ita festinus casu occurrit, ut nec locus, nec tempus patiatur dilationem, licentiam petendi à Sac. Congregatione: & penuria Sacerdotum sæcularium habilium solùm operetur, quod concedatur dispensatio, quæ aliàs non concederetur, ut dicit Medic. *tract. de cas. fortuit. quæst. 6. num. 23.* sicque si aliquis Episcopus prohibitionem parvipenderet, acri reprehensione dignus videretur.

5. OMNES MONIALES CONFITERI TENEANTUR. Ex hac clausula oritur dubitatio, an scilicet Moniales possint recusare Confessarium ab Episcopo deputatum? & affirmativam tenet Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 20.* quem tamen reprobat, & meritò Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 859.* Qui admitti quidem, quod possint Moniales rationes non acceptandi proponere, & si justæ videantur debeat Superior illas acceptare; sed neutiquam recusare, quia huic termino non correspondet obligatio obediendi: Et ideò teneantur deputatum recipere, & tamquam proprio Parocho omnes confiteri. In hoc tamen, ut monet Author, debet Episcopus cautè agere, ut officium suum fideliter, & in utilitatem Ovium suarum, & non in destructionem dispensèt.

6. QVIBUS TANTVM CASIBVS. Pro aliis enim casibus, in quibus exigatur præsentia Confessarii, requireretur specialis facultas: Talis autem necessitas non adest in funeribus pro sepelliendis Cadaveribus Monialium in Ecclesia, & Sepultura interiori, sed pro ista causa licentia deneganda est, Nicol. *in flosc. verb Sepultura num. 6.*

7. Et quamtumvis ingressum Confessarii in Clausuram ad Officium funeris peragendum Authores Regulares licitum faciant absque alia licentia in illis locis, &

Monasteriis, in quibus viget consuetudo, prout sunt Tambur. *de jur. Abbat. disp.* 24. *quæst.* 5. Pellizar. *de Monial. cap.* 10. *num.* 231. Passer. *de stat. hom. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 1. *num.* 889. Nihilominùs ab horum opinione cavendum: Quia si, ut ipsi asserunt, talis abusus alicubi introductus reperiatur, est removendus, non autem tolerandus inconsulta Sacra Congregatione.

8. Etenim cum Sac. Congreg. Episcop. (quæ legem Clausuræ tuetur, & violari non patitur) suo Decreto generali edito de anno 1583. & de quo meminit Gavant. *Manual. Episcop. verb. Monialium Clausura num.* 40. & quod per extensum refert Pignatell. *consult.* 85. *num.* 234. *tom.* 6. declaraverit nullam in Officio funeris Monialium necessitatem adesse præsentiæ Confessarii; sequitur, quod Episcopi in hoc casu jam declarato Superiorem non necessario, non valeant licentiam concedere, multòque minus permittere, & tolerare, quod prætextu consuetudinis (quæ potiùs corruptela dicitur) in Clausuram Confessarius ingrediatur ad Officium funeris peragendum.

9. Undè Confessarii, si qui sint sæculares, sivè Regulares, qui sententiam dd. Authorum ad praxim reducunt, & sine licentia in scriptis ingrediuntur Clausuram, prætextu functionis funeris tamquam culpabiles, incurrent excommunicationem inflictam violantibus Clausuram, ut benè firmant Pac. Jord. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 88. *vers. Item neque prætextu, n.* 173. Nicol. *in fosc. verb. Sepultura n.* 6. ubi Decreta refert.

10. *JANUA CELLÆ APERTA.* Optimus Maximusque Pontifex Innoc. XI. per organum Sac. Congreg. Episcop. & Regular. omnibus Ordinariis locorum per Epistolam Enciclicam sub datum Romæ 12. Martii 1682. innovans Decretum generale aliàs emanatum 13. Septembris 1583. præcepit quod debeant injungere Confessariis Monialium, ut in audienda infirmæ confessione Janua Cellæ aperta remaneat, & ambæ Comitatrices Confessarium, & infirmam videant, non tamen quod possint audire.

11. *COLLO QUARIS.* Confessarii Monialium agrestes se præbere debent, nec ullo modo negociis temporalibus immiscere proculque à Collocutoriis, & Cratibus abire, nisi aliqua necessitas, quę ob bonum publicum totius Monasterii contrarium suadeat, urgeret.

12. *LONGE A MONASTERIO ABSCEDAS.* Tempore quo Confessarii Extraordinarii Monialium Confessiones audiunt, Confessarius Ordinarius ad Ecclesiam, & ad Monasterium accedere non debet, ut monent Tambur. *de jur. Abbatiss. disput.* 16. *quæst.* 19. *num.* 1. *vers. Quando Confessarius*, Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Moniales nu.* 8.

13. *CUM SOLITA MERCEDE.* Confessario Monialium debet constitui certa merces annua, quæ juxtà morem Regionis victui illius sufficiat, ut mandat Decretum generale Sac. Congreg. emanatum 29. Novembris 1605. his verbis--*Constituatur certa merces annua Confessori Monialium, quæ juxta morem, & qualitatem Regionis victui illius sufficiat, eademque merces Monasterio, in quo degit, si Confessarius Regularis sit, persolvatur.* At hujus Decreti dispositio malè servatur: Quia exceptis magnis Civitatibus, ferè ubique, merces Confessariorum est tam tenuis, & exigua, ut non solùm victui, sed neque vestitui tantum sufficiat.

14. Et hinc evenit, quod Confessarii habiles, & idonei non reperiantur; Moniales sub directione Confessariorum parum aptorum (qui peccata comedunt, & latrare non valentes, canes muti sunt) mirum in modum paulatim relaxantur. Propterea que Episcopi curare debent quantum possibile erit, ut dictum Decretum servetur, & potiùs quæcumque alia expensa resecetur, & tollatur, quàm hęc diminuatur: Quid enim prodest homini, si universum Mundum lucretur, Animæ verò suę detrimentum patiatur; aut quam dabit homo commutationem pro Anima sua? *Matth.* 16.

Depu-

Deputationis Confessarii Monialium Extraordinarii.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 *Regulares non deputantur Confessarii extraordinarii, nisi in casu necessitatis.*
2 *Episcopus deputat Confessarium Extraordinarium etiam Monialibus exemptis, concurrente aliqua justa causa.*
3 *Episcopus ex obligatione tenetur non tantùm dare petentibus, sed offerre Confessarium Extraordinarium.*
4 *Moniales non tenentur confiteri Confessario Extraordinario, sed debent saltem eidem præsentari, & de ratione, & n. 5.*
6 *Confessarius Extraordinarius datur Monialibus in communi, non pro aliquibus tantùm, nisi aliqua specialis ratio concurrat.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. *Presbytero sæculari*, Confessario in hac nostra Diœcesi approbato, cujus vitam, doctrinam, & morum probitatem jampridem experti sumus, Sac. Concil. Trid. Decreto, quo astringimur Confessarium idoneum Extraordinarium quotannis Monialibus *Nobis subjectis offerre*, inhærentes, Tibi, ut tamquam talis Sanctimonialium Monasterii N. hujus Civitatis Sacramentales confessiones excipere, & à peccatis absolvere possis, & eædem pœnitentiæ medicina *indigentes*, liberiùs malis suis mederi valeant, etiam cum facultate ab omnibus casibus, & Censuris Nobis reservatis absolvendi, licentiam concedimus, & facultatem opportunam impartimur, per dies ..... duraturam. In quorum &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 PRESBYTERO SÆCULARI. Regulares deputari non debent pro Confessariis Monialium nec Ordinariis, nec Extraordinariis, ut respondit Sacra Congregat. Episcoporum 1. Octobris 1602. -- *Ordinarii non possunt uti opera Confessariorum Regularium, etiam pro Confessariis Extraordinariis, nisi in casu necessitatis*, & sine licentia Sac. Congregat. ut monendo Patriarcham Venetiarum rescripsit eadem Sac. Congregat. 12. Maii 1617. At quia tales deputationes sunt frequentes, & in parvis Civitatibus non adest copia Sacerdotum sæcularium habilium, Episcopi sæpè illos deputant pro Extraordinariis, quia dicunt adesse necessitatem, & eis favet Pelizar. *de Monialib. cap.* 10. *n.* 171.

2. NOBIS SUBJECTIS OFFERRE. Non solùm Monialibus subiectis, sed aliquando etiam aliis, quæ Regularibus subdantur, supplendo Superiorum negligentiam, Episcopus Confessarium Extraordinarium concedit, aliqua justa causa concurrente, ut tradit Bellet. *disq. Cleric. par.* 2. §. 5. *de pœn. Cleric. num.* 9. & decisum refert à *Sac. Cong. Concilii*, Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect.* 506. *n.* 32. & non solùm ejusdem, sed alterius Ordinis, immò & Presbyterum Confessarium sæcularem, Gallemart. *supra Concil. cap.* 10. *sess.* 25. *de Regular. n.* 2.

3. Hunc

3. Hunc autem Confessarium extraordinarium Episcopus concedit non de consilio, sed ex obligatione, & præcepto, *Concil. sess. 25. cap. 10. de Regular.* & non solùm petentibus Monialibus sibi subjectis, sed ex officio bis, terque in anno offerre tenetur, quia Concilium loquitur imperativè per verbum--*Offeratur*, & sic præcipit, ut observat Passerin. *de stat. hom. tom. 2. q. 187. art. 1. nu. 906.* ubi *n. 909.* tenet, quod, si Superior illum deneget, peccet contrà legem Concilii, & fidelitatem sui officii.

4. *INDIGENTES*. Non tenentur Moniales confiteri, si nolunt Confessario extraordinario, quia est concessio eisdem favorabilis, & non debet in odium illarum retorqueri, Gallemart. *supra dicto cap. 10. nu. 3.* Donat.. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 23.*

5. Convenit tamen, quod omnes se præsentent, si non ut confiteantur, saltem ut monita salutis recipiant, & actum subjectionis exerceant; & etiam ad hoc, ut discerni non possit quænam sint, quę indigeant Confessario extraordinario, ut notant, & monent Pelizar. *de Monial. c. 10. n. 271.* & Pasqualig. ad Lauret. de Franch. *par. 1. num. 39.* ubi allegat Decretum Sac. Cong. Episcoporum, & Regularium.

6. Verum quoque est, quod extraordinarius debet dari Monialibus in communi, non autem pro hac, vel illa Moniali, Pelizar. *de Monial. cap. 10. nu. 266.* Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. num. 291.* Pignatell. *consul. 85. num. 235. tom. 6.* ubi Decreta de more refert. Nisi tamen ex aliqua speciali ratione Episcopus moveatur ad illum dandum etiam Moniali particulari, puta in articulo mortis pro serenitate moribundæ, ut admittit Passerin. *loc. cit.* & Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 29.*

Deputationis Confessarii Regularis pro Monialibus.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Confessarii Monialium, eorumque socii non possunt alloqui Moniales.*
2 *Confessarii Monialium non ingrediuntur clausuram ad administrandæ Sacramenta sine Socio, qui debet esse ætatis 50. annorum.*

N. Episcopus N.

Admodum Rev. P. N. Ord. N. salutem, & benedictionem in Domino.

UT Virgines Deo dicatæ, ac rerum cœlestium contemplationi intentæ tuto incessu ad Christianam perfectionem, experto Duce ducente, fœliciter perveniant, ad Te examinātum, & approbatum, & in cujus vitæ, ac morum probitate, ætate, prudentia, ac scientia plurimum in Domino confidimus, aciem nostræ mentis direximus. Quapropter, ut Monialium Monasterii N. confessiones audire, easque Sacramentaliter absolvere, & alia Sacramenta conferre possis, necnon prædicti Monasterii Clausuram, cum Socio in casu necessitatis ea ministrandi Infirmis ingredi valeas, Te Confessarium Ordinarium dicti Monasterii vigore facultatis à Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium sub datum Romæ.... Nobis concessæ non tantùm pro Monialibus, sed etiam pro mulieribus, si quæ in dicto Monasterio existant, eligimus, & deputamus, Te admonen-

monentes, ut quæ in Decretis Apostolicis, & Constitutionibus Synodalibus præscripta sunt, fideliter serves. Cum Monialibus *non alloquaris*. Clausuram sine superpelliceo, *Stola, & Socio*, pro administrandis Sacramentis Infirmis tantùm non ingrediaris, & tunc sociatus à duabus Monialibus, ex senioribus, quæ cum confessiones Infirmarum audies Janua Cellæ aperta Te videant. Refectionem corporalem in locis ubi à Monialibus videri possis non sumas. Præsentibus ad nostrum beneplacitum, & non ultrà triennium duraturis. In quorum, &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli. *N. Cancellarius Episcopalis.*

ADNOTATIONES.

1. NON ALLOQUARIS. Confessarius Regularis Monialium, ejusque socius easdem alloqui prohibentur absque Sacr. Congr. licentia, si refert decisum Barbos. *suprà Concil. sess. 25. de Regular. cap. 10. n. 21. & in Summ. dec. Apostol. collect. 203. num. 13.* & adest expressum Decretum mox infrà dandum.

2. STOLA, ET SOCIO. Sine Socio, qui debet esse provectæ etatis, Confessarius Regularis ingredi non potest Clausuram, juxtà Decretum *Sac. Congr. emanatum in Nolana 21. Februarii* 1617. quod ex regestro depromptum est sequentis tenoris -- *Petente Episcopo Nolano per Sac. Cong. declarari. Primò, num Confessarius Regularis Monialium, ejusque Socius, Confessionis ac Sacramentorum administrationibus casibus exceptis, easdem Moniales absque Sacræ Congregationis licentia alloqui valeant. Secundò, cum idem Confessarius ex antiqua consuetudine absque Socio Monasterii septa Monialium ægrotantium confessionum audiendarum gratia ingredi debeat, an in posterùm ità sit permittendum.*

Illustrissimi ejusdem Sacr. Congreg. PP. Ad primum; Negativè responderunt. Ad secundùm; itidem negativè, sed debere eidem assignari Socium, qui ipsi juxtà Sacr. Congregat. Decreta assistat, sitque ætatis ultrà quinquaginta annorum: & in alia Veneta 7. Junii 1620. præscripsit ætatem suprà 45. quoad Confessarium.

Approbationis Confessarii pro Monialibus Regularibus subjectis.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *Confessarii Regulares Monialium, si non observent conditiones ab Episcopo in approbatione præscriptas, possunt ab eodem puniri.*

2 *Confessarii Monialium Regularibus subjectarum debent ab Episcopo vel rejicii, vel ad triennium approbari.*

N. Episcopus N.

TIbi Rev. P. N. Ord. N. Nobis ab Admodum Rev. P. N. Provinciali N. pro Confessario Ordinario Monasterii Monialium N. Ordini subjecto præsentato, & ab Examinatoribus nostris examinato, idoneoque reperto, & à Nobis approbato, licentiam, & facultatem, ut dictarum Monialium, & mulierum, si quæ sint, confessiones excipere, & eas sacramentaliter absolvere (non tamen à casi-

casibus Nobis reservatis) & alia Sacramenta conferre, necnon in casibus necessariis pro illis administrandis Monialibus, & Mulieribus infirmis, Clausuram ingrediendi, concedimus, & impertimur *servatis infrascriptis conditionibus*.

1. Non colloquaris cum Monialibus (Confessionis, ac Sacramentorum casibus exceptis) neque ab eis corporalem refectionem sumas ad Crates, vel Rotas, ac in locis ubi videri, vel à Monialibus audiri possis.

2. Non ingrediaris Clausuram, nisi pro administratione Sacramenti Pœnitentiæ, Eucaristiæ, & Extremæ Unctionis decumbentibus infirmis in lecto.

3. Non ingrediaris in dictis casibus sine superpelliceo, Stola, & Socio provectæ ætatis saltem 50. annorum.

4. Non ingrediaris sine Comitatricibus.

5. Non audias Confessiones infirmarum, nisi Janua Cellæ aperta, assistentibus Comitatricibus, quæ unà cum Socio Te, & Infirmam videre possint, non tamen audire.

6. Non audies Confessiones in dicta Ecclesia in Sede Confessionali ante ortum, neque post occasum Solis. Præsentibus *ad triennium valituris*. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *SERVATIS INFRASCRIPTIS CONDITIONIBUS*. Cum omnes suprà positæ conditiones respiciant custodiam Clausuræ, & observantiam Decretorum Sac. Congregat. non est dubium, quin possint in approbatione ab Episcopo Confessariis Regularibus præscribi, etiam pro Monasteriis ipsis subjectis, & quatenus non observentur, etiam puniri, & suspendi, prout declaravit Sac. Congreg. Concilii apud Bullam Gregorii XV. Inscrutabili in responsione ad 13. dubium, & tradit Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 17. Sacr. Congregat. Concilii in Neapolitana Jurisdictionis 16. Novembris 1669. apud* Crisp. *de visit. part. 1. §. 15. post num. 10.* Tamburin. *de jur. Abbatiss. disp. 24. quæst. 3. n. 4. & 5.* Pignatell. *consult. 48. n. 2. & 3. to. 5.*

2. *AD TRIENNIVM VALITVRIS*. Quamvis Episcopus possit ad tempus limitatum, & ad beneplacitum Regulares ad confessiones audiendas approbare, ut jam firmatum fuit *in adnot. primæ Formulæ hujus Tituli*; nihilominus Confessarius præsentatus ad confessiones excipiendas Monialium Regularibus subjectarum, debet vel absolutè rejici, vel per totum triennium approbari, non verò ad tempus brevius; sic ad relationem Eminentiss. Card. S. Clementis respondit *Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium in Catanien. favore PP. Min. de Observant. die 4. Maii 1656.*

Approbationis Confessarii Regularis in genere.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Regulares, si velint confessiones sæcularium audire, non possunt judicium, & approbationem Episcopi Diœcesani effugere, quantumvis qualificati sint.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo P. N. Ord. N. Presbytero salutem, & Benedictionem.

CUm multa Christi Messes Nos cogat, undequaque ut ad auxilium nostrum *Operarios advocemus*, Teque pium, & doctum examine noverimus, aptumque, ut sub nostri regiminis Magisterio procurandæ fidelium saluti inservias, administrando Pœnitentiæ Sacramento admovere statuimus: Prout per præsentes ad sex menses tantum valituras ad confessiones Christi fidelium excipiendas in hac nostra Diœcesi approbamus, ea tamen conditione, ut à casibus Nobis, & Sanctæ Sedi reservatis non absolvas. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 *OPERARIOS ADVOCEMUS.* Judicium Episcopi Diœcesani non valent Regulares effugere, quatenus velint confessiones Sæcularium audire in illius jurisdictione, nec prætextu qualitatis personæ qualificatæ, & in Religione primariæ, ut fatetur Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 234. & seqq.* nec excusatione, quod ab Episcopo Diœcesano malè tractentur in examine; nam cum de hoc conquesti fuissent in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium Superiores Conventuum Civitatis Pisauri, & petiissent ipsis facultatem concedi, ut examini exponere possent suos Religiosos coram Archiepiscopo Urbinatensi, die 4. Novembr. 1690. relata per D. Secretarium eorum instantia, omnium votis fuit rejecta cum rescripto *lectum*, & meritò, quia nullus Episcopus approbat Confessarios pro Diœcesi alterius, sed tantum sua, cujus sunt oves propriæ, & oportet illas in caulam Domini adducere, *Joan.* 10. Verum tamen est, quod Episcopus postquam illos simpliciter approbavit, non possunt suspendi, nisi ex causa rationabili superventa, ut præscribitur *in Const. Clem.* X. *superna* §. *Regul. vero*, quam tamen causam non tenetur Episcopus ipsi significare, sed solum Sedi Apostolicæ ubi eam sibi aperiri postulaverit.

TITU-

TITULUS X.

de Parocho.

In Præfatione.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi olim nuncupabantur Parochi.*
2 *Parochi tenentur retinere, & custodire Libros Parochiales, qui plenè probant ea, quæ ad officium Parochi pertinent.*

1 PArochus, qui ex Græco vocabulo, quasi Incola, seù Habitator, ex notatis à Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 40. num. 4.* (& sub quorum nomine etiam Episcopi olim in Ecclesia non per extensionem metaphoricam, seù analogicam, prout hodiè, sed nuncupatione propria gubernacula tenebant, ut habetur *ex Can. 6. Concilii Vernensis sub Stephano III. an. 756. & ex Can. 42. & 45. Concilii Parisiensis sub Gregorio IV. anno 829. celebratis*) quinque Libros, qui Parochialis nuncupantur, habere, & retinere debet: In quorum primo, status Animarum Parochiæ conscribitur, & hic, si non in singulis annis, triennio saltem renovatur. In secundo, Baptizatorum nomina describuntur. In tertio, Confirmatorum. In quarto, Contrahentium Matrimonia. In quinto, Mortuorum, quos omnes legaliter tentos custodire tenetur, ut docet Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Paroch. cap. 28. n. 23. vers. Idem quoque.*

2. Legaliter tunc dicuntur dicti Libri retenti, si benè compacti, & cartulati alium titulum non habent, nec aliquid aliud extraneum ibidem non adnotetur, suntque authentici, & plenè probant ea, quę ad officium Parochi pertinent, ut advertit Pac. Jord. *lucub. t. 3. lib. 14. tit. 20. n. 48.* Adden. ad Pamph. *decis. 456. n. 7. 8. & 9.*

Formulæ autem, quibus describendę sunt particulæ Baptizatorum, Confirmatorum, Contrahentium Matrimonia, ac Mortuorum, possunt esse infrascriptæ, quæ hic apponuntur, non solum pro instructione Parochorum, sed Episcoporum, & aliorum Diœcesim visitantium, ut possint eosdem Libros ad debitam formam reducere, quatenus malè, & inscitè retentos (ut sæpè, & sæpissimè accidit) inveniant.

Descriptionis natorum, & Baptizatorum.

FORMULA I.

DIe ..... mensis ..... anni .... Ego N. Parochus Ecclesię N. baptizavi infantem natum in hac mea Parochia die..... hora..... (*quatenus sciri possit*) ex N. & N. legitimis conjugibus hujus Civitatis, cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. de Parochia N. & Matrina N. de Parochia N.

Nati

Nati ex Parentibus incertis.

FORMULA II.

DIe... mensis.... anni.... Ego N. Parochus Ecclesiæ N. baptizavi infantem natum in hac Civitate (vel alio loco) ex Parentibus incertis die..... hora.... (quatenus sciri potest) cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. in Parochia N. & Matrina N. Ex Parochia N.

Si autem sciatur Mater, scribatur nomen ejus, quatenus non adsit periculum infamiæ, cujus occasio semper tollenda est: Si verò infans fuisset expositus, neque constet per testes fuisse baptizatum, tunc scribatur in Libro, ut infrà.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

3 *Expositi, an & quomodo sint baptizandi.*
4 *Quid agendum quando dubitatur de validitate Baptismi.*
5 *Obstetrices debent esse instructæ, & vpprobatæ.*
6 *In collatione Baptismi adhibendæ sunt solemnitates, secluso periculo mortis; aliàs Baptizans peccat.*

DIe.. mensis... anni... Ego N. Parochus Ecclesiæ N. loci N. baptizavi infantem expositum in loco N. repertum ibidem ab N. & verisimiliter natum tribus ab hinc diebus, cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. & Matrina N. ex hac mea Parochia. (*vel alia.*)

2. Expositi enim absolutè, & absque ulla conditione baptizandi sunt quoties est omnimoda ignoratio de collato Baptismo, nec ulla datur in oppositum probabilis conjectura: Si verò haberent appensam collo, vel in alia corporis parte schedulam, in qua esset scriptum recepisse Baptismum, tunc sub conditione baptizari deberent, ut communiter distinguunt DD. relati à Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 7. à n. 9. cum seqq.*

Si infans fuisset Domi baptizatus ob periculum mortis, qui posteà decessit, scribatur in Libro sic.

FORMULA IV.

DIe.... mensis ..... anni . . . hora.... natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, qui ob immi nens periculum mortis posteà secutæ baptizatus fuit Domi eorumdem ab N. obstetrice approbata (*vel alio*) cui impositum fuit nomen N. Patrinus (vel Matrina) fuit N.

Si verò infans periculum mortis evasit, erit deferendus ad Ecclesiam, ut suppleantur cœremoniæ Ritualis, & tunc describatur in Libro sic.

FORMULA V.

DIe . . . mensis. . . anni. . . natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ N. qui ob periculum mortis baptizatus fuit Domi dicta die *ab Obstetric approbata*, quo tamen posteà evaso, & delatus ad Ecclesiam, Ego N. Parochus explevi cœremonias, & preces præscriptas

ptas à Ritual, & quia Domi non fuit illi impositum nomen, in Ecclesia per me impositum fuit nomen N. Patrinus Domi fuit N.

4. Quando autem dubitatur de validitate Baptismi, utpotè quia Obstetrix, vel alius baptizans in periculo mortis postea examinatus rectè formam non callere repertus est, quia aqua elementaris, qua fuit usus, dubia est, aut ex alia simili causa, tunc erit infans rebaptizandus sub conditione, & partita Libri describenda, prout sequitur.

FORMULA VI.

DIe . . mensis . . anni . . . hora . . natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ N. qui ob periculum imminens mortis baptizatus fuit Domi ab N. & posteà mortis discrimine evaso, delatus fuit ad hanc Ecclesiam Parochialem pro supplendis solitis cœremoniis; sed quia in examine per me diligenter habito dicti baptizantis super forma, & modo Baptismi per eum collati, dubitavi de illius validitate, ideò Ego N. Parochus baptizavi dictum infantem cum conditione -- *Si validè non es baptizatus &c.* nomenque imposui N. Patrinus fuit &c.

ADNOTATIONES.

5. *AB OBSTETRICE APPROBATA.* Dicitur sic in Formula quinta, ut intelligat Parochus, quod nulla fœmina exercere debet officium Obstetricis, antequam sit benè instructa per eum circà formam, & materiam hujus Sacramenti, & ab Episcopo approbata, ut monet D. Carolus *in Concilio Provinciali* 5. quod refert Gavant. *Manual. Episcop. verb. Baptismus num.* 26. ut tradunt communiter DD. quos refert Romaguer. *ad Synodal. Gerund. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 2. *num.* 18.

6. Additur quoque expressio imminentis periculi mortis, ad demonstrandum, quod secluså necessitate, & mortis periculo, in collatione Baptismi adhibendæ sunt solemnitates ab Ecclesia præscriptæ, aliàs baptizans sine illis graviter peccat; sic firmant DD. adducti à Romaguer. *loco mox citato num.* 19. *&* 20.

Cæterùm Parochus circumstantias notatas in Formulis nuper relatis apponere non contemnat, quia sæpè in probanda identitate personæ in successionibus, & aliis juribus multùm juvant.

Descriptionis Confirmati.

FORMULA VII.

DIe . . . mensis . . . anni . . . N. Episcopus N. *occasione visitationis* Pontificaliter indutus ministravit solemniter Sacramentum Confirmationis in Ecclesia N. Terræ N. & fuerunt confirmati sequentes.

N. ætatis annorum. . . . filius N. & N. Conjugum Parochiæ N. Patrinus fui N. filius N. Parochiæ N. loci N.

Et sic describantur mares separatim à fœminis in eodem Libro ordine alphabetiço, exprimendo ætatem, & qualitatem Adultorum, præsertim si sint conjugati.

AD-

ADNOTATIO.

'OCCASIONE *VISITATIONIS.* Fit in Formula talis expressio, ut recordetur Episcopus, quod ne Subditi graventur, conveniens est, quod hoc Sacramentum ministretur occasione visitationis locorum Diœcesis: Pro quo ministrando, nec à Clericis, nec à Laicis procurationem exigere minimè potest, quia est proprium officii Episcopi confirmare, ut communiter tradunt Barbos. *de Offic. Episc. alleg.* 30. *n.* 10. & alii, quos allegavi *in Adnotat. ad Formul. II. Edicti Visitationis num.* 19. *Sac. Congregat. Concilii in Amalphitana* 18. *Julii* 1699. *in responsione ad primum, & secundum.*

Descriptionis Matrimonii.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Parochi præsentia in matrimonio debet esse non tantùm physica, & materialis, sed moralis, & cum advertentia, ac intelligentia, etiamsi Parochus data opera affectando non intelligeret, & n.* 2.

3 *Matrimonium est nullum si Parochus non percipit sensu consensum utriusq; contrahentis, & reprobatur Rot. & n.* 4.

5 *Benedictio Sponsorum quando sit danda.*

6 *Parochus, quæ advertere debet in descriptione partitæ matrimonii.*

EGO N. Parochus Ecclesiæ N. hujus Civitatis (vel loci) N. factis tribus solitis denunciationibus in tribus diebus festivis de præcepto inter Missarum solemnia, idest die... quæ fuit Dominica 2. mensis... secunda die Sancti N. & tertia die... in hac mea Ecclesia super Matrimonio contrahendo inter N. & N. nulloque detecto impedimento, eisdem N. Viro, & N. Muliere interrogatis, & eorum mutuo *habito consensu & intellecto*, eos per verba de præsenti in eadem Ecclesia, servata forma à Sacr. Concil. Trid. præscripta, solemniter in Matrimonium conjunxi, ibidem præsentibus N. N. & N. N. Testibus, mihi benè cognitis de loco N. qui Conjuges post celebrationem Missæ *Benedictionem* in Missali, & Rituali Sponsis præscriptam à me receperunt.

ADNOTATIONES.

'*HABITO CONSENSU, ET INTELLECTO.* Præsentia Parochi, quæ in Matrimonio vigore dispositionis Concil. Trid. exigitur, non debet esse tantùm physica, & materialis, seu virtualis, sed moralis, & humano modo cum intelligentia, & advertent a rei quæ agitur. Aliàs enim si Parochus præsens non adverteret, & non intelligeret, & humano modo consensum mutuum contrahentium non perciperet, non posset esse Testis (de quo confidit Ecclesia) contracti Matrimonii, & per consequens matrimonium non esset validum, ut communiter firmant Theologi, ac Canonistæ, & præsertim Abelly *Theolog. Moral. tit. de Matrim. sect.* 2. *n.* 3. Boss. *de Matrim. cap.* 3. §. 1. *num.* 2. Cabassut. *in notit. Eccles. ad Concil. Trid. num.* 55. Cened. *Monacelli Form. Pars I. pract. & Can. quæst. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 33. Ciarlin. *controv.* 131. *num.* 61. *& seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 1. cum aliis pleno calamo allegatis à *D. in Urbe docto Advocato Ursaya in ejus Dissert. seu tract. de matrim.* §. 11. *num.* 8.

2. Quæ juris propositio vera est, quamvis Parochus data opera affectaret non audire, si re vera non audit, nec consensum aliundè non percipit: Quia (ut mox dicebam) cum Parochus in matrimonio adhibeatur non tamquam minister, sed tamquam Testis magnæ auctoritatis, Fagnan. *in cap. Quod nobis num.* 54. *de clandest. dispens. & in cap. Litteræ num.* 24. *de matrim. contrahen. contr. interd. Eccles.* Piasec. *prax. Episc. part.* 2. *cap.* 4. *de matrim. art.* 4. *num.* 18. Sabell. *verb. matrimonium num.* 2. *vers. Quod possit probari*, Rot. *decis.* 375. *part.* 11. *recent.*

3. Hinc oritur, quod, si consensum

verbis, aut signis expressum contrahentium non intelligit, nec percipit, non poterit testari Matrimonium fuisse contractum, licèt si affectasset injustè, & sine causa, peccaret, & punire, posset, ut eruditè, solidèque probat *d.D.Ursaya*, & cum eo alii duo insignes in Urbe Theologi nempè P.Calistus Lodigerius Ord. Servorum,& P.Liberius à Jesu Ordinis Carmelit. Discalceat. quorum *Dissertationes reperiuntur impressæ post d.tr.D.Ursayæ de Matr.*

4 Et est contrà sensum Rotæ *in Romana Matrimonii 4. Februar.* 1697. coram Ursino, in publicatione Voti, quod *Sacr. Cong. Conc. in d. Causa exquisierat 17. Novembr.* 1696. *expressum*, in quo videtur approbata conclusio, quod, si Parochus data opera affectet non audire, quamvis non intelligat adhuc Matrimonium sustineatur,& quod tunc sufficiat præsentia materialis. Quam tamen improbavit eadem Sac. Congr. 6. Martii 1700. in propositione Dubiorum Matrimoniorum sub dicta die propositorum, rescribendo--*Reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè materialis, seu physica, providebitur in casibus particularibus.*

5 *BENEDICTIONEM*. Benedictio Sponsorum est danda, quando contrahentes ambo non fuerunt aliàs Uxorati, vel Mulier non sit Vidua, vel non contrahatur Matrimonium tempore ab Ecclesia prohibito cum Episcopi dispensatione; & in his casibus nihil in partita exprimitur de benedictione, sed exprimitur causa cur non fuerunt benedicti.

6 Prætereà debet Parochus Formulam descriptionis suprà positam ampliare, & restringere, & variare juxtà Matrimonii circumstantias, puta quod debeat exprimere quando denunciationes, vel earum aliqua fuerunt omissæ ex dispensatione Episcopi. Secundò, si alius Sacerdos de licentia ipsius Parochi, Episcopi, aut Vicarii Generalis, Matrimonium celebravit; tunc enim Parochus scribit particulam, & Sacerdos illam subscribit. Tertiò, quando Conjuges fuerunt à Sede Apostolica dispensati super impedimento publico, & vigore licentiæ Ordinarii Matrimonium fuit celebratum. Quartò, quando de licentia Episcopi Matrimonium celebratur Domi: Quinto, quando celebratur in alia Ecclesia, quàm Parochiali.

7 Sciat Parochus, quòd, si Matrimonium contractum in Libro non descripserit, peccati mortalis reus erit, quia spernit præceptum Concilii in re gravi, ut pluries firmavit Rot. *dec.*233.*n.*11.*part.*10.*decis.*445.*par.*13.*& dec.*44.*n.*29.*par.*19.*recen.* & coram Dunoz.Jun.*dec.*896. *num.*3.undè si in visitatione Episcopus inveniat eum in hoc deficere, reprehendat, & puniat.

8 Et tandem quæcunque ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali circa Matrimonium contrahendum fuerunt concessa, & scripto ordinata, & dispensata, Parochus diligenter custodiat, & servet.

Descriptionis mortuorum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Decedentes morte improvisa possunt sepelliri absque licentia, dummodo non sint publici peccatores.*

2 *Pater prius præsumitur mortuus, quàm filius.*

Quis non præsumitur mortuus in pupillari ætate.

3 *Interfectorum Cadavera sepelliri debent in Ecclesia, dummodò non sint publici peccatores.*

N. N. fil. quondam N. ætatis suæ annorum .... circiter, degens in via .... hujus meæ Parochiæ, in communione Sanctæ Matris Ecclesiæ ex hac vita decessit, & animam Deo reddidit die ... receptis antequam decederet omnibus Sacramentis, atque per me animæ commendatione adjutus, cujus corpus die .... mensis .... anni... *tumulatum fuit* in hac Ecclesia Parochiali N. in Sepulchro.... præsentibus N. N. & aliis.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ S. N. loci N.

AD-

ADNOTATIO.

1 TUMULATUM FUIT. Hæc clausula debet necessariò exprimi, quia Capyc. Latr. *decis.* 14. *num.* 22. quem refert Romagn. *ad Synod. Gerund. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 2. *num.* 20. tenet, quod fides Parochi non probet mortem, nisi dicat, defunctum fuisse sepulturæ traditum.

Alia.

FORMULA X.

N. N. ætatis suæ annorum ... circiter, degens in via .... hujus meæ Parochiæ *morte improvisa* præventus ex hac vita migravit, cui propterea non potuerunt Sacramenta ministrari, cujus Corpus ad hanc Ecclesiam delatum, in eadem, die .... mensis .... anni ... tumulatum fuit in sepulchro N. præsentibus N. Testibus.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

1 MORTE IMPROVISA. Hi qui morte improvisa decedunt, possunt liberè sepelliri absque licentia, dummodò non sint publici peccatores, & excommunicati, vel quoties non adsit aliqua Episcopi specialis reservatio, *ut Sac. Congr. Ep. rescripsit Archiep. Hydrunt.* 10. *Junii* 1586. & 16. *Januar.* 1596.

Alia.

FORMULA XI.

N. N. *filius* N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, Puer (vel Puella) sex annorum circiter, ex hac vita evolavit ad Cœlum die... cujus Corpus ad hanc Ecclesiam Parochialem delatum, in eadem, die ... mensis ... anni ..... tumulatum fuit in sepulchro dictæ Familiæ præsentibus N. & N.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

1 FILIUS. Diligens sit Parochus in describendo mortem filiorum Familias, quia de jure prius mortuus præsumitur pater, quàm filius, Medic. *de regul. jur. part.* 2. *regul.* 2. *ampl.* 59. & 75. & mortuus quis non præsumitur in pupillari ætate, sed qui hoc dicit, probare debet, Bald. *cons.* 451. & 455. *lib.* 4. Natt. *cons.* 395. *post. num.* 7. Undè si in Libro Parochiali mors adnotata non reperiretur, damnum notabile interesse habentibus afferret negligentia Parochi, quamquàm aliundè mors probari posset.

Alia.

FORMULA XII.

N. N. ætatis suæ annorum ..... hujus meæ Parochiæ ictu sclopi (sive ensis, sive gladii) *percussus* in via .... audita per me ejus Confessione, & per

eum Sacramentali absolutione recepta antequam expirasset, obiit in Communione S. Matris Ecclesiæ, cujus Cadaver ad Ecclesiam N. ubi Sepulturam sibi elegit delatum, ibidem die . . . mensis . . . anni . . . tumulatum fuit in Sepulchro N. præsentibus N. & N. loci N.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

3 *PERCURSUS*. Cadaveribus interfectorum, quamvis spatium confitendi non habuerint, neque aliquod signum pœnitentiæ dederint, adhuc Sepultura Ecclesiastica deneganda non est, dummodò non sit publici peccatores, puta decedentes in duello, &c. vel notoriè excommunicati, prout *Sac. Congr. Episc. respondit, & ordinavit Abbati Montis Cassini* 31. *Julii* 1615.

Alia.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Quæ advertere, & quæ notare debeat Parochus in descriptione partitarum mortuorum, & num.* 2.
3 *Quisque præsumitur mortuus post centum annos.*
4 *Quis non præsumitur vivere usque ad centum annos.*
5 *Contrarium tenet Ludov. dec. Perus.* 12.
6 *Quisque præsumitur mortuus sine filiis.*
7 *Uxor præsumitur mortua prius, quàm maritus.*
8 *Clerici sepelliendi sunt in Cathedrali, etiam non electa Sepultura, si adsit Sepulchrum separatum.*

N. N. Uxor N. hujus meæ Parochiæ ætatis suæ annorum . . . circiter, degens in via . . . . receptis Sanctis Sacramentis pœnitentiæ, & Eucharistiæ, vi morbi oppressa, antequam Extrema Unctione potuisset muniri, ab hac vita in Communione S. Matris Ecclesiæ die . . . . mensis . . . anni . . . . discessit, cujus Corpus ad Ecclesiam N. in qua sibi Sepulturam elegit delatum die . . . . . sequenti d. mensis, ibidem tumulatum fuit in Sepulchro N. præsentibus N. N.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIONES.

1 UNaquæquæ ex supradictis Formulis varianda est juxta secutæ mortis circumstantias, cum non sint pro omnibus, sed plurimis casibus. Non enim possibile fuit regulam institui, quæ in nullo casu deficiat, ut ait D. Thom. 2. 2. *quæst.* 120. *art.* 1. Quocumque verò modo mors sequatur, Parochus animadvertat exprimere ætatem defuncti, locum, & diem obitus, Ecclesiam tumulantem, & qualitatem personæ, idest, si est infans, si adultus, si senex. Item si oblit in Parochia, vel extra, si in Civitate, vel ruri, qua morte, si filius familias, an Vir Uxoratus, an Clericus, an Laicus, an Uxor, an Virgo, an Vidua? Quia hujusmodi circumstantiæ relevant identitatem personæ, & certitudinem mortis, litium occasionem tollunt, augentque si omittantur.

2. Poi-

2. Possunt autem partitæ dd. quinque Librorum Parochialium describi lingua etiam vernacula, præsertim in Pagis obscuris, ubi Incolæ sunt grossolani, & talis qualis notitia linguæ latinæ reputatur magna litteratura.

3. Et cum hìc de morte, & sepultura loquamur, nota, quod objisse quem præsumitur post centum annos, *l. fin. Cod. de Sacr. Eccles.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 49. n. 2.* Magon. *dec. Lucen. 44. n. 12.* Gratian. *discept. 78.* Farinac. *repert. ult. volunt. qu. 34. n. 8.*

4. Sed vivere quis non præsumitur usque ad centum annos, Tusch. *litt. V concl. 226. n. 6.* Rot. *coram Zarat. disc. 89. n. 16.* quia vita hominis est sexaginta annorum, *l. post quis 57. ff. de hæred. instit. l. computationis 68. ff. ad l. Falcid.*

5. At contrarium tenet Ludovic. *decis. Perus. 12. n. 2.* ubi dicit, quod quis præsumatur vivere usq; ad centum annos, nisi mors probetur saltem per unicum Testem de visu, quia tunc, ut ipse ait, cessaret ista præsumptio, & Testis unici depositio transferret onus probandi vitam in adversarium *n. 16.*

6. Secundò nota, quod præsumitur quem objisse sine filiis, nisi contrarium probetur, Bart. *in l. facto §. Si quis autem ff. ad Trebel.* Rot. *cor. Seraph. decis. 1458. n. 3. & cor. Duran. decis. 301. n. 5.*

7. Tertiò nota, quod Uxor præsumitur prius mortua, quàm Maritus, ut tradit Sebast. Medic. *in tra. Mors omnia solvit part. 1. qu. 1. n. 55.*

8. Quartò, quod Clerici debent Sepeliri in Cathedrali, etiam Sepultura non electa, si adest Sepulcrum Clericorum, ut Rituale disponit, non obstante, quod in alia Ecclesia adsit Sepulchrum majorum, *Sac. Cong. Episc. in Foresempronien. 1. Septemb. 1690.*

Deputationis Æconomi Parochiali vacanti.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1 *Cura Animarum in Ecclesiis sæcularibus non debet exerceri à Regularibus.*

2 *Æconomus deputatur in Parochiali quocunque modo vacanti.*

3 *Ad Episcopum pertinet privativè deputare Æconomum Ecclesiis Parochialibus vacantibus.*

4 *Episcopus assignat congruam Æconomo.*

5 *Vicarius Curæ dicitur Æconomus, quia habet administrationem bonorum Ecclesiæ vacantis.*

6 *Æconomus semel constitutus non potest sine causa removeri.*

7 *Æconomo debetur Congrua ex fructibus Parochiæ, quæ potest esse duorum aureorum in singulo mense.*

Æconomo Congrua non taxata, potest petere salarium usque ad summam taxari solitam à Camera Apostolica, ubi percipit spolia, ibid.

N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo *Presbytero Sęculari* N. Salutem in Domino. Parochiali Ecclesia N. *vacante* Nos, *ad quos spectat*, ne Subditi illius Curę in spiritualibus adjumentis detrimentum sentiant, illis de idoneo Sacerdote qui Sacramenta administret, providere volentes, cognita per examen tua sufficientia, & de cujus vita, & moribus plurimum in Domino confidimus, te in Vicarium, *sive Æconomum* d. Ecclesiæ Parochialis constituimus, & deputamus durante vacatione, & *donec de Rectore provideatur*, cum facultate Missas Parochiales, & alia Divina Officia celebrandi, Sacramenta omnia ministrandi, & alias Ecclesiasticas, & Parochiales functiones obeundi, ad quæ tenetur, & Animarum quilibet Rector præstare, & obire solet, cum Congrua fructuum d. Parochialis portione scut..... annuorum, tibi liberè singulo mense pro rata persolvenda. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *PRESBYTERO SÆCULARI.* Non debet Episcopus pro exercenda Cura Animarum in Ecclesiis sibi subjectis uti opera Regularium, nisi ob penuriam Presbyterorum Secularium idoneorum, & non nisi ad breve tempus, sic respondit *Sacr. Congreg. Episc. & Regular. Episc. Albinganen.* 23. *Julii* 1585.

2. *VACANTE.* Sive Ecclesia Parochialis vacet per mortem, sivè per renunciationem, aut assecutionem alterius Beneficii incompatibilis, deputatur Æconomus, ut docet Barbos. *suprà Conc. sess.* 24. *cap.* 18. *num.* 38. *de Reform.*

3. *AD QUOS SPECTAT.* Vicarium, sivè Æconomum deputare in Ecclesiis Parochialibus vacantibus tàm sæcularibus, quàm Regularibus, & Jurispatronatus, ac exemptis, pertinet privativè ad Episcopum; nec ullus inferior, qui non habet jurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, potest in ista deputatione se ingerere, quamvis alteri, quàm Episcopo collatio competeret Beneficii, Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *n.* 10. & 128. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 60. *n.* 3. & 4. & *supra Concil. d. c.* 18. *sess.* 24. *n.* 32. Nicol. *in flosc. verb. Æconomus n.* 7. & *seqq.* Fagnan. *in cap. Cum nos n.* 7. *de offic. Ord.* Ricc. *prax. for. Eccles. par.* 1. *resol.* 505. *n.* 3. *Sac. Congr. Concilii in Pisana* 17. *Martii* 1696.

4. Si verò agatur de Æconomo deputando propter absentiam Parochi, tunc illius nominatio regulariter ad ipsum Parochum spectat, quamvis inquisitum, cum approbatione tamen Episcopi, per quem fit Congruæ assignatio, *Sac. Cong. Episc. in Mileten.* 7. *Decembr.* 1691. *referente Eminentiss. Carpineo, & Sac. Congr. Concil. pariter in Mileten.* 7. *Junii* 1692.

5. *SIVE ÆCONOMUM.* Vicarius in ista deputatione dicitur etiam Æconomus, quia debet habere custodiam, & administrationem bonorum Ecclesiæ vacantis, Garz. *de Benefic. d. part.* 9. *d. cap.* 2. *n.* 18. Gallemart. *supra Concil. dict. c.* 18. *sess.* 24. *de Refor. n.* 9. & de illis rationem reddere, Fagnan. *in d. c. cum nos num.* 27. *de offic. Ordin.*

6. *DONEC DE RECTORE PROVIDEATUR.* Quia Vicarius sivè Æconomus semel constitutus cum congruæ assignatione non potest sine causa removeri, ut dicit Barbos. *supra Concil. dict. cap.* 18. *sess.* 24. *n.* 44.

7. *CUM CONGRUA.* Æconomo deputato Congrua assignanda, & taxanda est arbitrio Episcopi ex fructibus Parochiæ, quæ ponderatis qualitate personæ, Beneficii vacantis, & loci, potest esse duorum aureorum in singulos menses; nisi aliquis sit jure obligatus ad supplendum, quando fructus sunt tenues, Garz. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 15. Rot. *coram Arguell. decis.* 47. *n.* 9. Panimol. *decis.* 15. *adnot.* 2. *n.* 39. & 40. Barbos. *de Offic. Epis. alleg.* 60. *num.* 2. *in fin.* Et si illi assignata Congrua non reperiatur, posset salarium petere, ut ex glos. *in cap. Charitatem* 8. *quæst.* 2. *verb. Hoc intellige*, dicit Escobar. *de ratiocin. cap.* 27. *n.* 50. usque ad summam dari solitam à Camera Apostolica, ubi percipit spolia Ecclesiarum vacantium *Sacr. Congr. Episcop. in d. Militen.* 7. *Decembr.* 1701.

Deputationis Coadjutoris Parocho imperito, vel inutili.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus deputat coadjutorem Parocho imperito, etiam in Parochiali exempta.*

2 *Parochi, quando possint ab Episcopo subjici, & vocari ad novum examen, & num.* 3.

4 *Congrua si non sufficiat Parocho, & Coadjutori, Parochiani tenentur alimenta Coadjutori præstare.*

5 *Coadjutor Parochi in absentia Coadjuti præcedit Beneficiatos, & recipit eadem emolumenta, quæ Coadjuto debentur.*

6 *Coadjutor datur Parocho juveni, cui Mulieres confiteri non confidunt, & in aliis casibus, qui hìc enumerantur.*

N. Epis-

N. Episcopus. N.

Dilecto &c.

EXpedit magnoperè Animarum saluti à dignis, atque idoneis Parochis gubernari. Ut igitur id juxta Concilii Trid. Decreta salubriter exequatur, Te, de cujus moribus, & idoneitate per Nos, & Examinatores nostros recognita, plurimum in Domino confidimus, *in Ecclesia Parochiali* N. loci N. in qua N. Parochus, licèt vitæ honestæ, ob illius imperitiam, & illiteraturam *inutilis detectus fuit*, Coadjutorem, seu Procuratorem illius, ejusque Ecclesiæ, & Curæ, auctoritate Apostolica nobis delegata, tenore præsentium, constituimus, & deputamus *cum Congrua* d. Ecclesiæ fructuum portione scut..... annuatim tibi ab eodem N. Parocho liberè pro rata quolibet mense persolvenda, cum obligatione tamen tibi injuncta residendi, onera Curæ sustinendi, & cum plena facultate Divina Officia, *& Parochiales functiones* celebrandi, Sacramenta ministrandi, & alia onera, & munia obeundi, quæ Animarum quilibet Parochus obire, & præstare solet. Præsentibus usque eò duraturis, donec dictus Parochus habilis, & idoneus regimini Curæ reddatur. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *IN ECCLESIA PAROCHIALI.* In hac specie deputationis Coadjutoris, quæ fit ab Episcopo facultate delegata *à Concilio c.* 4. *& 6. sess.* 21. *de Refor.* ob imperitiam, & illitteraturam Parochi, procedit ejus auctoritas, etiam in Parochiali exempta, ut probat Barbos. *supra d. cap. 6. num.* 1. *& de offic. & potest. Episc. alleg.* 63. *num.* 6. *& seqq.*

2. *INUTILIS DETECTUS FUIT.* Si agatur de Parocho examinato, & approbato in concursu ab eodem Episcopo, tunc imperitia illius non nisi ex noviter supervenientibus, etiam extrajudicialibus indiciis per novum examen detegi poterit: Si verò agatur de Parocho approbato ab Antecessore Episcopo, poterit absque alio indicio, & diffamatione, illius inhabilitas recognosci per examen, cui quatenus Parochus subjici renuat, poterit Episcopus eum suspendere, & Coadjutorem deputare, ut probant Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 9. *num.* 29. Garz. *de Benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 63. *n.* 6. Card. de Luc. *de Paroch. disc.* 16. *per tot.* cum aliis ad saturitatem adductis à Rot. *in decis.* 257. *&* 258. *part.* 19. *rec.*

3. Verum tamen est, quod Episcopus ad praxim sententiam hanc non debet deducere, nisi rarò, cum magna cautela, & non nisi præcedente diffamatione, seu conjectura imperitiæ Parochi, *ne bonam famam, quæ impinguat ossa, Proverb.* 15. amittat.

4. *CUM CONGRUA.* Hanc Congruam Episcopus taxat non tantum auctoritate *Concilii c.* 4. *& 6. sess.* 21. *& c.* 18. *sess.* 24. *de Refor.* sed etiam juris communis *in cap. de Rectoribus de Cleric. ægrot.* ubi Fagn. *n.* 9. Quæ si ob exiguitatem fructuum Parochialis non posset ad honestam quantitatem reduci, & redditus Parocho, (qui esset præferendus, & Coadjutori non sufficerent pro sustentatione, tunc Parochiani deberent Coadjutori ali-

menta subministrare, ut dicit Fagnan. *in d. c. de Rectoribus num. 12. & 13. de Cler. ægrot.*

5. *ET PAROCHIALES FUNCTIONES*. Parochi Coadjutor in absentia Coadjuti in functionibus Parochialibus præcedit Beneficiatos, & recipit eadem emolumenta, quæ Coadjuto debentur, *Sacr. Congreg. Concilii in Lucana 15. Aprilis 1690.*

6. Si autem Coadjutor daretur propter juventutem Parochi, cui Mulieres confiteri non confiderent, prout dari potest, ex Nicol. *in flosc. verb. Coadjutor n. 6.* vel ob aliam causam, puta infirmitatis, lepræ, dementiæ, vel numerositatem populi, de quibus habes apud Ricc. *prax. for. Eccles. part. 1. resol. 504. secundum Venet. impress. 1674.* tunc poteris uti eadem Formula, mutata tantùm causa deputationis.

Deputationis Æconomi in Parochiali spectante ad Capitulum.

FORMULA XVI.

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

CUM Tu à RR. DD. Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ nostræ Cathedralis in Æconomum, sivè Curatum Ecclesiæ Parochialis S. N. loci N. (ad quos jus nominandi spectare dignoscimus) præsentatus, & nominatus extiteris, prout ex actis constare, Nobis relatum fuit; Teque vitæ, ac morum honestate, scientia, ac aliis requisitis ad Curam Animarum administrandam per examen, aliisque Testimoniis fide dignis respectivè præditum esse dignoverimus: Æconomum, sivè Curatum amovibilem, tamquam habilem, & idoneum in Parochiali prædicta confirmamus, eligimus, & approbamus, tribuentes tibi, durante officio, facultatem opportunam Missas Parochiales, & alia Divina Officia celebrandi, Sacramenta omnia administrandi necnon cetera munia Parochialia exercendi; te in Domino admonentes, ut in edocendo doctrinam Christianam sedulò incumbas; assignata tibi Congrua fructuum dict. Parochialis portione scut. . . . . per dictum Capitulum annuatim, & pro rata respectivè singulo mense liberè persolvenda. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Præsentationis Curati amovibilis ab Universitate faciendæ.

FORMULA XVII.

DIE . . . mensis . . . . anni . . . comparuit in hac Curia Episcopali N. N. Syndicus, & Procurator Universitatis loci N. prout docuit de mandato

dato Procuræ, quod exhibuit, & vacante Cura Animarum Ecclesiæ filialis N. d. loci, quæ exerceri solet per V. Curatum amovibilem nominandum à dicta Universitate, nomine ejusdem nominavit, & præsentavit Rev. Presbyterum N. sæcularem, petens illum admitti, & pro exercitio dictæ Curæ approbari; & quatenus rejiciatur (quod non credit) nunc pro tunc petiit sibi concedi congruum terminum ad novam alterius Presbyteri præsentationem faciendam, protestans omni, &c.

Illustrissimus, & Reverendissimus D. N. Episcopus (sive Vicarius) N. nominationem, & præsentationem d. Presbyteri N. nomine Universitatis N. factam admisit, & recognita per Examinatores præsentati idoneitate, tam quoad litteraturam, quàm quoad mores, & cætera requisita, illum ad exercitium dictæ Curæ pro V. Curato dictæ Ecclesiæ N. cum solita assignatione Congruæ, cum facultatibus, & oneribus solitis approbavit, & litteras patentes expediri mandavit. Die . . . .

Ità est N. Cancellarius Episcopalis N.

Litterarum patentium approbationis.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Universitates Laicorum sunt capaces nominandi Curatos amovibiles.*

2 *Quæ sint jura Parochialia hic referuntur, & quæ hodiè sint in viridi observantia enumerantur, & num. 3. & 4.*

3 *Canonicus Parochus, sive Curatus potest eligi Vicarius Capitularis, & reprobatur Quarant.*

6 *Parochus non tenetur subministrare Cappellanis, seu Presbyteris in sua Ecclesia celebrare volentibus paramenta necessaria.*

7 *Parochus non cogit hæredes Defuncti pro solita quantitate Ceræ pro funere, neque ad vocandum alios præter Parochum si nolint.*

8 *Nihil pro publicatione matrimonii, vel Ordinum exigit; & ad munuscula pro administratione Sacramenti matrimonii Parochianos non cogit.*

9 *Non prohibet benedictiones Animalium, quæ fiunt à Cappellanis Ecclesiæ sitæ intra Parochiam.*

10 *Benedicit privativè Puerperas, & referuntur Decreta, & num. 11. & 12.*

13 *Non ingreditur Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce, nisi adsit Consuetudo; neque exigit pro funere explendo in iisdem Ecclesiis majorem eleemosynam.*

Potest functioni Exequiali in Ecclesiis Regularium assistere tamquam unus de populo, ibid.

14 *Parochi, & Curati, munia Parochialia per se ipsos, & non per substitutos adimplere tenentur.*

15 *Curati Ecclesiarum debent habere Congruam certam, quamvis sint amovibiles.*

Congrua semel taxata non potest minui, quamvis Curatus diminutioni consentiret, ibid.

16 *Parochus, sive Curatus, non potest se excusare à residentia prætextu insalubritatis aeris, aut consuetudinis.*

17 *Curatus amovibilis non potest amoveri inconsulto Episcopo.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

TIbi Nobis ab Universitate loci N. cui titulo immemorabilis consuetudinis *jus pertinet nominandi* præsentato ad Curam Animarum exercendam in Ecclesia Parochiali filiali N. dicti loci, idoneoque ab Examinatoribus nostris Synodalibus, tam quoad scientiam, quàm quoad alia requisita reperto, & à Nobis approbato, licentiam, & facultatem concedimus, Missas Parochiales, & alia Divina Officia in d. Ecclesia celebrandi, Sacramenta omnia administrandi, necnon *munia Parochialia exercendi, & jura tuendi honoribus, & oneribus consuetis*. Teque V. Curatum amovibilem d. Ecclesiæ, sic à Nobis approbatum constituimus, & deputamus, admonentes in Domino, *ut per te ipsum* tuis muneribus, & præsertim in edocendo Doctrinam Christianam sedulò incumbas, *& de solita certa Congrua*, quam tibi assignamus, responderi facias. Volumus autem, quod *à residentia* durante officio *discedere, nec ab eo amoveri* possis Nobis inconsultis. In quorum Testimonium has præsentes litteras (salvis juribus Ecclesiæ Matricis N.) à nobis subscriptas, expediri jussimus. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *JUS PERTINET NOMINANDI.* Universitates Laicorum sunt capaces nominandi Curatos amovibiles, juxta firmata à Rota coram Priolo *decis.* 104. & coram Peutinger. *decis.* 173. & tenuit quoque *Sac. Congr. Episc. & Regular. in Aquilana favore Universitatis Terræ Aischiæ 29. Julii 1695. referente Eminentiss. Card. de Abdua.*

2. *MUNIA PAROCHIALIA EXERCENDI, ET JURA TUENDI.* Munus, & jus Parochiale complectitur plures functiones, quas Abb. *in Rubr. de Paroch. num.* 2. ad quinque reducit, nempè Primò, quod Parochiani diebus festivis Missam audiant in Parochia (& hoc recessit ab aula:) Secundò, ut iidem Parochiani Sacramenta percipiant in Ecclesia Parochiali, (& hoc hodiè reducitur ad præceptum Paschale.) Tertiò, ut in eadem Ecclesia sepelliantur (& hoc servatur, nisi alibi sepulturam elegerint:) Quartò ad præstationem Decimarum: Quintò ad oblationes, (hoc multas habet fallentias, quam dedi in adnotationibus Formulæ licentiæ erectionis Ecclesiæ,) & Abbatem sequitur Rot. cor. Coccin. *dec.* 2089.

3. Barbos. *autem in Summ. decis. Apostolic. in verb. Functiones Parochiales collect.* 391. ampliat, & extendit jus Parochiale ad sequentia. 1. Ad Benedictionem Candelarum in die Purificationis, & Cinerum in feria quarta Quadragesimæ. 2. Ad celebrationem Missæ in feria quinta Cœnæ Domini. 3. Ad Benedictionem Palmarum, & Domorum. 4. Ad delationem Sanctissimi Sacramenti in Processionibus per Parochiam, & idem repetit, & firmat *in collect.* 555. 556. & 558. & cum Barbos. concordant Tondut. *quæst. Benefic. tom.* 1. *cap.* 63. *num.* 19. *& seq.* Nicol. *in flosc. verb. Parochus num.* 17. *&* 18. Pignatell. *consult.* 73. *num.* 86. *&* 105. *tom.* 8. quæ omnia continet

tinet Decretum *Sacr. Congreg. Rituum relatum* à Quarant. *verb. Missa in fin.* 18. *Maii* 1602.

4. Verùm hodiè functiones privativæ, quæ ad Parochos spectant, & quæ in viridi observantia sunt, ad pauca reducuntur, nempè Primò, ad delationem Stolæ in processionibus funeralibus, *Sac. Congr. Rituum* apud Pignatell. *consult. 73. n. 110. tom. 8. Sac. Congr. Concil. in Ebrunden. in responsione ad 11. 25. Junii* 1695. Secundò, ad benedictionem Domorum in Sabbato Sancto, Barbos. & alii supra laudati, Romag. *ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 11. c. 6.* Tertiò, ad perceptionem Decimarum, *c. Cum contingat, cap. Quoniam Nobis de Decim.* Quartò, ad administrationem Sacramenti Eucharistiæ tempore Paschatis, *c. Omnis utriusque sexus de pœn. & remis.* & infirmitatis, etiam Canonicis Cathedralis, *Sacr. Congr. Conc. in Tiburt. 12. Maii, & in Novarien. 17. Septemb.* 1695. *& in Narnien. 26. Septemb.* 1699. Quintò, ad retentionem Clavis Tabernaculi, & rerum, quæ pertinent ad Sacramenta, *c. 1. de cust. Euchar. Sac. Cong. Concilii in Signina Præeminentiarum* 18. *Novembr.* 1690. *&* 13. *Januar.* 1691. *& in Neapolit.* 14. *Novemb.* 1693. Sextò, ad Benedictionem Sponsorum, & Cadaverum Defunctorum antequam è Domo leventur, Lezan. *oper. moral. tom. 2. & ver. Benedictio n.* 18. Rot. coram Zarat. *decis.* 45. *n.* 40. *& seq. Sac. Cong. Conc. in Bononien.* 14. *Februar.* 1694. Septimò, ad publicationem Matrimoniorum, Excommunicationum, & Indulgentiarum *Sacr. Congreg. Episc. in Firmana* 3. *Julii* 1615. *in responsione ad* 8. Hæc inquam non nisi à Parocho, vel de ejus licentia exerceri, & expleri non valent, ut firmant jura, & Decreta allegata. Adde Benedictionem Fontis Baptismalis, & quod Parochus tempore Quadragesimæ potest de mane in sua Ecclesia prædicare non obstante consuetudine, quod in sola Ecclesia Matrice, vel alia concionetur, *Sacr. Congr. Concil. in Florentina Juris Prædicandi* 26. *Januar.* 1697.

5. *HONORIBUS, ET ONERIBUS CONSUETIS.* Si Parochus, vel Curatus sit simul Canonicus, poterit eligi Vicarius Capitularis, quia à jure hoc prohibitum non reperitur, prout contra Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante dub. ultim. versic. item erit, respondit Sac. Cong. Episc. in Orien.* 19. *Julii* 1619. ubi dicitur, quod Decreta à Quaranta in contrarium allegata debent intelligi, quatenus vera sint, de Parocho Rurali.

6. Non tenetur Parochus, sive Curatus subministrare Cappellanis, seu aliis Presbyteris in sua Ecclesia Missas celebrare volentibus, paramenta necessaria, sed tantùm hortari potest, sic respondit *Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Montis alti* 15. *Maii* 1699. non obstante solito *Sacr. Congr. Rituum in Egitan.* 10. *Junii* 1602. *confirmata in Suanen.* 31. *Maii* 1698. & concordant alia Decreta, quæ refert Barbos. *in Sum. decis. Apostol. verb. Curatus n.* 3.

7. Non potest cogere Heredes Defunctorum, ut solitam quantitatem Cerę pro funere subministrent, sed hi quantitatem sibi ipsis benè visam dare poterunt, *Sacr. Congr. Episc. in Cassanen.* 5. *Maii* 1617. & ad funus, quos eis placuerit vocare, vel neminem, nisi solum Parochum, *Sac. Cong. Concil. in Ebrunden.* 25. *Junii* 1695. *in responsione ad secundum, & Sac. Congr. Rituum in Vaden.* 2. *Augusti* 1698.

8. Pro publicationibus Matrimoniorum, & Ordinum nihil exigere debet; pro fide verò, decimam partem unius scuti, & quoad munuscula, non potest Parochianos cogere, ut ad hæc respondit *Sac. Cong. Episc. & Regul. referente Eminentiss. Acciajolo in Sanctæ Severinæ Emolumentorum* 6. *Augusti* 1700.

9. Benedictiones Animalium in die festo S. Antonii Abbatis dare, & oblationes recipi ab aliis Cappellanis, & Rectoribus aliarum Ecclesiarum intra fines Parochiæ existentium nec prohibere, nec impedire valet, quia inter functiones Parochiales ista Benedictio non connumeratur, *Sacr. Congreg. Episc. in Fulginat.* 25. *Maii* 1685. *& in Tudertina* 18. *Novembr.* 1695. *Sacr. Congr. Concil. in Ravennaten.* 12. *Novem.* 1695. quæ conclusio vera est, etiam quoad Religiosos Sancti Antonii Viennen. qui nullum jus privativum id prohibendi habent, *ead. Sacr. Congregat. Episc. in Tudertina* 18. *Novembr.* 1695.

10. Quo

10. Quo verò ad cæteras Benedictiones, Gavant. *super Rubr. Missal. p. 4. tit. 19. n. 1. & 2.* hanc dat distinctionem, nempè, quod Benedictiones, quæ sunt in Missali, possint expleri à quocumque Sacerdote; quæ verò sunt in Rituali, à solo Parocho. At Gavanti distinctio servari poterit, ubi consuetudo contrarium non præscripsit; ac etiam servanda est in benedictione mulierum post partum, quia cum hæc fiat publicè cum Superpelliceo, Stola, & Aqua benedicta, ac cum oblatione Candelæ, quæ sunt signa jurisdictionis, ad solum Parochum intra fines suæ Parochiæ, tamquam habentem jurisdictionem, & intentionem fundatam in oblationibus spectare debet, Nicol. *in flosc. verb. Parochus n. 17.*

11. Et licèt Regulares autument benedictionem hanc Puerperarum esse actum voluntariæ devotionis, & ideò ipsis quoque ad exclusionem Parochi esse licitam, nec esse functionem Parochialem sustinere nitantur, allegando Decretum *Sacr. Congreg. Concilii in una Bononien. 2. Julii 1620.* quod refert Novar. *in Sum. Bullar. part. 2. commen. 51. num. 17.* & alii Authores Regulares, quos refellit Parochus Pignatell. *consult. 76. num. 17. tom. 5.* Nihilominus à dicto Decreto, quod innitebatur concordiæ, & consuetudini præscriptæ, fuit ab *ead. Sac. Congreg. recessum in Antuerpien. 19. Novembr. 1662.* ut testatur idem Pignatell. *loc. cit. n. 17.*

12. Et huic ultimæ resolutioni famulatur alia novissima *Sacr. Congregat. Visitationis Apostolicæ in Romana jurium Parochialium 15. Septembris 1693. & 23. Januarii 1698.* in qua, articulo partibus informantibus plenè discusso, decisum fuit, proponente Eminentissimo Card. Bichio, benedictionem Puerperarum spectare privativè ad Parochum Sancti Nicolai in Carcere, ad exclusionem Ecclesiæ, & ministrorum Hospitalis S. M. Consolationis.

13. Item non potest Parochus, (nisi adsit consuetudo) occasione funerum ingredi Ecclesiam Regularium cum Stola, & Cruce, neque exigere majorem eleemosynam ab exteris tumulandis in eisdem Ecclesiis, quàm à Civibus, ut respondit *Sac. Congr. Rituum in dicta Vaden. Juris Funerandi 2. Augusti 1698. referente Eminentiss. Noris, & Sac. Cong. Concil. in d. Ebrunden. Jurium Parochialium 25. Junii 1695.* in responsione ad decimum: potest tamen Parochus functioni Exequiali assistere, tamquam unus de populo, *Sac. Congr. Rituum in Mantuana Funerum 21. Novembr. 1699.*

14. *PER TE IPSUM*. Parochi, & Curati Animarum cogendi sunt, ut per se ipsos, & non per substitutos eorum munia adimpleant, Barbos. *supra Concil. sess. 23. cap. 1. num. 48. de Reform. & in Summ. decis. Apostol. collect. 555. n. 6.* Fagnan. *in cap. Extirpandæ §. Sanè n. 4. de Præbend.* Garz. *de Benef. part. 3. cap. 2. num. 53.* ubi firmat, quod Parochus per se ipsum, & non per Vicarium deservire, & injuncto sibi Officio defungi debet.

15. *DE SOLITA CERTA CONGRUA*. Congruam certam debet habere Curatus ad formam Constitut. Pii V. 47. quamvis sit amovibilis, ut declaravit *Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ in Fanen. 26. Novemb. 1693.* cujus quantitas ad præscriptum dict. Bullæ, aut alterius provisionis jam taxata, non potest minui, quamvis Curatus electus, & deputatus diminutioni consentiat, & pro minori quantitate spondeat deservire: Quia hujusmodi pactio sapit Simoniam, & improbata fuit Decreto *Congreg. super statu Regularium emanato 8. Octobr. 1670.* quod refert Pignatell. *consult. 31. n. 1. in fin. to. 3.* & novissimè iterum damnata per *Sac. Congregat. Concil. in Burgi S. Sepulcri Congruæ 5. Septembr. 1699.* in qua contra Monachos Camaldulenses fuit additum — *Et Monachi se justificent super asserta Simonia coram Sacr. Congreg.* Nil mirum si debeatur Congrua Parocho, quia qui spiritualia seminat, debet in carnalibus sufficienter provideri, juxta *Divi Pauli oraculum Rom. 15. Cor. 9.*

15. *NEC A RESIDENTIA DISCEDERE*. Qui Curæ Animarum præficitur non excusatur à Residentia prætextu insalubritatis, aut rigiditatis aeris, neque consuetudinis contrariæ *Sacr. Congregat. Concilii* apud Pignatell. *consult. 4. n. 19. tom. 7.* & nuper *in Callien. Residentiæ*, in qua cum Parochus prætextu

textu rigiditatis aeris, & consuetudinis non residendi à residentia se excusare vellet, omnium votis rescriptum fuit, quod Episcopus cogeret, & Parochus amplius non audiretur, 28. *Septemb.* 1680. & 28. *Novemb.* 1699.

17 *NEC AB EO AMOVERI*. Regula est juris, quod illius est deponere, cujus est instituere, *cap. Conquerente de offic. Ord.* Unde cum Curatus instituatur auctoritate Episcopi juxta dispositionem *Concilii Trid. sess. 7. cap. 7. de reform.* ubi Barbos. *n.* 25. & 26. consequens est, quod non possit à cura destitui, neque amoveri sine Episcopi scientia, quamvis sit amovibilis, Nicol. *in flosc. verb. Cappellanus num.* 7. Grat. *discept.* 167. & 590. *num.* 12. & declaravit Rot. *decis.* 53. *n.* 90. *coram Peutinger.* & in terminis pro veritate scribit Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 80. *num.* 20. & 21.

Testamenti à Parocho conscribendi.

FORMULA XIX.

SUMMARIUM.

1 *Interpretatio voluntatis Testatoris desumitur à communi usu loquendi ejus Patriæ, quando Testamentum est conditum lingua vernacula.*

2 *Voluntas Testatoris inepta, & irrationabilis non est servanda.*

3 *Puella, quæ passa est comprimi ab amasio, non venit sub nomine Puellæ honestæ, quamvis cum eo matrimonium contrahat, & n.* 4.

5 *Sub nomine Puellarum pauperum Civilium, veniunt filiæ Mercatorum, & Artificum.*

6 *Legatum relictum Puellis monachandis, an debeatur ingressis in Conservatoria Tertiariarum? disceptatur, & distinctione resolvitur, num.* 7.

8 *Legatum relictum pro Maritandis Puellis potest distribui monacandis, sed non è converso, quia favorabilior est status cœlibatus, & num.* 9.

10 *Legatum relictum pro Dotandis Puellis potest distribui pro augenda Dote, etiam jam Maritatis, & pro Dote Puellarum expositarum ejusdem loci.*

11 *Legatum relictum Puellis Monacandis, an debeatur illis, quæ Monacantur extra Patriam Testatoris? affertur casus decisus, num.* 12.

13 *Legatum relictum pauperibus, debet distribui pauperibus Patriæ Testatoris.*

Loca Pia veniunt sub nomine pauperum, ibid.

14 *Clerici veniunt sub nomine miserabilium personarum, & ideò admittuntur ad miserabile beneficium cap. Odoardus de solut.*

Non veniunt tamen sub nomine Religiosorum in pœnalibus.

15 *Consanguinei Testatoris, si sint pauperes, præferuntur cæteris in distributione facienda pauperibus.*

16 *In distributione eleemosynæ, qui pauperes sint præferendi? remissivè.*

17 *Legatum Missarum in Ecclesia Regularium celebrandarum, debet adimpleri per Cappellanum electum ab hærede, & n.* 18.

19 *Onus legati Missarum in Ecclesia Regulari relictum, transfertur ad Ecclesiam sæcularem, quando Religiosi nolunt præstare patientiam.*

20 *Cappellanus, qui habet onus celebrandi Missas pro Suffragio Animæ Testatoris, potest, & debet celebrare Missas concordantes cum Officio.*

21 *An, & quando redditus legati Missarum diminuti, debeant suppleri, vel Missæ reduci? disceptatur, & distinctione resolvitur, num.* 22. 23. & 24.

25 *Diminutis redditibus, reduci debent potius eleemosynæ, & residentia, quàm Missæ, & redditur ratio, num.* 26.

27 *Pecunia an veniat sub legato mobilium Domus.*

28 *Clausula* con piena ragione, *supplet hæredis institutionem.*

29 *Clausula Codicillaris excusat Parochum à rogatione Testium.*

30 *Pa-*

30 *Parochus in Testamento adhibetur loco Notarii.*
Ejus Testamentum est validum in terris Ecclesiæ, & alio quocunque loco in Foro Ecclesiastico, ibid.
Et tam in Testamento infirmi, quam sani, ibid.
Etiamsi instituatur hæres ejus Ecclesia, ibid.

31 *Amplia in Confessario Ordinario Testatoris.*
In Parocho alienæ Parochiæ, ibid.
In Substituto Parochi, & affertur ratio, ibid.

32 *Testamentum Parochi quando mereatur fidem, & exequi debeat, non obstante, quod non fuerit publicatum, latè examinatur, & plures casus afferuntur à n. 33. ad 38.*

39 *Testes adhibiti in Testamento Parochi debent esse rogati: fallit in Testamento ad pias causas, & in Testamento condito favore pauperum.*

40 *Testes prædicti debent esse mares, idonei, & sine exceptione.*

41 *Testes, qui scribere nesciunt, se subscribant signo Crucis.*

42 *Testamentum Parochi debet continere diem, in qua fuit conditum.*

43 *Testes, qui dicunt fuisse præsentes, censentur rogati.*

44 *Datur forma publicationis Testamenti Parochi, & n. 60.*

45 *Publicatio Testamenti Parochi potest fieri coram Judice Ecclesiastico.*

46 *Immo coram quocunque Judice Ordinario, & adducuntur rationes à n. 47. ad 56. & rejicitur Panim. & Ciarl.*

57 *Episcopus ex officio debet publicare Testamenta Parochorum.*

58 *Episcopus condit ex consuetudine in aliquibus Provinciis Testamenta pro Anima Defuncti ab intestato, quando habet in bonis usq; ad summã scutorum cen. ii.*

59 *Testamentum carens solemnitate, an sit servandum in foro conscientiæ, remissivè.*

60 *Publicatio Testamenti differt ab apertura, & explicatur differentia.*

61 *Legata Pia debentur ex Testamẽto nullo.*

Nel Nome del Signor Dio. Amen.

L'Anno della Nascita di Nostro Signor Giesù Christo mille settecento due agli 8. del mese di Giugno à hore ... e nel tempo del Pontificato del Santissimo Padre nostro Clemente per la Divina Providenza Papa XI. l'Anno secondo.

Constituito personalmente alla presenza di me Paroco, e de' Testimonii infrascritti Domenico Nicolini figlio del quondam Antonio della Terra N. Diocesi N. sano per la Dio gratia di mente, di senso, di loquela, e d'intelletto, benche infermo in letto di corpo: considerando la brevità della sua vita, e che non c'è cosa più certa della morte, nè più incerta che l'hora di quella, e volendo perciò provedere, che per causa de di lui beni temporali da Dio concessigli non nascano trà i di lui congionti, & Eredi dopo la sua morte liti, e discordie, hà risoluto di fare questo suo ultimo Testamento, chiamato dalla Legge nuncupativo, e senza scritto in ogni modo, e forma migliore, che per ragione tanto civile, quanto canonica può, e deve fare.

E primieramente lascia, e ridona con tutta la pienezza del suo Cuore l'Anima all'Onnipotente Fattore Iddio, pregando la Santissima Vergine Maria, l'Angelo suo Custode, ed il Santo del suo nome, che si degnino colla loro intercessione liberarla dall'insidie del Demonio, e d'impetrargli il perdono de' peccati, de' quali lo chiede allo stesso Dio di tutto cuore; accioche separata che sia dal Corpo vada à godere l'eterna vita nel Cielo: e morendo della presente infermità. Vuole, ordina, e dispone, che il suo Corpo sia portato alla Chiesa N. processionalmente

secondo il rito, e costume della Santa Madre Chiesa, e coll'accompagnamento, che piacerà all'infrascritto suo Erede, & ivi sia sepelito nella Sepoltura N.

Item vuole, ordina, e dispone, che seguita la sua morte si facciano dal suo Erede celebrare immediatamente per suffragio della sua Anima Messe... nella Chiesa N., e Messe... nella Chiesa N. dando l'elemosina manuale di un Giulio per Messa.

Item lascia per ragione di legato, e per amor di Dio scudi cento cinquanta da distribuirsi dal suo Erede *à trè Zitelle povere & honeste* della Parochia N. *nel tempo che si mariteranno ò monacheranno*, cioè scudi cinquanta per ciascheduna per una sol volta, e da eleggersi da monsignor Vescovo pro tempore.

Item lascia per ragione di legato, e per amor di Dio scudi..... alle figlie femine di N. & a ciascheduna di loro, *se si monacheranno*, da pagarseli nel tempo della Professione, e non monacandosi, l'erede non sia tenuto a cosa alcuna.

Item lascia per ragione di legato, e per suffragio dell'Anima sua, e per amor di Dio, che ogn'anno per trè anni continui nel giorno della Domenica della Santissima Trinità *si distribuisca à poveri* un rubbio di grano panizzato.

Item ordina, e dispone, che ogni primo Sabbato del mese *si faccia celebrare* all'Altare del Rosario de PP. Domenicani di N. *una Messa* per lo spatio d'anni trenta *in suffragio* dell'anima sua, e vuole, che l'elemosina di dette Messe si paghi *con i frutti del Censo*, che si trova imposto contro N.

Item lascia &c. (*& sequatur si quæ alia sint legata.*

In tutti gli altri di lui beni, mobili, stabili, *denari*, crediti, ragioni, & attioni in qualsivoglia luogo esistenti, & ad esso Testatore spettanti, & appartenenti, suo Erede universale instituì, & instituisce, fà, nomina colla propria bocca, e vuole che sia N.N. *con piena ragione*. E questo dichiarò, e disse essere, e vuole che sia il suo ultimo Testamento, cassando, & annullando ogn'altro, che precedentemente havesse fatto, & ordina, e vuole che la presente dispositione della sua volontà vaglia non solamente come testamento, *ma anche come codicillo*, e donatione fatta per causa di morte, e dispositione à favore di Causa pia, & in ogni altro modo migliore; & hà pregato me Paroco infrascritto, *che in luogo di Notaro* scriva la presente scrittura, siccome hò fatto *presenti pregati, e chiamati* N.N. & N. N. (qui si scribere nesciant, Parochus prosequendo dicat) i quali per non saper scrivere hanno fatto di loro mano il segno di Croce.

Io N. Paroco della Chiesa Parochiale di S.N. della Terra N. pregato hò scritto, e sottoscritto di mia propria mano il sopradetto Testamento *il giorno & anno sudetto*.

Io N. fui presente, *e Testimonio pregato, e chiamato*, à quanto di sopra mano propria.

Io N. fui presente, e Testimonio pregato, e chiamato, à quanto di sopra mano propria.

ADNOTATIONES.

1. NEL NOME DEL SIGNORE. Formula hæc fuit extensa vernacula lingua, non quia dubitaverim Parochos linguam latinam non callere: sed quia captui hominum popularium Pagorum, pro quibus ob penuriam Notariorum, ut plurimum Parochus vices supplet, magis congruere opinabar; tùm etiam quia cum interpretatio voluntatis Testatoris præsertim indocti sumenda sit à consuetudine, & communi loquendi usu Patriæ, ut dicit Barbos. *vot. decis. tom. 2. lib. 3. vot. 98. num. 57. & duob. seqq.* hæc regula vera re-

pe-

peritur, quando Testamentum est conditum lingua vernacula, secus si latina, nisi idem sensus resultet in utraque lingua, ut probant hæc mihi Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 9.* Rot. *coram Dunoz. Jun. decis. 46. num. 28. & 29.*

2 *SECONDO IL RITO, E COSTUME DELLA S. CHIESA.* Quamvis unusquisque rei suæ sit moderator, & arbitrer: hoc fallit quando Testator disponit, quod est lege prohibitum: ideoque si in Testamento juberet, quod ejus Cadaver sepelliretur contra ritum, & morem Ecclesiæ, vel quod aliqua prophana in funere admiscerentur, ejus voluntas tamquam inepta non esset servanda, quia egrederetur terminos rationis, ut communiter docent Leo *Thesaur. For. Eccles. par. 4. cap. 2. nu. 48. & seqq.* Samuel. *de sepult. tract. 1. disp. 6. contr. 15. num. 11. & seqq.* Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 464.*

3 *A TRE ZITELLE POVERE, ET HONESTE.* Hìc poterit dubium moveri: An Episcopus qui habet facultatem à Testatore Puellas eligendi, possit eligere, & nominare eam quæ antequam essent contracta sponsalia ab Amasio comprimi, & violari passa est? Et videtur prima facie, quod sic: quia cum Mulier, quæ occulto amore capta copulam habet cum Amasio, non dicatur inhonesta, nec infamis, adhuc retinet honestatem à Testatore requisitam. At contrarium tenendum est: quia licèt non possit talis mulier connumerari inter meretrices, nihilominus honestatem, (quæ omnem turpitudinem excludit) amisit, ut benè declarat Raynald. *observ. crim. tom. 3. cap. 38. §. 1. n. 34. 35. & 36.* honestus enim dicitur, qui nihil turpitudinis habet, ut ait *Pratejus Lexicon.*

4 Et hoc teneas etiam si postea cum Amasio Matrimonium sequatur, quia per hoc mulier honestatem antea amissam non recuperat, sed defloratem à pœna liberat: & Episcopus aliis pauperibus Virginibus, quibus jam fuit jus quæsitum, non poterit præjudicium inferre contra mentem Testatoris, *nam læsa pudicitia deperit illa semel, Ovid. Epist. ad Parid.*

5 Si autem Testator vocaret Puellas *pauperes*, & *Civiles*, ab hoc legato non excluderentur filiæ Mercatorum, neque artificum, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Romana subsidii Dotalis 29. Martii 1692.*

6 *NEL TEMPO, CHE SI MARITERANNO, O MONACHERANNO.* Item hic quæri potest (& non semel accidit (An istud legatum pro Monacandis, possit dari, & distribui ingredientibus aliquod Conservatorium in quo collegialiter, & in communi vivitur, sub observantia alicujus Regulę cum emissione voti simplicis perseverantiæ, & castitatis, & habitus defertur Religiosus? Ricc. *collect. 1051.* in hac quæstione dicit sic--*prima opinio est Rotæ Siciliæ Teste D. Franc. de Castil. decis. 88. ubi dicitur, quod legatum relictum si nupserit, vel monachabitur, verificetur in Tertiariis Ord. S. Francisci, & similibus.*

Ciarlin. contr. 218. nu. 53. idem firmat his verbis--*quæ tamen diximus de ingressu Religionis procedunt etiam si mulier non efficiatur Monialis in monasterio Clausuræ, nam si efficeretur tertiaria alicujus Religionis, adhuc poterit consequi legatum;* & concordant Carol. de Graff. *de effect. Cler. in prælud. n. 405. in fin.* Capon. *descept. 318. nu. 13.* Cyriac. *contr. 504. per tot.* quam conclusionem de quadam æquitate, & juris lata interpretatione sequi poteris, quoties legatum reperiatur verbis conceptum prout in formula.

7 Verùm si legatum relinquatur *pro Dote quando si Monacherà*, vel sub conditione solvendum-*quando farà la professione*, tunc contrarium sequendum esset, quia cum in Tertiariis, & aliis Virginibus Collegialiter viventibus non verificetur verum Matrimonium spirituale, conditio Testatoris non diceretur impleta in nullo ex his duobus casibus; prout respondit *Sac. Congr. Episcop. in una Æsina;* in qua Testator legatum reliquerat Nepti his verbis-*Iascio à Margherita mia Nipote scut. 200. di moneta d' Urbino da pagarseli dall' Erede per Dote, quando sarà monacata, ò maritata, frà il termine di due mesi, dopo il suo matrimonio, o Monacato, e non in altro modo:* Et quamvis Puella legataria reperiretur ingressa in Conservatorio Virginum Montis Carotti Æsinæ Diœcesis, in quo servatur vita

ferè

sferè regularis excepta Clausura, sub Habitu, & votis simplicibus Tertiarium, & instaret contra hæredem legantis pro consecutione legati sub die 8. Junii 1696. referente clar. mem. Card. Petrucci rescriptum fuit--*In hoc casu legatum non deberi.*

8. An autem legatum relictum pro maritandis Puellis, possit dari Monacandis, & è conversò, quæstio dubia est; nam plures DD. tenent, quod tale legatum debeatur indistinctè pro Matrimonio tam carnali, quàm spirituali: & è contra relictum pro Monacandis debeatur nubendis, ex regula quod pari passu ambulent, & liceat de uno ad aliud arguere, inter quos est Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disput. 33. nu. 32.* Lar. *de anniversf. lib. 1. cap. 21. n. 26. & 27.* Carpan. *de execut. testam. lib. 3. cap. 12. num. 21.*

9. Verumtamen, quod regula procedat solummodo favore Matrimonii spiritualis, à quo ad carnale non liceat arguere, & quod legatum pro monacandis, non possit dari, & distribui nubendis in sæculo, tenet Ciarlin. *controv. 218. nu. 52.* rationem reddens, quia favorabilior, & potior sit status cælibatus, & Religionis, quàm conjugii carnalis, & hanc sententiam tamquam veriorem amplexa fuit Sac. Congregat. Visitationis Apostolicæ particulariter deputata quinque Cardinalium ab Innoc. XII. super reformatione distributionum subsidiorum Dotalium Sanctissimæ Annunciationis de Urbe, visitatore clar. m. Card. Petruccio 16. Januarii 1696. *& Sac. Congr. Concilii in Romana subsidiorum Dotalium* 30. *Maii* 1699. Donat. *de regul. tom. 1. tract. 11. qu. 14.*

10. Si autem legatum esset relictum *pro dotandis puellis*, posset dari, & distribui pro augenda Dote etiam jam maritatis, tenet *de Pret. de interpr. ult. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 12. n. 45. & 46. pagin. mihi* 439. & pro Dote Puellarum expositarum ejusdem loci, quia hæ præsumuntur ejusdem Patriæ, Bellett. *disq. Cler. par. 1. de discipl. Cleric. §. 3. nu. 25.* quæ tamen in concursu verę originarię exclusæ remanerent.

11. *SE SI MONACHERANNO.* Legatum pro Monachandis, an debeat dari illis Puellis, quæ monachantur extra Patriam Testatoris? Casus fuit disputatus in una Amerina, in qua quædam mulier Tullia Geraldini hæredem instituerat Societatem Misericordiæ d. Civitatis cum onere solvendi subsidium dotale scut. 150. *-per le Zitelle nobili, & honorate, che si vogliano far monache:* Et cum subsidium istud obtinuisset Nobilis Puella Barbara Vulpi animo in precibus expresso, professionem emittendi in Monasterio S. Jo. Evangelistæ ejusdem Civitatis, & postea transitum feciisset ad aliud Monasterium Terrę Lugnani, Confraternitas gravata, solutionem facere detrectabat duplici ex capite.

Primò, quia legatum Testatricis debebat intelligi de Puellis nobilibus monachandis in monasteriis ejus patriæ, non autem de exteris, ad tradita per Rot. coram Seraph. *dec. 1149. num. 8.* Peting. *dec. 358. & dicis. 378. utrobiq. n. 1.* Ciarlin *contr. 5. nu. 4. & contr. 24. n. 41.* Amostaz. *de caus. piis lib. 1. cap. 11. n. 24.*

Secundò, quia Puella Vulpi prælationem in concursu aliarum puellarum nobilium obtinuerat, ex quo exposuit in precibus (societati porrectis) velle monachari in monasterio patriæ, in quo tunc degebat; & sic cum promissa non adimpleret, non poterat in prejudicium concurrentium subsidium dolosè extortum consequi.

12. His tamen oppositionibus non obstantibus, proposita causa in Sac. Congr. Episcopor. per clar. mem. Card. Petruccium, die 15. Maji 1699. partibus informantibus fuit rescriptum--*Subsidium Dotale deberi Barbaræ Vulpiæ:* Ratio præcipua resolutionis fuit, quia testatrix non respexit ad locum, sed ad monacharum, qui æque benè amplectebatur per Vulpiam in Monasterio Terræ Lugnani, ac si professionem emisisset in Monasterio Patriæ. Authoritates verò, quæ allegabantur in primo objecto, visę fuerunt non obstare, quia loquuntur de legato facto per Testatorem Monasterio, sive Ecclesiæ in genere, absque expressione, & determinatione loci, firmantes tunc deberi Monasterio, sive Ecclesiæ Patrię Testatoris, quod nihil commune habet cum casu proposito.

13. *SI DISTRIBUISCA A POVE-*

VERI. Huic clausulæ favent mox declaratæ authoritates, nempè quod legata pia relicta Ecclesiis, vel pauperibus in genere, danda, & distribuenda sunt illis Patriæ Testatoris, in qua Domicilium habebat, *l. quę conditio, §. cum ita, ff. de cond. & demonstr. l. si quis ad declarandam, §. ubi autem, Cod. de Episcop. & Cleric.* Anchar. *cons. 214. nu. 12.* & aliis locis piis, qui veniunt sub nomine pauperum, Jo. Andr. *in cap. fin. n. 6. de testam. in 6.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 26. qu. 3.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 10. tract. 2. n. 196.* Trulench. *in Decal. lib. 7. cap. 14. dub. 4. n. 2.*

14. Immò & Clericis, qui veniunt sub nomine miserabilium personarum, Vivian. *de Jurepat. par. 2. lib. 6. cap. 1. num. 92.* Et ideò in Urbe admittuntur à Cardinali Vicario ad miserabile beneficium *cap. Odoardus de solut.* non obstante obligatione Camerali, absque alia Papæ commissione, ut declaravit Sac. Congregat. Concilii, ad quam Innoc. XII. articulum examinandum remiserat *in Romana cap. Odoardus 12. Aprilis 1698.* Non veniunt tamen sub nomine Religiosorum præsertim in pœnalibus, Abb. *in Clem. cupientes num. 3. de pœn.*

15. Et si adsunt Consanguinei pauperes Testatoris, isti juxta ordinem charitatis præferri debent, *cap. non satis 86. dist.* Castro. *oper. moral. tract. 6. de char. disputat. 1. punct. 10. nu. 1. & seq.* Mant. *c. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 3. nu. 16. & 17.* Rot. *decis. 89. nu. 4. & dec. 171.* coram Duran. *& dec. 14. num. 21.* coram Arguell.

16. In distributione autem aliis pauperibus facienda, qui sint eligendi, videas Gonzal. *ad reg. 5. Cancell. glos. 2. à n. 54. cum pluribus seqq.* Barbos. *de offic. & pot. Episc. alleg. 83. nu. 22. & seq.*

17. *SI FACCIA CELEBRARE UNA MESSA*. Missas, quas Testator celebrandas reliquit in Ecclesia Regularium, celebrari debere ab ipsis Regularibus, & non à Sacerdotibus sæcularibus ab Hærede deputatis, decisum fuisse refert Nicol. *lucubr. can. lib. 3. tit. 31. de regul. post n. 15. vers. contrarium dicendum.*

18. At contra assertionem Nicolii stat Decretum nuper editum à Sacr. Congregatione Concilii (ad quam pertinet hoc declarare) *in Maceraten. 15. Martii 1692.* contra PP. Mi. Conventuales Terræ Montis Miloni, in qua decisum fuit electionem Cappellani pro celebratione Missarum in Ecclesia eorumdem Regularium per Testatorem non factam, spectare ad hæredem, non obstante opinione Nicolii.

19. Quatenùs verò Regulares patientiam, & commodum pro celebratione Missarum Sacerdoti sæculari deputato præstare nollent, tunc conceditur oneris translatio ad aliam Ecclesiam, prout *Sac. Congr. Episc. indulsit in Nullius Castri Durantis 11. Aprilis 1615. & in Burgi S. Sepulchri 7. Octobris 1617.*

20. *IN SUFFRAGIO*. Si Testator Missam Votivam, vel de Requiem non prescribat, poterit Sacerdos pro suffragio Animæ illius Missas concordantes cum Officio celebrare, immò & debebit, cum sensus, & voluntas Ecclesiæ sit, ut Missa concordet cum Officio, cui sensui fideles omnes se conformare debent, nisi ex rationabili causa ab Ecclesiæ lege recedant, aut Cappellanus Sacerdos aliter in acceptatione oneris Missarum non promittat, ut docet Gavant. *Thesaur. Sacr. rit. part. 3. tit. 12. de obligat. Sacerdot. circa Miss. num. 20. cum trib. seqq.* cum ex opere operato idem sit valor in omnibus Missis.

21. *CON I FRUTTI DEL CENSO*. Frequens, & quotidiana est inquisitio an redditus legati Missarum diminuti, aut deperditi, reducendæ sint Missę, vel potius eorumdem reddituum deficientiæ, ex aliis bonis hæres supplere teneatur. Et dubii resolutio exurgit ex illa inspectione, an scilicet legatum speciei, vel quantitatis, dicatur factum taxativè, vel demonstrativè.

22. Si enim legatum Missarum incipit ab onere prout in formula, & postea assignatur species, vel quantitas, tunc dicitur factum demonstrativè, adeò ut si redditus diminuantur, vel pereant, hæres teneatur aliundè supplere: Si verò incipit à specie, seu quantitate, & postea imponitur onus Missarum, & tunc dicatur stare taxativè, & hæres ad supplementum non teneatur, sed fiat locus reductioni, ut distinguit Tondut. *quæst. bene-*

nefic. tom. 2. par. 3. cap. 162. num. 5. & seqq. cui adhæret Chrisp. de visit. part. 2. §. 18. num. 6. & distinctionem hanc sequuta est Sac. Congreg. Concilii in Sarzanen. 21. Junii 1692. & in Romana celebrationis Missarum 31. Martii 1696. cujus est auctor Felin. in cap. super litteris n. 4. de rescript. quæ licèt regulariter vera sit, adhuc decisio aliquando pendet etiam ex aliis conjecturis Testamenti, ex quibus contraria Testatoris voluntas relevatur.

22. Immò si credendum esset citato Tonduto quodammodo sibi contrario n. 7. sive legatum incipiat ab onere, sive à quantitate, cum agatur de causa pia, & favorabili, semper hæres teneretur supplere, ut ibi -- *præterea cum agatur de causa pia, & favorabili, quo casu designatio illius summe censetur factæ demonstrativè, ut fusius comprobavimus suprà par. 1. cap. 90. ubi plures allegavimus, sed nominatim*, Ferrer. ad Guid. Pap. q. 8. *ubi dicit indistinctè, sive gratia taxationis, sive demonstrationis summa relicta fuerit, & sive ab onere, sive à quantitate inceptum fuerit, sive in eadem, sive in diversis orationibus, semper debere fieri augumentum stipendii Missarum, atque ita in Senatu Tolosano judicatum, &c. ubi dicitur in similibus legatis distinctionem illam taxationis, aut demonstrationis locum non habere.*

24. Verùm Tondut. in hoc fallitur, & ejus *sive Ferrerii ad Guid. Pap.* assertio nimis probat, & nihil probat: Nam Sacr. Congreg. Concilii (cujus judicium in hoc attendendum venit) quotidiè præfatam distinctionem sequitur, & amplectitur, nisi aliter lectura Testamenti suadeat, ut præter Decreta nuper supra allegata, patet ex aliis recentioribus *in Æsina legati 4. Maii, & in Cremen. reductionis Missarum 17. Augusti 1697. in Romana Reductionis Dotium 19. Februarii, & in alia Romana Reductionis Missarum 18. Junii 1701.*

25. Si autem legato Missarum, sive beneficiato, reperiatur adjunctum onus dandi etiam eleemosynas, vel celebrandi tot anniversaria, aut Choro interessendi, in casu diminutionis reddituum, potius reducendæ erunt eleemosynæ, & Anniversaria, quàm Missæ, & potius Chori residentiam tollere melius erit, quàm Missarum celebrationem; & ratio horum est: tùm quia plus suffragii capit Anima defuncti ex celebratione decem Missarum, quàm si pro eadem fiat eleemosyna, vel Anniversarium, aut cantetur una Missa, ut advertunt Fagnan. *in cap. ex parte n.* 34. & 39. *de const.* Passer. *de stat. hom. tom. 2. q. 187. n. 1095. & seqq.*

26. Tum quia Missarum celebratio excellentior est Chori assistentia, Garz. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 126.* Romaguer. ad Synod. Gerund. *lib. 3. tit. 17. num. 19. & 20.* ubi dat concordantes: Tùm demum quia cum voluntas Testatoris impossibilitate facti impleri in totum non valeat, adimplenda videtur in ea parte, quæ ipsi utilior est, ut perduret, prout sunt suffragia Missarum, ex egregiè perpensis à Fagnan. *in d. cap. ex parte de const.*

27. *DENARI*. Licèt pecunia veniat nomine mobilium, Gratian. *discept. 811. num. 1.* Rot. *decis. 259. n. 1. par. 11.* Nihilominus in legato, sive institutione hæredis semper exprimi specialiter debent nummi: quia regula, quod hi veniant nomine mobilium, procedit quando mobilia generaliter absque ulla loci adjectione sunt legata, & relicta: Non autem in legato mobilium Domus, aut alterius loci determinati, quia tunc pecunia nisi exprimatur non comprehenditur; ut communiter tradunt Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 3.* Castil. *de usufr. cap. 38. num. 22.* Cæsar. de Graff. *dec. 149. de don.* Card. de Luc. *de legat. disc. 5.* Antonell. *de loc. legal. lib. 2. cap. 9. qu. 5. n. 59. & 60.*

28. *CON PIENA RAGIONE*. Clausula hæc nunquam erit à Parocho omittenda, quia si hæredis institutio verbis directis, fortè per oblivionem, vel incuriam deficeret, per hanc remaneret suppleta, ut dixit Joseph. Ludovis. *decis. Perusin. 61. n. 35. par. 2.*

29. *MA ANCHE COME CODICILLO*. Clausula ista multùm juvat, & præsertim excusat Parochum à rogatione Testium, ut firmavit Rot. coram Priolo, *cujus decisio reperitur impress.* post Zuff. *de legit. Process. dec. 71. n. 7.*

30. *IN LUOGO DI NOTARO*. Parochus adhibetur loco Notarii, ut dicit Mart. *de succes. legal. part. 4. art. 8. num. 31.* Barb. *in cap. Cum esses de Testam. in sexto*;

Et Testamentum ab eo conscriptum coram duobus Testibus est validum in Terris Ecclesiæ, & alio quocumque loco, in Foro Ecclesiastico, tam in piis, quàm prophanis causis, vigore *cap. Cum esses de Testam.* ex plenè deductis à Rot. cor. Cerro *dec.* 338. *n.* 1. *&* 2. *&* *dec.* 728. *n.* 1. Et tam in Testamento Testatoris infirmi, quàm sani, ut firmant Fagnan. *in dict. cap. Cum esses n.* 68. *& seq.* Card. de Luc. *de Testam. disc.* 45. *n.* 20. Rucc. *disp. select. cap.* 40. Et etiamsi instituatur hæres ejus Ecclesia, Thomat. *dec.* 247. *num.* 37.

31. Quod ampliatur in Confessario Ordinario Testatoris, qui succedit loco Parochi, Card. de Luc. *d. disc.* 25. *n.* 17. *&* 22. Rot. Cor. Cerr. *dec.* 9. *nu.* 2. Ac in Parocho alienæ Parochiæ, Rot. *dec.* 372. *par.* 9. *recent.* & in substituto Parochi, ead. Rot. coram Otthob. *dec.* 145. *&* *dict. dec.* 372. *nu.* 19. *&* 20. *par.* 9. Et hoc fit jure Canonico, quia præsentia Sacerdotis excludit omnem præsumptionem falsitatis Host. *in dicto cap. Cum esses n.* 6. *in fin.* Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *tit. de Cleric. Teste* §. 1. *nu.* 1. *&* 2.

32. Verùm enimverò disceptatur, an Parocho vita functo, antequam Testamentum in publicam scripturam sit redactum, fidem mereatur, & exequendum sit. Et pro negativa est doctrina Host. *in c. Si Instrumenta n.* 2. *&* 5. *de fid. Instrum.* 3. ubi dicit, quod Testamentum scriptum manu alterius, quàm Notarii publici, ut fidem faciat, requiritur, quod in formam publicam auctoritate Judicis redigatur, & quod Testes inscripti jurent, quod ita fuit, sicut in scriptura exindè confecta, quæ eis legatur continetur, quod verum putat etiam in terminis Testamenti Parochi, Tondut. *qu. Civil. tom.* 1. *par.* 2 *cap.* 81. *n.* 1. *&* 2. Rot. *dec.* 126. *n.* 3. *&* 4. *par.* 6. *Recent.* quæ sæpè super hoc allegatur.

33. Et ratio hujus negativæ conclusionis ea est, quia scriptura per Parochum confecta est privata, & eget publicatione, mediante ipsius Parochi, & Testium examine, sive Officio Judicis, Tusch. *litt. T. concl.* 107. *nu.* 3. sive ad instantiam hæredis scripti, sive Legatariorum, & aliorum interesse habentium, Panimol. *dec.* 90. *ad not.* 1. n. 21. cum aliis ab eo allegatis.

34. Attamen quamvis hæc sententia videatur communis, dantur adhuc casus, in quibus Testamentum Parochi meretur fidem, & exequi debet, non obstante, quod eo vivente non fuerit publicatum. Et primò, si in loco adesset consuetudo, quod Parochus pro Notario habeatur, & tamquam talis, rogare se soleat de Testamentis, & absque alia publicatione reponerentur in publico Archivio, cum illorum executione, & observantia, juxtà terminos casus super quo consultus scripsit Card. de Luc. *de fidei com. discurs.* 180.

35. Secundò, quando defuncto Parocho, ex speciali Judicis commissione Testamentum legaliter confectum, & absque ullo vitio inter scripturas Parochi repertum, relevetur in publicam scripturam cum causæ cognitione, hoc est per examen Testium superviventium, & manus Parochi recognitionem, ex traditis à Tusch. *dicta conclus.* 107. *num.* 4. *lit. T.* Nam tunc constito de veritate scripturæ non vitiatæ, de subscriptione Parochi, & de concordia Testium, nulla potest assignari ratio, cur dispositio Testatoris debeat deperire: Mors enim Parochi ante publicationem sequuta potiùs auget, quàm minuat fidem scripturæ privatæ illius, ut inquit Rot. *dec.* 97. *n.* 13. *par.* 14. *recent.*

36. Quod secùs dicendum esset in casu obitus ante publicationem unius ex duobus Testibus adhibitis, & descriptis, quia tunc non posset fieri publicatio Testamenti examine Parochi, & unici Testis superstitis, cum non sint in numero sufficienti à jure requisito *in dicto cap. Cum esses*, Tusch. *dicta litt. T. conclus.* 109. *num.* 39. sed Testamentum tali casu in totum corruit, ut expresè tenet Abb. *in cap. ultimo de fid. Instrum. in fin.* Disparitas autem est, quia cum Parochus adhibeatur loco Notarii, & per modum circumstantiæ qualificantis Testimonium duorum, vel trium Testium; ut observat Barbos. *in dict. cap. tum esses de Testam. num.* 7. Hinc est, quod constito de Testamento ab eo conscripto, morte ante publicationem superventa, ejus examen per ipsam scripturam benè suppletur: At Testis cum debeat in examine super tenore Testamenti cum scriptura Parochi concordare, ex firmatis *in decis.* 317. *num.* 32. *part.* 12. *& dec.*

& *dec.* 275. *nu.* 3. *par.* 13. *Rec.* Sequitur, quod illius depositio post mortem suppleri non valeat per recognitionem manus, sivè signi Crucis, Abb. *in cap. final. nu.* 10. *in fin. de fid. instrum.*

37. Tertiò, Testamentum Parochi sustineretur eo mortuo non facta publicatione, quando esset conditum favore liberorum, quia tunc Testamentum non subjacet solemnitatibus juris positivi, sed solum naturalis, cum ex ordinata charitate procedat, ut hæreditas Patris transeat in filios, Tondut. *quæst. Civil. tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 131. *n.* 3. & 4. *Card. de Luc. de Testam. disc.* 26. *n.* 17. & *disc.* 75. *n.* 18. Et sic duo Testes contestes quos in Testamento aliena manu, quàm Testatoris conscripto, etiam inter liberos jus requirit Rot. *coram Buratt. dec.* 616. *n.* 5. & *seq.* poterunt tunc examinari, & publicari, ut in secundo casu.

28. Quartò, si Testamentum esset conditum favore piæ causæ, quæ favorabilior est causa liberorum, Rot. *dec.* 475. *nu.* 1. & *seq. coram Buratt.* vel essent ejusdem favore relicta legata, Rot. *coram Bourlemont in Cæsaraugustana Testamenti* 14. *Februarii* 1678. Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. & 5. Et tunc diceretur conditum ad pias causas, non tantùm quando pia causa esset primo loco instituta sed etiam substituta, ut reprobata opinione contrarium tenentium in casu substitutionis pleno calamo firmat Rocc. *disp. select.* 35. *n.* 48. & 49. *t.* 1. vel legata pia majorem partem hæreditatis absorberent Adden. ad Buratt. *dec.* 475. *n.* 18.

39. *PRESENTI, E CHIAMATI.* Testes in Testamento condito per Parochum debent esse rogati, vel aliquid aliud intervenire, quod rogitui virtualiter æquipolleat, Grat. *discept.* 93. *num.* 1. & *seqq.* Fagnan. *in cap. cum esses de Testam. num.* 17. & *seqq.* Rot. *cor. Cerro dec.* 9. *nu.* 9. & *seqq.* Hoc tamen non exigitur in testamento ad pias causas, Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 9. & 10. nec in Testamento condito ad favorem pauperum, Leoncil. *de priv. pauper. par.* 2. *priv.* 388. *num.* 28.

40. Item prædicti Testes debent esse mares puberes, & non fœminæ (nisi simus in testamento ad pias causas) & idonei, quod non possint ulla legitima exceptione repelli, Rot. *dec.* 58. & *dec.* 62. *utrobique nu.* 7. post Zuff. *de leg. Proces.* Si enim Parochus, vel Testes essent in aliquo suspecti, eorum fides, & Testamentum vacillaret, ut dicit Host. *in dicto cap. cum esses n.* 7. *de Testam.* Rot. *dicta dec.* 58. *n.* 3. post Zuff. quæ est *Celsi dec.* 351.

41. Si autem Testes scribere nesciant sufficit (ut jam in formula admonuimus) quod faciant signum Crucis atramento manu sua, quæ est loco subscriptionis, ut docet Tusch. *litt. S. concl.* 760. *n.* 7. & ubi adest copia Testium habilium, curet Parochus, quòd sint tres, ut si illorum unus ante Testamenti publicationem obiret, alii duo pro publicatione facienda remaneant.

42. *IL GIORNO, ET ANNO SUDETTO.* Certum tempus conditi Testamenti debet exprimi: Immo diei certæ appositionem esse necessariam pro validitate, etiam in Testamento inter liberos, de communi tenet Mart. *de succes. legal. par.* 4. *q.* 7. *art.* 3. *nu.* 15.

43. *E TESTIMONIO PREGATO.* Si Testes quos Parochus adhibet scribere sciant, ad abundantiorem cautelam, in eorum subscriptione testentur se fuisse rogatos. Cæterùm si tantùm se fuisse præsentes in subscriptione aserant, hoc sufficit pro certitudine eorum adhibitionis ad hunc actum: Quia qui dicit se fuisse præsentem, dicit quoque vidisse, & audivisse, Text. *est in l. coram Titio ff. de verb. signific.* Bertac. *in repert. verb. præsentia vers.* 2. & 3. *pag. mihi* 159. Glos. *in cap. in primis verb. præsentes* 2. *quæst.* 1. Barbos. *dict.* 71. *num.* 2.

44. Praxis autem publicandi Testamentum Parochi, quam tangit Tusch. *litt. T. concl.* 109. *num.* 5. talis est: Hæres institutus, vel alius, cujus interest, instat coram Judice Ordinario competente pro examine Parochi, & Testium, qui Testamento interfuerunt ad perpetuam rei memoriam, ut postquam fuerint examinati eorum dicta publicentur: Tum Judex accersitis Parocho, & Testibus, si super toto tenore Testamenti deponant concorditer, voluntatemque Testatoris esse eamdem, quæ inscriptura per Parochum exhibita continetur, tunc citatis iis, quos tangit

causa inteſtati, ſi ſint in loco, & preſervatis juribus abſentibus, pronunciat Teſtamentum eſſe validum, & publicatum.

45. Hunc publicationis Proceſſum fieri debere coram Judice ſæculari, ſi Teſtator ſit Laicus, & niſi legata pia abſorbeant majorem partem hæreditatis, aſſerit, & firmat Panimol. *deciſ.* 90. *adnot.* 1. *nu.* 22. & 23. Verùm quia DD. quos ipſe allegat, aſſertum mihi non probant, abſolutè tenendum contrarium moror: Nempè quod hic proceſſus, ſivè Teſtator ſit Laicus, ſive Clericus, validè fieri poſſit coram Judice Eccleſiaſtico, ità tenet Felin. *in cap. Si Inſtrumenta num.* 3. *de fid. Inſtrum.* cujus auctoritatem præferendam eſſe (tutè credidi) *Panimollę*: Verba autem *Felini* ſunt ſequentia: *Poteſt autem exemplatio fieri coram Eccleſiaſtico, nedum inter Clericos, ſed inter Laicos, non ſolùm pro rebus Eccleſiaſticis, ſed etiam merè temporalibus, ſi ſimus in Terris Eccleſiæ; Si autem in Terris Imperii, merè temporalia exemplabuntur coram Sæculari, alia autem pia coram Eccleſiaſtico, etiamſi eſſet Teſtamentum non in piam cauſam, quia intereſt Eccleſiaſtici, quod Teſtamenta adimpleantur, & facit, quod habetur per Hoſt. & alios in cap. Joannes de Teſtam. ubi dicitur Eccleſiaſticum eſſe competentem pro executione quorumcumque Teſtamentorum*. Huic doctrinæ Felini, quæ punctualis eſſe videtur adhærere quoque Tondut. *queſt. Civil. tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 131. *num.* 11.

46. Immò addo, quod non ſolùm Teſtamentum Parochi (etiam hærede Laico inſtituto) poterit, ſed debebit coram Judice Eccleſiaſtico in publicam formam relevari: Quia cum Clerici nequeant coram Judice Laico ſubjici examini, neque juramentum ſuſcipere abſque licentia proprii Epiſcopi, ut per *Text. expreſſum in capit. Quamquam* 14. *quæſt.* 2. & *in cap.* 1. *de juram. calum.* communiter firmant *ib. Canoniſtæ*, Leo *Theſaur. For. Eccleſ. cap.* 11. *n.* 9. Bellett. *diſq. Cleric. tit. de Cleric. Teſtam.* §. 2. *num.* 1. Sequitur quod Proceſſus publicationis hujuſmodi, in quo requiritur examen Parochi, & Teſtium confici debeat in Tribunali Epiſcopi: Niſi fortè per eum in Synodo, vel extrà detur Parochis facultas ſpontè comparendi coram Judice Laico ad faciendam talem publicationem. Tunc enim juramentum diceretur voluntarium, & ex libera, & non coacta Parochorum comparitione ſuſceptum.

47. Advertendum ulteriùs, quòd ubi adeſſet conſuetudo ſuſcipiendi juramentum Clericorum apud acta Judicis, vel in manibus perſonę Eccleſiaſticę, antequam deponant in foro ſæculari, prout indiſtinctè ita fieri debere mandant Decreta Sac. Congregat. Epiſcoporum, quæ refert Nicol. *in floſc. verb. Clericus nu.* 35. & *in lucubr. Can. lib.* 2. *tit.* 20. *n.* 46. & in pluribus locis laudabiliter ſervari vidiſſe teſtatur Petr. Paul. Guazzin. *in tract. ad defenſ. animar. lib.* 2. *def. cap.* 28. *n.* 11. præter licentiam Epiſcopi, deberet Parochus, juramentum in publicatione Teſtamenti exigendum, in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ ſuſcipere, Sperell. *dec.* 50. *n.* 4. *in fin.*

48. Et quamvis Parochi examen, & juramentum (ſivè ſpontaneè, ſivè vocatus) ad prædictum, vel alium effectum receptum, & reſpectivè præſtitum in foro ſeculari abſque licentia Epiſcopi, ſit validum, & efficax, Bellett. *ubi ſupra n.* 3. Paſſerin. *Tribun. Regul. quæſt.* 11. *n.* 35. Pirhing. *in jus Can. lib.* 2. *tit.* 20. *nu.* 60. Nihilominùs poteſt Parochus ab Epiſcopo pœna arbitraria puniri, ſi hoc attenta verit, ut dicit Bellet. *diſq. Cleric. tit. de pœn. Cler.* §. 51. *n.* 14. Et propterea videtur concludendum, quod publicatio ſupradicta pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum privativè.

49. Verùm enim verò, hæc potiùs ad ornatum addenda cenſui, quàm ad deſtruendam concluſionem ſuperiùs ex Felino firmatam; quod nempè Proceſsus publicationis Teſtamenti Parochi, ſivè hæres ſit Laicus, ſivè Clericus, aut cauſa pia, validè, & licitè fieri poſſit in utroque foro (dummodò Teſtes non ſint Clerici) quam iterùm ex aliis mox ſubjiciendis rationibus (forſan ab aliis Authoribus non tactis, aut neglectis) iterùm confirmo.

50. Primò, quia cum Parochus aſſumatur ad ſcribendum Teſtamentum tamquam Teſtis auctorizabilis, de quo valdè confidunt Canones, ut dicit Fagnan. *in cap. Cum eſſes n.* 31. *de Teſtam.* Hinc fit, quod ad illud publicandum dicatur Licentiatus à jure coram quocumque Judice abſque

que alia Episcopi venia, ut loquendo de juramento Clerici in foro sæculari ex aliqua necessitate præstando, benè distinguit Abb. *in cap. 1. n. 18. de juram. calum.*

51. Secundò, quia cum Clerici in conficiendis instrumentis, & aliis quibuscumque contractibus, ex generali consuetudine adhibeantur in testes sine licentia Superioris, seù Episcopi, ut monet Pirhing. *in jus Can. lib. 2. tit. 20. n. 60.* Hinc oritur, quod Parochus adhibitus in Testamento quod sub nomine, & appellatione contractus continetur, Afflict. *dec. 260. n. 6. & 9.* Cyriac. *contr. 426. num. 31.* possit, si velit ad illud confirmandum coram Judice Laico comparere, inconsulto Episcopo, & licitè, jureque super illius veritate, & contentorum in eo Juramentum suscipere, ut firmat Abb. *loco nuper citato n. 17. in fin.* cum ex natura negocii firmitas contractus aliundè haberi non possit.

52. Tertiò, quia sicuti ex Testamento condito etiam favore piæ causæ, possunt Legatarii, aliivè interesse habentes, petere relicta, vel à Judice Ecclesiastico, vel à Judice sæculari, cum sit causa mixti fori, ut notat Pirhing. *in jus Can. lib. 3. tit. 26. n. 22. notab. 2.* ita erit in optione eorumdem, vel hæredis publicationem, & revelationem Testamenti promovere, & perficere (Parocho annuente) in uno, vel altero foro ipsis benè viso, saltem de consuetudine, de qua testatur Hostien. *in c. ultimo n. 2. de fid. instrum.* & cum hac opinione pertransit Pignat. *cons. Can. 2. n. 47. & cons. 11. num. 27. tom. 5.*

53. Neque obstat Text. *in l. consulta Cod. de Testam.* ubi habetur, quod publicatio Testamentorum ad Ecclesiasticos non pertineat: Quia præterquam quod *Text.* loquitur expressè de aperitione Testamentorum solemnitate civili conditorum, quod est diversum à revelatione, & publicatione Testamenti privati, manu Parochi conscripti, & juri civili absconditi; cum solemnitas publicationis jure civili requisita esset facienda coram solo Magistro census, ad hoc, ut Respublica de vigesima hæreditatis illi debita non fraudaretur, hodieque publico Ærario hæc quantitas ampliùs non solvatur, sublata quoque remanet illius *Text.* dispositio, ut respondit Capon. *discept. for. 191. num. 9.*

54. Et quamquam non ignorem Ciarl. *contr. c. 21. nu. 15. & 18.* tenuisse publicationem Testamenti scripti à privato faciendam esse coram Judice Laico quando causa non est pia: Attamen respondetur, quod auctoritates, quas pro se allegat *Ciarlin.* assumptum completè non probant, ut ipsemet agnoscere videtur *d. n. 15.* Et quatenus per possibile ejus doctrina vera esset in Testamentis manu cujusvis alterius privati Scriptoris (de quo loquitur) confectis, locum habere non potest in testamento Parochi, quamvis causa non sit pia. Cum enim Parochus sit Testis ultimæ voluntatis qualificatus à jure, & magis dignus, utique ratione individuitatis Processus publicationis, trahit ad suum Forum Ecclesiasticum (si velit) alios Testes adhibitos tamquam minùs dignos, ad Text. *in c. Quantò de judic.* cum aliis plenè allegatis à Grass. *de effect. Cler. effect. 1. n. 132. 137. & 138.*

55. Neque obstat regula, in qua *Ciarl.* se fundat, quod nempè Judex causæ principalis, debet esse quoque omnium, quæ ad causam spectant, ut *n. 4. & seqq.* Quia regula benè procedit quoties actus præparatorii judicii fiunt à partibus forum eligentibus ad litem contestandam, & adest aliqua connexio causæ preparantis ad præparatę; non autem quando Judex aditur à Parocho, sive etiam alio privato Scriptore Testamenti unà cum Testibus, non ut litem introducāt, sed ut voluntas testatoris ipsius Judicis interlocutione firmata & approbata publicetur: Tunc enim licèt pro validitate actus requiratur citatio venientium ab intestato, hoc fit, non ut lis cum illis cōtestetur, sed ut compareant quatenus sua putaverint interesse: Quibus propterea per hoc non tollitur electio Judicis, quæ eis datur à jure super meritis causæ, ut benè advertit Tondut. *de præv. lib. 1. c. 24. n. 11.*

56. Sitque igitur Corollarium, publicatio Testamenti Parochi (dummodò Testes non sint Clerici, quia tunc ad Ecclesiasticum pertineret) potest ipso volente, indistinctè fieri in utroque foro: Tùm quia est actus potiùs extrajudicialis, quàm contentiosus: Tùm quia expedit, quod voluntates Testatorum in toto ponantur, & serventur omnibus modis, *c. ultima voluntas*

13.*q.* 2. Tùm demùm, quia Parochus tamquam Testis necessarius dicitur Licentiatus à jure ad comparendum etiam coram Judice Laico ultroneè, ne ex dilatione publicationis Testamenti damnum aliquod scriptis hæredibus contingat, Sperell. *dec.* 50.*n.* 16. Reipublicæ enim interest, ut ultima defunctorum elogia subsistineantur, & effectum sortientur, per Text. *in l. vel negare ff. quemad. Testam. aperiant*, dicit Cyriac. *controv.* 407. *num.* 127.

57. At si hæres institutus in Testamento Parochi esset absens, nec loci pii Officiales, neque alii quorum interest non comparerent pro publicatione facienda; Episcopus ex officio, ut superiùs tetigi, debet curare, Promotore Fiscali instante, ut publicetur, tamquam Executor à jure datus omnium legatorum, & piarum dispositionum, *cap. Tua nobis de Testament.* Tuch. *litt. E. conclus.* 293. Et ad hunc effectum ne Testatorum placita frustrentur, statuere debet in Synodo, quod Parochi, qui Testamenta conscripserunt, deferant infrà unum, vel duos menses à die conditi elogii ad Cancellariam Episcopalem copiam illius authenticam sub pœna .... ad hoc, ut negligentibus interesatis, & vocatis in publicatione petenda, possit ipse ex officio eorum incuriam supplere, & damna, quę locis piis, & pauperibus propter Parochorum negligentiam indè frequenter eveniunt, evitare. Hæc autem, quæ hìc de Testamento Parochi summatim perstricta sunt, non contemnas, quia alibi facilè non reperies.

58. Episcopus quoque ubi viget consuetudo, prout servatur in pluribus Regni Neapolitani Provinciis, condit Testamentum pro Anima defuncti ab intestato, si habeat in bonis usque ad summam ducatorum centum, juxtà formam litterarum *Sac. Congr. Episcoporum pro eodem Regno emanatis* 18. *Augusti* 1687. quas approbavit, & exequi mandavit pro eadem summa *Sac. Congr. Concilii in Bovinen.* 5. *Maii* 1696.

59. Si quæras, an Testamentum minus solemne, nec juris solemnitatem habens, sit servandum in foro conscientiæ? respondeo, quod dubia est quęstio: Nàm Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 14. cum numero quamplurimorum classicorum DD. & solidarum rationum fulcinet affirmativam.

Bonac. *verò cum Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disput.* 7. & aliis, tenet negativam, ex illo principio, quod dùm lex contractui resistit, nulla oriatur obligatio naturalis; *d. contr. disp.* 3. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 5. & *q.* 7. *punct.* 5. *n.* 5. Præterquam favore piæ causæ. Tu autem consulas Theologos, & tutiorem sequere.

60. Et adverte, quod publicatio Testamenti differt ab apertura: Quia publicatio tunc fit quando Testamentum manu privati (prout est in Parocho) confectum redigitur in formam publicam, ut scripturæ plena fides adhibeatur: quæ fieri debet, ut jam tetigi suprà coram Judice pro Tribunali sedentes vocatis interesse habentibus, & Testibus examinatis, ipsoque Judice interloquente, scripturam Testamenti pro publica habendam esse, ad tradita per Innoc. *in cap. ultimo num.* 1. *de fid. instrum.* Cardin. de Luc. *discurs.* 4. *n.* 9. *de Testam.* Apertura verò ad eum solùm finem desideratur, ut indè appareat, qui sint scripti hæredes, & qui legatarii, ut benè distinguit Capon. *discept. forens.* 291. *n.* 1. & *seqq.* Proptereaque dici solet, quod instrumenta authentica exemplantur, non authentica verò pulicantur, Host. *in cap. ult. n.* 4. *de fid. Instrum.*

61. Secundò, quod legata pia debentur ex Testamento etiam nullo, & quamvis hæres hæreditatem non adiverit, vel hæredis institutio habeatur pro non facta, aut pro non scripta, ut tenuit Rot. *coram Bourlem. in Cæsaraugustana Testamenti* 14. *Februarii* 1678. §. *Etiamsi*, Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 4. & 5.

Protestationis fidei à Parocho Infirmis morti proximis suggerendæ.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 *Traditur modus disponendi Infirmos morti proximos, & n.* 2.

Crede-

CRedete fratello carissimo fermamente tutti gli Articoli della Fede Christiana da Dio rivelati alla Santa Romana Chiesa Cattolica per mezzo de'Santi Apostoli, e ciò ch'insegna, e professa la medesima Santa Chiesa? R. Credo.

Detestate, riprovate, e condannate tutte l'empie Eresie, le quali maledice, riprova, condanna, e detesta la Santa Madre Chiesa? R. Riprovo, e condanno.

Volete morire nella fermezza della Santa Fede Cattolica, come vero, e fedelissimo Christiano? R. Voglio.

Amate di tutto cuore Iddio sopra tutte le cose, e desiderate d'amarlo coll'affetto, col quale è amato, servito, e riverito da i Beati del Paradiso? R. Amo, e desidero.

Conoscete di haver offeso nel corso della vostra vita S. D. M. l'Anima vostra, & il vostro Prossimo più volte? R. Conosco.

Vi dolete di cuore di tutte le offese in qualunque modo commesse contro la suprema Maestà di Dio Signor Nostro, contro l'Anima vostra, & il Prossimo? R. Mi doglio.

Vi pentite di tutto cuore d'essere stato così ingrato al Creatore, e Redentore Nostro di tanti beneficii a voi conceduti per salute dell'Anima vostra? R. Me ne pento.

Conoscete il bisogno, che havete della misericordia infinita, e grazia del Signor Iddio per la remissione, e perdono de' vostri peccati? R. Conosco.

Sperate, che Giesù Christo vi sarà favorevole, accioche entriate in Paradiso, per la sua infinita clemenza, e per li meriti della sua acerbissima Passione? R. Spero.

Sperate, che per l'intercessione della Beatissima Vergine Madre di Dio, e vero refugio de' Peccatori, e per le preghiere de' Santi vostri Avvocati, e dell'Angelo vostro Custode, arrivarete a godere l'eterna gloria nel Cielo? R. Spero.

Sopportate patientemente per amor di Dio, e per conformarvi al Divino volere, i dolori, e gli affanni di questa vostra infermità, unendoli con i patimenti di Giesù Crocifisso, in penitenza, e sodisfazzione de' vostri peccati? R. Sopporto volontieri.

Partite volontieri dalle miserie di questo Mondo, per giungere all'allegrezze, e riposo eterno del Paradiso, col mezzo degl'infiniti meriti di Giesù Christo? R. Mi parto volontieri.

Postmodùm recitatur Oratio in Rituali pro moribundis præscripta.

ADNOTATIONES.

1. HÆc Formula licèt non pertineat ad forum externum, juvat tamen pro instructione Parochorum, quos Episcopus in visitatione personali erudire debet etiam in his, quæ spectant ad forum Animæ, monendo illos; ut hac protestatione fidei utantur cum personis popularibus, & mediocriter capacibus rerum spiritualium, benè tamen ad moriendum dispositis; nam si infirmus esset natura iracundus, vitæque anteactæ facinorosæ, rusticanus, & induratus, tunc paciens disponendus est alio modo secundum naturam infirmi, quem ut sibi Parochus benevolum reddat, leniter, & guttatim præmissa suggerenda sunt, ne molestia, & tædio afficiatur.

3. Si verò infirmus est vir gravis, pius, & doctus, tunc jaculatorias magis affectuosas suggerat; & cum aliqua devota oratione cor ad cœlestia evocet: Quia in his semper Parochus ad qualitatem, & capacitatem personæ infirmæ, quæ in agone contendit, & cui auxilium præstat, oculos convertere debet.

Mo-

Monitionis de adimplemento præcepti Paschatis.

FORMULA XXI.

TUtti li fedeli Christiani dell'uno, e dell'altro sesso, quando siano arrivati ad haver l'uso della ragione secondo il parere del Parocho, ò Confessore, sono tenuti à confessarsi de' proprii peccati almeno una volta l'anno, e parimente quando per l'età siano capaci, à communicarsi ogn' anno nella propria Parochia almeno la Pasqua di Resurrettione di Nostro Signore Giesù Christo. Perciò si notifica a tutti, che onninamente nell'anno presente sodisfaccino a questo precetto della Santa Chiesa; altrimente quelli, che ne trascureranno l'adempimento, conforme dispongono i Sagri Canoni, saranno publicamente dichiarati interdetti dall'ingresso della Chiesa, e privi della Sepultura Ecclesiastica in evento di morte.

ADNOTATIO.

HÆc Parochi admonitio per eum populo facienda est inter Missarum solemnia in Dominica quarta, vel Dominica Passionis Quadragesimæ, monendo Patres, & Matres familias, ut mittant ad ipsum tempore congruo filios, & filias ætatis capaces, ut possint edoceri de his, quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ, & dispositionem sumptionis Eucharistiæ.

Legalitatis Parochi.

FORMULA XXII.

SUMMARIUM.

1 *Error circa personam est quadruplex, scilicet personæ, fortunæ, conditionis, & qualitatis.*
2 *Cogimur prodesse aliis, ubi nobis non obest.*
3 *Identitas personæ non præsumitur ex identitate nominis.*

SUpradictum R. D. N. *esse* Parochum Ecclesiæ N. hujus Diœcesis N. & *talem qualem se fecit, & facit*, ejusque testimonialibus litteris semper hìc, & ubique in judicio, & extrà ab omnibus adhibitam fuisse, modòque plenam adhiberi fidem, *cunctis* per præsentes *testamur*. In quorum, &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 QUia frequenter tam in expeditionibus gratiosis, quàm judicialibus, Parochorum attestationes requiruntur, & exhibentur: Ne contingat de veritate, & legalitate earumdem suspicari (præsertim extrà Diœcesim) ideò muniuntur legalitate Tribunalis Episcopi: Quod eadem Formula uti poterit quoties de legalitate personæ Notariorum, seu Cancellarii testetur, variando solummodò ly--*Testimonialibus litteris*, in ly--*Scripturis publicis*, & *similibus*.

2. Es-

2. *ESSE TALEM QUALEM SE FECIT, ET FACIT*. Quia multiplex est error, qui circa personæ identitatem oriri potest, ideò ut vitetur, Ordinarius fidejussor accedit. Alius est enim error personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando putatur hic esse dives, qui est pauper. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui est servus. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est, *cap. unic.* 29. *q.* 1. ubi habetur, quod error fortunæ, & qualitatis conjugii consensum non excludit.

3. *CUNCTIS TESTAMUR*. Testimonium identitatis, & legalitatis personæ Parochi, vel Notarii, Ordinarii non possunt denegare; quia cogimur de jure aliis prodesse, ubi nobis non obest, ut inquit Glos. *in cap. quisquis* 11. *quæst.* 3. Quod quidem juvat, non solùm ad excludendam fictionem, sed includendam identitatem personæ; quæ licèt regulariter præsumatur ex identitate, & nuncupatione ejusdem nominis, ut dicit Medic. *de regul. jur. par.* 2. *reg.* 1. *n.* 14. Nihilominùs verior est opinio, quod ex sola nominis identitate inferri non valeat ad identitatem personæ, ut tenuit Rot. *dec.* 133. *n.* 2. *& 3. part.* 15. *& decis.* 352. *n.* 31. *p.* 16. *rec.* Cum experientia compertum sit, plures homines eodem tempore vivere etiam in eodem loco, qui eodem nomine, & agnomine nuncupantur.

TITULUS XI.

De Monialibus.

Præludium.

SUMMARIUM.

1 *Accessus ad Crates Monialium ubi frequentes sunt abusus, potest esse casus reservatus.*

2 *Item potest prohiberi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, si eveniunt scandala, & n.* 3.

1 NEque hìc, neque alibi *in tit. de edictis traditur Formula*, qua Episcopus debeat accessum prohibere ad Collocutoria Monialium; quia non omnibus locis, & Diœcesibus convenit eadem Formula; sed talis prohibitio debet artari, extendi, & moderari, prout abusus, & indigentia locorum postulat. Etenim etiamsi regulariter accessus ad Collocutoria sine licentia, non sit casus reservatus Episcopo; adhuc si talis culpa esset frequens, & alio modo removeri non posset, utpotè quia simplex prohibitio cum comminatione censurarum contemnitur, & indè inconvenientia oriuntur, permittitur, ut fiat casus reservatus, prout est Bononiæ *Sacr. Congregat. Episcop.* 26. *Octobris* 1604. licèt anteà *sub* 15. *Aprilis* 1603. id Archiepiscopo denegasset.

2. Item pœna excommunicationis latæ sententiæ contrà accedentes sine licentia Episcopi numquam fuit à Sacr. Congregatione laudata, sed sequendo dispositionem text. *in cap. Monasteria de vit. & honest. Cleric.* comminatoriam tantùm approbat teste Nicol. *in flosc. verb. accessus n.* 6. quæ Congregationis sententia fulcitur rationibus adductis à Donat. *prax. rer. regular. to.* 4. *tract.* 6. *de access. ad Monial. q.* 18.

3. Et nihilominus si ex frequenti accessu personarum, præsertim nobilium potentium, aut ex alia gravi circumstantia, scandala eveniant, & inconvenientia, excommunicationem etiam latæ sententiæ sustinet, prout bis proposita causa *eadem Sac. Congregat. Episcop. sustinuit in una Civitatis Castelli* contrà accedentes ad Collocutoria Monasterii Monialium

lium Montis Sanctæ Mariæ approbando Edictum Episcopi *sub die* 16. *Janu.* & 10. *Julii* 1699. Ideoque Ordinarii juxtà exigentiam loci, & abusus, Edicta extendere debebunt.

Licentiæ pro proponenda Puella educanda.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Licentiæ, quæ dantur Monialibus scribi debent vernacula lingua.*

2 *Episcopi non possunt introducere in Clausuram Monialium Puellas educationis causa sine licentia Congregationis, & nisi servatis conditionibus ab eadem præscriptis.*

3 *Episcopi conditiones licentiæ non observantes, an possint excusari.*

4 *Educandæ debent recipi de consensu Monialium capitulariter dato.*

INerendo *alla licenza* a Noi diretta dalla Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari spedita in Roma sotto la data delli.....diamo facoltà alla Rever. Madre N. Abbadessa del Monastero N. di poter proporre alle Monache *capitolarmente congregate*, l'onesta Zitella N. per educarla da riceversi *per Voti segreti*, e vogliamo, che fatto che sarà il Capitolo, la detta Madre Abbadessa con lettera testimoniale sottoscritta di sua mano, e sigillata col sigillo del Monastero, dia a Noi relatione di ciò che in quello sarà seguito. Dato &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale)

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1 FOrmulas plures pro gubernio spirituali, & temporali dirigendo conscripserunt Latina lingua, Laurent. Peir. *in formul.* Barbos. *post tract. de Offic. & Potest. Episcop.* Tambur. *de jur. Abbat.* & Pelizar. *de Monialibus*: Quos tamen quoad Latinum sermonem sequi nolui: quia cum penè omnes hujusmodi licentiæ subjici debeant oculis Abbatissarum, aliarumvè personarum, quæ Latinam linguam non callent, congruum mihi visum non fuit, quòd mens, & voluntas Superioris licentiam concedentis idiomate ipsis personis obscuro, & ignoto demonstretur, ne illis inobedientibus, vel formam in licentia præscriptam aspernantibus ignorantia Latini sermonis excusationem præbeat: Et hinc fit, quòd decreta Synodalia Monialium gubernium, & reformationem tangentia Latino sermone conscripta, antequam eis tradantur, vertuntur in maternam linguam.

2. *INERENDO ALLA LICENZA.* Puellæ educationis causa in Sanctimonialium Monasteriis introduci ab Episcopo non possunt, nisi Sac. Congregationis licentia suffultæ sint, quas tamen exequi non debent, nisi ad impleantur conditiones in iisdem licentiis expressæ, prout statuit Sac. Congr. in Decreto generali emanato 17. Maji 1603. his verbis--*Nullatenus permittant Episcopi puellas educationis causa in Sanctimonialium Monasteria introduci, nisi Sac. Congregat. licentia suffultas, eamque nullatenus exequi præsumant, nisi adimpletis sequentibus conditionibus.*

3. Quòd si Episcopi conditiones præscriptas non observant, nescio quomodo possint excusari Puellas excepta conditione ætatis cæteris magna ex parte negle-

neglectis in Monasteria introducendo: Et an inculpabiliter hæc permittant, viris probis, & cordatis dijudicandum remitto; mihi enim videbatur, quod verba illa Decreti mox relati, ibi -- *Nullatenus exequi præsumant, nisi adimpletis conditionibus*, tollerent absolutè inferioribus potestatem aliter exequendi, & arbitrandi, nisi consulta Sacra Congregatione.

4. *CAPITOLARMENTE CONGREGATE*. Consensus Monialium in receptione educandæ debet dari capitulariter, & per suffragia secreta, ut præscribitur in licentia, nec standum est simplici relationi Abbatissæ, *Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Amerina* 4. *Januarii* 1608. Pelizar. *de Monial. cap.* 5. *n.* 178.

Testimonialis Abbatissæ propositionis factæ.

FORMULA II.

IO sottoscritta in vigore della facoltà havuta da Monsig. Illustriss. nostro Vescovo (ò Vicario Generale) havendo sotto il giorno d'hoggi proposto alle Monache di questo Monastero Capitolarmente congregate nel luogo solito del Capitolo la Zitella N. per Educanda, attesto anche con mio giuramento, ch'è stata accettata con Voti secreti favorevoli.... contrarii... e così riferisco colla presente sottoscritta di mia propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero questo dì.....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Loco ✠ Sigilli.

Si autem Puella habuit omnia Vota favorabilia, dicat -- *Et attesto, ch'è stata accettata con tutti i Voti segreti favorevoli*: Si verò excluſa -- *Attesto anche con mio giuramento, ch'è stata esclusa con Voti segreti contrarii.... favorevoli....*

Licentiæ recipiendi Educandam.

FORMVLA III.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta Educandarum sunt solvenda in pecunia numerata, etiam ex juris dispositione.*

2 *Ex inobservantia conditionum præscriptarum destruitur bonus ordo, & Regularis disciplina turbatur.*

3 *Conditiones præscriptæ à Sac. Congr. debent repeti in licentia, quæ datur Abbatissæ, & de ratione.*

4 *Educandę debent habere Magistram separatam, & ab ea instrui in bonis moribus.*

5 *Educandę debent habere locum, & lectum separatum, aliàs non debent admitti.*

6 *Ubi non possunt recipi Puellæ ad habitum Religionis, neque recipi debent Educandæ.*

COnstando à Noi per relatione in scritto della Rev. Madre N. Abbadessa del Monastero di S. N. che la Zitella N. d'anni..... come per fede dell'età esibita nella nostra Cancellaria, è stata accettata dalle Monache di detto Monastero Capitolarmente congregate con Voti segreti per Educanda, e che habbia pagato anticipatamente gli alimenti per sei mesi *in denari contanti*, e dato sigurtà di pagarli per l'avvenire, fin tanto che starà in detto Monastero, come dall'Instromento rogato dal nostro Cancelliere in vigore della facoltà à Noi data dalla Sac. Congr. concediamo licenza alla detta Madre Abbadessa di poterla ricevere dentro il Monast. per Educatione, *colle seguenti conditioni, cioè*. Che habiti in luogo separato dalle Novizie, e Monache professe, *sotto la direzione, & ubbidienza* della Maestra depu-

deputata per l'Educande. Che conviva in commune ad un Pane, Vino, e pietanza coll'altre Educande, che gli verrà somministrato dal Monastero. Che entri, e stia con habito modesto, e conveniente all'onestà Virginale, sola, e senza Serva. Che osservi le leggi della Clausura, e del Parlatorio, alle quali sono obligate le Monache. Che uscendo dal Monastero una volta, non sia più in quello ricevuta, senza nuova licenza della Sac. Congreg. se non in caso, che vi dovesse rientrare per prender l'habito della Religione. Che compita che havrà l'età di 25. anni debba uscire dal Monastero, e ritornare alla propria Casa, se non havrà ottenuta la permissione di restarvi dalla medema Sac. Congregatione. Che la presente sia conservata dalla Madre Abbadessa. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.) N.

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 *IN DENARI CONTANTI*. Alimenta pro Educandis sunt solvenda in pecunia numerata, tùm ex præscripto licentiæ Sac. Congregationis, tùm ex juris dispositione, & Doctorum sententia, quam docent Tamb. Gav. & alii, quos refert, & sequitur Pelizar. *de Monial. cap. 5. n. 185.* & quidem in tam congrua summa, & quantitate, ut juxta loci ubertatem, vel caritatem Monasterium ab incommodo, quod indè recipit, aliqua utilitate sublevetur.

2. Verùm hodiè præsertim in Civitatibus, & locis Montanis, hæc conditio, quæ ex præcipuis (nè dicam principalis) est, ex conniventia Episcoporum, & Superiorissarum prætextu paupertatis familiarum non observatur: quia vel nulla, vel exigua pecuniæ summa soluta, datur parva quantitas frumenti, & vini, quæ vix victui Educandæ correspondet. Magistra est Amita, vel amica, lectus est cum una ex his communis, & ita non solum Decreta Sac. Congr. eluduntur, sed Monasteria servitute hac gratis gravantur, & quod pejus est, ipsa Regularis disciplina mirè turbatur, & crudeli commiseratione, tùm Episcoporum, tùm Abbatissarum, & aliorum Superiorum, omnis bonus ordo confunditur, & destruitur.

3. *COLLE SEGUENTI CONDITIONI*. In licentia, quæ datur ab Episcopo pro receptione Educandæ, repetuntur conditiones, quæ continentur in impressa Sac. Congr. quia cum hæc remaneat apud acta, debent subjici oculis Abbatissæ, ne de illis ignorantiam valeat allegare, nec de oblivione excusari.

4. *SOTTO LA DIRETTIONE, ET UBBIDIENZA*. Laudabilis institutio educandi puellas in Monasteriis Monialium emanavit à Sede Apostolica, ad hoc ut Virgines probis moribus, necnon virtutibus, & exemplis instruerentur, & ad Religionem afficerentur: Et etiam ut si conjugalem statum post educationem eligerent, timore Domini jam imbutæ, majorem erga prolem, & misericordiæ opera curam haberent: Orationique, & frequentationi Sacramentorum, prout essent edoctæ, etiam in sæculo incumberent.

5. Undè Episcopi in Visitatione Monialium, quæ educandas recipiunt, sedulò inquirere debent, an conditiones, quibus hæ admittuntur, serventur; & si quos abusus vigere reperiat, tollere non omittat, ne finis frustetur: Etsi ob angustiam Monasterii locum separatum, capacem, & aptum, in quo unaquæque educanda in suo lecto separato dormire queat, non adesse conspexerit, licentias pro educandis de novo introducendis non exequatur, & quoad jam introductas statim certioret Sac. Congreg. prout disponunt Decreta *in Aretina 8. Februarii 1594 in Messanen. 24. Januar. 1595. & in S. Severini 16. Jan. 1615.*

6. Item animadvertant, quod in illis Monasteriis, in quibus viget prohibitio ejusdè Sac. Congreg. admittendi Puellas ad habitum Religionis, censetur etiam prohibitum eas admittere ad educationem, ut respondit *ipsa Sac. Congreg. in Camerinen. 28. Martii 1588. & in Neapolitana 30. Sept. 1695.*

Li-

Licentiæ proponendi puellam ad habitum.

FORMULA IV.

COncediamo licenza alla Rev. Madre N. Abbadessa del Monastero N. di proporre alle sue Monache Capitolarmente Congregate la Zitella N. che desidera d'essere ammessa al Noviziato, & habito della Religione in esso Monastero essendo di già stata da Noi (ò dal Vicario Generale) sentita, & esaminata, e di ciò che seguirà nello Scrutinio de' Voti secreti, e sarà risoluto, ne dia à Noi relatione sottoscritta di sua mano, e sigillata col sigillo del Monasterio. Dato &c.

N. Vescovo (ò Vic. Gen. N.)

N. Cancelliere Episcopale.

Attestationis Magistræ Educandarum de Exercitiis Spiritualibus peractis.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Puellæ recipiendæ ad habitum Religionis, debent se exercere per decem dies in exercitatione spirituali.*
2 *Exercitantibus debet dari methodus, & modus orandi præscribi.*
3 *In receptione ad habitum de necessitate exigitur consensus recipientis, & Capituli Monialium.*

IO sottoscritta attesto con mio giuramento, che la Zitella N. la quale desiderà d'essere ammessa al Noviziatò della nostra Religione in questo Monastero, *per dieci giorni continui* hà fatto sotto la mia direzione, secondo l'ordine dato da Monsignor N. Vescovo, *e mettodo prescritto* dal Padre Confessore Ordinario del Monastero, con edificatione, & esattezza gli Esercitii Spirituali. E in fede &c. Dato &c.

N. Maestra deputata per l'Educande del Monastero N.

ADNOTATIONES.

1 *PER DIECI GIORNI CONTINUI*. Exercitatio rerum spiritualium, debet fieri à Puellis statum Religionis amplecti volentibus per decem dies continuos tàm ante susceptionem habitus, quàm ante Professionem, prout jussit in ævum maximus Innoc. XI. *litt. Encyclicis Sac. Congr. 9. Octobris* 1682.

2. *E METODO PRESCRITTO*. Debet enim exercitantibus dari methodus, & modus præscribi, quo fructuosè Exercicia Spiritualia absolvantur, vel ab ipsomet Episcopo, vel Confessario Monasterii, qui ea, quæ pertinent ad observantiam Votorum solemnium, & Regularis disciplinæ, suaviter, & fortiter per puncta dietam distributa insinuabit. Item exercitantem edoctam reddere curabit in Mysteriis Fidei, & de modo mentaliter orandi, quem docet Divus Franciscus Salesius, qui facilis est, & planus; ad hoc ut viam, quam ingreditur Religionis, Passionem

sionem D. N. Jesu Christi, noviſſimaque hominis meditando, fœliciter currat, & bravium accipiat.

3. Et hìc nota, quod in receptione ad habitum, ità de neceſsitate exigitur conſenſus utriuſque, ſcilicet ſuſcipientis, & Capituli Monialium, ut Novitiatus non dicatur incœptus, niſi ambo priùs in ſuſceptione conſenſerint, adeout habitus geſtatio, ſivè conſenſus ſolius Abbatiſſæ non ſit ſufficiens ad inducendam profeſsionem tacitam, Navar. *conſ.* 26. *num.* 27. *de Regul.* Donat. *de Regul. tom.* 2. *tract.* 9. *de Novit. recept. qu.* 2. *& tom.* 4. *tract.* 9. *q.* 10. Paſſer. *de ſtat. hom. tom.* 3. *q.* 189. *inſpect.* 1. *n.* 12. *cap. fin. ubi gloſ. de Regul. in* 6. *cap. Ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælat.* Ricc. *in prax. par.* 4. *reſ.* 244. *per tot.*

Teſtimonialis Abbatiſſæ acceptationis ad habitum.

FORMVLA VI.

IO ſottoſcritta in vigore della licenza ottenuta da Monſignor N. noſtro Veſcovo, havendo ſotto il giorno d'hoggi propoſto alle Monache di queſto Monaſtero Capitolarmente congregate nel luogo ſolito del Capitolo la Zitella N. per Novizia, atteſto con mio giuramento, ch'è ſtata accettata con Voti favorevoli ſecreti..... contrarii..... (*ſi verò habuit omnia Vota favorabilia, vel fuit excluſa, ſe contineat, ut dixi in Formula acceptationis Educandæ*)e così riferiſco colla preſente ſottoſcritta di mia propria mano, e ſigillata col ſigillo del Monaſtero queſto dì....

N. Abbadeſſa del Monaſtero N. mano propria.

Loco ✠ Sigilli.

Licentiæ recipiendi ad habitum.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Exploratio voluntatis ſuſcipere volentium habitum Religionis eſt res gravis.*

2 *Diligentia Epiſcopo utenda in exploranda libera voluntate Puellæ ſuſcipere volentis Habitum Religionis.*

3 *Puellæ minoris* 15. *annorum non poſſunt recipi ad habitum Religionis, & n.* 4. 5. *&* 6.

7 *Dotis depoſitum debet eſſe effectivum non confeſſionatum, aliàs Epiſcopus teneretur de proprio.*

8 *Moniales præter Dotem poſſunt eleemoſynaliter, ac etiam per pactum recipere à noviter ingreſſura, aliquid pro Sacriſtia, ſeù infirmaria, & n.* 9.

10 *Dos Monialis Supranumerariæ ſolvi debet in quantitate duplicata, & rejicitur merces, num.* 11.

12 *Monialis translata præter Dotem defert ad Monaſterium ad quod, etiam alia bona, ſi quæ habet.*

13 *Dos Novitiæ, quæ deceſſit ante annum probationis completum, revertitur ad hæredes: ſecùs ſi deceſſit anno completo, profeſſione emiſſa in articulo mortis in manibus Abbatiſſæ, n.* 14.

COnſtando à Noi per relatione in ſcritto della Madre N. Abbadeſſa del Moſtero N. che la Zitella N. è ſtata accettata per Voti ſecreti dalle Monache Capitolarmente congregate per Novizia in detto Monaſtero, e della Madre N. maeſtra dell'Educande, ch'eſſa N. habbia fatto gli Eſercitii Spirituali per dieci giorni continui, & havendo Noi *in luogo libero* diligentemente *eſplorata la volontà* della medeſima, e quella trovata (per quanto col humano intendimento ſi può

giu-

giudicare) esser pia, e libera, e spontaneamente disposta ad abbracciare lo stato della Religione, e riconosciuto concorrere in essa i requisiti canonici, e della Regola, l'età legitima *di quindeci anni* compiti, & *il deposito effettivo* dell' elemosina Dotale dovuta al Monastero, quando sarà seguita la professione secondo *la cassa ordinaria*, come per instrumento à noi esibito: Perciò concediamo licenza alla detta Madre Abbadessa, d'ammetterla in detto Monastero all'habito della Religione, e compito che havrà il Noviziato, dovrà per un mese avanti, essere à Noi notificato dalla Madre Abba dessa, acciò possa venirsi all' atto della Professione, sotto le pene prescritte dal Sacr. Conc. di Trento. Vogliamo, che nella funzione da farsi in prender l'abito s'osservino gli ordini altre volte dati, e la presente *si conservi* nell'Archivio del Monastero. Dato &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale.)

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

1 IN *LUOGO LIBERO ESPLORATA LA VOLONTA'*. De importantia hujus clausulæ, jam dixi in adnotationibus Formulę deputationis Vicarii Generalis: Sed quia agitur de re gravi, non piget hoc unum addere in praxi pro Episcoporum notitia & cauthela, ut quantum possibile erit, malum si fortè adsit, inducendi scilicet Virgines, vi, minis, dolo, fraude, & fallaciis ad suscipiendum habitum Religionis, ab eorum Diœcesibus eliminetur.

2. Nempè quod Episcopus, ut de libera voluntate Monachandæ certior fiat, debeat ordinare Abbatissæ, quod Monialibus Capitulariter congregatis pro receptione Puellæ ad habitum, antequam Vota tradant legatur voce intelligibili vernacula lingua traductum, Decretum *Conc. Trid. cap.* 18. *sess.* 25. *de Regul.* & postmodum eadem Abbatissa in relatione Capituli habiti facienda testetur (prout in Formula infra subjicienda) de d. lectura. Nam sæpè verecundę Puellæ ab ipsis Monialibus (quarum fucu, & blandimentis jugi pęna tortus flectitur animus, quia rogando cogit, qui rogat potenter, Felin. *in c.* 1. *n.* 2. & 3. *de offic. Jud. deleg.*) malis artibus ad suscipiendum habitum inducuntur: Ex quarum si quæ sit culpabilis, fortè lectura Decreti, & fulmine censurarum perterrita resipiscet, & piaculum manifestabit.

3. *DI QUINDECI ANNI COMPITI.* Puellæ in plena pubertate constitutæ, scilicet, ætatis duodecim annorum, licèt jure communi inspecto *in cap.* 1. & 2. 21. *qu.* 2. *cap. Ad nostram*, *cap. significatum de Reg. Clem. eos eod. tit.* non tantum ad habitum, sed etiam ad professionem admitti possent, & quoad habitum concedat *Trident. sess.* 25. *de Regul. c.* 17. Nihilominus hodiè attento Decreto *Sacr. Congreg. Episc. & Regul. emanato sub die* 23. *Maii* 1659. & quod per extensum referunt Nicol. *Iucubr. can. lib.* 3. *tit.* 31. *de Regul. num.* 34. *vers. Undè*, & Passerin. *de stat. hom. to.* 3. *q.* 189. *n.* 17. & etiam in Libris Secretarię originaliter vidi, non possunt admitti ad habitum Religionis, nisi habeant ætatem completam quindecim annorum.

4. Et quantumvis nonnulli putaverint prædictum Decretum esse locale, nempè pro Monasteriis Monialium Neapolis, ad cujus Archiepiscopum dirigitur, & postea pro Diœcesi Lucensi, ad quam asserunt fuisse extensum: Tamen horum opinio, nullo solido fulcitur fundamento: Tum quia in Decreto nulla fit restrictio explicita, neque virtualis ad Monasteria Neapolis, sed allegatur motivum solummodo prohibitionis, quod omnia Monasteria universim complectitur, ibi -- *affinche dopo l'anno della probatione possano professare secondo che vien prescritto dallo stesso Conc. di Trento.*

5. Tum quia post publicationem præfati Decreti praxis obtinuit pro omnibus Monasteriis, & locis, ubique locorum

rum positis, recurrendi ad Sedem Apostolicam, quoties aliqua puella bono spiritu ducta vult habitum suscipere Religionis ante dictam ætatem quindecim annorum, & Papa, cui preces porriguntur, vel ipse dispensat, vel ad arbitrium ejusdem Congregat. remittit, quæ juxta meritum postulantium, & præsertim nobilium gratiam concedit pro octo, vel decem mensibus, & si non adsit remissio supplicis libelli facta per Papam, sed gratia petita fuit Sacr. Congreg. solet rescribere --- *pro gratia si Sanctissimo placuerit*: prout ita rescripsit pro Nobili Puella *Mantica Amerina sub die* 18. *Novembris* 1695. ac in reformatione *Constitutionum Monialium Cotignolæ Favent. Diœcesis* 8. *Octobris* 1699. *servari mandavit*.

6. Et propterea cautè legendi sunt, Tamb. *de jur. Abbatiss. disp.* 4. *quæst.* 2. Peliz. *de Monialib. c.* 2. *num.* 17. & 18. aliique cum eis, qui dispositionem juris communis sectantes, puellas ante ætatem quindecim annorum ad habitum Religionis recipi posse firmant: quia nunc eorum opinio admitti tantùm poterit in illis Religionibus, in quibus statutum à Sede Apostolica approbatum vigeat, quod Puellæ receptæ ad habitum per biennium in Novitiatu permaneant: Nisi iterum nova Sedis Apostolicæ declaratione fiat reditus ad jus commune.

7. *IL DEPOSITO EFFETTIVO*. Depositum dotis debet esse effectivum, non autem fictitium, sive confessionatum (ut sæpè fit) aliàs si depositum, sequuta professione, exigi non posset; & pecunia (quæ fortè realiter non fuit deposita) integraliter Monasterio non solveretur, Episcopus, si fictionis esset conscius, teneretur de proprio, juxta Decreta *in Portugallen.* 6. *Junii* 1615. & *in Brunduſina* 15. *Januarii* 1616.

8. An autem præter dotem sit licitum aliquid aliud recipere pro Monachandis titulo eleemosynæ, *Sac. Congreg. Cpnc. in una Leodien. pro PP. Carmelitis Calceatis huic quæsito pro Maribus facto* 9. *Feb.* 1697. respondit --- *servetur dispositio juris*. De jure autem est, quod Religiosus, & Religiosa non possunt, nec debent pretio recipi in Monasterium, *cap. quoniam* 40. *de Simon.* ubi Abb. *D. Th.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *in resp. ad* 4. Donat. *de Regul. tom.* 2. *par.* 2. *tr.* 1. *de rescript. q.* 16. & *tom.* 4. & *tract.* 17. *de Dot. Monial. q.* 8. Fagnan. *in c. Non amplius n.* 24. & 25. *de instit.*

9. Verùm in terminis Monialium, quod in receptione, aut tempore professionis aliquid eleemosynaliter, etiam per pactum Sacristiæ, sive Infirmariæ Monasterii applicandum recipi possit, declaravit *Sacr. Cong. Episc. in Ulyssipon.* 5. *Novemb.* 1616. Papæ oraculo ibi -- *Sanctissimus D. N. censuit eleemosynas, quæ per pactum Sacristiis, & Infirmariis Monasteriorum Monialium dari solent, non comprehendi in Decreto, quo propinarum solutio per Moniales dum ad Habitum, vel Professionem admittuntur fieri solita, interdicitur*.

10. *LA TASSA ORDINARIA*. Eleemosyna Dotalis Monialis intra numerum debet esse in quantitate solita juxta Monasterii legem: Si verò Monialis recipiatur supra numerum, pro qua exigitur licentia Sacr. Congr. tunc Dos solvi debet in quantitate duplicata, absque labe simoniæ, ut firmat Gibell. *de Simon. qu.* 18. *n.* 13. & 14. Nicol. *in flosc. verb. Concursus*, & præscribitur in Decreto generali Sacr. Congr. per extensum relato à Quaranta *in Summ. Bull. vers. Monasteria Monialium, in fin. pag. mihi* 351. *Sac. Congr. Concil. in Cæsen.* 18. *Augusti* 1696. in qua fuit approbatum Decretum Synodi hoc idem præscribentis.

11. Contra quam praxim, licèt Bon. Merbes. *in Sum. tom.* 1. *q.* 64. *per tot.* insurgat, & pluribus fundamentis, rationibus, Bullis, & argumentis, conetur probare, & ostendere, quod Dotes Monialium mediante pactione sine labe Simoniæ recipi non possint: adhuc solutionem licitam probat universalis consuetudo Italiæ, Hispaniæ, & aliarum Regionum, Decretis Sacrarum Congregationum Episcoporum & Concilii sæpissimè comprobata, quæ Merbesio reprobato referuntur à Pignatel. *cons.* 90. *per tot. tom.* 6. & *præsertim n.* 21. & plenè probat pactionis justitiam Fagnan. *in c. Non amplius n.* 24. *de inst.* Georg. Polacc. *de paup. Regul. §.* 81.

12. Si autem sermo sit de dote Monialis translatæ de licentia Sedis Apostolicæ,

cæ, tunc præter solitam Dotem, defert etiam ad Monasterium ad quod alia bona, si quæ habet, relicta solummodo prima Dote Monasterio à quo, ut sequendo opinionem Card. de Luc. *de Regul. disc.* 39. *num.* 17. *tenuit Sacr. Congr. Episc. referente Eminentissimo Card. Tanara in Hispalen. Transitus* 23. *Januar.* 1699. Quod est contra Nicol. *in flosc. verb. Translatio n.* 19. & Donat. *prax. rer. Regul. part.* 2. *tract.* 5. *q.* 57. & *q.* 58. tenentes partes primi Monasterii.

13. Et tandem, si quæstio oriatur pro Dote novitiæ, quæ decessit intra annum probationis: tunc distinguendi sunt actus: Si enim novitia decederet non completo anno probationis, Dos debet restitui consanguineis hæredibus, non obstante, quod in articulo mortis professionem emiserit, Donat. *in prax. rerum Regular. par.* 4. *tract.* 10. *quæst.* 21. Pignatell. *cons.* 356. *tom.* 1. ubi ex Decreto Sacr. Congregat. Concilii, ait quod si Novitia ab infirmitate convaluerit debet iterum profiteri, Passerin. *de stat. hom. tom.* 3. *quæst.* 189. *num.* 172.

14. Si verò Novitia decederet anno probationis jam expleto, emissa in mortis articulo professione in manibus Abbatissæ, tunc Dos acquiritur Monasterio, licèt professio emissa fuerit inscio Ordinario; quia nihil deficit ad substantiam validæ professionis, cum Superiorissa de per se sola illam possit recipere, Donat. *dict. part.* 4. *tractat.* 10. *qu.* 23. Pellizar. *de Monial. cap.* 9. *n.* 18.

Licentiæ proponendi Novitiam.

FORMULA VIII.

HAvendo Noi di nuovo esplorata la volontà della Novitia N. al secolo N. e quella ritrovata libera, e costante nel proposito d'abbracciare lo stato Religioso, & essendo terminato l'anno della probatione, concediamo perciò licenza, anzi ordiniamo alla Madre N. Abbadessa del Monastero N. di proporre alle Monache capitolarmente congregate la detta Novizia per essere ammessa con voti segreti alla solenne professione, e vogliamo, che la medesima Madre Abbadessa, con attestatione giurata, e sottoscritta di propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero riferisca à Noi ciò che nel Capitolo delle Monache sarà risoluto, e che conservi la presente. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

N. Cancelliere Vescovale.

Relationis Abbatissæ.

FORMULA IX.

IO sottoscritta in vigore della licenza, & ordine havuto da Monsignor Illustrissimo nostro Vescovo N. (ò Vic. Generale) havendo sotto il giorno d'oggi proposto alle Monache di questo Monastero Capitolarmente congregate nel luogo solito del Capitolo la Novitia N. chiamata nel secolo N. per esser ricevuta alla solenne professione, *e letto loro prima dello scrutinio de' voti il c.* 18. *volgarizzato del Concil. di Trento della sess.* 25. *de regularib.* con voce intelligibile, attesto con mio giuramento, ch'è stata accettata con voti segreti favorevoli ..... con-

trari ..... e così riferisco colla presente sottoscritta di mia propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero questo dì ....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Luogo ✠ del Sigillo.

Licentiæ emittendi professionem.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

1 *Exercitia spiritualia debent renovari ante professionem.*

Essendo Noi certificati per relatione in scritto della Madre Abbadessa del Monastero N. che la Novizia N. al secolo chiamata N. da Noi esaminata, & approvata, sia stata accettata Capitolarmente per voti segreti dalle Monache per dover professare solennemente in detto Monastero, e per fede esibita d'haver compita l'età d'anni sedeci, e per attestato della Madre N. Maestra delle Novizie, che abbia per dieci giorni continui *fatti gli Esercizi Spirituali*, concediamo licenza alla detta madre Abbadessa, che stando il P. N. Confessore (ò altro Deputato) nella Chiesa esteriore alla seneſtrella della Communione, osservando gli ordini in tal funzione da Noi prescritti, possa, e debba ricevere l'espressa, e solenne Professione di detta Novizia N. e vestirla dell'abito da Monaca, e vogliamo, che ci faccia relatione in scritto del giorno, in cui d. N. havrà professato, e che conservi la presente. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale N.)

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

1 *FATTI GLI ESSERCITII SPIRITUALI*. Sunt enim Exercitia Spiritualia repetenda majori cum fervore ante tempus Professionis, & fides debet concipi prout in Formula V. supra posita, mutato tantum nomine, & subscriptione Magistræ Educandarum in Magistram Novitiarum, & nominæ Puellæ N. in Novitiam N.

Relationis Abbatissæ.

FORMULA XI.

SUMMARIUM.

1 *Relatio Abbatissæ de professione emissa à Novitia non exigitur quoties emisit in manibus Episcopi.*

2 *Professio Monialium debet in libro adnotari cum expressione temporis, & subscriptione professæ.*

3 *Adducuntur formulæ descriptionis in libro registrandæ n. 4. 5. & 6.*

7 *Insinuatur, quæ formula sit aptior, & num. 8.*

9 *Quæ pertinent ad receptionem habitus, & professionem Monialium, debent diligenter adnotari.*

10 *Votum Clausuræ continetur implicitè sub voto obedientiæ.*

11 *Novitia admissa ad habitum Religionis, an habeat jus reclamandi si à Monialibus excludatur à professione? afferuntur exempla num. 12. & resolvitur negativè n. 13.*

14 *Professio non emittitur sine licentia Epi-*

Episcopi in scriptis obtenta.
Professio si emittatur in manibus Abbatissæ inscio Ordinario est valida.
15 *Quid agere debeat Episcopus, ut Puellæ ad Habitum, & Novitiæ ad professionem non admittantur eo inscio.*
16 *Educandæ in Monasteriis Regularibus subjectis, admitti possunt sola licentia Superioris Regularis.*
17 *Episcopus in Monasteriis Monialium Regularibus subjectis potest recognoscere an pro Educandis serventur conditiones præscriptæ.*
Episcopus, qui admittit Educandas in Clausuram absque licentia Sac. Congreg. incurrit excommunicationem.

IO sottoscritta in vigore della facoltà *datami* da Monsignor nostro Vescovo, (ò Vic. Gener.) attesto con giuramento, che li.... del mese di.. . del corrente anno... la Novitia N. chiamata al secolo N. stando nella Chiesa esteriore di questo Monastero alla fenestrella della Santissima Communione il Signor... Deputato per la funzione, fece, & hà fatto nelle mie mani l'espressa, e solenne professione secondo la forma prescritta dalla nostra Regola alla presenza delle Madri N. & N. & è stata registrata al libro à questo effetto ritenuto in questo Monastero, e così riferisco questo dì.....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Luogo ✠ del Sigillo.

ADNOTATIONES.

1 *DATAMI.* Hæc relatio danda est quando Episcopus per se ipsum, vel per suum Vicarium Generalem functionem non facit, sed Confessario, vel alteri committit: quando enim professio emittitur in manibus Episcopi, vel Vicarii Generalis, tunc sufficit, quod Abbatissa referat in libro Monasterii functionem fuisse expletam ab uno eorum, & Cancellarius Curiæ hoc idem in actis Monialium adnotare debebit.

2. *E STATA REGISTRATA.* Debet Episcopus ordinare, quod in unoquoque Monasterio retineatur liber, in quo registrentur professiones Monialium cum expressione diei, mensis, & anni, & subscriptione Monialis Professæ, & duarum Monialium tamquam Testes, juxta dispositionem Decretorum Clem. VIII. quæ per extensum refert Don. *prax. rer. regul. part. 2. tract. 2. pag. mihi* 152. *& de profess. solem. tract.* 10. *qu.* 4. *n.* 5. *&* 6. *pag.* 231. necnon juxtà dispositionem Text. *in cap. Vidua* 20. *quæst.* 1. ibi -- *scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam.* Exempla autem possunt esse sequentia.

PRIMUM.

3. *Addì* 8. *Settembre* 1702. *giorno della Natività di Maria Vergine, Suor Rosa Celeste al secolo chiamata Agnese Nolfi, fece secondo la forma prescritta dalla nostra Regola la sua solenne Professione spontaneamente in mano di Suor Eleonora Berti Abbadessa di questo Monastero, alla presenza di Suor Colomba Amati, e di Suor Maria Eugenia Floridi. Fece la funzione alla fenestrella della Communione il P. D. Benedetto Scorza Confessore Ordinario.*

Così è Io Suor Rosa Celeste mano propria.

Io Suor Colomba Amati fui presente come sopra.

Io Suor Maria Eugenia Floridi fui presente come sopra.

Io Suor Chiara Lucidi Secretaria.

EXEMPLUM II.

4. *Questo dì* 15. *Ottobre* 1702. *giorno di Santa Teresa, Suor Dorotea Agnese, al secolo chiamata Catarina Adorni, hà promesso à Dio spontaneamente con voto solenne, povertà, castità, & ubbidienza in mano della madre Maria Maddalena Foschi Abbadessa di questo Monastero, alla presenza di Suor Agata Concetti, e di*

Suor Lidia Ameni, fece la funzione alla feneſtrella della Communione Monſignor Braſchi noſtro Veſcovo.

Così è Io Dorotea Agneſe mano propria.

Io Suor Agata Concetti fui preſente alla detta profeſſione mano propria.

Io Suor Lidia Ameni fui preſente alla detta profeſſione mano propria.

Suor Chiara Lucidi Segretaria.

EXEMPLUM III.

5. *Adi* 10. *Aprile* 1703. *terzo giorno di Paſqua di Reſurrezzione, Suor Elena Tereſa al ſecolo chiamata Eliſabetta Migliorati, hà fatto i ſuoi voti ſolenni ſpontaneamente di povertà, caſtità, ed ubbidienza in mano della madre Suor Fulgenza Caſtrucci Abbadeſſa di queſto monaſtero, & alla preſenza di Suor Dorotea Fanelli, e di Suor Maria Felice Angeli. Fece la funzione alla feneſtrella della Communione il Sig. Abbate Gio: Domenico Pellegrini Vicar. Gen., e per non ſapere detta Suor Elena Tereſa ſcrivere hà fatto il ſegno di Croce.*

Segno di ✠ detta Suor Elena Tereſa Migliorati.

Io Suor Dorotea Fanelli fui preſente à quanto di ſopra.

Io Suor Maria Felice Angeli fui preſente à quanto di ſopra.

Suor Chiara Lucidi Segretaria.

EXEMPLUM IV.

6. *Io Suor Elena al ſecolo chiamata Margherita Torelli queſto dì* 15. *d' Agoſto* 1702. *giorno dedicato all' Aſſunzione di Maria ſempre Vergine, nelle mani della madre Suor Colomba Giuſti Abbadeſſa di queſto Monaſtero N. & avanti Monſignor Stefano Lanfranchi noſtro Veſcovo ho fatta la mia ſolenne profeſſione eſpreſſa ſpontaneamente ſecondo la forma preſcritta dalla Regola.*

Suor Elena Torelli mano propria.

Io Suor Giuſtina Mannelli fui preſente mano propria.

Io Suor Placida Corbelli fui preſente mano propria.

Suor Chiara Lucidi Segretaria.

7. Harum igitur formularum una deſcribenda erit profeſſio, quarum ultima fortè videtur magis apta: hanc enim approbavit Sacr. Congregat. Epiſc. & Regul. pro Monialibus Monaſterii S. Crucis Ordin. S. Claræ Civitatis Vigilien. occaſione confirmationis novarum Conſtitutionum à clar. mem. Card. Petrucci de mandato ejuſdem Sac. Conſtitutionis reviſarum de menſe Martii 1694. Si autem ſcribere neſciat, tunc Monialis Secretaria illius nomine ſcribat, & ipſa profeſſa ſigno Crucis ſe ſubſcribat, ut in Formula III. ut ita ſervari præſcripſit in approbando novas Conſtitutiones Monialibus Cotignolæ Sac. Cong. 8. Octobris 1699. reviſore eodem Card. Petruccio.

8. Emiſſio verò votorum fit juxta uniuſcujuſque Monaſterii Regulam, quæ ſivè ſit brevior, ſivè longior, omnes in hoc conveniunt, ut ſcilicet paupertas, caſtitas, & obedientia promittatur.

9. Valdè autem intereſt, quod Profeſſiones Monialium in libro benè compacto in quo nil aliud adnotetur regiſtrentur modo ſuperiùs inſinuato; & quod omnes licentiæ Epiſcopi, & relationes Abbatiſſarum in ſcriptis ſemper dandæ cuſtodiantur: quia ex illarum defectu, & deperditione, ſæpè præjudicia & lites promanant, tùm circa validitatem profeſſionis, quæ ſolet impugnari prætextu non adhibitæ explorationis, & non liberæ voluntatis, carentiæ ætatis, clandeſtinitatis, & nullitatis Capituli Monialium, ejuſque intempeſtivitate: Tum circa ſucceſſiones bonorum, delatas, vel non delatas Monaſteriis ex perſona Monialium, in caſu obitus tempore Novitiatus, vel profeſſionis ſecutæ, aut demum non legitimæ renunciationis. Quibus prejudiciis occurrendo providus Epiſcopus mandet diligenter in actis Curiæ, & libris Monaſterii reſpectivè ſervari, & adnotari.

10. Et hinc nota Primò quod votum perpetuæ Clauſuræ quamvis explicitè non emittatur, adhuc includitur ſub voto obedientiæ, ut reſpondit *Sac. Cong. Epiſc. & Regul. in Toletana* 19. *Aprilis* 1619.

11. Secundò, quod Profeſſio eſt ſpecies contractus, qui non perficitur niſi con-

concurrat consensus utriusque partis, nempè Monasterii, & professuræ: Et sic Novitia acceptata ad habitum, si ad professionem à Monialibus denuò Capitulariter non acceptetur, non habet jus reclamandi, quamquam sine causa excluderetur, prout respondit *Sac. Congreg. in Hortana* 12. *Aprilis* 1619. in qua recurrente quadam Hortensia Santilla Novitia Monasterii S. Antonii, & petente ordinem dari Monialibus, ut ipsam admitterent ad professionem, à qua sine causa excludebatur, rescriptum fuit -- *Professio est species contractus, qui non perficitur nisi cum consensu utriusque partis*.

12. Cum qua resolutione concordat alia recentior *in Januen. 6. Martii* 1698. *referente Eminentissimo Cardinali Tanara*, in qua cum quædam Puella Theresia Marchina post annum expletum Novitiatus à majori parte Capituli Monialium Monasterii S. Marthæ Januæ à professione exclusa remansisset, & recursum habuisset ad Sac. Congr. ad hoc ut Moniales cogerentur ad illam acceptandam, ex motivo, quod post annum Novitiatus absque causa, (quæ non aderat) non posset sine gravamine à professione excludi, & plures Authores ad hoc firmandum pro se adduceret.

Sac. Congreg. Partibus acriter informantibus respondit-- *Deveniatur ad novum scrutinium, & quatenus Marchina habeat pro se saltem* 30. *suffragia, Archiepiscopus auctoritate Sac. Congregationis, (facto verbo cum Sanctissimo) suppleat; si verò minora suffragia, quàm triginta habuerit, idem Archiepiscopus certioret Sacr. Congregationem*.

13. Ex qua declaratione infertur, quod in acceptatione Novitiæ ad professionem, vel major pars Capituli Monialium prout juris est debet concurrere, vel Papa supplere; absque eo quod Moniales teneantur, nec arctandæ sint ad exprimendam causam rejectionis: quia cum Novitia Capitulariter per segreta suffragia admittatur ad professionem, vel rejiciatur, nulla est assignanda ratio admissionis, aut rejectionis, quia unaquæque ex Monialibus regulat proprium suffragium secundum conscientiam, & sic non habet locum ulterior quæstio, ita respondendo contrariis firmat Pasqual. ad Lauret. de Franch. *par 2. qu. 49. n. 4.*

14. Tertiò, quod antequam Puella à Capitulo Monialium ad habitum, vel professionem admittatur, debet Episcopus certiorari, ad hoc ut illius voluntas exploretur, & post explorationem licentia in scriptis obtineri, etiam pro Monasteriis, quæ Regularibus subjiciuntur, *Sac. Congr. in Vicentina* 30. *Septembris* 1596. Verum si Moniales absque Episcopi exploratione, & licentia, immò & contra ejus mandatum expressum, Puellam ad habitum, vel ad Professionem acceptarent, & admitterent, & Professio de facto in manibus Abbatissæ emitteretur, esset valida, ut auctoritate Port. *par. 1. c. 9. n. 8.* firmat Donat. *prax. rer. regul. tom. 4. tract. 12. q. 28.* licèt Abbatissa posset acriter puniri, & ab officio deponi.

15. Undè ad obviandum hominum malitiis, Episcopus cautè, & scitè agendo Edicto, aut Decreto Synodi (quod est firmius) statuat, quod Puellæ, quæ Professionem emittere cupiunt in quibusvis Monasteriis etiam Regularibus subjectis, neque ad habitum, neque post annum probationis ad Professionem à monialibus, aut Abbatissis, aliisque Superioribus, recipiantur, nec admittantur, nisi per quindecim dies antè ipse fuerit certioratus, & licentia in scriptis pro illarum acceptatione, & admissione obtineatur: & hoc cum clausula *quod aliàs receptiones, & Professiones irritæ, & nullæ sint eo ipso*: tunc etenim stante hac prohibitione munita clausula irritante, si adhuc Puella aliqua ad Professionem ab Abbatissa, & monialibus inscio Episcopo reciperetur, nulliter agerent, ut admittit Donat. *loco citato dicta quæst. 28.*

16. Quod in monasteriis Regularibus subjectis obtenta licentia Sac. Congr. recipi, & admitti possunt educandæ absque consensu Episcopo, & sola licentia Superioris Regularis, Pelizar. *de Monialib. cap. 5. sess. 4. num. 178.* & declaravit *Sac. Congr. Episc. & Regul. in Cremonen. Terræ Soncini* 1. *Septembris* 1690. licèt aliquando Sac. Congregatio etiam in monasteriis Regularibus subjectis executionem licentiæ Episcopo soleat committere.

17. Poterit tamen, & debebit in Visitatione recognoscere, an serventur conditiones præscriptæ, vel potius vigeant abusus, de quibus supra mentionem feci, & de omnibus Sac. Congregationem instructam reddere: animadvertendo, quod si reperiretur alicubi introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia Sac. Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permiserit, esset incursus excommunicationem, prout Sac. Congreg. monuit Archiepiscopum Pragensem 9. Aug. 1594. qui hoc attentaverat.

Alterius relationis Abbatissæ.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Acceptatio puellarum ad habitum Religionis pertinet liberè ad Moniales.*

2 *Moniales locum numerarium concedere debent puellæ, quæ ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs acceptatio nulla est.*

IO sottoscritta havendo sotto questo giorno convocato il Capitolo delle Monache di questo Monastero nel luogo solito, e proposto loro le instanze delle Zitelle N. N. & N. N. che desiderano d'essere ammesse per Monache corali *nel luogo numerario* vacante per morte di Suor N. & essendosi considerati i loro requisiti, è stata accettata Capitolarmente con voti segreti la Zitella N. havendo ottenuto voti favorevoli..... contrarii..... & escluſa la Zitella N. con voti contrarii..... favorevoli..... così riferisco, & attesto con mio giuramento questo dì....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Loco ✠ Sigilli.

ADNOTATIONES.

1 NEL LUOGO NUMERARIO. Si enim adsint plures puellæ; sivè educandæ, sivè extra Monasterium, quæ instent admitti ad habitum Religionis in loco numerariæ Monialis defunctæ: vel sibi concedi nominationem, & locum, quem fortè Moniales vigore alicujus legati concedere, & distribuere debent; tunc unam, vel plures admittere spectat ad Moniales liberè, & Episcopus præter voluntatis explorationem nil aliud facit, ut respondit *Sac. Congr. Episcop. in Placentina 6. Febr. & in Hieracen. 8. Maii 1615.*

2. Verum est tamen, quod Moniales locum concedere debent illi puellæ, quæ tunc, tempore realis, & veræ vacationis, ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs promissio, & acceptatio irrita, & nulla est, prout statuit Sac. Congr. Decreto generali, quod per extensum refert Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium vers. final.* & novissimè declaravit *in Camerin. 10. Junii 1701.* favore puellæ Cimarellæ, ad exclusionem puellæ Hippolytæ Ludovicæ de Juvenibus Terræ Matelicæ, non habentis requisita, Monialibus Sanctissimæ Annunciationis, & partibus ejusdem loci informantibus.

Licentiæ Renunciationis faciendæ.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

2 *Pro validitate Renunciationis Novitiæ non exigitur præsentia, sed Episcopi, seù Vicarii Generalis licentia.*

2 *Renunciatio bonorum Novitiæ non de-*

debet fieri, nisi priùs per Ordinarium fuerit explorata voluntas ad cautelam.

3 *Renunciatio hujusmodi debet stipulari per Cancellarium Episcopi de æquitate.*

4 *Monialis ubi adest statutum exclusivum fœminarum non succedit in hæreditate Clerici.*

5 *Renunciatio Novitiæ evanescit non secuta professione, etiamsi fiat favore Monasterii.*

Renunciatio bonorum, quæ fit per Novitiam per viam Testamenti, firma remanet etiamsi non sequatur professio.

SI concede licenza alla Novizia N. nel Monastero delle Monache di S. N. al secolo chiamata N. di poter fare, volendo, dentro il termine di due mesi prossimi precedenti alla sua professione la rinunzia de' proprii beni nel modo, e forma, che gli piacerà di fare secondo la dispositione del Sagro Concilio di Trento *cap.* 16. *regul.* e vogliamo, che la presente sia inserita nell' Instrumento della rinunzia *da stipularsi dal nostro Cancelliere*. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

ADNOTATIONES.

1 SI CONCEDE LICENZA. Pro validitate Renunciationis à Novitia faciendæ non requiritur præsentia, & interessentia Episcopi, seu Vicarii Gen. sed sufficit præcessisse licentiam in scriptis unius eorum, prout plenè articulo discusso declaravit *Sacr. Congr. Concilii in Mantuana* 12. *Febr.* & 19. *Augusti* 1690. & ratio est, quia Concilium non exigit Ordinarii præsentiam, sed licentiam tantùm pro actus legalitate, & validitate: Immò Pasqual. *in suis q. moral. jurid.* 35. *n.*2. tenet, quod pro validitate Renunciationis sufficiat sola licentia Vic. pro Monialibus deputati: at de hac opinione tu dubita.

2. Est tamen verum, quod ad occurrendum fraudibus, & machinationibus, quibus sæpè Puellæ circumveniuntur, non solum à Consanguineis, sed etiam ab ipsis Monialibus, ac etiam aliis extraneis Tutoribus, & Curatoribus, talis licentia in praxi concedi non deberet, nisi cum aliqua Causæ cognitione, hoc est explorata priùs (semotis arbitris) voluntate Renunciantis, prout ita practicasse testatur doctus Præsul Sperell. *dec.*16. *n.*55. & *seq.* à quo de anno 1670. primam Clericalem Tonsuram accepi.

3. DA STIPULARSI DAL NOSTRO CANCELLIERE. Cum Instrumentum hujusmodi renunciationis conservari debeat in Actis Curiæ Episcopalis, ut jam dixi *in Adnot. ad form. deputationis Cancellarii*; ratio, & æquitas etiam postulat, quod debeat rogitus fieri manu Officialis Curiæ; nisi ex aliqua rationabili, & prudentiali ratione Episcopus, sive Vicar. in aliquo casu, vel loco ubi vigeret contraria consuetudo, etiam ab alio Notario cum obligatione deferendi Copiam publicam in Archiv. Episcopali, stipulari permitteret.

4. Et hìc reminiscaris, quod hodiè Monialis professa, etiam non facta bonorum renunciatione, non succedit in bonis Parentum, Fratrum, Patruorum, nec Consanguineorum, ubi adest statutum exclusivum fœminarum, non obstante, quod agatur de hæreditate Clerici: propter Constitutionem Innoc. XI. qua tollitur quæstio potestatis statuentium circa personas Clericorum, & quæ reponitur in Appendice hujus operis.

5. Advertendum quoque est, quod Renunciatio facta per Novitiam, seu Novitium ad formam Concilii, evanescit, si Novitia moriatur antè emissam Professionem, etiam si esset facta favore Monasterii: quia Concilium vult, quod Renunciatio effectum non sortiatur, nisi secuta professione, ut advertit Pass. *de stat. hom. tom.*3. *quæst.*189. *inspect.*8. *num.* 170. Unde ut Renunciatio firma sit, etiam casu mortis renunciantis eveniente ante Professionem, datur cautela, quod Renunciatio fiat per viam Testamenti, & ultimæ voluntatis, ut insinuat idem Auth. *ibid. n. seq.*

Li-

Licentiæ pro Syndicis.

FORMULA XIV.

SVMMARIVM.

1 *Jus eligendi Syndicos, & Officiales Monialium, de jure pertinet ad Episcopum, jure autem speciali ad laicos, vel Moniales.*

2 *Episcopus non debet auferre Monialibus, jus quod habent eligendi Officiales.*

3 *Neque laicis, qui jus ministeriale habere possunt, & n. 4.*

5 *Negligentia Civium particularium non potest tollere privilegium Universitatis.*

6 *Officiales, & Syndici Monialium non possunt se immiscere nisi in rebus temporalibus.*

7 *Laici administratores, aliique Officiales Monasteriorum Monialium sunt capaces juris nominandi, & præsentandi puellas recipiendas ad habitum Religionis.*

8 *Syndici, & alii Officiales Monialium durare non debent ultra triennium.*

9 *Ante triennium sine causa non debent removeri, & afferuntur rationes.*

NOn potendo per Noi stessi siccome vorressimo impedito dalle Cure del nostro grave peso Pastorale assistere personalmente agl'interessi temporali del Monastero delle Monache di S. N. e volendo perciò provedere di persone idonee, che possano e debbano à quello sopraintendere, e prenderne la protezione, e la difesa, confidati nell'integrità, zelo, e pietà delli Signori N. N. *gli eleggiamo, e deputiamo Sindici*, e Curatori del detto Monastero *colle facoltà solite, e consuete*; per provedere *nelle cose temporali solamente* secondo le occorrenze, osservando le dispositioni Sinodali, e della Regola, e Constitutioni del Monastero, & accadendo cosa grave insolita, non prendano risolutione alcuna senza il nostro beneplacito, dandogli licenza di poter parlare all'Abbadessa, & altre Monache Officiali, per gli affari, e bisogni del Monastero alle Grate del Parlatorio in ogni tempo, e la presente sia registrata dal nostro Cancelliere al libro delle Deputationi, *e vaglia per* . . . . Dato, &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

1 *GLI ELEGGIAMO SINDICI.* Jus eligendi Syndicos Procuratores, & Officiales Monasteriorum Monialium jure ordinario pertinet ad Episcopum: aliquando tamen vigore legis fundationis, vel etiam consuetudinis, aut Constitutionis, ad Moniales; & aliquando vigore jurispatronatus, aut alterius conventionis etiam ad laicos.

2. Quatenus hoc jus spectet ad Moniales, Episcopus sinat eas suo jure uti, servata sibi approbatione, & remotione ad formam Concilii Trid. & Decretorum Sacr. Cong. quæ refert Nicol. *in flosc. verb. Monasterium n.* 9. quia libertas tales Officiales eligendi non est auferenda, neque ad certas personas coarctanda, quoties electio fiat de personis ætate, moribus, & experientia habilibus, ut declaravit *Sac. Cong. Episc. in Surrentina* 31. *Januarii*, & 12. *Maii* 1617. *& in Januen.* 12. *Junii* 1693. *referente clar. mem. Card. Petruc.*

3. Si verò electio, & deputatio ad laicos pertineret, Episcopus non debet, neque potest talem deputationem respuere, quamvis sic deputatis incumberet redditum Monasterii administratio; sed contentus maneat habere superintendentiam jux-

juxta dispositionem Concilii *cap.* 8. & 9. *sess.*22. *de reform.* & nullo modo innovet administrationem impediendo; cum enim agatur de jure honorifico ministeriali, & providentiali, nulla adest deformitas, neque Canonum repugnantia, quin laici possint illud habere, retinere, & exercere, juxta originalem doctrinam Archid. *in c. benè* 17. *quæst.* 7. *Januen. prax. c.* 40. *num.* 2. quos refert, & sequitur Card. de Luc. *Miscel. dis.*35. *n.*11.

4. Et ita in puncto respondit *Sac. Cong. Episc. in Surrentina* 4. *Novembr.* 1698. *referente eod. Cardinali*, in qua prætendente Archiepiscopo nominationem Deputatorum Monasterii Monialium Sanctissimæ Trinitatis, per Magistratum Civitatis (ad quem jus nominandi spectabat) factam, non admittere, eosque ad libitum removere, ac administrationem reddituum eis impedire, & prohibere, partibus auditis prodiit rescriptum --- *Nominationem Deputatorum faciendam esse à novo Syndico Civitatis, & electis competere administrationem cum superintendentia Archiepiscopi ad formam Concilii c.*8. *&* 9. *sess.*22.

5. Nec moram faciat in eo, quod nominatio ab Universitate facienda fortè fuerit per plures annos prætermissa, & quod tam laici, quam moniales acquieverint deputationibus ab Ordinariis pro tempore de illis jure ordinario factis: Quoniam cum jus istud sive privilegium sit Universitatis, per negligentiam, & acquiescentiam particularium Civium, non poterit illi auferre talem prærogativam, quam quoties volet vindicabit, ut respondit Rot. *in Majoricen. indultorum* 11. *Aprilis* 1639. cor. Merlin. *impress.* apud Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *pag. mihi* 210. & de qua meminit R. P. D. Zaul. *in proœm. observ. ad stat. Faven. num.*47. his verbis -- *insuper cum hujusmodi indultum concessum fuerit universo corpori Civium, quemadmodum expressus consensus particularium non potuisset præjudicare ipsi corpori universali, ita multo minus tacitus consensus elicitus ex illa acquiescentia poterit auferre beneficium ejusdem indulti ab aliis civibus, quibus competebat, nec illis præjudicare, ut egregiè animadvertendo respondit* Rot. *in Majoricen. Indultorum* 11. *Aprilis* 1639. §. *ex alio etiam capite, adeo ut ipsis civibus permittatur tam in petitorio, quàm in possessorio, nomine Communitatis agere, eorumque jura vindicare &c. & decis.*637. *num.*16. & 17. *coram eod. Merlino.*

6. *NELLE COSE TEMPORALI SOLAMENTE*. Regulariter loquendo Syndici, & alii quocumque nomine Officiales laici deputati, non possunt se immiscere nisi in rebus tantùm temporalibus, ut rescripsit, *Sacr. Congreg. in Cremonen.* 28. *Martii* 1596. Attamen non semel ex jure reservato in fundatione, indulto, aut Testatoris dispositione, possunt habere, & de facto habent jus nominandi Puellas, ut recipiantur ad habitum, & professionem, absque eo quod possit illis opponi incapacitas, eo quia talis nominatio sapiat spiritualitatem.

7. Quia aliud est receptio ad habitum & ad professionem, aliud est nominatio, & præsentatio; nam cum hæc ultima non tribuat electæ jus irrevocabile, sed tantum revocabile arbitrio eligere, & acceptare debentium, jure residet etiam apud laicos, ut probant Tondut. *quæst. benef. part.*1. *cap.*17. *sub num.*11. Nicol. *in flosc. verb. habitus n.*19. & ita declaravit quoque *Sacr. Congreg. referente* eodem Card. Petruccio *in Mutinen.* 21. *Julii* 1690. *& in Camerinen.* 6. *Febr.* 1699. *proponente Eminentiss. Card. Acciajolo*, in quibus firmatur, quod laici debent manuteneri in jure, si quod habeant nominandi, & præsentandi Virgines ad professionem, & loca vacantia recipiendas, salva tamen acceptatione liberè per Capitulum Monialium facienda.

8. *E VAGLIA PER* . . . . Syndici, sive Officiales Deputati Monasteriorum durare debent per triennium, & non ultrà, *Sacr. Congr. in Orien.* 30. *Julii* 1615. Immò si Episcopus animadvertat, non esse utiles, parumque propensos, & diligentes servitio, etiam durante triennio poterit eos removere, sicuti Sacr. Congr. per litteras sub datum 12. Maii 1617. (quas authenticas vidi) respondit Archiepiscopo Surrentino.

9. Verumtamen si velit Episcopus ante præfinitum tempus Officiales removere prudenter id agat, & cum causa gravi:

Quia

Quia remotus ab officio præsumitur remotus propter delictum, & culpam, & ideò maximum dedecus est ab eo removeri, *cap. 7. dist. 56.* Et cum honor sit administrare, & dedecus removeri, *l. Testam. 51. ff. de manumiss. Testam. ubi glos. verb. negocio*, sequitur, quod peccetur contra justitiam si quis ab officio ab alio, quàm Episcopo collato, depellatur sine magna causa.

Licentiæ ingressus in Clausuram pro Factore.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Qui habet jus deputandi Officiales Monialium, non tenetur plures pro uno officio simultanee præsentare, sed unum tantùm donec Episcopus quiescat.*

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.)

COncediamo licenza da durare per . . . . *à N. Fattore Deputato* per il Monastero delle Monache di S. N. di poter entrare per cose precisamente necessarie, e non altrimente, dentro la Clausura di detto Monastero, dopo levato il Sole, e dato il segno della Campanella, & accompagnato da due Monache anziane deputate: vada à drittura al luogo ove deve eseguire l'opera sua, dalla quale procuri di sbrigarsi con sollecitudine: esca sempre prima del tramontar del Sole e non parli con altre Monache, e non porti ambasciate, ò lettere, nè dentro nè fuori del Monastero, e prima di servirsi della presente dia il giuramento nelle nostre mani, ò del nostro Vic. Gen. d'osservare le cose premesse sotto le pene à nostro arbitrio. Dato &c.

N. Vescovo N. (ò Vicario Generale)

ADNOTATIO.

1 FATTORE DEPUTATO. Si Monasterium sit exemptum potest quidem Episcopus, Factorem, Medicum, & alios Officiales (qui Clausuram ingredi debent) sibi præsentatos, ex causis sibi notis respuere, & licentiam denegare: at non potest exigere, quod Moniales, vel alii ad quos pertinet deputatio, plures simultaneè nominent; quia unum tantùm prima, secunda, & tertia vice donec Episcopus quiescat præsentare tenentur, sic respondit *Sacr. Cong. Episc. in Pisana 10. Maii 1697. referente clar. mem. Card. Petrucci.*

Licentiæ pro Villicis, & Colonis.

FORMULA XVI.

SUMMARIUM.

1 *Villici cor habent ad versandos sulcos, & vigilia eorum in fagina Vaccarum.*

2 *Licentia ingressus in Clausuram, quomodo sit danda Villicis, & Operariis necessariis.*

COncediamo licenza alle Madri *Abbadessa, Vicaria, e Camerlenga* del Monastero N. di poter introdurre nella Clausura per le cose necessarie, che non possano spedirsi dalle Monache nè dal Fattore, i Cõtadini, e Coloni del Monastero, cioè in occasione, che porteranno Grano, Orzo, Vino, Legumi, Frutti, & altre robbe, che non possono introdursi per le Rote, per riporle ne luoghi destinati, sempre però coll'assistenza di due Monache anziane, avertendo di non farli trattenere più di quello, che cõporta il bisogno, e di non darli refezzione alcuna

cina dentro il Monastero, nè occasione di far colloquii colle Monache, se non di quanto richiede la necessità della facenda, purche però prima d'essere introdotti nella Clausura la prima volta, habbiano dato negl'Atti della nostra Cancellaria il giuramento d'osservare le sudette conditioni, di non entrare prima del nascere del Sole, e d'uscire prima che tramonti, sotto le pene à nostro arbitrio, e la presente vaglia per....

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

ADNOTATIONES.

1 *ABBADESSA, VICARIA, E CAMERLENGA.* Licentia pro Villicis, & Colonis, dirigitur Superiorissæ, & aliis Officialibus Monasterii, quia ita magis expedit: Cum enim Villici, & Coloni quotidiè mutentur, & cor habeant fixum ad versandos sulcos, & vigilia eorum in fagina Vaccarum solum delectetur, ut dicit *Eccles.* 38. nolunt hanc curam obtinendi licentiam suscipere, & si fortè scripto detur, in crastinum deperdita est.

2. Pro his igitur generaliter, & innominatim, pro Operariis verò videlicet olitore, & fabris, expressis nominibus ad tres, vel quatuor menses licentiæ concedendæ sunt, & conscribendæ in libro ab Abbatissa retento, ac renovandæ bis, terque in anno, præstito priùs ab omnibus ante primum ingressum juramento in Cancellaria Episcopali de servandis conditionibus in licentia contentis.

3. Formula autem licentiæ pro olitore, & cæteris fabris necessariis, erit eadem, quæ supra data jam fuit pro factore urbano, quæ mutatis nominibus, arte, & occasione Clausuram ingrediendi poterit pro omnibus deservire. Formula verò juramenti ab unoquoque præstandi, descripta est *in tit. de juram. præstand. Formul.* IX.

Licentiæ pro Medico, vel Chirurgo.

FORMULA XVII.

SVMMARIVM.

1 *Moniales debent habere solummodo in infirmitatibus Medicum Ordinarium.*

2 *Moniales si de licentia Episcopi utantur Medico Extraordinario, Medicinæ solvi debent à Monasterio.*

3 *Cellæ Monialium distribui debent juxta ordinem antianitatis.*

TIbi N. Physico licentiam concedimus ad annum duraturam, ut juramento in actis nostræ Curiæ priùs præstito de servandis conditionibus, septa Monasteriorum Monialium N. N. N. N. hujus Civitatis ingredi possis ad *curandas ægritudines*, & infirmitates Sanctimonialium, quæ in Infirmaria communi in lecto (vel ubi ea non fuerit, *in propria Cella*, aut Dormitorio) detentæ, ad Crates se conferre nequeunt; jurejurando te obstringentes, ut omni honestate servata non te ingeras ullis aliis rebus quàm in iis, quæ artis tuæ præscripto exiguntur: minusque cum aliis Monialibus, Domicellis, ac fœminis in Monasterio degentibus colloquaris; sed duabus ætate provectioribus Monialibus ab Abbatissa deputandis comitatus, Campanulæ signo præcedente, ortoque jam Sole ingrediaris & ante occasum (nisi aliud necessitas postulet) egrediaris, pœnis contra eos, qui Monialium Monasteria ingrediuntur absque licentia, inflictis, si secus attentaveris, omninò subjiciendus. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

ADNO-

ADNOTATIONES.

1 *AD CURANDAS ÆGRITUDINES*. Ad curandas Monialium infirmitates, an plures Medici ad contentamentum earundem sint concedendi, nec ne? *Sac. Congr. in una Cathacen. super hoc interrogata 15. Febru. 1595.* ad quæsitum respondit --- *Vi deve essere un Medico Ordinario per tutte le Monache, e non si deve soffrire, che ciascuna chiami il suo:* Et quod Medicus Extraordinarius non debeat concedi, nisi in aliqua gravi infirmitate, firmant alia Decreta, quæ refert Nicol. *flosc. verb. Medicina n.* 11.

2. At si Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa Extraordinarium concederet, medicamina necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à Monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici Extraordinarii usæ fuerunt, ut respondit *Sac. Cong. Episc. in Comen. pro Monasterio S. Margharitæ Terræ Lucani* 11. *Decemb.* 1699. *proponente Eminentiss. Colloredo*; in qua à nonnullis Monialibus prætendebatur, quod medicamina præscripta à Medico Extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium, quæ utebantur illius opera.

3. *IN PROPRIA CELLA*. Cellæ Monialium sunt distribuendę juxta earundem antianitatem, ut præter antiquiora Decreta, quæ refert Pignat. *cons.* 66. *n.* 10. *to.* 8. iterum declaravit recenter *Sac. Cong. Episc. & Regul. in Urbinat.* 8. *Febr. & in Januen.* 5. *Septemb.* 1692. *&* 3. *Julii* 1693. *referent. in prima clar. me. Card. Petrucc. & in secunda Eminet. Card. de Judice*; in quibus associatę dormire nequaquam debent, ut Episcopum Parmen. monendo rescripsit *Sac. Cong. Episc. & Regul.* 22. *Maii* 1615.

Licentiæ pro Regularibus.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus potest suo arbitrio concedere, vel denegare licentiam Regularibus in primo, & secundo gradu conjunctis alloquendi Moniales.*

2 *Conditiones contentæ in hujusmodi licentia sunt de forma, nec possunt sperni, & rejicitur Pelizar. n.* 3. *Regularis, qui eas non servat, peccat mortaliter, & incurrit pœnas &c. ib.*

4 *Regulares alloquentes sine licentia Moniales non consanguineas peccant mortaliter, quamvis loquantur de rebus licitis.*

5 *Regulares accedentes ad collocutoria sine licentia possunt ab Episcopo coerceri, etiamsi accessus non sit notorius. Immò & carcerari si actu reperiantur in fragranti ibid.*

6 *Neque licita est eis allocutio occasionalis.*

CConcedimus licentiam R. P. N. ut die.... mensis.... *horæ*.... possit accedere ad Collocutorium Monialium N. *ibique assistentibus N. Confessario Ordinario* earundem, *& Auscultatricibus*, loqui cum Sorore N. ejus Consanguinea in secundo gradu, ad summum *per duas horas, & non cum alia Moniali*, licentia hac aliàs minimè ei suffragatura. Hanc autem ipsam licentiam præfato Confessario tradi mandamus, qui illam apud se retineat, & in libro ad hoc parato in Cancellaria adnotetur: nulloque modo ipsi P. N. suffragetur si hoc anno quatuor vicibus similem facultatem jam obtinuit ad alloquendum d. Monialem. Sciatque demum si non observet has omnes conditiones se pœnis in Decreto Sacr. Congr. Episc. & Regul. jussu, & approbatione Sixti V. de anno 1590. emanato, & postmodum ab Urb. VIII. de anno 1623. innovato contentis eo ipso subjacere, & arbitrio Sac. Congr. *etiam severiùs* puniendum, ac si nullam licentiam obtinuisset. Datum &c.

N. Episcopus (sive Vicarius Generalis.) N.

N. Cancellarius Episcopalis.

A D-

ADNOTATIONES.

1 *CONCEDIAMO LICENZA.* Est in facultate Episcopi licentiam hanc Regularibus concedere, vel denegare, ut valeant cum Monialibus in primo, & secundo gradu consanguinitatis conjunctis alloqui, ut patet ex Decreto Urbani VIII. quod per extensum refert Tambur. *de jure Abbatiss. disp.* 26. *qu.* 3. *n.* 1. ibi -- *Facultatem tribuerunt impositerum locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire licentiam concedere possint.*

2. *HORA..... IBIQUE ASSISTENTIBUS CONFESSARIO, ET AUSCULTATRICIBUS.* Et si conditiones hujusmodi in licentia contentæ sint de forma, à qua nec latum unguem recedi non possit, ut Decret. Urbani determinat his verbis -- *Non aliter quàm servata forma ad unguem infrascripta, &c.* Nihilominus quia hæc prohibitio tangit Regulares, eorum Authores infausto probabilitatis præsidio freti asserunt, quod horæ, dieique certæ determinatio, assistentia Auscultatricum, & Confessarii (pro forma, ut jam dixi, in Decreto præscriptæ) sint conditiones levioris momenti, ubicumque non servari, & quod tandem ex illarum omissione licentia non fiat irrita, ex quo (ut ipsi ajunt) forma in modico lædatur: ità cum P. Diana (quem socium in hac laxa propositione sibi assumit) & aliis assectis docet Peliz. *de Monialib. c.* 10. *n.* 20. *adv.* 3. *& seq.*

3. Falsa tamen, & malè sonans est talis propositio, adeòut meruerit pro ea, aliisque in opere laxis propositionibus contentis Pelizar. subire censuram librorum proscriptorum donec corrigatur. Quia Regularis, qui conditiones licentiæ non servat, & sine assistentia Confessarii (etiam quia noluit assistere) & auscultatricum colloquitur, peccat mortaliter, & privationem vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrit, à qua rehabilitari non potest à suis Superioribus, quamvis non loquatur ad malum finem, & decisum refert Nicol. *in flosc. verb. accessus n.* 1. 2. & 7.

4. *AD SUMMUM PER DUAS HORAS, ET NON CUM ALIA MONIALI.* Item iidem Regularium Authores etiam circa tempus, & personam Monialis syllogizant, docentque quod ad breve tempus etiam sine licentia possint Religiosi accedere ad colloquendum cum Monialibus de rebus licitis; atque secluses scandali, & mali finis circumstantiis, urbanitatis gratia, etiam cum alia Moniali non consanguinea absque culpa, quos refert Tambur. *de jur. Abbatiss. disput.* 15. *qu.* 5. *n.* 4. & sequitur Peliz. *ubi suprà advert.* 6. sed hos iterum reprobavit *Sacr. Cong. Concilii publico Decr.* 11. *Maii* 1669. *per Clementem IX. approbatum, impressum apud* Chrisp. *de visitat. part.* 1. §. 16. *post n.* 10. quo declaratum fuit tales Regulares ad praxim hujusmodi doctrinam reducentes reos esse lethalis culpæ, quantumvis ad breve tempus colloquantur.

5. *SEVERIUS PUNIENDUM.* Regulares igitur, qui Decreta super illorum accessu ad Moniales non servant, præter pœnas spirituales inflictas, possunt etiam aliis pœnis coerceri, & contra eos Episcopus per inquisitionem procedere, quamvis accessus non sit notorius, nec cum populi scandalo, servata forma *Concilii sess.* 6. *c.* 3. *de Reform. & sess.* 25. *c.* 5. *de Regul.* & declaravit *Sacr. ejusdem Congr. in responsione ad* 13. *dubium post Bullam Gregor. XV. inscrutabili apud* Laur. de Franc. *contr. par.* 1. *num.* 554. & nuper *in Nocerina* 5. *Maii* 1696. Et si in actu colloquendi cum quibuscumque Monialibus sine licentia reperiantur, carcerantur, & Superioribus consignantur ut illos puniant, & de punitione Sac. Congr. & Ordinarium certiorent, ut mandavit *Sac. Cong. Episcoporum, & Regularium in Faventina* 7. *Martii* 1617.

6. Neque eis sine licentia, licita erit allocutio, quamvis occasionalis, & quæ ex aliqua causa rationabili contingeret: Quicquid dixerint Diana, Pellizar., & alii Authores Regulares, quia illorum doctrina rejecta fuit per aliud Decret. *Sacr. Congr. Concilii in Spoletana* 26. *Novembr.* 1672. & iterùm declaratum, Regulares peccare mortaliter, si accedant absque licentia, etiamsi ex rationabili causa, ut patet ex Decreto, quod datur per extensum in Appendice hujus Operis.

Li-

Licentia pro Laicis ad colloquendum.

FORMULA XIX.

SUMMARIUM.

1 *Licentia alloquendi Moniales concedenda est cum conditione, quod debeant assistere Auscultatrices.*

2 *Præter licentiam Ordinarii requiritur venia Abbatissæ.*

3 *Licentia alloquendi Moniales non debet denegari conjunctis in primo, & secundo gradu, nisi tempore jejuniorum, & num. 4.*

5 *Consanguineis in primo, & secundo gradu conjunctis abutentibus licentia, potest licentia denegari.*

6 *Edicta Episcoporum prohibentia accessum ad collocutoria Monialium comprehendunt cæteros, & exemptos.*

7 *Publicatio Edictorum hujusmodi fieri potest à solo Episcopo, etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis, quo quibus licentia alloquendi subscribitur ab Episcopo, & Superiore conjunctim, & num. 8.*

9 *In Monasteriis exemptis pro conjunctis in primo, & secundo gradu sufficit licentia Superioris Prælati.*

SI concede licenza à N. d'andare al Monastero di S.N. & al Parlatorio publico parlare con Suor .... *coll'assistenza delle Ascoltatrici, e licenza della Madre Abbadessa*, purche non sia in giorno di communione, nè in ora de' Divini Officii, *nè di Quadragesima, nè d'Avvento*, e la presente resti in mano della Superiora, e vaglia per .... Dato &c.

N. Vescovo N. (ò Vicar. Gener.)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 *COLL'ASSISTENZA DELLE ASCOLTATRICI*. Hæc conditio apponitur in licentia, quia ità mandant Decreta generalia jussu Clem. VIII. edita de anno 1603. nec omittendam monent Decreta generalia edita à *Sac. Cong. Episc. & Regul. pro reformatione Monasteriorum Monialium Regni Neapolis de anno* 1592. *c.* 9. quæ per extensum refert Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium*, ac habetur injunctum in Decretis reformationis pro Monialibus Diœcesis Montis Falisci apud Pignat. *cons.* 85. *n.* 171. *tom.* 6. relatis: & omninò adhibendam esse collaudat modernus Episcopus Chrisp. *de Visit. part.* 2. §. 42. *n.* 60.

2. *E LICENZA DELLA MADRE ABBADESSA*. Quia præter licentiam Ordinarii, exigitur venia propriæ Abbatissæ pro observantia regulari, ut advertit Tambur. *de jur. Abbatiss. disp.* 26. *quæst.* 2. *post n.* 3. & præscribunt Decreta ut suprà relata à Quarant. *dicto cap.* 9.

3. *NE DI QUADRAGESIMA, NE D'AVVENTO*. Quamvis conjunctis in primo, & secundo gradu non possit regulariter loquendo, licentia ab Episcopo denegari, etiamsi sint Ecclesiastici, ut rescripsit *Sac. Cong. Episc. Eugubino* 16. *Septembris* 1596. & novissimè declaravit in Faven. *moderationis Edict.* 10. *Junii* 1695. & *in Trojana* 14. *Novembr.* 1698. & sequuta est *Sac. Congr. Concil. Deputata pro moderatione Synodi Vigilien.* 20. *Maii* 1699. *in responsione ad XXIII.* Nihilominus tempore Quadragesimæ, & Adventus etiam his potest prohiberi, ut patet ex Decreto relato à Gavant. *verb. Monialium collocutio n.* 7. & admittunt Decreta mox relata.

4. Dixi regulariter loquendo; nam datur aliquando casus, in quo Episcopus justè denegat etiam conjunctis in primo, vel secundo gradu licentiam alloquendi, utpotè quia abutantur licentia: Tunc enim si absque ea colloquerentur, non obstante prohibitione, possent

ab

ab Episcopo puniri, ut declaravit *Sac. Congregat. Episcop. in Melphiten.* 23. *Januarii* 1693. in qua fuerunt validæ declaratæ censuræ latę per Vicarium Capitularem contra Canonicum Andreolam, qui contrà prohibitionem Edicti accesserat ad colloquendum sine licentia cum Moniali sorore germana.

5. At quia casus hujusmodi rarò continget, Episcopi in Edicto super accessu ad Monialium collocutoria debent illos exceptuare, dando eis facultatem, quod semel, vel bis in mense, exceptis temporibus prohibitis, possint alloqui absque alia licentia cum Monialibus in primo, & secundo gradu conjunctis tantùm, & dummodò collocutorio, & licentia non abutantur, prout conceditur à Sac. Congregatione in suprà allegatis Decretis.

6. Edicta autem, quibus prohibetur accessus ad collocutoria monialium, comprehendit etiam exteros, & exemptos, qui si accedant sine licentia Episcopi, aut illius Vicarii ad colloquendum, possunt ab eodem puniri, quia delinquunt in suo Territorio, Nicol. *in flosc. verb. accessus n.* 5.

7. Publicatio verò Edicti à solo Episcopo etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis fieri debet: Sicuti licentiæ conjunctim cum Superiori Regulari, cui Moniales subjiciuntur, subscribuntur; ità disponentibus Decretis *Sac. Congreg.* nempè in generali per viam legis *emanato* 24. *Augusti* 1594. his verbis--*Essendo le persone secolari più conosciute da i loro Prelati Ordinarii, che da Religiosi di qualsivoglia ordine, per abondare in cautela, questi miei Signori qui della Congregatione hanno risoluto, che per l' avvenire non si habbia d' ammettere persona alcuna à parlare alle Monache, ne tampoco dentro la Clausura d' essi Monasterii suggetti a' Regolari, senza licenza espressa in scritto degli Ordinarii de' luoghi, oltre à quella si dovrà perciò ottenere dalli Superiori Regolari, non ostante qualunque legge, statuto, ò consuetudine di tempo immemorabile incontrario, con ordine che io debba avertire la P. V. acciò lo significhi al P. Generale, & à tutti li Provinciali, perche facciano osservare in ogni luogo conforme alla suddetta risolutione, senza eccettione alcuna, onde non manchi d' eseguire con ogni sollecitudine, & il Signore la preservi, Roma* 24. *Agosto* 1594.

8. Et in alio edito *in Camerinen.* 7. *Martii* 1617. sic estenso--*Sacr. Congreg. ut controversiis, quæ inter Episcopum Camerinen. & Superiores Regulares exortæ sunt, finis imponatur, censuit, facultatem concedendi personis sæcularibus licentiam alloquendi Moniales eisdem Regularibus subjectas in Civitate quidem Camerinen. ad Episcopum, sive ejus Vicarium Generalem, ac Superiorem Regularem, cui Moniales ipsæ subjectæ sunt, conjunctim, itaut idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat, per Diœcesim verò non ad Vicarium Foraneum, sed ab eodem Episcopo ad id deputando, necnon ad Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, conjunctim pariter spectare, idemque quoad licentiam eorum, quibus ordinariè septa Monasteriorum earumdem Monialium ingredi necesse est, servandum esse, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentia unius eorum subscriptione roborata sufficiat. Edicta verò, quibus personis sæcularibus ad eadem Monasteria Monialium accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse decrevit.* Quod declaravit etiam *Sac. Congreg. Concil. in Hieracen. Visitationis* 26. *Januarii* 1692. *in responsione ad* 13.

9. At si licentia alloquendi in Monasteriis Regularibus subjectis esset danda conjunctis in primo, vel secundo gradu tunc sufficeret subscriptio Superioris Regularis, aut alterius Prælati, cui Moniales subjiciuntur, juxtà declarationes *Sac. Congregat. Episcop. & Regular.* quas refert Pignat. *consil.* 85. *num.* 137. *& num.* 202. *tom.* 6.

Licentiæ pro Famulis consanguineorum, aliisque personis.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 *Licentia pro Famulis, aliisque personis necessitatem habentibus alloquendi cum Monialibus conceditur generalis.*

2 *Famuli, & Famulæ Monialium nullum habent privilegium sumendi Sacramenta, neque sepulturam eligendi in Ecclesia Monialium, sed subjiciuntur Parocho, sicut cæteri Parochiani.*

3 *An Moniales possint licitè retinere, & expendere livellos, adducuntur DD. Sententiæ, & n.4.5.& 6.*

SI concede licenza alle RR. Monache del Monastero N. che alla Rota, e Grate del Parlatorio commune, e coll'assistenza d'una delle Ascoltatrici, possano quando saranno chiamate, (& essendo impedite, di loro commissione le Portinare, e Rotare) parlare colle serve, e servitori de' loro parenti in primo, e secondo grado, che porteranno à nome di quelli, elemosine, ò doni in generale, e particolare.

Parimente si concede licenza alle Portinare, e Rotare di parlare nello stesso luogo, per servitio del Monasterio, quando gli occorrerà, con il Fattore, *& altri Serventi* del Monastero.

Alla Maestra deputata sovra i lavori del Monastero, coll'assistenza, come sopra, di parlare col Mercante, ò persona, che gli haverà commessi, & ordinati, quando la commissione non sia sospetta, ò finta.

Alla Priora, e Camerlenghe di parlare in assenza della Madre Abbadessa, e con essa insieme, al Procuratore, & Avvocato del Monastero per gl' interessi del medesimo, sicome *con i Debitori*, & Affittuarii del Monastero solamente; e vaglia per..... Dato &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 *SI CONCEDE LICENZA.* Hęc licentia generalis pro Famulis consanguineorum, aliisque personis, quarum allocutio frequens, & inevitabilis est, debet unicuique Monasterio ad tempus concedi pro serenitate conscientiæ tum Monialium, tum accedentium: Si quis autem eorum licentia abuteretur, tunc Episcopus utatur jure suo puniendo transgressores, Peliz. *de monial. c. 5. sess. 5. n.* 213.

2. *ET ALTRI SERVENTI DEL MONASTERO.* Famuli, Famulæque quæ inserviunt Monasteriis Monialium, quamvis exemptarum, nullum habent privilegium, sed sicuti cæteri alii Parochiani tenentur implere præceptum Paschale in Ecclesia Parochiali, in qua alibi sepultura non electa, debent quoque sepeliri: Parochoque spectat eisdem, dum detinentur infirmi, Sacramenta ministrare, & ad sepulchrum eosdem associare, non autem ad Confessarium Monialium, ut respondit *Sac. Cong. Conc. in una Lodien.* 14. *April.* 1685. *& in alia Spoletana* 19. *Aprilis* 1691. inter Famulas Monialium S. Matthæi Congregationis Lateranen. quæ habitabant in Domo extructa intrà Cortile, sive Atrium Monasterii, & Parochum S. Martini, intrà cujus Parochiæ limites Monasterium existit.

3. *CON I DEBITORI.* Inter Debitores Monasterii connumerantur ii, qui

qui solvere tenentur, livellos Monialibus particularibus, quia nomine Monasterii retinentur, & exiguntur. An autem hos exigere, expendere, & in proprios usus licitos convertere possint ipsæ Moniales quarum nomine solvuntur? quæstio est non modica inter Casuistas, & Theologos Morales: Aliqui enim quos allegat, & sequitur Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. allegat.* 103. *n.* 11. *& suprà Conc. sess.* 25. *de Regul. cap.* 2. *nu.* 13. supposita licentia superioris tenent affirmativam, & his sociatur Pelizar. *de Monial. cap.* 4. *n.* 3.

4. Alii verò articulum magis solidè examinando dicunt, quod ad hoc, ut Moniales possint licitè livellos retinere, & expendere, debent concurrere quinque conditiones seu circumstantiæ. Scilicèt prima, quod habeant dependenter à voluntate Superioris. Secunda, ut sint paratę peculium consignare ad nutum ejusdem Superioris. Tertia, ut pecunias convertant in licitos, & pios usus, & decentes eorum statui. Quarta, quod non sit peculium superfluum. Quinta, quod sit penes depositarium, sic probant Donat. *prax. rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 14. *de Vot. paupert. q.* 11. *& q.* 19. & alii cum eo.

5. Alii denique tenent, quod in illis Monasteriis, in quibus servatur vita communis, vel de facili ob abundantiam reddituum introduci, & servari potest, non liceat Monialibus livellos retinere, neque ad nutum Superioris, & hanc sententiam tuetur Fagnan. *in cap. Monachi à n.* 59. *usque ad fin. de stat. Monachorum*, cui sententiæ subscribo, quia in his cessat motivum carentiæ rerum ad vitam sustentandam necessariarum, cujus intuitu, & respectu, usus livellorum toleratur, tunc enim Moniales cum habeant omnia necessaria, si livellos exigerent, & expenderent, essent veræ proprietariæ, non obstante Superioris dispensatione.

6. Cæterùm in aliis Monasteriis, in quibus ob carentiam reddituum vita communis non servatur, nec potest introduci, & indigentiis Monialium Monasterium non supplet, nec ob ejus paupertatem supplere potest, theorica *Donati* pro secunda sententia citati, poterit tutè practicari, & tolerari, prout tolerari posse declaravit *Sac. Congreg. in una Cæsenaten.* pro monasterio S. Claræ illius Civitatis, rescribendo *sub die* 12. *Martii* 1693. *in obsequium Card. Den Koff*, tunc Episcopi, vitam communem desiderantis, *Ad mentem: referente Eminentissimo Card. Acciajolo*, & mens fuit, quod circa vitam perfectè communem nihil esset innovandum: Illud enim impossibile dicitur, quod commodè fieri non potest, Glos. *in cap. Catinensis Ecclesiæ verb. impossibile dist.* 61. & illud posumus, quod commodè posumus, Fagnan. *in cap. Ad audientiam n.* 2. *de Eccles. adific.* & fusius dicam *in Appendice ad Constit. Clem. VIII.*

Licentiæ pro celebratione festivitatis S. Titularis.

FORMVLA XXI.

SUMMARIUM.

1 *Licentia celebrandi festivitatem Sancti Titularis Ecclesiæ non potest, nec debet ab Episcopo prohiberi Monialibus, & n.* 2.

3 *Ornamenta Ecclesiæ non debent esse prophana.*

4 *Cantus figuratus Musicorum exterorum prohibetur in Ecclesiis Monialium.*

5 *In Ecclesia debent cani Antiphonæ, & Versiculi sacræ Scripturæ.*

6 *In Ecclesiis Monialium non debent misceri sacra prophanis, & afferuntur Decreta Apostolica, & num.* 7. *&* 8.

9 *Moniales non veniunt nomine Monachorum.*

SI concede licenza alla Madre N. Abbadessa, & altre Monache del Monastero N. di poter celebrare con solennità la Festa *di S. N. Titolare* della loro Chiesa, che sarà li..... con primi, e secondi Vespri, e di ornare la Chiesa, e gli Altari con apparati, & ornamenti modesti, divoti, e non profani, e di far can-

cantare la Messa solenne parata con Diacono, e Suddiacono, purche non vi sia *canto figurato di Musici*, mà solo canto fermo Gregoriano, e le Antifone, e Motetti, che si canteranno dalle Monache con Organo, siano *della Sacra Scrittura*, ò dell'Officio del Santo: Sicome di far celebrare in tal giorno in detta Chiesa quel numero di Messe basse, che sarà sufficiente per sodisfare alla loro divotione, e del popolo: Non si sparino però Mortaletti, Moschetti, nè Archibugi. Non si distribuiscano fiori, nè mazzetti, e non si faccia in Chiesa, nè nel Parlatorio *cosa, che non convenga alla modestia, e pietà Religiosa:* E finalmente ordiniamo, che la funzione della mattina sia terminata all'hora del mezzo giorno, & i primi, e secondi Vespri prima del tramontar del Sole, sotto le pene à nostro arbitrio. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 DI *S. N. TITOLARE*. Pro celebranda festivitate Titularis Ecclesiæ monialium, sufficit, quod licentia concedatur ab Episcopo oretenùs; non enim necessaria est scriptura. At quia Ordinarius scire debet, quę permittenda sunt, & quæ prohibenda, ideò ponitur hìc Formula in scriptis, cum Adnotationibus pro animi instructione.

2. Dies igitur Festus Titularis quoties modestè, & sine abusu celebretur, non potest monialibus prohiberi, ne illum solemnizent, ut respondit *Sac. Congr. Concilii in Hyeracen. visitationis* 26. *Januarii* 1692. *in responsione ad* 11.

3. *E NON PROFANI*. In ornandis Ecclesiis semper cavendum est, ne ornamenta, sive picturæ sint prophana, sed sacra, ut disponunt *Cœremon. Episc. libr.* 2. *cap.* 33. *& Ritual. Roman. Bìss. Hierurg. litt. E. §.* 6. *num.* 8.

4. *CANTO FIGURATO DI MUSICI*. Cantus figuratus exterorum sæcularium non permittitur in Ecclesiis monialium, ita prohibentibus Decretis generalibus *Sac. Cong. Episc. & Regul sub Greg. XIII. editis Decreto* 20. quæ referuntur à Pigna. *cons.* 85. *n* 78. *&* 98. *t.* 6. aliisque resolutionibus ejusdem Cong. posterioribus apud Gavant. *Man. Episc. verb. Monialium communes leges in addit. n.* 6. Chrispin. *de visit. p.* 2. *§.* 42. *n.* 28

5. *SIANO DELLA SACRA SCRITTURA*. Quia hic modus orandi, & laudandi Deum extollit, & exaltat Ecclesia Catholica, nec à recta ratione est alienus; sicut evenit quando aliquid aliud cantu figurato canitur ad demulcendas aures potiùs, quàm ad excitandam devotionem; tunc enim pervertitur finis institutionis sacræ psalmodiæ ab Ecclesia ritè, & debitè volitæ, ut habetur *in Extravag.* 1. *de vit. & honestat. Cler.* & jam dixi suprà *ad Formul.* 8. *n.* 18. *tit. de Edict.*

6. *COSA, CHE NON CONVENGA ALLA MODESTIA, E PIETA' RELIGIOSA*. Quippè non decet Virginibus Deo sacris, commemorationem Sanctorum celebrantibus, prophanis actionibus Divinas miscere: Et ideò Papa Alexander VII. omnia hæc, quæ hìc in Formula fieri prohibentur, vetuit sua Constitutione monialibus Urbis, quæ impressa legitur in Bullar. *novo to.* 6. *const.* 40. *sub pœnis Superiorissis suspensionis ab officio*, aliisq; monialibus, & Officialibus contravenientibus privationis vocis activę, & passivę ipso facto incurrendis.

7. Quod & rigidiùs innovavit Sac. Congreg. Episcop. jussu san. mem. Innocent. XI. pro monialibus Neapolis, rescribendo illius Archiepiscopo Cardinali Caracciolo, prout sequitur -- *Sino sotto li* 22. *Gennaro* 1677. *la Santità di N. S. ordinò à V. E. che in suo nome, e con l'autorità, che à tal'effetto se li communicava, non permettesse, ma espressamente prohibisse il fare invitti nelle Chiese, e funzioni de'*

de Regolari, e di Monache, anco esenti di qualsivoglia specie d'esenzione, quantunque ampla, speciale, e privilegiata, senza eccettione alcuna di persone di qualunque stato, grado, e dignità, benche fosse necessario di farne special menzione: E che le medesime Chiese si dovessero chiudere affatto all' Ave Maria, & anco per qualche spatio di tempo avanti, in modo, che dopo l' Ave Maria non vi sia ingresso, ò dimora di qualunque persona sotto pena di scommunica latę sententiæ ipso facto incurrenda reservata à sua Santità, & à V. E. solamente, siche niun privilegio, o facoltà quantunque amplo, & amplissimo, e degno di special menzione suffragasse: Et anco a' Superiori Regolari dell' uno, e dell' altro sesso, della privatione dell' officio, e della voce attiva, e passiva, con facoltà ancora di porre l' interdetto delle medesime Chiese, e di prendere altre provisioni, che all' E. V. paressero opportune. E perche hora alcuni Regolari sotto frivoli pretesti pretendono di non esser compresi nella sudetta prohibitione, sua Santità rinovando la medesima, circa l' invito de' Secolari nell' accennate funzioni, e rivocando qualsivoglia Indulto concesso à qualsivoglia ordine, benche esente di qualsivoglia esenzione, mi hà comandato di scrivere à V. E. che controli Trasgressori si compiaccia di procedere alle pene contenute nella predetta lettera delli 22. Genaro 1677. lo significo à V. E. e le bacio per fine umilmente le mani. Roma 20. Settembre 1683. Umiliss. & affettionatiss. Servitore G. Card. Carpegna. B. Panciatichi Secretario.

8 Quatenùs verò Moniales etiam exemptæ prohibitionem Episcopi contemnerent, nec alio modo ad obediendum disponi possent, utique earum Ecclesia interdicto subjici valeret, ut eadem *Sacr. Congregat. Episcop.* respondit *in Neapolitana 21. Junii 1697. referente Card. Cavallerino*, cujus causæ dubia sic proponebantur.

I. *An Eminentiss. Archiepiscopus possit subjicere interdicto Ecclesiam Monialium Prælato Regulari subjectarum?*

II. *An Prælatus Regularis possit apponere interdictum Ecclesiæ Monialium sibi subjectarum, & quatenùs negativè.*

III. *An Prælatus Regularis dicatur usurpasse jurisdictionem Episcopi?*

IV. *An possit per Ordinarium declarari incursum in Censuras?*

V. *An, & quando sit puniendus Prælatus Regularis, & cæteri complices pro excessibus?*

Sacra Congregatio &c. respondendum censuit, ut infrà, videlicet.

Ad primum; Affirmativè in casu, de quo agitur.

ad secundum; Interdictum appositum ab Abbate Sancti Petri ad Aram non sustineri.

Ad reliqua verò Dubia juxtà mentem.

9 Et hìc nota, quod Moniales non veniunt nomine Monachorum, nec gaudent privilegiis Monachis concessis, quamvis sint ejusdem Ordinis, Rota *dec. 48. num. 8. coram Zarat.*

Admonitionis pro electione Abbatissæ.

FORMULA XXII.

SUMMARIUM.

1 *Officium Abbatissatus in Italiæ est triennale.*
2 *Abbatissa est eligenda à Monialibus, & ab Episcopo confirmanda.*
3 *Episcopus in casu discordiæ eligentium quomodo se gerere debeat, n. 4.*
5 *Electio Abbatissæ facta à majori parte Capituli est Canonica.*
6 *Nisi aliud Constitutiones Ordinis non disponant.*
7 *Electio Abbatissæ potest fieri per compromissum, & inspirationem.*
8 *Quomodo perficiatur electio Abbatissæ per viam accessus, & n. 9.*
10 *Abbatissa canonicè electa potest administrare ante obtentam confirmationem ab Episcopo.*
11 *Abbatissæ officium expirato triennio non potest ab Episcopo prorogari.*
Præsidentia terminato officio Abbatissæ datur seniori, ibid.
12 *Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sacr. Congreg. non*

potest à Monialibus iterum eligi sine nova dispensatione.

13 *Monialis illegittima an possit eligi in Abbatissam, referuntur Decreta opposita.*

14 *Suffragia Monialium nullo modo debent publicari, aliàs electio esset nulla.*

15 *Quælibet Monialis Choralis professa, habet jus suffragandi in electione Abbatissæ.*

16 *Moniales Conversæ de consuetudine admittuntur ad suffragandum.*

17 *Quæ sint practicæ vetitæ in solicitandis votibus.*

18 *Quæ dicantur Moniales ineligibiles ad officium Abbatissatus.*

19 *Moniales possunt validè voci renunciare.*

20 *Monialis, quæ voci renunciavit, potest re integra ante electionem Abbatissæ vocem reassumere, & debet ad votandum admitti.*

21 *Abbatissa non potest sine peccato electioni renunciare quoties æquè idonea, quæ eligi possit, non adsit.*

22 *Renunciatio vocis quoties præjudicat bono communi non fit sine culpa.*

23 *Mulier corrupta non potest eligi in Abbatissam sine dispensatione Apostolica.*

24 *Episcopo, qui asserit publicato scrutinio electam fuisse A. non creditur, si Moniales dicant B.*

25 *Electio Abbatissæ est valida, licèt reperiantur in scrutinio plures schedulæ, quàm sint vocales, quando demptis superfluis remanet major pars.*

26 *Moniales eligentes indignam non privantur voce.*

27 *Vota Monialium dubia, vel conditionata nulla sunt.*

28 *Vota Monialium quando dicantur inutilia.*

29 *Episcopus ante Abbatissæ electionem potest Moniales præmonere, & de delictis paternaliter inquirere, &* n. 30. *Moniales tenentur delicta, quæ præjudicant bono Communitatis, revelare, ibid.*

31 *Minor pars Capituli nunquam validè eligit, nisi in casu quo major pars scienter eligeret indignam.*

32 *Electio, quæ cassari debet vitio personæ electæ, non fit sine citatione; si verò irritetur ob non servatam legem, proceditur ad novam electionem absque citatione electæ.*

33 *Episcopus tamquam Præses potest inquirere super legittimatione vocalium.*

34 *Episcopus cognoscit de defectibus electæ antequam confirmationem concedat.*

Alle Reverende Madri del Monastero N.

Essendo terminato *il triennio* dell' Abbadessato della Rev. Madre N. e dovendosi perciò venire *all' elezzione* della nuova Abbadessa di cotesto Monastero il giorno di.... esortiamo nel Signore tutte le Reverende Monache *Corali Professe* à prepararsi à quest'importante attione, con orationi, & opere sante, accioche S. D. M. inspiri loro la persona più atta à tal carica; e se mai (il che Dio non voglia) vi fosse qualch'una, ò più di loro, che facesse *prattiche illecite, e maneggi vietati* dalla Regola, Constitioni dell'Ordine, e de' Sacri Canoni, e Constitutioni Apostoliche, per guadagnar Voti, e partito per se stessa, ò per altre; ò pure vi fosse alcuna, che per altra causa, e difetto si trovasse *incorsa nella scommunica, o nella privatione di voce attiva, e passiva*, chi di loro lo saprà, ò inteso dire per fama, dovrà per carità, e precetto di santa ubbidienza rivelarlo à noi, accioche possiamo prima dell'elezzione *riconoscere i voti legitimi, ed escludere le incapaci*. Volendo che la presente sia affissa alla porta del Coro. Dato &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere.

AD-

ADNOTATIONES.

1. IL *TRIENNIO*. Officium Abbatissatus intra Italiam juxta dispositionem Bullæ Greg. XIII. *impressa in* Bull. *novo tom.2. in ordine la* 80. est triennale: Sed ex hoc non sequitur, quod non possit esse annale, sicuti ex legitima consuetudine, aut Constitutione Monasterii in aliquibus Provinciis adhuc servatur, ut respondit *Sacr. Congr. Episc. in Panormitana* 26. *Aprilis* 1594. & 18. *Septembris* 1595. *in Aranien.*

2. *ALL' ELEZIONE*. Abbatissa est eligenda à Monialibus, & ab Episcopo confirmanda, *cap. indemnitatibus de elect. in* 6. Pasqual. ad Laur. de Franch. *p.1. n.665.* Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Abbatissa*. Et quamvis Moniales in eligendo non concordent, adhuc nec Episcopus, nec alius Superior potest suffraginm ferre, Pasqual. & Lantusc. *ibid.* Peliz. *de Monialibus cap.10. n.106.*

3. Sed in casu discordiæ debet Superior præfigere terminum, in quo Moniales concordent: quod si eo elapso, adhuc non conveniant, tunc Ordinarius nominat Monialem habentem requisita Concilii, quam judicaverit magis idoneam, & in Abbatissam eliget, ut docent mox citati, & sequitur Tambur. *de jure Abbatiss. disp. 28. q.6. n.5. Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Melphit. Electionis Abbatissæ* 3. *Augusti* 1696. in qua cum ob scissuram suffragiorum duæ fuissent electæ, rescripsit -- *neutram electionem sustineri, & Episcopus procedat ad novam canonicam electionem præfigendo terminum, & ad mentem*: Mens fuit quod quatenus nova electio non fieret sine scissura suffragiorum, ut antea, Episcopus eligeret Monialem sibi benevisam, exclusis electis in invalido scrutinio, referente Eminentissimo Card. de Abdua.

4. Si autem vota essent paria, deberet fieri novum scrutinium, & data paritate per duas vices, tunc præferenda, & gratificada esset antiquior in professione, ut decisum refert Nicol. *in flosc. verb. Electio num.12.*

5. Electio autem Abbatissæ tunc de jure communi dicitur canonica, & valida quoties major pars Capituli Monialium concurrit, ut habetur *in cap. Quia propter de elect.* Pasqual. *ubi supra n.686.* Peliz. *de Monial. dict.cap.10. n.100.* Donat. *de Reg. tom.4. tract.6. de elect. Abbatiss. q.7. n.2. & seqq.* Passerin. *de elect. cap.4. n.5. Sec.Cong. Episc. in Balneoregien.15. Septembris*, & 24. *Novembris* 1690.

6 Nisi ageretur de electione Abbatissæ Ordinis Cassinensium, in quo ut Canonica dicatur electio, duæ ex tribus partibus suffragiorum debent concurrere, ut declaravit *Sacr. Congreg. super statu Regularium* 3. *Decemb.1676. & Sacr. Congr. Episc. in Januen.6. Martii referente Eminentissimo Card. Tanara*, &. 20. *Junii* 1698. *in Capuana proponente clar. mem. Card. Petrucci.*

7 Notandum præterea est, quod licèt Concil. Trident. det formam eligendi per scrutinium, *ut in cap.6. sess.25. de Regul.* non tamen per hoc censetur ablata Monialibus facultas procedendi ad electionem per compromissum, vel per inspirationem; prout de jure possunt, *cap.causam & cap. indemnitatibus de elect. in* 6. Adeo ut etiam hodiè unanimi consensu possint in Episcopum, vel aliam personam Ecclesiasticam quæ notitiam habeat Monialium compromittere, ut idoneam Abbatissam constituat: vel presente Episcopo, sivè ejus Delegato pro electione facienda unanimi consensu, ac voce Abbatissam eligere, ut probat Pirhing. *in jus can.lib.1. tit. 6. sect.8. §.7. n.309. in fin.*

8. Item quod electio Abbatissæ potest perfici per viam accessus, quando ex vi Constitutionum Ordinis, aut legitimæ consuetudinis, electio fieri debet à duabus ex tribus partibus Capituli: tunc etenim si aperto scrutinio electio non reperiatur concluса, Moniales per accessum concurrere valent in eam, quæ habuit majorem partem Capituli, hoc est ultra medietatem suffragiorum, Passer. *de elect. cap.4. n.38.* Pirhing. *in jus can. tom.1. tit.6. sect.8. §.7. num.411.*

9 Si verò nulla ex Monialibus numerum suffragiorum ultra medietatem non habuisset, tunc per accessum electio validari, seù ratificari, ac perfici non posset, ut patet *ex Textu in cap. Indemnitatibus §. Sanè vers. si autem de elect. in* 6.

ubi glos. & DD. Et sic te monitum hìc volo, quod electio per accessum validè perficitur, quando duæ ex tribus partibus in scrutinio debent concurrere, & non elegit, nisi major pars, non autem quando juxta juris communis dispositionem sola major elegit pars, ne deceptus merearis reprehendi, ut accidit Vicario Generali Sanctæ Agathæ Gothorum, qui cum confirmasset Abbatissam electam, quæ in scrutinio majorem partem suffragiorum de jure requisitam non habuerat, sed per accessum, *Sac. Congr. Episc. 14. Junii* 1697. dubio proposito super validitate electionis, & confirmationis, respondit -- *deveniendum ad novam electionem Abbatissæ Præsidente Eminentiss. Metropolitano, vel ejus Delegato.*

10. Item quod concluśa electione, quamvis Abbatissa debeat ab Episcopo confirmari, & quamprimum publicari (nisi causæ urgentes contrarium non suadeant,) adhuc potest ante confirmationem administrare juxta dispositionem citati *Text. in cap. indemnitatibus §. Si qua verò de elect. in 6.* & declaravit *Sac. Cong. in Mazarien. 18. Martii* 1700. *referente Eminentissimo Card. Colloredo.*

11. Item quod expirato triennio officium Abbatissæ non potest ab Episcopo prorogari, neque libertas electionis Monialibus impediri, nec eam sub nomine Vicariæ gubernio præficere duraturę usque ad novam electionem: Quia tunc presidentia etiam in casu dimissionis officii usque ad electionem novæ Abbatissæ datur seniori, Tamb. *de jur. Abbatiss. disp. 30. qu. 1. nu. 12. Sac. Congr. Episc. in Adrien. 20. Februarii* 1615. *& in dict. Mazarien. in responsione ad primum.*

12. Item quod Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sac. Congr. non potest iterum eligi à Monialibus ad tertium triennium sine nova dispensatione: Quia gratia concedit quidem, quod de jure non potest haberi, sed non alterat naturam rei concessæ, & ideò cum munus Abbatissarum de jure requirat expleto triennio vacationem ab officio, cum conceditur pro tempore, in quo non potest conferri, censetur concessum absque alteratione suæ naturæ, & hanc sententiam tenet Pasqual. *ad contr.* ad Franc. *par. 1. num. 717.* quam sequuta est *Sac. Congr. Deputata ab Innoc. XII. pro causis Congregationis Cassinensium 26. Februarii* 1694. *in responsione ad quintum dubium, contra* Peliz. *de Monial. cap. 7. nu. 47.* qui opinatur quod possit talis Abbatissa à Monialibus denuò eligi pro tertio triennio absque alia dispensatione.

13. Item, quod Monialis illegitima potest eligi in Abbatissam sine ulla dispensatione, quia Bulla Sixti V. contra illegitimos emanata Moniales non comprehendit, ut pluries *Sac. Congreg.* respondit, & precipuè *Vicario Cordubæ 20. Octobr. 1592. Episcopo Spoletano 3. Januarii, Episcopo Catanien. 21. Martii, & Episcopo Cortonen. 4. Octobris* 1594. & contraria Decreta refert Nicol. *in flosc. verb. Abbatissa, quibus adhæret* Passer. *de elect. cap. 40. n. 43.* & Donat. *prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 7. qu. 37. num. 9. & seqq.*

14. Item, quod vota Monialium in electione Abbatissæ sivè scripto, sivè oretenùs Episcopo, vel Deputato secretò dentur, nullo modo debent publicari, sed secreta conservari, aliàs si cum publicatione scrutinii simul nomina eligentium publicentur, aut in Decreto electionis describerentur, electio erit nulla, quia non est amplius secreta, contra formam *Concil. Trid. cap. 6. sess. 25. de Regul.* Passer. *de elect. cap. 17. quæst. 3. num. 11.* ubi sic ait -- *Vel si auditis secreto vocalibus, Scrutatores publicando scrutinium simul publicent nomina eligentium, vel si nomina describantur in Decreto electionis, talis electio est nulla, quia non est secreta,* & idem confirmat *in nu. 32. & 34.* & declaravit quoque *Sac. Congr. in supradicta Melphit. electionis Abbatissæ. 3. Augusti* 1696.

15. *CORALI PROFESSE.* De jure communi quælibet Monialis Choralis statim, ac Professionem emisit, potest, & debet in Abbatissæ electione Votum dare *cap. Indemnitatibus de elect. in textò:* Ex jure verò speciali Regulæ, sivè Constitutionis Monasterii, non nisi post plures annos professionis vocem habent, & propterea in hoc erunt servanda statuta, & consuetudines, juxtà dispositionem *Concil. Trident. sess. 25. cap. 7.* Pasqual. ad Franc. *par. 1. num. 667.*

16. Et quamquam in electione Abbatis-

rissæ tùm ex consuetudine, tùm ex specialibus Constitutionibus, non nisi Chorales ad suffragium ferendum non admittantur; nihilominus ubi vigeret consuetudo admittendi etiam conversas, hæ non possent rejici, & excludi, sed deberent manuteneri in sua possessione votandi, quia de jure communi sunt legitimæ vocales, Peliz. *de Monial. cap.*10. *n.*89. Donat. *prax. rer. Regul. tom.*4. *tract.* 7. *qu.*2. Passer. *de elect. cap.*40. *num.*5. & novissimè bis declaravit *Sacr. Congr. Episc. & Regul. in Barchinonen.*18. *Aprilis* 1698. *& in Illerden.* 4. *Decembr.* 1699. *in utraque referente clar. mem. Card. Petrucci.*

17 *PRATTICHE ILLECITE, E MANEGGI VIETATI.* Hoc est procurando voces pro se ipsa, sive mediatè, sive immediatè; vel pro alia incapaci, & indigna: Nam se ipsam indignam facit Monialis, quæ pro sui electione ita Vota solicitat, ut per doctrinam Abbat. *in cap. Per Inquisitionem n.*5. *de elect.* docet Passer. *de elect. cap.*5. *quæst.*6. *n.* 75. Quæ autem precibus agit in procurandis suffragiis ad bonum finem, nimirùm ut ab electione excludat eam, quæ esset indigna, vel minùs digna, benè ageret, ut inquit ibidem Passerin. *n.* 78. & ideò dicitur in Formula, quod denunciandæ sint Moniales, quæ procurant voces modo illicito, *& à Constitutione Clem.VIII. inhibito, ac ab Urbano VIII. confirmata Constit.* 26. *Bullar. tom.*4. & à jure damnato, scilicet simoniaca datione, coactione, vel extorsione, Glos. *est litteralis in cap. Indemnitatibus in §. Sanè verb. omni pravitate de elect. in sexto.*

18 *SI TROVASSE INCORSA NELLA SCOMMUNICA.* Quælibet enim Monialis, quæ reperitur censura ligata, est ineligibilis, sicuti illa, quæ sit privata voce, aut alàs esset inhabilis, puta quia amens, solita inebriari, obsessa, illegitima, publicè pœnitentiata, infamis infamia juris, vel facti, continuò infirma, non Professa expressè, non habens ætatem, & alia requisita Concilii, de quibus defectibus latè agit Passerin. *de elect. cap.* 25. *per tot.* & in specie de electione Abbatissæ *cap.*40. *quæst.*3. *n.*77 ubi quoad alias mox recensitas inhabilitates præter censuras, & privationem vocis ad dicta in præfato *cap.* 25. se refert.

19. *O NELLA PRIVATIONE DI VOCE ATTIVA, E PASSIVA.* Moniales carere possunt voce, non solùm propter delictum ex vi Regulæ, & Constitutionis ordinis; sed etiam vigore renunciationis factæ voci tam activæ, quàm passivæ, quæ cum competat privato jure, validè fieri potest, Dian. *tract.*1. *resol.*18. Donat. *de Regul. tom.*2. *tr.*4. *qu.*19. Tamb. *de jur. Abbatiss. disp.*31. *q.*1. *n.*4. Rot. coram Otthob. *dec.*115. *Sac. Congr. Episc. in Januen.* 26. *Novembris* 1688. *&* 23. *Januarii* 1690.

20. At Monialis, quæ renunciavit voci suæ, nedum antequam renunciatio acceptetur à Capitulo, vel à Superiore, sed etiam postquam acceptata fuit, potest pœnitere, & vocem reassumere, & debet admitti ad electionem, re adhuc integra, postquam suam reassumptionem Capitulo, vel Superiori notificavit; & hanc sententiam contrà Sigismund. à Bonon. tenet Passerin. *de elect. cap.*11. *quæst.*9. *per tot.* ubi *num.*80. ait contrariam opinionem sustineri posse in renunciatione vocis passivæ, quæ respicit bonum privatum electi, non autem in activa, quæ respicit bonum publicum.

21. Verùm Abbatissa canonicè electa, si habilem se existimet, non posset sine peccato electioni renunciare, sed tenetur ad evitandum damnum Communitatis injunctum munus acceptare, ut dicit Tamb. *de jur. Abbatiss. disp.*31. *quæst.*1. *n.*1. quem sequitur Peliz. *de Monial. cap.*10. *num.*114. quod præsertim verum puto, quoties æquè idonea, quæ eligatur, non adsit.

22 Item nota, quod licèt vera sit conclusio suprà firmata, quod quis possit renunciare suo suffragio in electione: hæc tamen conclusio fallit, quando renunciatio præjudicaret bono communi, puta si ex eo, quod N. non daret suffragium, eligeretur indignus, tunc enim talis renuncians peccaret mortaliter, si abstineret à votando, & compelli immò debet, ut suffragetur, Silv. *verb. electio* 1. *qu.* 5. *circa fin. vers. sed intelligo.*

23 Item, quod nulla mulier corrupta potest eligi in Abbatissam, seu Priorissam, nisi à Sede Apostolica dispensetur, *c. si quis omnem, §. novimus* 1. *q.*7. *c. Juvenculas*

culas 20. quæst. 1. cap. Quomodo Virginibus, ubi glos. 3. qu. 1. Georg. Polacc. *de Monial. tit. de elect. Abbatiss. n. 5. Sacr. Congr. Episc. in Sarzan. 15. Julii 1616.*

24 Item, quod si facto, ac publicato scrutinio electionis Abbatissæ, Moniales asserant elegisse A. Superior verò, qui præfuit, dicat electam fuisse B. nemini standum est, sed iterùm audiendæ sunt Moniales per personam non suspectam, ut declarasse testatur *Sac. Congr. Lavor. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 24. n. 56.*

25 Item, quod, si electio Abbatissę fiat per Schedulas, & in aperitione scrutinii reperiantur plures Schedulæ, quàm sint vocales, licèt actio sit punibilis, adhuc electio valida erit, si demptis superfluis remanet major pars, *Sac. Cong. Episc.* apud Nicol. *in flosc. verb. vox n. 6. & Sacr. Congr. Conc. in Aquinat. 23. Augusti 1692.*

26 Item licèt, quod eligentes scienter indignum priventur illa vice jure eligendi, & electio devolvatur ad Superiorem, ex traditis per Passer. *de elect. cap. 29. qu. 8. n. 72. & 78.* hoc tamen fallit in Monialibus, quę si eligerent indignam scienter, non privantur voce, secundum opinionem Passer. *de elect. cap. 40. num. 78.* præsertim si hoc facerent ignoranter sine malitia, aut conditionaliter.

27 Item advertendum, quod, si in scrutinio darentur suffragia dubia, ut si diceretur -- Eligo Magdalenam, & Ceciliam vel --Eligo quam Soror Columba elegerit, non valerent, sicuti non valeret suffragium sub conditione datum, puta -- Eligo Annam, si hoc, vel tale fecerit, ut inquit Portel. *ver. eligere*, ac Georg. Polac. *de Monial. tit. de elect. Abbat. allegatus.*

28 Item, quod vota essent inutilia, & haberentur, ac si non essent de Capitulo, quando una, vel plures ex Monialibus suffragarentur Moniali non professæ, vel non habenti ætatem requisitam, vel alicui alteri non de gremio, vel si misissent in urnam Schedulam albam, vel demùm, si egrederentur à loco Capituli jam ad electionem congregati, Sigismundi à Bonon. *de elect. part. 1. cap. 4. dub. 29. num. 2.* Passer. *de elect. cap. 18. num. 24. per Tex. in cap. in electionibus 2. de elect.* nam vota eligentium debent esse certa, determinata, pura, sincera, & gratuita, *cap. in nomine Domini dist. 23.*

29 Item, quod non est in dubium revocandum, quin possit Episcopus ante electionem Abbatissæ Moniales prænonere, cum in generali tam ex parte delictorum, quàm Monialium valeat inquirere, quia non est actus judicialis, sed præambulum rectæ gubernationis ad validam electionem consequendam: immò per interrogationem specialem ex parte delicti, de quo suspicari verisimiliter potest, inquirit, cum non præcipiat ut Judex, sed postulat, ut patri sibi revelari ea, quæ tendunt ad Bonum Communitatis, ad cujus damnum vitandum, tenentur Moniales illi delicta revelando obedire, etiamsi non sint publica, nec præcesserit infamia, quia bonum commune Religionis naturali jure præponderat bono privato alicujus ex illo *Joan. 11.* Quicquid sit quando bonum universitatis non læderetur.

30. Cumque igitur subornatio, quæ aliquando fit verbis, aliquando muneribus, quæ dantur electricibus, ut eorum benevolentia & gratia aucupetur, vitiet electionem, & conventio de tali eligenda sit illicita, & simoniaca, ut dixit Rot. coram Seraph. *decis. 516.* meritò Episcopus ad extirpandam ambitionem Sac. Canonibus exosam, præcipit extrajudicialiter sibi revelari tractatus à jure damnatos, ut disciplina, & observantia Regularis salva consistat.

31. Hoc unum insuper advertere debet Episcopus, quod minor pars Capituli numquam validè eligit, nisi in casu, quo major pars scienter eligeret indignam, ut tradit Passer. *de elect. cap. 19. n. 21. & c. 31. n. 7. Sac. Cong. Episc. in Portugall. 4. Maii 1694.* Et ideò non conceditur confirmatio electæ, quæ non habuit majorem partem suffragiorum respectu totius Capituli, Rot. coram Coccin. *dec. 208. 2.*

32. Quando autem electio esset cassanda, seu annullanda vitio personæ electæ, tunc electa esset vocanda, & audienda; si verò esset irritanda ob non servatam legem, seu formam electionis, tunc proceditur ad novam absque citatione electæ, ut distinguit Passer. *de elect. cap. 33. n. 109. 155. & 164.*

33. Ri-

33. *RICONOSCERE IVOTI LEGITIMI, ED ESCLUDERE LE INCAPACI.* Cum Episcopus in electione Abbatissarum Monasteriorum ipsi subjectorum tanquam præses, sit Judex de iis, quæ pertinent ad directionem electionis, certum est, quod potest inquirere super legitimatione vocalium saltem extrajudicialiter, ut possit malam, vel nullam electionem evitare, & ne contingat post secutam electionem opponi, vel excipi contra electrices, vel contra electam: Melius est enim nullitatem prævenire, quàm post factam electionem illam infirmare, & electam dejicere, juxta commune dicterium, quo utuntur juristæ, quod turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hospes, apud Surd. *cons.* 64. *n.* 7.

34. Hæc tamen velim accipias, quod Episcopus, hujusmodi prævia extrajudiciali informatione procedere debeat ad electionem Abbatissæ ad cauthelam, & ut Moniales ita monitæ ab illicitis abstineant, & ad bonam electionem illas disponat, non autem, quod hoc teneatur præmittere de jure, ac pro validitate electionis: Quia *Concil. Trid. c.* 7. *sess.* 25. *de Regul.* talem formam non præscripsit, neque ejus Canon. *in cap. de indemnitatibus de elect.* inquisitionem hanc præcedere debere determinat: Sed ibi Papa mandat; quod tùm ex officio, tùm ad oppositionem partis de defectibus electæ cognoscat antequam confirmationem concedat, *ut in §. si verò*, ibi — *Si verò ad illam, quæ à majori parte (ut præmittitur) est electa, noluerint aliæ accedere Moniales: Vel si accesserint non tot tamen, quod cum aliis prius in eam consentientibus faciant duas partes: Tunc super objectibus partis alterius, si qui fuerint, & super aliis quæ in tali negocio sunt ex officio inquirenda, plenè, sine strepitu judicii, & figura per Superiorem inquiratur primitus antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur.*

Deputationis Cappellani.

FORMULA XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdos Regularis non debet inservire pro Capellano in Ecclesia Monialium, nisi in casu magnæ penuriæ Sacerdotum sæcularium.*
2 *Onus celebrationis Missarum injunctum Regularibus in Ecclesia Monialium transfertur ad eorum Ecclesiam.*
3 *Capellani Monialium non debent esse juvenes.*
4 *Episcopus potest prohibere Presbyteris sæcularibus, ne celebrent in Ecclesiis Monialium exemptarum.*
5 *In Ecclesiis Monialium non sepeliuntur cadavera sæcularium absque licentia Sacræ Congregationis.*
5 *Cappellanus Monialium potest Missam celebrare de Sancto cujus officium à Montalibus recitatur.*
7 *Cappellanus Monialium non debet alium Presbyterium substituere sine licentia Episcopi.*
8 *Capellani Monialium debent esse amovibiles.*

N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo *Presbytero sæculari* N. Tibi, ut asseris ab omni residentiæ onere, aliaque obligatione libero, cognita *ætate*, ac per examen sacrarum cæremoniarum peritia, & à fide dignis morum, & vitæ honestate, & probitate, per præsentes *tamquam Cappellano* facultatem, & licentiam damus *Missæ Sacrum faciendi* in Ecclesia exteriori Monialium Monasterii N. horis opportunis, servatis infrascriptis conditionibus.

Decentem Clericalem tonsuram, & coronam cum habitu talari semper deferas.

Cum

Cùm Monialibus, aut aliis Mulieribus intra Clauſuram degentibus (exceptis Monialibus Sacriſtis pro rebus ad Sacrificium Miſſæ, & ornatum Eccleſiæ tantùm) non loquaris ſub pœnis arbitrio.

Pro eleemoſyna Miſſæ quotidianæ nil aliud recipias, quàm ſolitam; Miſſæ Sacrum ne facias ſine Miniſtro idoneo, eoque decenti habitu induto.

Sacrum *per te ipſum* hora præſcripta facies. Præſentibus *ad noſtrum beneplacitum* valituris. Datum &c.

N. Epiſcopus (ſive Vicarius Generalis N.)

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

PRESBITERO SÆCULARI. Regulares non debent inſervire pro Capellanis in Eccleſiis Monialium, niſi in caſu magnæ penuriæ Sacerdotum ſæcularium: Et tunc Religioſus deputandus de conſenſu ſui Superioris ſit ætate, & moribus gravis cum prohibitione expreſſa, quod cum Monialibus nullo modo loquatur, Nicol. *floſc. verb. Capellanus num.* 11.

2. Quia Regulares non ſolùm ſunt prohibendi, ne Miſſam celebrent in Eccleſiis Monialium, ſed ſi eis ab aliquo Teſtatore reperiatur injunctum onus ibidem celebrandi, tale onus poteſt, immò & debebit transferri ad eorum Eccleſiam, vel alibi, prout laudando proviſionem *Sac. Congr. Epiſc. reſcripſit Patriarchæ Veneto* 15. *Junii & 8. Auguſti* 1592.

3. *ÆTATE*. Cappellani Monialium non debent eſſe juvenes, Nicol. *in floſc. verb. Cappellanus num.* 10. ſed provecti quia in ſeniore præſumitur major probitas, *cap. Si officia* 59. *diſt.* & morum gravitas, *cap. Porro* 84. *diſt.* At quia in Civitatibus, & locis parvis ſenes, & provecti non inveniuntur, prudentiæ Epiſcopi remittitur, ut etiam juvenes penſatis loci, & facti circumſtantiis debeat admittere, dummodò ſint præditi bonis moribus, & fama de eis bene loquatur.

4. *TAMQUAM CAPPELLANO*. Nam Presbyteri ſæculares, qui advocantur pro celebratione Miſſarum in Eccleſiis Monialium, poſſunt ab Epiſcopo prohiberi, ne accedant, quamvis Moniales exemptæ ſint, aut Regularibus ſubjiciantur, quia talis acceſſus pertinet ad cuſtodiam Clauſuræ, ſuper qua Epiſcopus invigilat, & juriſdictionem indiſcriminatim exercet, ut reſpondit *Sac. Congr. Concil. in Hieracen. Viſitationis* 26. *Januarii* 1692. *in reſponſione ad ſeptimum*. Cappellanus autem ſufficit, quod approbetur à Superiore Monaſterii, *ut in dicta Hieracen. in reſponſione ad nonum*.

5 Cappellanus autem non poteſt dare ſepulturam in Eccleſia Monialium Cadaveribus Laicorum ſive maſculis, ſive fœminis, quamvis nobilium, & quod ibidem elegerint ſepeliri, abſque licentia Sacræ Congregationis, & Monialium copulativè, ut pluries decretum fuit teſte Nicol. *in floſc. verb. Sepultura n.* 5. & Pignatell. *conſ.* 177. *num.* 1. & 2. & præcisè *in Foroſempronien.* 23. *Auguſti* 1652. & *in Gravinen.* 1. *Octobris* 1650. quæ Decreta denuò ad trutinam revocata, iterùm *ead. Sacr. Congregat. Epiſcop.* probavit *in Vercellen.* 18. *Maii* 1696. non obſtante ſolito, *referente Eminentiſſ. Card. Pamphilio*: Et ratio eſt, quia cum Eccleſia Monialium de jure jus ſepeliendi non habeat, non poſſunt in ea abſque privilegio, & licentia Superioris, ideſt Sacræ Congregationis, & in præjudicium Parochiæ, atque ſine conſenſu ſimul Monialium, Cadavera tumulari, neque Sepulchra conſtrui.

6 *MISSÆ SACRUM FACIENDI*. Cappellanus Monialium poteſt Miſſam celebrare de Sancto, cujus Officium ab ipſis Monialibus celebratur in Choro, Miſſali tamen Romano, in quo ſi Miſſa particularis de eodem Sancto non adeſt, ſumitur de communi, *Sacr. Rituum Congr.* apud Gavant. *in Manu. Epiſcop. verb. Monialium Cura ſpiritual. n.* 33. Barb. *in Sum. deciſ.*

decis. Apostol. collect. 122. *num.* 4. Nicol. *Lucubr. Can. lib.* 3. *tit.* 1. *de vit. & honest. Cler. n.* 17. ubi Decretum *Sacr. Congreg. Rituum sub die* 20. *Novembris* 1628. quod affert quoque Gavant. adducit.

7. *PER TE IPSUM*. Additur hæc clausula, ne Cappellanus arbitrium sumat substituendi alium Presbyterum non approbatum ad celebrandum in Ecclesiis Monialium, sine licentia Episcopi, sivè Vicarii Generalis in casu impedimenti.

8. *AD NOSTRUM BENEPLACITUM*. Cappellani monialium debent esse amovibiles, non autem perpetui, seù intitulati, ut declaravit *Sacr. Congr. Episcop.* in concessione gratiæ fundationis Monasterii monialium Cappucinarum loci Caprioli Brixien. Diœcesis, *referente clar. mem. Card. Petrucci sub die* 18. *Julii* 1692. in qua rescripsit -- *Annuendum pro fundatione Monasterii juxta petita, ità tamen, ut Cappellani in Cappellaniis perpetuò erigendis sint amovibiles*: juxtà sancita *in Concilio Aquilien si sub Clem. VIII. anno* 1596. *Can.* 20. ubi inter dicitur celebratio Missarum in Ecclesiis Monialium Presbyteris Sæcularibus, & Regularibus sine licentia, & approbatione Episcopi.

Deputationis Prædicatoris Monialium.

FORMULA XXIV.

SUMMARIUM.

1 *Concionatores pro Monialibus, debent esse viri pii, & docti.*
2 *Concionatores Monialium, non possunt cum illis alloqui sub quovis prætextu.*

TIbi N. cujus morum honestas, & sacrarum litterarum peritia *Nobis notæ sunt* facultatem concedimus, ut in Ecclesia exteriori Monasterii Monialium N. Monialibus ipsis in communi, & in interiori Ecclesia congregatis Verbum Dei è suggestu, vel ex Altari prædicare licitè possis: Dummodò peracta concione, à quocumque singulari colloquio etiam spirituali, cum aliqua Moniali habendo, *omnino abstineas*, ne pœnas contrà regulares alloquentes Moniales sine licentia inflictas incurras, & lethali culpa te obstringas. Præsentibus . . . . duraturis. Datum, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 *NOBIS NOTÆ SUNT*. Verbi Dei prædicatio monialibus ministranda, non est committenda Sacerdotibus Sæcularibus, sivè Regularibus, quorum mores, & doctrina notæ non sint Episcopo, quia exindè relaxatio regulæ oritur, si hi in doctrinis variis, & peregrinis laxi sint; & è conversò disciplina, & observantia Regularis solidatur, si Concionator prudens, doctus in doctrina sana, & pius eligatur, qui valeat moniales erudire.

2. *OMNINO ABSTINEAS*. Non possunt Concionatores sub quovis prætextu moniales alloqui, aliàs incurrunt censuras inflictas in Decretis Sixti V. & Urbani VIII. quæ refert per extensum Donat. *prax. rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 6. *q.* 5. *& qu.* 20. *& in qu.* 21. ubi de Concionatoribus Tamb. *de jur. Abbatiss. disp.* 26. *q.* 4. & dicam meliùs *in Appendice Adnot. ad Decretum Urb. VIII. super accessu Regularium ad Collocutoria Monialium*, ubi Sac. Congreg. Concilii resolutiones referam.

TITU-

TITULUS XII.

De variis Provisionibus.

Erectionis Seminarii.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

1 *Deputati pro gubernio Seminarii necessariò sunt eligendi ad formam Concilii, quorum consilio Episcopus uti debet.*

2 *Seminarium dicitur formaliter erectum, quoties alumni in aliqua Domo etiam conducta collegialiter vivant.*

3 *Episcopus primo loco debet ex fructibus Mensæ pro manutentione Seminarii contribuere.*

4 *Regulares an pro unione Beneficiorum teneantur Seminario contribuere, & num. 5.*

6 *Beneficia sæcularia, quæ Decimas Papales non solvunt, nec Seminario contribuere debent.*

7 *Taxa pro contributione Seminarii est reducenda, diminutis fructibus Beneficii taxati.*

Nos &c. Episcopus &c.

CUM in hac Civitate, & Diœcesi N. nullum Seminarium, sive Collegium Ecclesiasticum Puerorum juxta Concilii Tridentini dispositionem erectum & institutum existat, adolescentiumque ætas, nisi rectè instruatur, bonisque moribus, & disciplinis imbuatur, ad Mundi voluptates amplectendas prona existat, & nisi à teneris annis ad pietatem, Religionemque informetur, antequam vitiorum habitus totos eos possideat, numquam perfectè sine singulari propemodum Dei Omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseverat: Et pro Decreti conciliaris complemento, si in hac Civitate præfatum Seminarium pro uno illius Rectore, & competenti adolescentium numero, qui Grammatices, Cantus, computus Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam, Sacramque Scripturam, Libros Ecclesiasticos, Homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, ac Rituum, & Cœremoniarum formas edisce debeant, & teneantur, perpetuò erigatur; ex hoc profectò ipsi adolescentes, ad Sacros Ritus, & Cœremonias exercendas promptiores redderentur, Divinique Cultus augumento, dictæque Civitati decori cum illius Civium, & Incolarum utilitate plurimum in Domino consulatur. Hinc est, quod in nomine ejus, qui Nos confortat, in præmissis opportunè providendo cum consilio N. & N. nostræ Cathedralis graviorum Canonicorum (quos pro regimine, & gubernio Seminarii erigendi *Deputatos eligimus*) in hac Civitate in *Domibus N.* in via N. unum Seminarium Puerorum Ecclesiasticum pro uno illius Rectore, & competenti numero adolescentium nostræ Diœcesis requisita à Sac. Concil. Trid. præscripta habentium perpetuis usu, & habitatione, qui Grammatices, Cantus, computus Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam, Sacram Scripturam, necnon Libros Ecclesiasticos, atque Homilias Sanctorum, atque ut præfertur Sacramentorum tradendorum, quæ videbuntur opportuna, ac Rituum, & Cœremoniarum for-

formas ediscant, perpetuò erigimus, & instituimus; illique sic erecto & instituto, pro ejus Dote, illiusque Rectoris, & Alumnorum sustentatione bona N..... assignamus, & appropriamus, ita quod liceat Rectori, & Scholaribus pro tempore existentibus per se, vel alium, sivè alios etiam dicti Seminarii nomine propria auctoritate corporalem, realem, & actualem possessionem dictorum bonorum, illorumque fructuum, reddituum, & proventuum liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, eosdem fructus, & redditus percipere, levare, ac in suos, & dicti Seminarii usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita. Et ita in executionem Decreti *Concilii Trid. sess. 23. cap. 18. de Reform.* erigimus, instituimus, & bona respectivè assignamus omni &c.

N. Episcopus N.

Lectum, latum, & publicatum fuit præsens Decretum erectionis Seminarii in Civitate N. in Palatio Episcopali in mansionibus Dominationis Suæ Illustrissimę die .....mensis.....anni....præsentibus, N. & N. ad id pro Testibus specialiter adhibitis, atque rogatis.

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

Quandò verò bona assignata pro manutentione Seminarii sufficientia non sunt & proindè necessarium sit, quod conficiatur Taxa Beneficiorum, tunc Episcopus eligat ex parte sua unum de Capitulo, & alium de Clero, & mandet alios duos Consultores à Capitulo, & Clero respectivè deputari ad formam Concilii, quatenus in Synodo non reperiantur jam electi, & in Decreto erectionis post verba illa-*Cujusvis licentia de super minimè requisita*, prosequendo addat--*Et quia pro manutentione Magistrorum Grammaticæ, Cantus, aliarumvè bonarum artium, & sustentatione Puerorum, ac mercede inservientium, bona, & redditus, ut suprà assignata non sufficiunt: Ideo ut portio aliqua ex fructibus nostræ Mensæ, & aliorum quorumcumque Beneficiorum etiam Regularium Civitatis, & Diœcesis probè ad supplendum dictis expensis ad formam Sac. Concilii detrahatur, & etiam Collegio applicetur, pro conficienda Taxa Rev. D. Canonicum N. de Capitulo, & R. N. de Clero ex parte nostra in Consultores eligimus, & deputamus; mandamusque, quod alii duo, alter per Capitulum, & alter per Clerum infrà terminum.... eligantur.*

ADNOTATIONES.

1. *DEPUTATOS ELIGIMUS* Deputat pro gubernio Seminarii perneceſſe ad formam præſcriptam à Concilio eligendi ſunt, quorum conſilium Epiſcopus requirere debet, (licèt ſequi non teneantur) tàm in conſtituendis regulis, quàm in electione, admiſſione, & expulſione puerorum, ſicuti in deputatione magiſtrorum, viſitatione, & rerum temporalium adminiſtratione, ut reſpondit *Sac. Congr. Concilii in Salernitana*, quam referunt Ventrigil. *prax. p. 2. adnot. 29. §. unic. n. 6. 9. & 10.* Chriſp. *de Viſit. p. 2. §. 31. n. 6.* qui ſine cauſa nec amoveri poſſunt, Barboſ. *de offic. & pot. Epiſc. alleg. 77. n. 31. & 33.* Nicol. *in floſc. verb. Seminarium poſt n. 12.* & ſæpè declaravit Sac. Congr. cujus Decreta congerit Pignatell. *conſult. 36. n. 9. tom. 8.*

2. *IN DOMIBUS N.* Non eſt neceſſe, quod habitatio, ſivè Domus localis materialis ſit propria Seminarii ad hoc, ut dicatur erectum; ſed ſufficit ad hunc effectum, quod ſit habitatio præparata etiam conducta pro Alumnis, dummodo hi introducti ſint, & ibidem collegialiter vivant, & hoſpitentur; tunc enim certa taxa ſuper Beneficiis, ſicuti & unio eorum conſtitui, & validè fieri po-

potest, quia Seminarium sic institutum est verè, & formaliter erectum, ad tradita per Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. n. 194. & 195.* Lotter. *de re benef. lib. 2. cap. 29. n. 51.* Ventrigil. *prax. p. 2. adnot. 29. §. unico n. 42.* Rot. *coram Coccin. decis. 1365. n. 1.*

3. *EX FRUCTIBUS NOSTRÆ MENSÆ.* Virtute Decreti Concilii debet primùm Episcopus ex ejus Mensa Seminario ratam fructuum contribuere, & postea Capitulum, & cæteros ad id cogere, ut declaravit *Sac. ejusdem Concilii Congr. supradictum cap. 18. sess. 23. de reform.* Barb. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 77. n. 2.* Corrad. *prax. benef. lib. 4. cap. 8. n. 11.* Ventrigil. *prax. par. 2. adnotat. 29. §. unico n. 14.* Ricc. *dec. 196. n. 2. p. 4.* & aliaDecreta refert Pign. *consul. 81. n. 96. t. 9.*

4. *BENEFICIORUM ETIAM REGULARIUM.* Sac. Congr. Concilii declarando Text. *in d. cap. 18. vers.--non tamen mendicantium*, olim respondit Fratres Mendicantes non teneri ad Seminarii contributionem, si non habeant Beneficia unita Monasteriis, pro quibus tunc habita ratione reddituum eorundem, solvere deberent.

5. At unio, ut Mendicantes cogi possint, est plenè probanda non per conjecturas, & præsumptiones, sed per gratiæ unionis expeditionem, *Sac. Cong. Concil. in Cornetana 28. Julii 1696.* in quia dubitatum quoque fuit, quod quatenus probata, fuisset unio, de qua non constabat, adhuc cum unio, quæ sit Monasteriis Mendicantium, dicatur extinctiva tituli, adeò ut Beneficium evadat alterius naturę, amplius contributioni non subjaceret, & fuit per D. Secretarium allatum Decretum contrarium antiquo, de quo meminit Nicol. *in flosc. verb. Seminarium num. 9. vers. Sacra quoque.*

6. Beneficia verò sęcularia, quæ ob illorum fructuum tenuitatem Decimis Papalibus non contribuunt, neque contribuere tenentur Seminario, Nicol. *in flosc. verb. Seminarium post n. 9. Sac. Cong. Concil. in Amalphitana 18. Julii 1699. in responsione ad 11. & 6. Febr. 1700.* ubi agebatur de Ecclesiis Parochialibus Congruam non habentibus, & quæ Decimis Papalibus non contribuerant, & aliud Decretum allegat Pignat. *cons. 81. nu. 138. tom. 9.*

7. Vel si redditus Beneficii taxati post taxam facto Papæ, aut temporum injuria absque culpa Beneficiati notabiliter essent diminuti, taxa esset reducenda, & moderanda, quia onera sunt imponenda proportionaliter secundum facultates, *Clem. 1. in fin. de Magistr.* Rot. *coram Seraph. dec. 942. n. 11. Sac. Cong. Conc. in Romana Taxæ 26. Jan. 1696.*

Decreti Taxæ Beneficiorum.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 *Taxa beneficiorum pro manutentione Seminarii debet constitui cum consilio Deputatorum.*
2 *Deputatorum electio fit in Synodo, & extra Synodum.*
3 *Taxa fieri potest in actu erectionis Seminarii, vel antea.*
4 *Taxa constituitur in subsidium.*
5 *In taxanda portione Beneficiorum habenda est ratio ad onera eorundem, quæ prius deducenda sunt.*
6 *Taxa duorum cum dimidio, vel quatuor juxta loci ubertatem constitui potest.*
7 *Taxa potest augeri.*

CUm Seminarium Ecclesiasticum in hac Civitate erectum, pro manutentione Puerorum, Magistrorum, & inservientium redditus sufficientes non habeat, eidem propterea congruè providere volentes, infrascriptam portionem seu partem fructuum nostræ Mensæ, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum hujus Civitatis, & Diœcesis, Collegio prædicto applicandam *cum consilio Consultorum* Deputatorum ad formam Decreti Concilii *cap. 18. sess. 23. de reform.* auctoritate Nobis in eodem Decreto tributa detrahendam duximus, prout præsenti nostro Decreto *pro nunc* in quantitate infrascripta detrahimus,

taxa-

taxamus, & præfato Collegio, seu Seminario applicamus, ac annis singulis tam per nostram Mensam, quàm per Capitulum, & cæteros Beneficiatos infrascriptos solvi, & contribui debere mandamus, videlicet.

Mensa Episcopalis scuta....
Capitulum Cathedralis scuta....
Capitulum Collegiatæ N. scuta....
Parochialis Ecclesia N. scuta...
Beneficium simplex sub invocatione N. in Ecclesia N. scuta...
Beneficium simplex Abbatia nuncupat. N. loci N. scuta...
Ecclesia Abbatialis S. N. PP. Ord. Cassinensium N. scuta....
Beneficium simplex Abbatia nuncupat. S. N. PP. Ord. Camald. N. scuta...
Prioratus S. N. Ecclesiæ N. Ord. Regular. S. N. scuta...

N. Episcopus N.

N. N. Consultor Deputatus Capituli ab Illustrissimo Episcopo.
N. N. Consultor Deputatus Capituli pro Capitulo.
N. N. Consultor Deputatus Cleri ab Illustrissimo Episcopo.
N. N. Consultor Deputatus Cleri pro Clero.

N. Cancellarius Episcopalis rogatus.

ADNOTATIONES.

1 *CUM CONSILIO CONSULTORUM*. Taxa pro Seminario constitui debet, ut Concilium mandat, cum consilio deputatorum, aliter solus Episcopus inutiliter taxaret; nam obligatus ad petendum consilium alicujus, (licèt sequi non teneatur), si illud non petat, nulliter agit, ex congestis à Pignatell. *consult.* 180. *n.* 7. *tom.* 1. & in terminis declaravit *Sacr. Congreg. Concilii in Salernitana*, quam refert Chrispin. *de Visit. part.* 2. §. 31. *n.* 6.

2. Consultorum autem deputatio licèt possit fieri extra Synodum, nihilominus regulariter fieri debet in Synodo, in qua jam totus Clerus congregatus reperitur, ut monet Corrad. *prax. benef. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 28.

3. *PRO NUNC TAXAMUS*. Hæc Beneficiorum taxa, in qua primo loco Mensa Episcopalis reponenda est, fieri potest, vel in actu erectionis Seminarii, vel etiam antea: Non enim pro impositione, & institutione illius exigitur, quod Collegium sit formaliter erectum, prout requiritur pro validitate unionis Beneficii: tùm ut dignosci valeat an sit sufficiens necne: tùm ut possit anticipatè exigi pro introductione, & manutensione Puerorum, ut advertunt Ventrigl. *prax. par.* 2. *adnot.* 29. §. *unico n.* 38. & Card. de Luc. *adnot. ad Concil. disc.* 25. *n* 16.

4. Si tamen Seminarium reperiretur competenter dotatum, utpotè quia uniones Beneficiorum per Sedem Apostolicam, vel Ordinarios illi factæ fortitæ fuerint effectum, vel aliundè redditibus abundaret, unde congruè manuteneri posset, tali casu taxa constitui non posset, ut notat Ventrigl. *loco cit. num.* 41. *ibique* Carol. Anton. de Luc. *n.* 5.

5. In taxanda verò quantitate portionis uniuscujusque Beneficii, quæ regulariter excedere non debet dimidiam Decimam Nicol. *in flosc. verb. Seminarium n.* 3. *vers. circa taxam*, Corrad. *ubi sup. n.* 15. & Ventrigl. *num.* 39. deducenda sunt alia onera perpetua, & aliæ expensæ necessariæ, ad quæ Rector Beneficii tenetur, ut de communi tradunt Barbos. *supra Concil. d. cap.* 18. *n.* 14. *sess.* 23. *de reform.* Ventrigl. *cit. loc. n.* 20.

6. Et sic juxta Beneficii qualitatem, loci, & Diœcesis ubertatem, & charitatem

tem taxa instituenda est: Alibi enim summa duorum cum dimidio pro centenario sufficit, & alibi etiam quatuor approbatur, ut decisum refert Pignatell. *consult.* 416. *tom.*1. *& consult.*81. *n.*106. *to.*9. quia Episcopus virtute potestatis tributæ à Concilio, nedum in dimidia Decimæ potest Beneficia onerare, sed etiam in majori, prout justum, & æquum ei visum fuerit, sic ex Decreto Congregationis probat Gallemart. *supra d. cap.*18. *n.* 26.

7. Adduntur autem in formula Decreti illa verba -- *pro nunc*, ad demonstrandum, quod potest arbitrio Episcopi in futurum augeri; puta in casu, quo redditus Seminarii essent ita diminuti, ut ad victum Scholarium, aliaque onere subeunda non sufficerent, ex traditis à Pac. Jord. *lucubr. tom.*2. *lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 23. Corrad. *prax. benef. lib.*4. *cap.*8. *n.*19.

Absolutionis à juramento.

FORMVLA III.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum semper est servandum, quoties sine dispendio salutis æternæ servari potest.*
2 *In absolutione juramenti non est citanda pars.*
3 *Solus Papa absolvit à perjurio.*
4 *Qui petit absolvi à juramento, non dicitur contravenire contractui.*
5 *Super validitate juramenti solus Judex Ecclesiasticus cognoscit.*
Absolutio à Juramento petitur à Judice Domicilii rei conveniendi, ibid.
6 *Absolutio à Juramento Contractus, qui habet in ventre obligationem Cameralem, includit absolutionem à Juramento de non petendo absolutionem.*
7 *Qui promittit in contractu absolutionem juramenti non petere, adhuc illam petere potest, stante dolositate contractus.*
8 *Absolutio à juramento non est necessaria ubi concurrit ænormissima læsio.*
9 *Neque in obligatione facta in Carceribus.*
10 *Neque in casibus in quibus juramentum de jure non ligat.*

A *Tentis expositis* Oratorem à juramento, seu juramentis in præmemorato Instrumento susceptо, seu susceptis, dummodo *in perjurium non inciderit*, ad effectum tantùm *civiliter agendi* absolvimus & liberamus, & si de viribus juramenti disputari contigerit, id tantùm *coram Nobis*, vel alio Ecclesiastico Judice, & non alibi discepteretur. In quorum &c. Datum hac die....

N. Episcopus (sive Vicarius Generalis.) N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *ATTENTIS EXPOSITIS.* Absolutio à juramento non conceditur, nisi interveniat aliqua justa causa, scilicet metus, læsionis, doli, deceptionis, aut alia similis: Si enim passim, sine justa causa summariè cognita, absolutio concederetur, juramentum esset elusorium, quod dici non debet, cum semper sit servandum, quoties sine dispendio salutis æternæ servari potest, Rot. coram Mantic. *decis.* 267. *num.* 6. 9. & 10. & ideò, quod non detur scienter decretum tenet Altograd. *consult.* 5. *num.* 50. *lib.* 1.

2. An autem in absolutione hujusmodi sit citanda pars, praxis docet, quod non, & ita de communi firmat Joseph Ludov. decis. Perusin. 18. *à num.*3. *ad* 10. *par.* 1, cui

cui favet Caren. *resol.* 139. *per tot.* At Paris. *de resign. lib.* 13. *quæst.* 1. *n.* 38. tenet, quod in absolutione juramenti interpositi propter metum requiratur partis citatio; sed ejus opinio in praxi non servatur, ex rationibus infra subjungendis.

3. *IN PERJURIUM NON INCIDERIT.* Quia à perjurio jam incurso solus Papa absolvit, Peregr. *prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *sub sect.* 7. *n.* 3. *limit. ultim.* Niger. *de excep. cap.* 15. §. 2. *num.* 3. Rub. *singular. tom.* 2. *par.* 6. *tit. de interpret. stat. num.* 152. *pag. mihi* 667.

4. *CIVILITER AGENDI.* Qui petit, & obtinet solutionem à juramento ad effectum civiliter agendi, non dicitur contravenire, sed ad instar illius, qui obtinuit aperitionem oris adversus Breve Pontificium, ut possit postquam obtinuit absolvi, excipere, & ostendere læsionem, dolum, deceptionem, & injustitiam Contractus, quod prius facere non poterat absque incursu perjurii, ut docent Rub. *singul. tom.* 2. *d. par.* 6. *circa statut. interpr. n.* 146. *d. pag.* 667. Ciarlin. *contr.* 22. *n.* 49. *tom.* 2. Rot. *coram Coccin. decis.* 582. *n.* 8. Et hinc est, quod cum in absolutione partis jus non lædatur, non exigitur ejus citatio.

5. *CORAM NOBIS.* Super validitate juramenti, scilicet an sit licitum vel non, solus Judex Ecclesiasticus cognoscit *cap. licèt de jurejur. in* 6. Ricc. *prax. for. Eccl. par.* 1. *resol.* 306. Bellet. *disq. Cler. p.* 1. *de favor. Cleric. real.* §. 4. *n.* 137. . . . Absolutio verò peti debet à Judice Ecclesiastico Domicilii rei conveniendi, ad tradita per Cyriac. *controv.* 380. *num.* 70. Gavant. *manual. Episc. verb. juramentum n.* 13.

6. Ex his notandum, quod absolutio obtenta à juramento contento in Instrumento Camerali, obligatione vallato, includit etiam absolutionem à juramento de non petendo absolutionem, contento in ipsa obligatione Camerali, ut dixit Rot. *dec.* 28. *n.* 7. post Zacch. *de obbligat. Camer.*

7. Si quis verò explicitè, & expressè cum juramento promitteret absolutionem non petere, & petita non uti, si posteà illam petat, quod efficiatur perjurus, dicit Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 59. *n.* 8. quem sequitur Rot. *dec.* 180. *num.* 29. *p.* 9. *rec.* Sed contrarium tenet Caren. *resol.* 139. *n.* 3. cui adherendum arbitror: quia si contractus, cui accessit hujusmodi promissio, esset læsivus, dolosus, & injustus, absolutio peti poterit absque incursu perjurii, cum juramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, *c. quanto, & c. cum contingat de jurejur.* Rot. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 205. *num.* 7. & 8. *glos. in c. dilecti* 13. *verb: juramenti de major. & obedient.*

8. Secundò, quod absolutio à juramento ad effectum agendi necessaria non est, ubi concurrit ænormissima læsio, quæ sit jam detecta, vel dolus, & de illis constet ex inspectione Instrumenti, vel aliunde, Pich. *ad statut. Urb. lib.* 1. *c.* 151. *glos.* 23. *n.* 23. Anton. de Marin. *quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 136. *n.* 12.

9. Item absolutio necessaria non est, quando juramentum est appositum in obligatione facta in Carceribus, vel alio, qui loco Carceris habebatur, Rot. *decis.* 272. *n.* 13. coram Carillo, & *decis.* 82. *n.* 5. 6. & *seqq. coram Peuting.* & post Merlin. *de pignor. decis.* 73. *n.* 12.

10. Neque quando fuit præstitum in casibus, in quibus de jure juramentum non ligat, Mancin. *de juram. par.* 6. *quæst.* 27. *num.* 1. Tusch. *lit. A. concl.* 58. *n.* 48. Nec si agatur de Universitate, quæ est persona ficta, dummodo non agant eædem personæ, quæ jurarunt, Tusch. *d. concl.* 58. *num.* 68.

Absolutio Universitatis.

FORMULA IV.

1 ACcidit non semel, quod Universitates locorum damnum notabile sentientes ex incursu Locustarum, Bruchuum, & Murium in Agris, Vineis, & Seminibus; ac verentes, quod hujusmodi calamitates sint effectus alicujus

excommunicationis incursæ etiam ignoranter, inolevit praxis impetrandi à Sede Apostolica facultatem absolutionis, cujus vigore Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis Universitatem absolvit, ut de praxi testatur Leo *Thesaur. for. Eccles. p. 4. tit. de locust. cap. 3. num. 41.*

2 Episcopus igitur, vel Vicarius si est Sacerdos, Sacris Vestibus indutus comitatus à Clero extra Ecclesiam, & in loco ubi populus assistere valeat, convenit, ibique genuflexus Psalmum intonat Miserere mei Deus, Clerus sequitur, & absoluto Psalmo, intonat Deus misereatur nostri, & sequitur usque ad finem, quo recitato surgens dicit Kyrie eleison &c. Pater &c. Et ne nos inducas &c.

℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Averte iram tuam ab eo.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Domine non secundum peccata sua facies ei.
℟. Neque secundum ipsius iniquitates facias ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

3 Præsta quæsumus Domine huic populo tuo misericordiam tuam humiliter imploranti dignum pœnitentiæ fructum, ut si peccando à lege tua deviaverit errorum suorum veniam consequendo, te gratiarum actione semper incessabili voce laudet.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem populi tui humiliter supplicantis, ut si aliquo excommunicationis vinculo innodatus existit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat, & eum non deseras, sed ad præmia futura disponas. Per Dominum &c.

Precibus prædictis expletis Episcopus, (vel Vicarius) cooperto capite dat absolutionem dicendo voce intelligibili.

4 Auctoritate Dei Omnipotentis, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Ecclesiæ suæ Nobis à Sanctiss. D. N. Papa N. in hac parte, & vice concesso, Universitatem, & homines hujus loci N. à quibusvis excommunicationis, seu maledictionis Sententiis, Censuris, & pœnis quocumque modo per eos ignoranter incursis sine tamen alicujus præjudicio absolvimus, & ex parte Omnipotentis Dei, BB. Petri, & Pauli, ac Sanctiss. D. N. Papæ omnes hujus loci, & Universitatis personas, & eorum bona quæcumque benedicimus, & iis, qui confessi, & contriti post jejunium expletum Sacram Communionem reverenter susceperint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

5 Deindè Episcopus, seu Vicarius in Ecclesiam rediens populo insequente, in eam ingrediens dicit -- *Reduco te in gremium S. Matris Ecclesiæ, & ad consortium, & communionem Christianitatis, à qua fortè fueras segregatus, & participationis Sacramentorum restitutio. In nomine Patris, & Filii, & Sp. Sancti.*

6 Postea procedens ad Altare Chorus canit: *Benedictus Dñs. Deus Israel &c.*

quo

quo finito celebratur Missa, & post Missam fit processio, & Episcopus Pontificaliter indutus unà cum Clero, & populo incedit ad locum, à quo vult devenire ad benedictionem agrorum, & frugum, quò perventus intonat Psalm. *Dominus regit me &c.* quo à Clero absoluto dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Te Domine rogamus, ut hæc segetum, frugum, olivarum, leguminum, & herbarum semina, ex quibus fructus de terra suscipere speramus, ut non grando illa succidat, non turbo tempestatis detruncet, non aquarum abundantia, nec imber abducat, non aeris immutatio exterminet, sed tua sancta ✠ benedictione munita, fructifera, & superabundantia propter Animarum, & corporum humanorum utilitatem, & usum ad plenissimam maturitatem, & conservationem perducere digneris. Per Christum &c. Aspergit aqua benedicta, & deinde dicit.

OREMUS.

Preces nostras quæsumus Omnipotens Deus clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, & Vermium, Avium, Murium, Locustarum, Bruchuum, & aliorum Animalium persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulsi, nulli noceant, & hos Campos, Agros, Vineas, Prædia, & Aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis surgentia, & orta semina tuæ Majestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum &c.

Dispensationis illegitimi ad Ordines, & Beneficium.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus dispensat cum illegitimis ad ordines minores suffragantibus illorum meritis.*
2 *Omnes illegitimi ex quocumque damnato coitu nati ab Episcopo ad minores dispensantur.*
3 *Legitimatio Principis sæcularis non suffragatur ad ordines.*
4 *Etiamsi essent vocati ad Beneficia juris patronatus, & essent ad illa præsentati.*
5 *Constitutio, quæ excludit illegitimos ab Ecclesia, est favorabilis, & amplianda.*
6 *Episcopus dispensat illegitimum ad unum beneficium simplex.*
7 *Non dispensat ad beneficium, quod Pater obtinebat.*
8 *Dispensat ad Canonicatum Collegiatæ.*
9 *An dispenset in Canonicatu Cathedralis? referuntur DD. sententiæ.*

N. Episcopus N.

UNiversis, & singulis per Præsentes testamur, quod die Sabbati quatuor temporum N. die ... mensis ... in nostra Cathedrali Ecclesia Sacras Ordinationes celebrantes dilectum Nobis N. Scholarem hujus nostræ Diœcesis *bonæ vitæ, famæ, & æstimationis* ad hoc idoneum repertum, vigore facultatis Nobis *per Sac. Canones attributæ* Clericali charactere *prævia dispensatione* insignivimus, primamque Tonsuram illi contulimus, ac cum eodem super defectu natalium, quem ex presbytero, & soluta genitus patitur, ut etiam ad minores Ordines promoveri, ac etiam *unum perpetuum simplex Beneficium* Ecclesiasticum, *cui Cura non imminet* animarum, aut Ordinem aliquem sacrum annexum non habet, si sibi canonicè conferatur recipere, & retinere liberè, & licitè valeat, hujusmodi defectu natalium non obstante, eadem auctoritate dispensavimus, & per præsentes dispensamus. In cujus rei testimonium has à Nobis subscriptas expediri jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *BONÆ VITÆ, FAMÆ, ET ÆSTIMATIONIS*. Dispensatio ad Ordines minores per Episcopum conceditur illegitimis, suffragantibus meritis, & præmissa illorum verificatione, & causæ cognitione, aliàs non teneret, ut monet Garz. *de benef. part.* 7. *c.* 2. *n.* 48. & 49. Corrad. *prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 95. & *seqq.* à quo formulam hanc, paucis mutatis, mutuo accepi. Hæc tamen laudabilis vitæ informatio, non est capienda in forma judicii, sed sufficit extrajudicialis, ut dicit Tondut. *qu. benef. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 3.

2. *PER SACR. CANONES ATTRIBUTÆ*. Facultas dispensandi illegitimos ad Ordines minores conceditur Episcopo *in cap.* 1. *de filiis Presbyter. in* 6. nullusque illegitimus excluditur, sed omnes ex quocumque damnato coitu nati sint promoveri possunt, necnon Beneficia Curam animarum non habentia, aut Ordinem sacrum annexum, cum eadem dispensatione licitè retinent, Passerin. *de elect. c.* 25. *qu.* 19. *n.* 203.

3. *PRÆVIA DISPENSATIONE*. Illegitimi ad effectum, ut ad Ordines minores possint promoveri, indigent dispensatione præcedente Episcopi, etiamsi fuissent per Principem sæcularem legitimati, quia ista legitimatio non suffragatur quoad spiritualia, *c. lege dist.* 10. *cap. per venerabilem de re judic.* Piasec. *prax. Episc. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 4. *n.* 11.

4. Amplia procedere etiam in casu, quod illegitimi essent vocati ad Beneficium Jurispatronatus, & præsentati: quia cum sint irregulares, nisi prius dispensentur præsentari prohibentur, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.* Barbos. *de offic. & pot. Episc. alleg.* 72. *n.* 83. Fagnan. *in c. ut filii n.* 3. *de fil. Presbyter.* Vivian. *de jurep. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 6. *Sac. Congr. Episc. in Licien.* 29. *Julii* 1695. Secus tamen si per subsequens Matrimonium essent legitimati, *c. tanta, qui filii sint legitim.*

5. Et hic nota, quod dispositio, seù Constitutio illegitimos excludens ab Ecclesia, dicitur favorabilis, & ampliandа in odium incontinentiæ, & ne peculium Christi indignis concedatur, & ad evitandum populi scandalum, ut advertit Fa-

Fagnan. *in cap. ad extirpandas num.* 44. & 47. *de fil. Presbyt.*

6 *UNUM PERPETUUM SIMPLEX BENEFICIUM.* Ad unum tantum, & non plura Beneficia simplicia illegitimum Episcopus dispensat, quamvis Beneficium collatum, sivè conferendum, sit tenue, & non sufficiat ad sustentationem, Garz. *de benef. d. par.* 7. *c.* 2. *n.* 50. Passerin. *de elect. d. cap.* 25. *qu.* 19. *n.* 194.

7. Neque dispensat, ut Beneficium simplex, vel non Curatum illegitimus consequatur, quod illius Pater obtinebat, quia in hoc solus Papa, & quidem expresè dispensat, Passerin. *sup. d. cap.* 1. *de fil. Presbyt. in* 6. *num.* 9.

8. *CUI CURA NON IMMINET ANIMARUM.* Ex hac clausula infertur, quod possit Episcopus cum illegitimo dispensare pro obtinendo Canonicatu in Ecclesia Collegiata, cui Ordo Sacer non sit annexus, ut ait Corrad. *prax. benef. lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 115. *& seqq.*

9. Immò, quod ad Canonicatus etiam Cathedralis aliis dispenset, tenent Nav. *cons.* 4. *n.* 4. *de fil. Presbyt.* & alii plures, quos refert, & sequitur Passerin. *de elect. d. cap.* 25. *qu.* 19. *n.* 197.

10. Verùm hæc Passerini Sententia in praxi rejicitur (quidquid sit de juris rigore) ut testantur duo practici Beneficialistæ Curiæ Romanæ, nempè Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 48. *à n.* 153. *ad* 173. & Corrad. *prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 152. *& seq.* & hoc (ut ipsi ajunt) propter præeminentiam, & majoritatem, quam habent Canonici Cathedralis super alios Clericos Civitatis, & Diœcesis, & quia cum Episcopo unum corpus constituunt: ac etiam ex eo quia ex dispositione *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Canonici Cathedralium habent annexum Ordinem Sacrum, in quo Episcopus cum illegitimo non dispensat.

11. Nihilominus Sententia Navarri, Passerini, & sequacium sustineri, & sequi posse crederem in illegitimo à Papa jam dispensato ad Ordines Sacros, secus in promovendo, juxta distinctionem Majoli *de irregul. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 11. quam sequitur Garz. *de benef. par.* 7. *c.* 2. *n.* 68. & vidisse dissimulant Lotter. & Corrad. & ex aliis rationibus, quas expendit Passerin. qui scripsit *post* Lotter. & Corrad.

Deputationis Concionatoris.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

1 *Prædicatores omnes vice Episcopi annunciant verbum Dei.*
2 *Debent esse bonæ vitæ.*
3 *Episcopus non eligens idoneos Concionatores peccat mortaliter.*
4 *Prædicatores, qui verbum Dei adulterant, sunt ab Episcopo removendi & puniendi.*
5 *Episcopus non debet esse facilis in rejiciendis nominationibus, quæ fiunt à laicis, Prædicatorum, & n.* 6. *&* 7.

N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo N. In eo, qui est vera salus, benedictionem. Cum pro munere nostri Pastorali officii viros idoneos potentes opere, & sermone ad verbum Dei prædicandum mittere teneamur; qui plebes Nobis commissas *vice nostra* instruant in lege Domini: de tuo Animarum zelo, pietate, *vita*, *moribus*, & scientia, quibus à tuis Superioribus apud Nos pleno commendaris testimonio plurimum in Domino confisi, ut proxima futura Resurrectionis Quadragesima, sequentis anni ..... in Ecclesia N. loci N. verbum Dei prædicare possis, & valeas facultatem concedimus, & impertimur. Te in eo qui veritas est, & vita, admonentes, ut in tuis Concionibus (quas secundum Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, & SS. PP. doctrinam semper habebis)

in simplicitate, & puritate sermonis juxtà audientium captum, Deum annunciès, virtutes doceas, peccata evitare fortiter suggeras, pœnitentiam amplecti insinues, mandata Dei, & præcepta Ecclesiæ servari, rebelles hominum voluntates suavi declamatione ad Deum impellas, æternitatem prædices. Mandantes tàm populo, quàm Clero d. loci, ut benignè te recipiant, honorificè tractent, ac necessaria ministrent eorum impensis, qui eas facere tenentur, vel solent; *& de solita eleemosyna tibi* respondeant. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *VICE NOSTRA*. Omnes Prædicatores, qui in hac parte Coadjutores sunt, prædicant vice Episcopi, juxta dispositionem *Concilii Lateranen. sub Innoc. III. habiti can.* 10. *& relati à Gallemart. supra Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 4. *de reform. post num.* 14.

2. *VITA MORIBUS*. In Concionatore magis attendenda est bona vita, quàm scientia, quia longè plus proficit Prædicator exemplo boni operis, quàm verbo doctrinæ, cujus enim vita despicitur, ejus prædicatio contemnitur, *cap.* 3. *§. porrò in fin.* 3. *quæst.* 7. & vita bona facit hominem beatum, scientia verò inflatum, juxta D. Pauli sententiam, *quod scientia inflat, charitas verò ædificat. Corinth.* 1. *cap.* 8.

3. Caveant igitur Episcopi ne verbum Dei à Religiosis, quorum mores ipsis noti non sunt, prædicetur, neque admittant facilè illos, qui prece, & commendatione Magnatum, (quærentes, quæ sua sunt & non Animarum salutem) se se in ministerio Apostolico intrudere festinant; memores conclusionis, & sententiæ quod Episcopus non eligens idoneos Concionatores peccat mortaliter, sic probat Lauret. de Franch. *controv. part.* 1. *tit. de subject. regular. ex Constit. Gregor. XV. qu.* 12. *&* 13. *num.* 609. *& seqq.*

4. *IN SIMPLICITATE, ET PURITATE SERMONIS*. Divus Paulus magnus Prædicator, Jesum Christum, & hunc Crucifixum annunciabat: nonnulli Concionatores verò nostri temporis, (quos idem Apostolus spiritu prophetico invisit 2. *ad Corinth. cap.* 2.) Verbum Dei adulterantes, & in sublimitate sermonis extollentes, sensumque scripturarum detorquentes, ad fabulas convertuntur, fideique mysteria, & sanctitatem cum animarum jactura deturpant, & fucum faciunt: Undè Episcopi, si quos habeant in eorum Diœcesi, qui ministerio abutantur, in eos seriò animadvertant, non solum à prædicationis munere suspendendo, sed pœnis etiam gravioribus, juxta facultates ipsis tributas *à Sacr. Congreg. Concilii jussu sanctæ memor. Innocent. XI. litteris circularibus sub datum Romæ* 6. *Julii* 1680.

5. *SOLITA ELEEMOSYNA*. Frequenter, tam in S. Cong. Concilii, quàm alia Episc. & Regul. audiuntur querelæ Concionatorum, de eleemosynæ solutione dari solitæ, vel quia Episcopus Concionatorem à laicis præsentatum non admisit, & alium nominavit, vel quia non præsentarunt tempore debito. Ad tollendas igitur occasiones litium, & populi perturbationes, Episcopus, qui est Pastor, non mactet oves, sed illas foveat, & charitativè tractet.

6. Si ergo Universitas, vel Baro reperitur in possessione nominandi Concionatorem cum onere solvendi eleemosynam, illam seu illum hoc jure spoliare non attentet: Nam etsi vigore Concilii *sess.* 24. *cap.* 4. possit Episcopus talem facul-

cultatem sibi vindicare, non probata per eosdem laicos rigorosè immemorabili, ut probant Decreta relata à Panimoll. *decis.* 91. *adnot.* 2. & Pignatell. *consult.* 206. *tom.* 4.

7. Attamen quia ex hac juris laicorum impugnatione plura mala eveniunt, moderatè, & rarò tali facultate Episcopus utatur: sed dum ei litteræ Patentes tempore congruo nominationis concionatoris præsentantur, recognita prius præteritarum nominationum executione saltem per triginta, & 40. annos, ac præsentati idoneitate, etiam quoad mores, litteras approbationis expediat, quæ poterunt concipi sequenti, vel simili modo.

Approbationis Concionatoris à laicis nominati.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatio, & nominatio Concionatoris ab universitatibus, aliisque laicis facienda, debet fieri tempore debito, quod hic præscribitur, num.* 2.

3 *Litteræ Patentes nominationis non debent continere verba* eligimus, & constituimus, sed nominamus, & præsentamus.

4 *Etiam si litteræ Patentes expediantur à Superiore Regulari.*

5 *Episcopus potest si vult concionatorem præsentatum examinare.*

6 *Eleemosyna dari solita concionatori non potest minui sine licentia Sacr. Congregat.*

7 *Episcopus, sive Parochus concionantes non possunt exigere eleemosynam Prædicatori dari solitam, nisi essent nominati, vel solveretur ex peculiari legato, & n.* 9.

8 *Parochus si vult concionari per se ipsum, debet id notificare tempore debito.*

10 *Parochus potest prædicare diebus festis, & tempore Quadragesimæ in sua Ecclesia non obstante contraria consuetudine.*

11 *Qui solvit eleemosynam, & nominat Concionatorem, debet manuteneri.*

12 *Si Episcopus nominat, & universitas solvit eleemosynam, consuetudo servanda est.*

13 *Si Universitas, vel loci dominus nominat, & non solvit eleemosynam, potest Episcopus hoc jus impugnare, nisi adsit consuetudo immemorabilis probata.*

14 *Si Universitas nominat concionatorem etiam pro Cathedrali, & solvit eleemosynam, debet manuteneri.*

Episcopus potest jus nominandi concionatorem in Cathedrali vindicare, sed non potest ad solvendam eleemosynam Universitatem compellere, & adducuntur Decreta.

15 *Benedictio Prædicatori tribuitur etiam per Delegatum.*

16 *Professio fidei Concionator emittit, quatenus ab Episcopo exigatur n.* 17. *vel quando nunquam illam emisisset num.* 18.

N. Episcopus N.

Dilecto &c.

IN eo, qui est vera salus, benedictionem. Cum pro munere Pastoralis Officii Viros idoneos potentes opere, & sermone ad prædicandum Evangelium assumere debeamus, qui vice nostra plebes nobis commissas in lege Domini erudiant. Te ab Universitate loci N. (quæ in quasi possessionem concionatorem nominandi reperitur, *tempore debito præsentatum*, de cujus vita, moribus, & idoneitate *per examen*, nec non testimoniales tuorum Superiorum certiores effecti, plurimum

mum in Domino confidimus, verbi Dei Præconem pro futura proxima Sanctiſſimæ Reſurrectionis Quadrageſima ſequentis anni ..... in Eccleſia N. loci N. eligimus, deputamus, & approbamus. Admonentes, ut ſanam doctrinam juxta Catholicæ, Eccleſiæ Romanæ, & Sanctorum PP. teſtimonium, & traditionem prædices, & in ſimplicitate, & puritate ſermonis Deum annuncies, populum in fidei præceptis inſtruas, & erudias, à Deo omnium bonorum largitore præmium recepturus. Mandantes tam populo, quàm Clero d. loci, ut te benignè recipiant, & de *ſolita eleemoſyna*, quam *ſolvere tenentur*, & *ſolent*, tibi omninò reſpondeant. In quorum, &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Epiſcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *TEMPORE DEBITO PRÆSENTATUM*. Qui habet jus nominandi Concionatorem, debet illum Epiſcopo præſentare per litteras Patentes intra menſem Novembris Quadrageſimæ præcedentem; & ſi præſentatus fuerit rejectus, alium per totum menſem Decembris nominare, & præſentare, aliàs pro illa vice jus amitteret, & ad Epiſcopum devolveretur, & ſolitam eleemoſynam adhuc cogeretur ſolvere, juxtà Decreta, quæ referunt Nicol. *in floſc. verb. Prædicator n.* 1. Pignatell. *conſult.* 206. *num.* 54. *tom.* 4. Panimoll. *deciſ.* 91. *adnot.* 2. *n.* 15. & nuper declaravit *Sacr. Cong. Concilii in Trojana* 14. *Auguſti* 1700.

2. Verum tamen eſt, quod, ſi nominatio Concionatoris notificaretur Epiſcopo parum poſt terminum, vel Prædicator nominatus in tempore, nollet ampliùs, aut non poſſet prædicare, tali caſu Elector non deberet jure ſuo privari, niſi id fortè contingeret imminente tempore Quadrageſimæ, ut advertunt, & monent Nicol. & Panimoll. *locis citat.*, quia æquitas, & non rigor juris ſervanda eſt.

3. Dicitur autem in Formula Concionatorem fuiſſe *præſentatum*, non autem electum, ſeu deputatum, quia conſtituere, eligere, & deputare ſolus Epiſcopus poteſt: Ideoque ſi in litteris Patentibus nominationis, univerſitas, ſive alius, qui jus habet præſentandi, uteretur verbis -- *Eligimus, conſtituimus, & electum præſentamus*, poſſent rejici, donec aliæ litteræ reformatæ expediantur, in quibus ſolùm dici debet --- *N. nominamus, & præſentamus*, ut præter Decreta antiquiora relata à Pignatell. *ubi ſuprà*, nuper declaravit *Sacr. Congregat. Concilii in Sutrina* 8. *Maii* 1688. *& in Urbinaten.* 7. *Junii* 1698. & 10. *Januarii* 1699.

4. Et hæc regula procedit, quamvis nominatio Concionatoris ad Generalem alicujus Religionis pertineret, quotieſcumque non pro Religione, ſed pro commoditate univerſitatis, quæ eleemoſynam ſolvat, in Eccleſia Regulari concio habenda ſit, prout cenſuit *Sacr. Congreg. Epiſc. & Regul. in Alatrina* 3. *Julii* 1693. *proponente Eminentiſſimo Cardinali de Judice*.

5. *PER EXAMEN*. Eſt in arbitrio Epiſcopi licentiam, & approbationem Concionatori præſentato concedere abſque examine: Cæterùm ſi vellet de idoneitate per examen experimentum facere, utique poſſet illum interrogare: Quicquid enim ſuper hoc olim dixerint Authores Regulares, quos cumulavit ad tuendam cauſam propriam, Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *part.* 1. *num.* 576. hodiè res eſt oraculo Pontificio Clem. X. *Conſtit.* 7. §. 3. *Bullar. nov. tom.* 6. deciſa.

6. *SOLITA ELEEMOSYNA*. Non poſſunt univerſitates eleemoſynam Concionatori dari ſolitam minuere inconſulta Sacra Congregatione,

ne, ut pluries ipsa sancivit Testibus Nicol. *in flosc. verb. Prædicator n.*21. Barbos. *in Summ. decis. Apostolic. collect.* 594. *n.* 13. & nuper *in Tyburtina contra Universitatem Terræ Poli* 3. *Julii* 1693. *referente eodem Card. de Judice*, & recurrente P. Bucciarello Monacho Silvestrino.

7. Hanc tamen solitam eleemosynam non potest Episcopus, neque Parochus prætendere, nec titulo paupertatis, quando per se ipsos in sua Ecclesia, in qua prædicari solet, vellent conciones habere, quia hi proprium munus adimplent: Nisi in casu quo universitas, vel alius nominator, Parochum, vel Episcopum deputasset, aut sponte solvere vellet, Nicol. *in flosc. verb. Parochus num.* 28. Gavant. *Manual. Episc. verb. concio sacra num.*3. *in addit. Sac. Congr. Episc. in Ravellen.* 30. *Januarii* 1615.

8. Et hinc est, quod, si Parochus velit per se ipsum concionari, debet id intimare, & notificare universitati, quæ jus nominandi Concionatorem habet, tempore ut suprà præfigi solito, aliàs universitas in suo jure manuteneretur, ut resolutum fuit à *Sacr. Congreg. Episc. in Senogallien. inter Parochum Matthæum Fabri, & Universitatem Montis Novi* 16. *Martii* 1690.

9. Et quamquam Parochus, ut suprà firmatum fuit, non possit prætendere eleemosynam dari solitam, si concionari velit, est advertendum, quod conclusio vera est quando eleemosyna solvitur Concionatori ex communi ærario, vel à populo, aut ab alio; verùm si solveretur ex aliquo peculiari legato, sive donatione ad hunc præcisum actum destinata, & relicta, tunc Parochus, vel Episcopus per se ipsos concionantes, illam petere possent, ut limitando regulam supradictam tradit Pasqualig. ad Franch. *par.*1. *num.* 602. quia tali casu nemo gravatur, nec ipsi à legato debent rejici, nisi expresse excludantur.

10. Jus autem, quod Parochus habet per se ipsum, vel per alium ab Ordinario approbandum concionandi in sua Ecclesia Parochiali diebus Festis, & Quadragesimæ, non potest tolli, neque impediri per contrariam consuetudinem concionandi privativè in alia Ecclesia sive sæculari, sive Regulari, ut censuit *Sacr. Congr. Episc. in Prædestina Prædicationis* 17. *Martii* 1672. quam refert Panimol. *decis.*91. *num.*11. *Sacr. Congregat. Concilii in Florentina Juris prædicandi* 26. *Januarii* 1697. *& in Rossanen. Prædicationis* 22. *Februarii* 1698.

11. *SOLVERE TENENTUR, ET SOLENT.* Si Communitas, vel Dominus loci temporalis nominat Concionatorem, & solvit eleemosynam, consuetudo hujusmodi servanda est, *Sacr. Congr. Episc. in Aprutina, seu Theramnen.* 6. *Februarii* 1615. *Sac. Congr. Concilii in Aquilana* 2. *Junii* 1696.

12. Si Episcopus eligit, & Communitas solvit, pariter consuetudo servanda est, absque eo quod universitas possit prætendere nominationem, *Sac. Congr. Concilii in Ostunen.* 15. *Novembr.* 1692. *& in Bovien.* 20. *Junii* 1693.

13. Si universitas, vel Baro nominat, & non solvit eleemosynam, tunc nisi consuetudo esset immemorabilis, & probata, posset, & deberet Episcopus hoc jus impugnare, & sibi vindicare, Concionatorem pro libito deputando, quia hoc tertio casu nulla concurrit æquitas, neque adest correspectivitas nominationis ad eleemosynam, ut docet Card. de Luc. *Adnot. ad Concil. disc.*3. *n.*6.

14. Regula autem firmata in primo casu locum habet etiam in nominatione Concionatoris pro Cathedrali, pro qua, si Civitas est in possessione nominandi cum onere solvendi eleemosynam, debet manuteneri, & quatenùs Episcopus vellet jus nominandi sibi vindicare, (prout habet in facultate) non posset eandem ad solutionem cogere, sed teneretur de proprio expensas, & eleemosynam subministrare, sic pluries respondit *Sac. Cong. Episc.* & præsertim *in Ariminen.* 29. *Novembris* 1586. in qua sic dicitur.

Cong. censuit Episcop. non posse compellere Universitatem ad prestandam solitam eleemosynam Prædicatori, si ipse voluerit Prædicatorem deputare, secus verò, si sinat Universitatem uti consuevit eligere sibi Prædicatorem ab ipso tamen approbandum.

In Orien. 17. Januarii 1594. -- *Se vi è con-*

consuetudine immemorabile, che l'Università elegga il Predicatore, e lo paghi, si deve continuare così senza contraditione, e non provandosi tal consuetudine si deve dare tuttavia sodisfattione all' Università se haverà qualche buon soggetto.

In Murana 5. Februarii 1596. -- *Quando il Vescovo non voglia predicare per se stesso, o somministrare le spese, & eleemosina del suo ad altri: deve permettere, che la Communità osservi il solito di eleggere il Predicatore con dargli le spese, e l'elemosina.*

In Montis Falisci 6. Februarii 1598. -- *Se la Città è in antico possesso d' eleggere, e pagare il Predicatore della Cathedrale, si deve osservare.*

In Gallipolitana 10. Februarii 1599. -- *Quando il Vescovo non voglia provedere al Predicatore del vitto, & elemosina, deve permettere, che la Communità osservi il solito d'eleggerlo, e provederli, che altrimente la Communità non può essere astretta.* Et idem probant Decreta Sac. Congr. Concilii emanata 11. Junii 1596. tenoris sequentis -- *Congr. Concilii censuit esse in electione Episcopi, vel deputare in sua Cathedrali Prædicatorem, etiam quod populus illum ab immemorabili tempore eligere consuevisset, vel prædictam nominationem ipsi populo relinquere; itaut si Episcopus Prædicatorem eligat, populum ad eleemosynas Prædicatori erogandas non compellet: Verùm si populum prædictum facultate eligendi Prædicatorem uti permiserit, tunc populum ad solitas eleemosynas præstandas cogere poterit.* Et in Urbinaten. 7. Junii 1698.

15. Et tandem est notandum, quod in Formula deputationis, seu approbationis Concionatoris non fit mentio de benedictione petenda, & recipienda ab Episcopo, quia quotiescumque expediuntur litteræ Patentes supponitur jam data, & concessa ab Episcopo, vel danda à Vicario Foraneo, vel alio Delegato, quando ob nimiam distantiam locorum, sine magno incommodo Prædicatores non possent personaliter ad Civitatem accedere, & sese Episcopo præsentare, ut monent Decreta relata à Pignatell. *in sæpè citata consult. 206. n. 67. tom. 4.*

16. Nec minus fit mentio de fidei professione, ad quam emittendam Concionatores præcisè non tenentur, nisi ab Episcopo exigatur (quicquid in contrarium nimis vagè asserat Pignatell. *consult. 114. n. 77. tom. 9.* ubi allegat Decretum Greg. XIII. de anno 1577. ut supponit emanatum.)

17. *Sac. enim Cong. Concilii suprà cap. 4. sess. 24. de Reform.* sic declaravit --- *Vigore Bullæ fel. record. Pii IV. de professione fidei facien. Regulares Concionatores non tenentur facere professionem fidei antequam prædicandi munus assumant, potest tamen Ordinarius, quo tempore solet concionandi licentiam concedere, ab eisdem exigere fidei professionem, si tamen sibi ità videbitur expedire.* De quo Decreto mentionem expressam faciunt Nicol. *lucubr. Can. lib. 1. tit. 1. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. n. 11. §. 6.* & Barbos. *in Summ. dec. Apostol. collect. 611. num. 3.*

18. Quod si Prædicator electus nunquam alia occasione fidei professionem emisisset, tunc poterit ab eo exigi, quia quilibet Concionator saltem semel illam emittere debet, *ex Concilio Provin. 5. Mediol.* monet Gavant. *Manual. Episc. verb. fidei professio n. 26.* Pac. Jord. *lucubr. to. 1. lib. 6. tit. 1. num. 59.* & si placet in litteris mentio fiet.

Deputationis Teologi Episcopi.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

1 *Tituli Episcoporum enumerantur.*
2 *Episcopus est Princeps, & habet merum, & mixtum imperium.*
3 *Episcoporum gubernium est res laboriosa, & ærumnis plenum.*
4 *Theologus Episcopi debet esse inculpabilis vitæ.*
5 *Canonistæ præferuntur Theologis in promotione Episcopatus Italiæ.*

N. Epi-

N. Episcopus N.

Admodum Rev. P. N. Ord. N. Sacr. Theologiæ Magistro salutem in Domino.

CUm nihil magis deceat debelitatem, quàm subsidia, ac fulcimenta venari, quibus innixa deficere, ac ponderi succumbere non paveſcat: Nos quò clariùs nostrarum dignoscimus virium imbecillitatem, & è contrà *celsitudinem gradus*, ad quem mira superni Numinis (nullo nostro suffragante merito, vel conatu) charitas Nos evexit, eò magis pulchra perquirimus, quibus nostra sustentetur infirmitas, ne gravi sub onere fatiscamus: Quapropter cum tuam probaverimus in Theologicis disciplinis præstantiam sanè eximiam, atque (quod verum scientiis addit decorem, quo si carent inflant, & non ædificant) *morum raram probitatem*, conspicuumque virtutum Religioso viro dignarum specimen in Te effulgescere conspexerimus, aliquo decrevimus Te prosequi favore, quo & nostræ indigentiæ subsidium possemus adipisci, simulque tua merita (quæ sunt Dei munera) decorare. Volentes igitur *nostrum seligere Theologum* Nobis non levi multiplicium, diversarumque gravatis curarum sarcina auxilia suffecturum; Te ad hoc munus peragendum per has animum nostrum testantes litteras nominamus, deputamus, & declaramus, ac pro tali haberi volumus, cum omnibus honoribus, & oneribus, quibus cæteri Episcoporum *si est Cardinalis*, quibus cæteri S. R. E. Cardinalium) potiri solent, & gaudere Teologi, necnon in numero nostrorum familiarium Te aggregamus, atque ascribimus. Deprecantes quoscumque, qui has nostras litteras inspecturi sunt, ut Te in nostrum Theologum recognoscant, & honore gradui debito prosequantur. In quorum, &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

ADNOTATIONES.

1 CELSITVDINEM GRADVS. Episcopus in sua Ecclesia dicitur Vicarius Christi, *c. Mulier 33. qu. 5.* & ejus Ordo non est Dignitas, sed culmen Dignitatis, Gloss. *in c. 2. de præben. & c. Quia periculosum de sent. excommunic. in sexto*; & dicitur quoque Pontifex, Angelus, Columna Ecclesiæ, Preco Dei, & Sal terræ, ac aliis præeminentiis, & titulis in jure, & ab Ecclesia decoratur, quos enumerat Episcopus Jordan. *to. 1. in prælud. de tit. Episc. à n. 1. ad 34.*

2 Episcopus in sua Diœcesi est Princeps & habet merum, & mixtum imperium, statuta condit, & reis gratiam facit, Sperell. *decis. 128. à n. 55. cum seq.* Guazzin. *ad defens. reor. defens. 34. cap. 3. n. 6.* Conciol. *resol. Criminal. verb. Episcopus resol. 1. n. 2.* cum aliis pluribus quos allegat, & sequitur Ciarlin. *controvers. cap. 50. à n. 28. ad 39.* & mirè hoc probat Auctor. *tr. de jure natural. & divin. Ecclesiast. liber. cap. 6. & 12. lib. 1.*

3. Ideoque ob celsitudinem gradus sunt Episcopi constituti tamquam signum ad sagittam, non valentes omnibus complacere, ex quo ratione officii tenentur, nedum arguere, sed etiam increpare, quam-

quamobrem frequenter odium multorum incurrunt, & aliquandò etiam invidias patiuntur, ut probat Vermigliol. *conf.* 378. *n.* 4. Et hinc benè infertur, quod illorum gubernium est res laboriosa, difficilis, Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 2. imò officium Episcopi abysum ærumnarum vocat *Chrysost.* quem refert Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. tit.* 2. *glos.* 2. *n.* 16. adeo ut cum D. Bernardo Serm. 12. in Cantica scribere valeam -- *Fratres revereamur Episcopos, sed vereamur labores eorum: si labores pensemus, non affectabimus honores.*

4. *MORUM RARAM PROBITATEM.* Theologus Episcopi debet esse inculpabilis vitæ, & ideò in Formula per modum elogii ejus virtutes demonstrantur: Hic enim in dicenda sua Sententia non debet respicere faciem hominis, nec pavescere minas creaturæ mortalis, ne Episcopus ejus consiliis deceptus non Theologum sed foveat adulantem: Oportet inquam in veritate legem docere, & salutem propriam, & proximi doctrina sana, & morum puritate operari: Quoniam *plenitudo sapientiæ est timere Deum*, *Ecclesiast.* 1.

5. *NOSTRUM SELIGERE THEOLOGUM.* Quia in assumptione ad Episcopatum, præsertim in Italia, in qua hæreses (Dei misericordia) non pullulant, quamvis Theologia sit dignior cæteris scientiis propter nobilitatem materiæ certitudinem, & altiorem finem; Canonistæ Theologis sæpè præferuntur, ut experientia docet Nos, & DD. etiam ità providendum insinuant, Abb. *in c.* 1. *n.* 9. *de consang. & Affin.* Azor. *institut. Moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 28. *q.* 10. Scipio de Rub. *aphorism. Episc. verb. Episcopus*, Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. allegat.* 1. *num.* 30. Card. de Luc. *adnot. ad Conc. disc.* 2. *n.* 6. Maximè propterea docet, quod Episcopus Canonista in Theologicis disciplinis non versatus, Theologum sibi assumat non pro forma, ut morem gerat, sed ut in rebus, quæ ad fidem, & forum conscientiæ in rebus arduis pertinent, Consultorem habeat idoneum, ut verificetur Hieremiæ effatum -- *Dabo vobis Pastores, qui pascent vos scientia, & doctrina*, Hier. 3. & Innoc. *in cap. ult. de ætat. & qualit.*

Deputationis Visitatoris.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio est delegabilis Episcopo impedito.*
2 *Etiam quoad visitationem Capituli Cathedralis.*
3 *Visitator Delegatus exigit procurationem pro medietate.*
4 *Visitat etiam Ecclesias, & loca exempta.*
5 *Rationem à Vicario capituli tempore sedis vacantis constituti exigit.*

N. Episcopus N.

Dilecto N. &c.

CUpientes Sac. Conc. decretum de visitanda Diœcesi exequi, *nec adversæ valetudine detenti* valentes personaliter Ecclesias, & loca pia visitare, Te de cujus fide, integritate, scientia, & experientia plenè in Domino confidimus, Visitatorem *totius nostræ Diœcesis* delegamus, eligimus, & deputamus, cum facultate Ecclesias, Monasteria, Confraternitates, Hospitalia, Collegia, Montes Pietatis, & Frumentarios, locaque alia pia, & Religiosa visitandi, computa, & administrationes eorumdem locorum revidendi, Debitores, Officiales, & Administratores ad libros exhibendum, & reliquarum respective solvendum compellendi juris, & facti remediis sola facti veritate inspecta. Decreta quæcumque faciendi, & exequendi dummodò processum non requirant. *Procuratio-*

curationem à visitatis, *prout juris est, exigendi*, & alia gerendi, quæ facere, gerere, & exequi tam ordinaria, quàm delegata auctoritate Nos met ipsi visitando possemus, Tibi omnia generaliter, & specialiter committendo. In quorum &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

1 *ADVERSA VALETUDINE DETENTI.* Sivè alio legitimo impedimento, de quo sufficit constare per solam assertionem Episcopi, qui nullam tenetur causam impedimenti assignare, ut respondit *Sacr. Congr. Concil. in Portugallen. Visitationis* 29. *Januarii* 1701. *in responsione ad secundum dubium*.

2. *NOSTRÆ DIÆCESIS*. Jus visitandi non solum est delegabile quoad Ecclesias, & loca pia Diœcesis, sed etiam quoad Visitationem Ecclesiæ, & Capituli Cathedralis, quamvis in præteritum Episcopi per se ipsos Cathedralem visitaverint, quoties Episcopus asserat se legitimo impedimento (quamvis temporali) detineri, *Sacr. Congr. Concilii in d. Portugallien.* 29. *Januarii* 1701. *in responsione ad primum*.

3. *PROCURATIONEM, PROUT JURIS EST EXIGENDI*. Visitator delegatus non potest integram procurationem à visitatis exigere, sed tantum pro medietate, juxta Decreta relata à Nicolio *in flosc. verbo Visitatio n.* 1. *vers. quando tamen, & num.* 10. *limit.* 9. & nuper declaravit *Sac. Congr. Concilii in Amalphitana* 17. *Julii* 1699. *ad quartum*.

4. Visitat quoque Episcopus per suum Subdelegatum Monasteria, & Parochiales exemptas tamquam in hac parte Delegatus Sedis Apostolicæ, absque eo quod possint exempti Subdelegatum recusare, quoties exhibeat specialem facultatem in scriptis, Fagnan. *in c. Quoniam num.* 27. *& 35. de offic. Deleg. Sacr. Congreg. Concilii in Passavien.* 1. *Octobris* 1661. relata à Pignatell. *consult. 7. n.* 19. *& 29. tom.* 7.

5. Potest quoque Episcopus in Visitatione rationem administrationis officii exigere à Vicario Capituli Sede vacante constituto, atque si alicujus delicti reus reperitur, punire, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil.* 8. *Aprilis* 1595. *à cap.* 16. *sess.* 24. *de reform.*

Deputationis Administratoris Domus Piæ.

FORMULA X.

SVMMARIVM.

1 *Administratores locorum piorum æquiparantur Tutoribus, & habent liberam administrationem.*
2 *Debent librum rationum retinere.*
3 *Si non retinent libros, præsumuntur dolosi, & juratur contra eos in litem.*

N. Episcopus N.

UNiversis &c. Nuper siquidem accepimus, quod Domus pia, sivè Hospitalis loci N. per obitum N. ultimi ipsius Administratoris caret Rectore, Nos ad quem præsentatio personæ idoneæ ad regimen, & administrationem d. Domus, destinatio, ac omnimoda dispositio pleno jure pertinet, eidem Domi, seù Hospitali, de utili, & bono Rectore, & Administratore salubriter providere volen-

lentes, honestum, & providum Virum N. incolam, & habitatorem d. loci N. probum ac bonæ conversationis (de quo in Domino fiduciam obtinemus specialem) Rectorem, & Administratorem d. Domus, (seu Hospitalis) omniumque jurium & bonorum illius, cum facultatibus, honoribus, *& oneribus solitis*, & consuetis instituimus, & deputamus auctoritate nostra. Ac eumdem N. coram Nobis propter hoc constitutum in corporalem possessionem d. Domus Piæ N. seu quasi juriumque, & bonorum ipsius inducimus per præsentes, præstito per eum ad Sancta Dei Evangelia corporali juramento, quod bona, & jura ad dict. Domum (seu Hospitale) pertinentia quomodocumque, bene, fideliter, & utiliter reget, & gubernabit, & rationem Nobis reddet: Infirmis (seu Peregrinis, aut Projectis) & aliis personis in eadem Domo inservientibus, & existentibus, & quibus existent pro tempore, necessaria ministrabit, ac ministrare faciet, jura, libertates, atque bona cuncta ad eam pertinentia manutenebit, & defendet, nihilque alienabit, sed alienata recuperabit, & ad proprietatem d. Domus reduci pro posse procurabit. Quocirca mandamus vobis omnibus &c. quatenus d. N. in Rectorem, & Administratorem dict. Domus Piæ N. (seu Hospitalis) recipiatis, & recipi faciatis, ipsumque in realem, & actualem possessionem d. Domus juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducatis, & defendatis inductum, amoto ab ea quolibet alio detentore, quoniam, &c. Datum &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 *CUM FACULTATIBUS, ET ONERIBUS SOLITIS.* Administratores locorum piorum habent liberam administrationem, & Tutoribus æquiparantur, & possunt expedire etiam ea, quæ mandatum speciale aliàs exigerent, cum ex eorum electione, & deputatione censeatur illis data omnis opportuna facultas, ne contrahentes cum illis decipiantur, Rot. *decis.* 432. *n.* 26. *& seq. par.* 9. *rec.* quam refert Sabell. *in Sum. divers. tract. §. Administrator post num.* 18. quod intellige de rebus, quæ servando servari non possunt, & de redditibus bonorum administratorum.

2. Onus autem speciale cujusvis Administratoris est, librum rationum conficere, & retinere, in quo cum appositione diei, mensis, & anni adnotare debet data, & recepta, aliàs illi non creditur, Rot. *decis.* 217. & 218. *part.* 2. *divers.* | *Tusch. litt. A concl.* 202. cum aliis quos allegat idem Sabell. *loco mox citato numer.* 6.

3. Nec sufficit tenere computa in foliis, listis, & ut vulgò dicitur in scartafaciis, aliàs poterit contra eum jurari in litem, quia si non retinet librum censetur in dolo præsumpto, nisi aliundè administrator paratus sit docere de administratis, ut latè declarat Tusch. *dict. concl.* 202. *num.* 15. 23. 24. *& seqq.*

Supradicta Formula uti poteris in aliis similibus depositionibus Officialium locorum piorum quocumque nomine nuncupatorum, mutatis mutandis.

Litterarum Familiaritatis.

FORMVLA XI.

SUMMARIUM.

1 *Quis dicatur verè Familiaris.*

N. Car-

N. Cardinalis Episcopus &c. (sive Episcopus, aut Archiepiscopus N.)

UNiversis, & singulis præsentes nostras litteras inspecturis, & audituris salutem, & sinceram in Domino Charitatem, Mittimus Romam pro nostris, & suis illic peragendis Negociis Nobilem Virum N. Familiarem nostrum continuum commensalem: Ne igitur ob suam absentiam aliquod incommodum patiatur, ac ut nostram benevolentiam, qua personam ipsius prosequimur opere sentiat, volumus quod à die sui discessus omnibus honoribus, immunitatibus, favoribus, & prærogativis, quibus cæteri nostri Familiares continui commensales præsentes utuntur, potiuntur, & gaudent, sua absentia non obstante utatur, potiatur, gaudeat, & ac si continuè obsequiis nostris præsens nobiscum insisteret. Cupientes autem eidem N. Familiari nostro iter liberum, tutum, & securum præstari, hortamur, & requirimus in Domino omnes, & singulos Terræ, & Maris Dominos, tam Ecclesiasticos, quam temporales, eorumque Locumtenentes, Prætores, Gubernatores, Vicarios, & Officiales quoscunque ad quos d. N. Familiaris noster pervenerit, quatenus illum per eorum Terras, Civitates, Oppida, Castra, Villas, Passus, Portus, & omnia alia loca liberè, tutè, & securè absque ulla solutione, vel impedimento, ac gravamine tàm reali, quam personali ire, stare, transire, ac ad nos redire contemplatione nostra sinant, permittant, & conducant, illique de valido salvo conductu, ac fide publica (quoties opus fuerit, & eos duxerit requirendos) provideant: Offerentes Nos ad similia longeque majora semper paratos. In quorum omnium fidem, præsentes fieri, & per Secretarium nostrum infrascriptum subscribi mandavimus, sigillique nostri jussimus impressione communiri. Datum &c.

N. Cardinalis N. sive Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

ADNOTATIONES.

1. UT quis dicatur verè familiaris, duo copulativè requiruntur, videlicet, servitus, & commensalitas, hoc est, qui insistit circa servitia, & habet expensas, Gomes. *in Regul. de impet. Benefic per obitum Famil. Card. quæst.* 13. quem refert Tusch. *litt. F. concul. 72. n.* 4. aliàs dicitur Familiaris fictus, quamvis Dominus illum vocet suum familiarem: Quicquid sit de familiaribus Papæ, & nonnullis Officialibus Romanæ Curiæ, qui licèt re vera non sint commensales, nec expensa habeant, nihilominus ad effectum reservationis Beneficiorum dicuntur veri familiares, Gonzal. *ad Regul. Cancel. glos.* 51. *num.* 18. & 26.

Litterarum passus propter Pestem.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus tempore pestis tenetur residere.*

Pestis dicitur bellum Divinum, & excusat à multis, ibid.

N. Episcopus N.

UNiversis, & singulis præsentes nostras litteras inspecturis fidem facimus, atque testamur, quod discretus N. de N. Familiaris noster lator præsentium fuit *in hac Civitate* nobiscum per ..... menses, ubi non viget *Pestis contagio*, sed Dei benignitate saluberrimo fruimur aere: Quare eosdem rogamus, ac impensè hortamur, ut eumdem N. intra mœnia cujuscumque loci, ad quem ipse accesserit admittant, & in omnibus suis rebus peragendis commendatum suscipiant: Nobis etenim rem in modum gratam facient, ac Nos ad hæc eadem, & longè majora obsequia præstanda proculdubio sibi vicissim obligabunt. Datum &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 *IN HAC CIVITATE*. Episcopus tenetur tempore pestis in sua Cathedrali residere, nec illam potest deserere absque lethali culpa, *nam bonus Pastor Animam suam dat pro Ovibus suis*, Jo. 10. ut latè probat Pignatell. *consult. 17. per tot. tom. 4. & præsertim n. 34. & 35. ubi n. 18.* relato Fagnano *in cap. Ex parte 25. de Cleric. non resid.* ac pluribus aliis firmat residentiam Episcoporum esse de jure Divino.

2. *PESTIS CONTAGIO*. Pestis dicitur bellum Divinum, & pactum in casu belli simpliciter conceptum convenit casui pestis, ut dicit Cardin. de Luc. *de locat. disc. 1. n. 3.* Dicitur quoque fortuitus casus, & excusat à multis: puta à pœna causata propter moram: à cursu præscriptionis: à solemnitatibus contractus: à publicatione resignationis Beneficii, & ab aliis pluribus, de quibus videre poteris apud Sebast. Medic. *de cas. fortuit. part. 2. quæst. 6. à num. 34. ad 49.*

Arrogationis.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus dicitur Prætor, & Magistratus perpetuus Civitatis.*
2 *Decretum arrogationis debet interponi causa cognita, quando arrogandus est impubes, & n. 3.*
4 *Equites Hierosolymitani non possunt arrogare.*

IN nomine Domini &c. Die &c. Constituito personalmente avanti Monsign. N. Vescovo N. (ò suo Vicario Generale N.) nel Palazzo della sua solita residenza sopra una sede di ..... il qual luogo, e qual sede elesse, & elegge per suo idoneo Tribunale per fare solamente l'atto infrascritto, e di me Notaro, e Cancelliero Episcopale, e Testimonii infrascritti, il Signor N. figlio del q. N. Cittadino di N. da me Cancelliero benissimo conosciuto considerando ch'esso manca di descendenza, e volendo à consolatione di quelli che non hanno figli fare un' atto d'arrogatione verso il Signor N. figliuolo del q. N. quì parimente presente, e da me conosciuto, acciò questo mediante la detta arrogatione habbia, e conseguisca la filiatione di detto Signor N. & esso respettivamente la paternità, con tutte le attioni, ragioni, facoltà, prerogative, e privilegii attivi,

e pas-

e passivi concessi dalle leggi alli Arroganti, & Arrogati respettivamente. Hà perciò il detto Signor N. supplicato N. Signor Papa N. à volerli concedere la gratia di poter fare detta Arrogatione: & havendone riportato dalla Santità Sua rescritto favorevole da lui esibito, e presentato à detto Monsignor Vescovo N. del tenore da registrarsi nel presente Instrumento, e ricevuto colla dovuta riverenza dal medemo Monsignore.

Quindi è che per dare al detto rescritto la dovuta esecutione, il detto Sign. N. spontaneamente di certa scienza, e volontà, con animo deliberato, non per errore alcuno di ragione, ò di fatto, & in ogni altro miglior modo, forma, e causa, per le quali più validamente può, egli è permesso dalle Leggi tanto communi, quanto municipali in vigore del predetto Pontificio rescritto, e coll' autorità, e Decreto d'esso Monsignor Vescovo Giudice Esecutore eletto, & interrogante, arrogò, accettò, arroga, & accetta detto Signor N. presente, rispondente, e consentiente, in suo figliolo legitimo in primo grado, e per figliuolo legitimo nella sua stirpe, prosapia, e descendenza mascolina, e ricevendolo con naturale vero, & attuale amplesso, & unione colle braccia in segno di vera, e naturale paternità, e filiatione respettivamente, congiungendo insieme le ragioni naturali colle civili, e legitime, di maniera che detto Signor N. per l' avvenire sia tenuto, trattato, e reputato per figlio legitimo, e naturale in primo grado d' esso Signor N. tanto circa le successioni, quanto circa à tutti gli altri fini, & effetti disposti, & ordinati dalle Leggi universalmente niente eccettuato, come se fosse naturalmente procreato di legitimo matrimonio, e nato dal corpo del detto Signor N. Et all' incontro il detto Signor N. figliuolo arrogato come sopra presente, colla detta autorità, e Decreto di detto Monsignore, & in ogni altro miglior modo accettò, & accetta in suo Padre legitimo naturale, & ascendente in primo grado il detto Signor N. presente, rispondente, & accettante, e per l'avvenire vuol esser denominato, trattato, e reputato per di lui figliuolo come se fosse nato immediate di legitimo matrimonio, e dal suo corpo naturalmente, e promette come tale trattarsi, e denominarsi universalmente in tutti gli atti, ed' assumere, e portare il Cognome, & Armi, & Insegne del detto Signor N. Padre Arrogante.

Quale Arrogatione, e tutte, e singole cose contenute in essa, e dependenti, e consecutive da essa li predetti Signori N. & N. promisero, e promettono scambievolmente l'uno all' altro di haver sempre ferma, rata, e grata, e di attenderla, ed osservarla perpetuamente, e non contravenire di ragione, ò di fatto per se, ò per altri direttamente, ò indirettamente, obligando perciò se stessi, Eredi, Successori, beni, ragioni presenti, e futuri nella più ampla forma di ragione valida, e così giurorno tactis &c. renunciando ad ogni Legge, e Constitutione, che facesse in contrario in ogni modo migliore.

Sopra la quale Arrogatione, e tutte, e singole cose contenute nel presente Instrumento come bene, e legitimamente fatte il predetto Monsign. Vescovo (ò Vicario Generale) sedendo come sopra pro Tribunali dopo haver interrogato, & havuto il mutuo consenso delli Arrogante, & Arrogato, ad instanza, e requisitione delli medemi, & in esecutione del sopradetto Pontificio rescritto, hà interposto, & interpone l'autorità, e decreto *del suo Offizio, e Magistrato*, supplendo ogni, e qualunque difetto tanto di ragione, che di fatto, havendo

bene inteſe, *e conſiderate le coſe predette* non ſolamente nel modo, e forma ſopra eſpreſſi, mà in ogni altro di ragione più valido, & efficace.

Fù il preſente atto d'Arrogatione col Decreto predetto, ſtipulato, e publicato il giorno, e nel luogo di ſopra eſpreſſo alla preſenza di N. N. e di N.N. Teſtimonii ſpecialmente rogati.

Così è N. Cancelliero Epiſcopale.

ADNOTATIONES.

1 *DEL SUO OFFIZIO, E MAGISTRATO*. Epiſcopus, qui eſt Ordinarius, & dicitur Prætor, & Magiſtratus perpetuus Civitatus, Tuſch. *litt. E. concluſ. 237. num. 8. & 9.* Sperell. *dec. 128. n. 64. & 68.* poterit exequi reſcriptum Principis, quo datur facultas arrogandi Judici loci Ordinario, ex Oinotim *ſuper inſtitut. tit. de adopt. §. Cum autem impubes n. 2.*

2. *CONSIDERATE LE COSE PREDETTE*. Si Arrogandus eſſet impubes, Decretum debet interponi cauſa cognita, & conſiderandum, an arrogatio ſit honeſta, & an expediat pupillo; an Arrogans ſit legitimæ ætatis de jure requiſitæ, *in §. Minorem inſtit. de adopt.* illius affectionem, conditionem, & mores inveſtigando, Oinotim *loc. cit. n. 5.*

3. Item an Arrogans ſatiſdationem obtulerit de reſtituendo bona Arrogati venientibus ab inteſtato, quatenus hic in pupillari ætate decederet, ut diſponitur *in d. §. Cum autem impubes inſtit. de adopt. l. nec ei §. fin. ff. de adopt.*

4. Et hìc nota quod Equites Religionis Hieroſolymitanæ, cum ſint veri Religioſi, non poſſunt filios arrogare, ut conſulta à Papa pro voto reſpondit *Sac. Congreg. Concilii in una Placentina Arrogationis 4. Maii 1697.*

Litteræ Patentis Coloniæ.

FORMULA XVI.

SUMMARIUM.

1 *Coloni partiari Menſæ Epiſcopalis gaudent privilegio fori, & ſunt exempti à Collectis pro portione Colonica, & ab oneribus perſonalibus eximuntur.*

2 *Affictuarii bonorum Menſæ, & Eccleſiaſticorum, gaudent exemptione Collectarum pro pertione Colonica, & num. 3.*

4 *Non tamen gaudent privilegio fori.*

HAvendo Noi nel numero de' noſtri Coloni (ò Affittuarii) de' Terreni della Menſa Veſcovale (ò Abbadia) di N. poſti nel Territorio N. Dioceſi N.N.N. e volendo che per tale ſia riconoſciuto, e riſpettato, l'habbiamo accompagnato colla preſente da Noi ſottoſcritta, e ſigillata col noſtro ſolito ſigillo, volendo *che goda quelle eſenzioni, & immunità, che godono de jure*, e ſogliono godere per conſuetudine i Coloni della noſtra Menſa, e delle perſone Eccleſiaſtiche, e che ſervono la noſtra perſona, durante detta Colonia (ò *Affitto.*) Dato, &c.

N. Veſcovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliero.

AD.

ADNOTATIONES.

1. *CHE GODA QUELLE ESSENTIONI, ET IMMUNITA' CHE GODONO DE JURE.* Coloni partiarii Mensę Episcopalis gaudent privilegio fori, exempti sunt ab exactionibus, & collectis pro portione colonica, eximuntur ab oneribus, & officiis Communitatis, ab hospitatione Militum, & ab angariis, ac operibus, & muneribus personalibus sordidis, & denique ab iis, quę retrahunt à cultura agrorum Mensę, prout pluries declararunt *Sac. Congr. Episcop. & Immunitatis*, apud Pignatell. *consult.* 50. *n.* 6. *& seqq. per tot. & consult.* 51. *n.* 12. *tom.* 2. & apud Panimol. *dec.* 6. *adnotat.* 7. *n.* 6. *& seqq.* & tenent DD. relati à Sperell. *dec.* 41. *per tot.*

2. *O' AFFITTO.* Affictuarii bonorum Mensæ, seu Ecclesiasticorum, gaudent exemptione Collectarum pro portione Colonica, ut declaravit *Sac. Congreg. Episcop. in Oppidensi* 18. *Septemb.* 1618. prout referunt mox adductis locis citatis, quam resolutionem cum aliis recentioribus Decretis iterum allegat Pignat. *consult.* 198. *nu.* 1. *&* 8. *tom.* 10. *ubi nu.* 2. *ex Decreto Sac. Congr. Immunitatis* 17. *Septembris* 1632. *in Fanen.* firmatur quod Affictuarius bonorum Ecclesiasticorum gaudere debet pro dictis bonis exemptionibus & immunitatibus, Ecclesiasticis competentibus, *lib.* 2. *Decr. Pauluc. fol.* 139.

Decreta autem Sac. Congr. Immunitatis, excerpta ex Regestro Secretariæ, quæ asserta superiùs probant, sunt in

Urbevetana 29. *Decembris* 1625. *in Regest. script. veter.*

Viterbien. 6. *Decembris* 1627. *lib.* 4. *Decret. Pauluc. fol.* 162. *tergo.*

Neocastren. 13. *Augusti* 1629. *lib.* 2. *Decr. Pauluc. fol.* 2.

Spoletana 9. *Octobris* 1629. *lib.* 2. *Decr. Pauluc. fol.* 10. *à tergo.*

Cervien. 20. *Martii* 1630. *lib.* 2. *Decr. Pauluc. fol.* 32. *tergo.*

Bovinen. 1. *Septembris* 1648. *lib.* 4. *Dec. Pauluc. fol.* 57.

Regien. 14. *Decembris* 1649. *lib.* 4. *Dec. Pauluc. fol.* 95.

Maceraten. 15. *Decembris* 1654. *lib.* 5. *Decr. Pauluc. fol.* 9. *à tergo.*

Auximana 25. *Maii* 1655. *lib.* 5. *Decr. Pauluc. fol.* 64.

Cæsenaten. 16. *Julii* 1626. *lib.* 1. *Decr. Pauluc. fol.* 7.

Hæc inquam hìc adducuntur ad fulciendam exemptionem colonorum Mensæ Episcopalis, ne de illis amplius dubitari contingat, prout olim dubitavit Ciarlin. *controv.* 176. *n.* 49. cui favet modernus Sabell. *in sum. de diverf. tract. verb. Colonus num.* 11.

3. Privilegia autem, & exemptiones supradicta conceduntur colonis, qui se alunt ex fructibus bonorum Ecclesiæ saltem pro majori parte anni, non autem iis, qui parvam quantitatem terreni colunt, ut satis declarant Decreta relata à Pignatell. *d consult.* 50. *nu.* 6. *& dict. consultat.* 51. *nu.* 12. *in fin. tom.* 2. *& consult.* 30. *nu.* 12. *tom.* 6. ubi immemor iste Author præcedentium consultationum, asserit sententiam negantem colonis partiarii Episcoporum privilegium fori competere, esse magis communem. At à jam suprà firmata sententia affirmativa non est recedendum, quam tuetur Sperel. *dec.* 128. *n.* 33. & pluries amplexa est Sac. Congr. Immunitatis in supra relatis Decretis.

4 Affictuarii verò mensæ Episcopalis non gaudent privilegio fori, ut declaravit *eadem Sacr. Congr. Immunitatis* 30. *Martii* 1666. *in una Terracinen. lib. Decr. Borromæi fol.* 154.

Excommunicationis, sivè Cedulonum contra impedientes Visitationem Episcopi.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus si impediatur visitare potest contra impediente ad*

excommunicationem procedere aliisque citatione.
2 *Quod procedit etiam in Censura interdicti, si honor solitus eidem publicè, & injuriosè denegetur.*

DIe. . . mense . . . anno . . . Cum Illustrissimus, & Reverendissimus D. Episcopus N. exerceret suam jurisdictionem visitando, N. N. ausi fuerunt de facto resistere, sibique volenti Ecclesiam N. visitare opposuerunt: Quare præfatus Illustrissimus, & Reverendissimus Episcopus in ipso actu *manifestæ violentiæ* sibi illatæ, pro defensione suorum jurium vim vi repellendo, ipsos prænominatos N.N. excommunicavit, & contra eosdem mandavit hos cedulones affigi, ut ab omnibus Christi fidelibus vitarentur.

N. N. Cancellarius (sive Actuarius) Visitationis.

Loco ✠ Sigilli.

ADNOTATIONES.

1 *MANIFESTÆ VIOLENTIÆ.* Quoties Episcopus impeditur, quin visitet loca, quæ de jure, vel consuetudine potest visitare, puta quia visitandi habita notitia habendæ visitationis ostia loci visitandi claudunt, aut alio modo sese violenter opponunt, potest non solùm januas frangere, sed vim vi repellendo inobedientes, & opponentes illico excommunicare absque alia judiciali monitione, Campanil. *in diverſ. jur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 59. *& seqq.* quem sequuntur Ventrigil. *prax. rer. notabil. par.* 1. *adnot.* 48. §. *unico num.* 88. Raynald. *observ. Crimin. supplem. ad cap.* 31. *supplem.* 3. *n.* 119. & ita pro validitate censurarum respondit *Sac. Congr. Concilii in una Vicen. Juris visitandi* 26. *Septembris* 1699. *&* 16. *Januarii* 1700.

2. Et idem dicas procedere in Censura Interdicti, quoties honor, obsequium, vel res tradi, & concedi solita, publicè, & injuriosè Episcopo denegetur, *eadem Sac. Congreg. in alia Venaphrana interdicti* 26. *Januarii* 1697.

Aggravationis Censurarum.

FORMVLA XVI.

SUMMARIUM.

1 *Aggravatoria Censurarum non debet expediri, nisi monito contumace.*
2 *Episcopus non potest absolvere excommunicatum pro læsa immunitate Ecclesiastica.*
3 *Aggravatoria expeditur contra contumaces.*
4 *Aggravatoria Censuræ publicatur in Ecclesiis pulsatis Campanis diebus festivis.*

N. Episcopus N.

ALiàs pro parte, & ad instantiam &c. *& hìc summariè narretur factum, & causa pro quo, seù qua quis fuerit excommunicatus.* (N. fuit publicè per affixionem cedulonum excommunicatus. Quoniam verò idem N. rebellis, & inobediens excommunicationis sententiam per dies... post illius publicationem, & denunciationem in locis publicis per publicum nostræ Curiæ Cursorem factam, animo substinuit indurato: eodem *iterum monito*, & contumace, ac parere negligente, sententiam excommunicationis antedictam *aggravamus*, & harum serie reaggravamus. Quo circa vobis omnibus Parochis, Rectoribus, & Curatis

tam

tam Civitatis, quàm Diœcesis nostræ jurisdictioni subjectis committimus, quatenus receptis præsentibus, eundem N. excommicatum, declaratum, aggravatum, & reaggravatum *in vestris Ecclesiis* diebus festivis inter Missarum solemnia publicè *nuncietis*, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctiùs evitari curetis, & faciatis, donec aliud à nobis habueritis in mandatis. Datum, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. *ITERUM MONITO.* Aggravatio Censurarum, quæ solet in Curia Romana concedi ob non paritionem litteris Apostolicis, seù mandatis, & Executorialibus Rotæ, sicuti non solet expediri post Declaratoriam, nisi servatis quatuor terminis, citatoque reo ad docendum se paruisse, juxta praxim traditam à Ridolphin. *par.* 2. *cap.* 8. *n.* 34. Ita si Episcopus ad aggravatoriam procedat jure ordinario excommunicationis inflictæ, puta ob læsam immunitam Ecclesiasticam, usurpationem Ecclesiæ bonorum, aut non solutionem Decimarum, debet ad cautelam ante expeditionem reum ad docendum se parvisse iterum monere saltem unica citatione domi dimissa copia, vel etiam per Edictum, si aliter fieri non possit, quia potest fortè de paritione docere, & contumaciam (propter quam aggravatoria relaxatur) excludere, & purgare; nisi tamen inobedientia, & contumacia esset notoria.

2. Advertendo tamen, quod si ageretur de excommunicatione inflicta ob læsam immunitatem Ecclesiasticam, tunc etiam si reus pareret aggravatoriæ, non posset eum Episcopus absolvere, nisi obtenta à Sede Apostolica speciali facultate, ut monendo Præpositum *Canusiæ Nullius* 20. *Martii* 1630. *rescripsit Sac. Congreg. immun.* his verbis--*procedat ad aggravatoriam, & ad reaggravatoriam, & ad reaffixionem Cedulonum contra Capitaneum, & alios excommunicatos, & non deveniat ad absolutionem, nisi obtenta prius à Sede Apostolica speciali facultate, lib.* 2. *Decret. Paul. fol.* 33. *à tergo.*

3. *AGGRAVAMUS.* Ad aggravatoriam proceditur quoties protervia, & contumacia excommunicati id exigere videatur, ad *Text. in Extravag. commun. unic. de Decim. circa fin.* ibi--*Aggravaturus aliàs manus tuas contra ipsos* (idest excommunicatos) *prout proterviam, & contumaciam exigere videris eorumdem*: Eaque non proficientes pro paritione solet implorari brachium sæculare: ac etiam propter insordescentiam in Censuris, Tribunal Inquisitionis contra contumaces, procedere, eosque interrogare quid sentiant de fide, ut testatur Cardin. de Luc. *de judic. discur.* 40. *n.* 104. & 105. Ac præsertim hujusmodi aggravatoria uti debet Episcopo adversus excommunicatos ob læsam immunitatem, ut supra relato decreto monuit *Sac. Congr. ejusdem, & in alia Beneventana* 20. *Januarii* 1637. in qua Vicario sic respondi--*contra excommunicatos procedendum esse ad aggravatorias, & reaggravatorias, & diebus festivis fieri debere publicationes, ut vitentur; lib.* 3. *Decr. Paul. fol.* 22.

2. *IN VESTRIS ECCLESIIS NUNCIETIS.* Pro aggravatione, & reaggravatione Censurarum fiunt, & repeti tamdiu debent publicationes in Ecclesiis inter Missarum solemnia, etiam Campanis ictu lugubri pulsatis, & accensis Candelis juxta modum expressum *in dict. Extravag. unic. de Decim.* ibi--*& omnes, & singulos, qui hujusmodi sententias latas incurrerint per se, & per alios singulis diebus Dominicis, & festivis pulsatis Campanis, & Candellis accensis usque ad satisfactionem condignam, excommunicatos publicè enuncies, & facias ab omnibus publicè evitari:* Tum ut

fideles effectum contumaciæ, & inobedientiæ, mandatis Ecclesiæ, ac pœnæ excommunicationis gravitatem, acerbitatemque percipiant: Tùm ut excommunicatus nimio rubore suffultus resipiscat, & exeat à peccato, *cap. Novit. de judic. cap. Cum medicinalis de sent. excomm. in 6. & in Clem. unic. de consang. & affinit.* ubi dicitur--*Præcipientes Ecclesiarum Prælatis, &c. ut excommunicatos publicè tamdiu nuntient, seù à suis Subditis faciant nunciari, donec suum humiliter recognoscentes errorem, absolutionis obtinere beneficium mereantur.*

Interdicti Ecclesiastici.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 *Interdictum est multiplex.*
Causa ferendi Interdictum est delictum, vel contumacia, ibid.
Causa semper debet esse gravis, ibid.
2 *Interdictum locale, quibus de causis feratur remissivè.*
3 *Interdictum personale, quibus de causis feratur remissivè.*
4 *Non requiritur monitio si feratur à jure, vel ob notorium excessum.*
5 *Causa est necessario exprimenda in scriptis, aliàs Judex incurrit interdictum.*
6 *Qui sint effectus Interdicti remissivè.*

Nos N. Episcopus N.

SEmpronium, vel Universitatem, seù Populum N. vel Ecclesiam, Civitatem, Castrum, aut Regnum N. propter talem causam, supponimus *Ecclesiastico Interdicto*. Hac die....

Alia

HIc auctoritate Ordinaria (seù Delegata) Cajus, Ecclesia, Castrum, vel Civitas N. denunciatur suppositа *Ecclesiastico Interdicto propter talem causam*. Hac die.....

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. *ECCLESIASTICO INTERDICTO*. Interdictum Ecclesiasticum, aliud est locale, aliud personale, aliud mixtum, *cap. Alma Mater de excommunic. in 6.* Causa autem illud ferendi duplex est, delictum scilicet, & contumacia, quæ tàm in primo, quàm in secunda, sivè Interdictum personale sit, sivè locale, semper debet esse gravis, ut communiter tradunt DD. apud Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 11. num. 1. & 16.*

2. Locale fertur à jure, ob causas expressas *in c. Fælicis de pœn. in c. Quamquam de cens. in c. Ubi periculum de elect. in cap. 1. de usur. in c. Animarum de sepult. & in cap. Quicumque de hæret. in 6. in Clem. 1. de pœn. & in Extravag. super gentes de consuet.*

3. Personale verò ob causas contentas *in cap. Clericis deinceps 16 qu. 7. in cap. unico de injur. cap. Clericis de Immunit. Eccles. cap. Præsenti de offic. Ord. & in cap. Episcoporum de privil. in 6. in can. 2. Bullę Cœnę in Extrav. unic. de reb. Eccles. non alien. & in Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. & sess. 7. cap. 8. de reform.*

Reform. ac alias quas referunt Sayr. *d. lib. 5. cap.* 12. Bonacin. *de interdict. disp. 5. punct. 8.* Sylvest. *verb. interdict.* Tolet. *in Summ. lib. 1. cap. 51. & 52. aliique Summistæ.*

4. Si interdictum feratur à jure, vel ab homine ob notorium excessum, non exigitur monitio, neque ordo judiciarius, quia jus, & notorietas delicti satis monent, ut inquit Sayr. *de censur. d. cap.* 11. *n.* 24. & tenuit *Sac. Congr. Episc. & Regular. in Parmen.* 16. *Septembr.* 1695. *& Sac. Congr. Concilii in Venaphrana* 26. *Januar.* 1697. secus verò si feratur propter contumaciam, tunc enim ut obliget, debet parti intimari, Sayr. *ibidem numero vigesimo nono.*

5. *PROPTER TALEM CAUSAM.* Causa necessariò est exprimenda: Judex enim qui excommunicat, suspendit, vel interdicit, si illam inscriptis non refert, & parti exemplar sententiæ requisitus non concedat infra mensem, ab ingressu Ecclesiæ, & à Divinis remanet suspensus, juxta litteralem dispositionem *Text. in* 6. *Cum medicinalis de sent. excommunic. in* 6. hacque Censura uti non debet, nisi rarò, pro culpa gravi, & cum maturitate consilii.

6. Qui autem sint effectus Interdicti vide penes DD. supra citatos.

AP-

APPENDIX AD FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI

Continens plures Constitutiones Apostolicas, & Decreta Sacrarum Congregationum cum Adnotationibus, ac Instructione pro Visitatoribus.

Pii V. Const. V.

De Cultu, & Veneratione Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiæ collapsæ, vel suppellectilibus destitutæ, debent destrui, si non possunt provideri, & restaurari, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Beneficiatus pro admissione ad participationem Collegii Ecclesiastici potest licitè aliquid solvere, in usum Sacristiæ erogandum.*

6 *Statutum Ecclesiæ quo disponitur, quod noviter admissi ad servitium Ecclesiæ non participent per annum, vel biennium, sed gratis inserviant est licitum, & servandum.*

7 *Beneficium assequens juris patronatus pro remuneratione servitiorum præstitorum, simoniam non committit, si debitum non erat legale.*

PIUS EPISCOPUS, &c.

CUM primùm Apostolatus Officium Divina Nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, & cogitationem nostram in Dominici Gregis fidei nostræ credìti salute defiximus, & Christi fideles, Deo juvante, ità dirigere statuimus, ut à vitiis, & peccatis abstinentes, iter quod ad vitam æternam ducit insistant.

§. 1. Cum autem ad omnia, quæ Divinam Majestatem aliquo modo possent offendere, removenda, mentis nostræ aciem intenderimus, ea primùm, & sine mora emendare decrevimus, quæ Deo præter cætera displicere, & iram ejus provocare, cum Divinæ docent Scripturæ, tùm gravissima exempla declarant, nempè Divini Cultus neglectum, simoniæ labem, blasphemiæ crimen, & libidinis naturæ contrariæ vitium execrandum, propter quæ populi, & nationes, bellorum, famis, & pestilentiæ calamitatibus, justa Dei ultione sæpè plectuntur. Etsi autem contra eos, qui tam gravia crimina admiserint, multæ à Prædecessoribus nostris Constitutiones editæ fuerunt; tamen quia parum est leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur.

§. 2. Idcircò nequi forsan extolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque pœnarum gravitate magis, quàm Dei timore arceri solere à voluntate peccandi, omnes, & singulas sententias, censuras, & pœnas contra eos, qui talia deliquerint, latas confirmamus, & Apostolica auctoritate innovamus, nec

de

de earum rigore quicquam relaxamus, admonemusque eos, qui talia perpetrare veritinon fuerint, non solùm subituros eas pœnas, quæ sacris sunt Canonibus constitutæ, sed eas etiam, quas leges Civiles comminantur, & nostri quoque arbitrii discretio pro personarum qualitate constituet.

§. 3. Mandantes Civitatum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinariis, & Gubernatoribus, illis quidem sub pœna suspensionis à Divinis, his verò sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut quos debitum Deo Cultum in Ecclesiis non tribuere, aliisque nefandis criminibus pollutos esse compererint, comprehendi curent pœnis afficiendos competentibus. Scituris etiam ipsis Judicibus, quod, si post hanc nostram Constitutionem in castigandis hujusmodi delictis negligentes fuerint, primùm quidem Dei Omnipotentis judicio obnoxii erunt, deindè nostram quoque incurrent indignationem. Ut autem pœnarum certitudo cunctis facilius innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, aliis nihilominùs contra hujusmodi criminum reos à jure statutis in suo robore manentibus.

§. 4. Ut igitur Deo Optimo Maximo, Gloriosæ Virgini, & Sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. Prædecessoris nostri Constitutionem innovantes, ac Statuta in Tridentino Concilio observari volentes, statuimus, & ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis, & devotus ingressus, quieta conversatio, devotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis SS. Sacramentum adorent, ad nomen Jesu Christi Domini Nostri cum exhibitione reverentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumvè committat. Cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quæcumque, quæ Divinum Officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, sive præsumat, dum celebrantur Sacra Missarum Mysteria, & alia Divina Officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter Divinæ ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarii in suis Ecclesiis faciant observari. Quicumque verò in Ecclesiis, dum ibi Sacrificium Missæ, & Divina celebrantur Officia, aut Verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum irreverenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut Divina perturbet Officia, facere præsumpserit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas. Et qui non habebit in ære luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesiis cum Mulieribus impudicis, sive etiam honestis colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, ut suprà, obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis usus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscumque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacristis, Hostiariis, & aliis ipsarum Custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinariis, vel Officialibus nostris puniendos deferant. Quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

§. 5. Pau-

§. 5. Pauperes quoque mendicantes, seu eleemosynas petentes, per Ecclesias tempore Missarum, prædicationum, aliorumque Divinorum Officiorum ire non sinant, sed eos ad valvas Ecclesiarum stare faciant sub pœna duorum aureorum capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos ejici curaverint, & Parochis dimidii aurei. Religiosis etiam Claustralibus, sive Regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales ejiciat, & si negligentes fuerint, gravissimè ab Ordinario corripiantur, quod si illi parere recusaverint, gravissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, sive Superiorum.

§. 6. Et ut in Ecclesiis *nihil indecens relinquatur*, iidem provideant, ut capsæ omnes, & depositæ, seu alia Cadaverum conditoria super terram existentia omnino amoveantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in Tumbis profundis infrà terram collocentur.

§. 7. Cum verò dierum Festorum observatio ad Dei Cultum maximè pertineat, & in Lege Divina præcipiatur, cupientes abusus pravus, qui ex eorum inobservantia invaluerunt, omninò corrigere, & antiquorum Canonum Statuta renovantes mandamus, ut omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione observentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, Divinis Officiis devotè intendant, ab omni illicito, & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus conquiescant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter Divinam ultionem, & amissionem Animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves pœnas incurret arbitrio nostro, seu Vicarii nostri in Urbe. In aliis autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, itaut præventioni locus sit. Quibus omnibus strictè præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent, illas etiam festivitates, quæ juxtà consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, debita cum reverentia observari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

§. 8. Et ut Simoniacæ pravitatis labes prorsùs aboleatur, Constitutiones antecessorum nostrum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inviolabiliter observari mandamus, & delinquentes tam in Sacrorum Ordinum receptione, *quàm in beneficiorum assecutione*. Statutis etiam inferiùs pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen Simoniacæ pravitatis commisisse convictus fuerit in consequentibus Ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui Dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus, & ad fructuum omnium quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia Beneficia obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse convictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio ejiciatur. Qui verò Ordines, & Beneficia simoniacè contulerint, pœnis à jure statutis puniantur cujuscumque gradus, conditionis, & dignitatis, etiam-

si Epis-

si Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint.

§. 9. Caveant prætereà quicumque ne in Sacramentorum exhitione simoniacum aliquid faciant, alioquin gravissimè puniantur, per locorum Ordinarios, qui hujusmodi criminis reos cum maxima severitate coercere procurent, juxtà Concilii Tridentini Statuta.

§. 10. Ad abolendum verò nefarium, execrablie blasphemiæ scelus, quod in antiqua Lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque Legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Judicum in puniendo segnitiem, vel potiùs desuetudinem suprà modum invaluit, Leonis X. Prædecessoris nostri in novissimo Lateranen. Concilio Statuta innovante, decernimus, ut quicumque Laicus Deum, & Dominum Nostrum Jesum CHRISTUM, vel Gloriosam Virg. MARIAM ejus Genitricem expressè blasphemaverit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos solvet, & ignominia notatus, exilio mulctabitur. Qui verò plebejus fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante Fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per Urbem, pro tertia lingua ejus perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicumque Clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcumque Beneficiorum, suorum pro secunda Beneficiis ipsis privetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod, si Clericus nullum obtinuerit Beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Judicis puniatur.

§. 11. Si qui crimen nefandum contrà naturam, propter quod irà Dei venit in filios diffidentiæ perpetraverit, Curiæ Sæculari puniendus tradatur, & si Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœna subjiciatur.

§. 12. Monemus prætereà omnes locorum Ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, ut Statuta Tridentini Concili contrà Concubinarios tàm Clericos, quàm Laicos edita districtè faciant observari, reddituri Deo, ac Nobis, si id omiserint, rationem.

§. 13. Et ut præmissorum delictorum simoniæ blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia faciliùs habeatur, volumus, quod in singulis casibus, non solùm per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscumque Judices, aliàs tamen de jure competentes tàm ratione delicti, quàm personarum, ità quod inter eos locus sit prœventioni.

§. 14. Monemus prætereà omnes, & singulos, ut solùm Dei timorem præ oculis habentes, non alia animi prava affectione ducti, culpabiles tantùm deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus.

§. 15. Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis piis arbitrio nostro in Urbe, extrà verò, Ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit.

§. 16. Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus, Sancta Ro-

Romanæ Ecclesiæ Feudatariis, sub pœna privationis Feudorum, quæ ab ipsa Ecclesia Romana obtinente; reliquos verò Principes Christianos, & Terrarum Dominos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro Divini Nominis reverentia, & honore, præmissa omnia in suis Dominiis, ac Terris exactissimè servari faciant, uberrimam ab ipso Deo mercedem tam bonis operibus recepturi.

§. 17. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, &c. quomodolibet Conventibus, Militibus, Ordinibus, & personis, &c. concessis, &c. quibus expresse derogamus, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno primo. *Bullar. tom. 2. pag.* 179.

ADNOTATIONES.

1 NIHIL INDECENS RELINQUATUR. Ecclesiæ, quę vel temporis injuria, vel tenuitate Beneficiorum ibi existentium, vel inopia Patronorum, aut incolentium collapsæ instaurari nequeunt, ve de necessariis ornamentis, & subsidiis destitutæ reperiuntur, nec de illis provideri, *ex Concilii sanctione cap. 7. sess. 21. de Reformat.* penitùs destruantur: Indecens porrò est, quod Ecclesiæ Dei cultui dicatæ nihil differant à Fœnili, vel Stabulo: Ideò enim Ecclesiæ consecrantur, & benedicuntur, ad hoc, ut ibidem Angeli in conventu fidelium invitentur, sciantque Catholici quamcumque indecentiam esse proscribendam ab illo loco, qui Terra Sancta est, ut notat Alcuin. *in cap. na Domini*.

2. Et ideò in secundo generali *Concilio Nicæno can.* 17. sic sancitum fuit-- *Quoniam quidam Monachi relictis suis Monasteriis cupidi imperii, & parere recusantes, aggrediuntur extruere Sacella, cum quæ necessaria sunt ad perfectum ornatum non habeant. Si quis itaque hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab ejus loci Episcopo, quod si necessaria habuerit ejus consilia ad exitum perducantur. Idem autem observandum tàm in Laicis, quàm in Clericis.*

3. Ac in *Concilio Lateranen. IV. sub Innoc. III. Can. 2. de inst. Eucharist.*--*Sunt & alii, qui non solum Ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa Ministerii, & vestimenta Ministrorum, ac pallas Altaris, necnon ipsa corporalia tam immunda reliquunt, quod interdum aliquibus sunt horrori, &c. Præcipimus quoque, ut Oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta munda, & nitida conserventur, nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis.*

4. Hæc in memoriam Episcoporum, aliorumque Ordinariorum locorum reducere inutile non putavit, ut in visitationibus curent hæc à Rectoribus Ecclesiarum servari; quoniam ubique, cum magna sacrarum rerum irreverentia, & hæreticorum irrisione, illorum socordia deploranda invenitur: Eisque inhibeant sub pœna arbitraria, ne exceptis casibus confugii, permittant bona reponi in Ecclesiis, & locis sacris, prout inhibendum esse censuit *Sac. Congr. Immunit. in Nucerina Umbriæ 15. Julii 1636. lib. 3. Decret. Paul. fol. 10.*

5. QUAM IN BENEFICIORUM ASSECVTIONE. Beneficiatus, vel alius admissus, ad participationem Massæ Collegii Ecclesiastici, solvens aliquam pecuniæ summam tempore ingressus, & admissionis pro suppellectilibus Sacristię, vel ut erogetur in usus pios, non facit contrà hanc Constitutionem, nec simoniam dicitur committere, sed licitè solvit; quia tàm *Concil. Trid. sess. 24. c.* 14. quàm altera Bulla hujus Pontificis in ordine 104. statuta, & consuetudines hujusmodi non abrogant, Tondut. *quæst. benefic. tom. 1. cap. 47. n. 5. & seqq.* Pignatell. *consult. 158. nu. 10. tom. 1.* & declaravit *Sac. Congregat. Episcoporum 27. Martii 1692. in una Caputaquen.*

6. Immò ubi adest consuetudo, vel statutum, quod Beneficiatus, sivè admissus

sus ad participationem, per aliquot temporis spatium gratis inserviat, & onera subeat, consuetudo, sivè statutum servari debet, nec Episcopus illam, seu illud tollere potest, prout *Sac. Concilii Congr. declaravit in Salernitana* 11. *Maii* 1609. *& in Andrien.* 5. *Maii* 1696.

7. Si verò quis pro remuneratione servitiorum, mercede promissa, vel debito, Beneficium Jurispatronatus consequeretur, simoniacè reciperet, quia res spiritualitati annexa, ex causa prædicta concedi, vel transferri non potest. Quod verum intelligas, si donans, vel transterens, pro servitiis præstitis potuisset in judicio conveniri Vivian. *de Jurep. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 73. *vers. Adde*, cum quo concordat Navar. *lib.* 5. *consil. de simon. consil.* 39. *n.* 2. ubi firmat, quod remissio obligationis, seu debiti pro consecutione Beneficii Jurispatronatus, tunc demùm possit inducere Simoniam, si debitum sit legale, quod possit ab initio exigi; secus si debitum esset de honestate, sivè antidotale, & in pactum non deductum, Nicol. *lucubr. civil. lib.* 4. *tit.* 18. *de simon. num.* 34. *in princ.*

Pii V. Const. VIII.

De Clausura Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Una ex præcipuis Curis Episcopi est custodia clausuræ Monialium.*
2 *Excommunicatio incursa ob ingressum in clausuram non est Papæ reservata, nisi fiat ad malum finem, vel sub prætextu facultatis concessæ ante Gregorii tempora, & n.* 3.
4 *A censuris incursis ob violatam clausuram, & Papæ reservatis, absolvit Episcopus, dummodo sint occultæ.*
5 *Clausuram violat, & censuras incurrit, qui introducit infantes cujuscumque ætatis. Non tamen, qui fert opem n.* 6.

PIUS EPISCOPUS, &c.

CIrca Pastoralis Officii &c.

§. 1. Hac igitur perpetuò valituta Constitutione, inhærentes etiam Constitutioni fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, *Periculoso*, & Decretis Concilii Tridentini super Clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atque perpetuò decernimus, universas, & singulas Moniales præsentes, atque futuras cujuscumque Religionis, Ordinis, vel militiarum etiam Hierosolymitanæ sint, quæ vel jam receptæ sint, vel in posterum in quibusvis Monasteriis sivè Domibus recipientur, & tacitè, vel expressè Religionem professæ, etiamsi conversæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiamsi ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec unquam in earum Monasteriis, seù Domibus, eitam ab immemorabili tempore ea servata non fuerit, sub perpetua in suis Monasteriis, seù Domibus, debere de cætero permanere clausura, juxta formam dictæ Constitutionis fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit *Periculoso*, in Sac. Concilio Tridentino approbatam, & innovatam, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam districtè observari mandamus.

§. 2. Quod si aliquæ Moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione Regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarii unà cum Superioribus earum, omnibus juris, & facti remediis compellant easdem tamquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundum dictam clausuram, & perpetuò observandum.

§. 3. Mu-

§. 3. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seù de pœnitentia dicuntur, cujuscumque fuerint Ordinis in Congr. viventes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè, ut præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solemne non emiserint, Ordinarii unà cum Superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, ut illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subjiciant. Quod si recusaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint scandalosè vivere, severissimè puniantur.

§. 4. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura vivere omninò volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum Ordinem, Religionem, Congregationemve recipiant. Quod si contra hujusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas reciperint, eas ad sic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, & prout etiam præsenti Decreto irritas facimus, & annullamus.

§. 5. Porrò ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maximè in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed ut eis opportunè consulatur, auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinariis, & Superioribus earum, ut curent colligi fidelium eleemosynas per Conversas, quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in Domibus contiguis, extra tamen Monasterium, degant, & non ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus ex earum Constitutionibus permissis, & de earum Domibus exire non possint pro hujusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia Ordinarii, vel earum Superiorum.

§. 6. Et de cætero nullæ aliæ Conversæ professæ recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum, vel Prælatorum possint. Quod si adversus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, & irritam facimus, & annullamus.

§. 7. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium, & Mulierum Tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinariis, & Superioribus earum, ut ipsi provideant de aliis personis piis, & Deo devotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel aliàs eo meliori, & commodiori modo quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum Monialium, & Mulierum prædictarum arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earundem, & prout eis congruentiùs expedire videbitur, provideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessivum clausuræ observatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni d. Constitutionis Bonifacii, & Concilii Tridentini Decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis districtè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monasteriis recipiant, & admittant, sivè recipi, & admitti permittant, quàm ex propriis redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint.

§. 8. Mandamus propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, sub obtestatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, universis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Civi-

Civitatibus, & Diœcesibus propriis, præsentes nostras litteras publicari faciant, ac in Monasteriis Monialium sibi ordinario jure subjectis, in iis verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate unà cum Superioribus eorumdem Monasteriorum clausuram, ut præmittitur, quamprimum poterint servari procurent. Contradictores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Ac ut hoc tam salutare Decretum faciliùs observetur, omnes Principes sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ D.N. JESU CHRISTI, eisdem in remissionem peccatorum injungentes, quod in præmissis omnibus, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium Superioribus assistant, ac suum favorem, & auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant: (*Et sequitur amplissima derogatio Privilegiis, ac Indultis quibuscunque.*)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto 4. Kal. Junii Pontificatus nostri anno 1. *Bullar. tom. 2. pag.* 184.

Sequitur declaratio dictæ Bullæ.

PIUS EPISCOPUS &c.

DEcori, & honestati omnium Sanctimonialium quarum JESUS CHRISTUS Dominus noster Sponsus est, ut in puritate, & castitate superædificantes, in ipso fœliciter inhabitare valeant, consulentes ea, quæ illarum existimationi detrahere possent, decet Nos consultò summovere.

§. 1. Sanè periculo, & scandalo plena res est, ac regulari observantiæ vehementer adversatur, Sanctimoniales aliquando Parentes, Fratres, Sorores, aut alios Agnatos, vel Cognatos, nec non Monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subjecta visitandi, aut infirmitatis causa, aliove prætextu à Monasteriis exire, & per sæcularium personarum Domus discurrere, & vagari, quo velut colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt.

§. 2. Unde Nos malo huic pro nostro Pastoralis officii debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam Decreto Sacri Concilii Tridentini de Clausura Monialium disponenti, ac aliis nostris litteris super hujusmodi clausura editis adjicientes, volumus, sancimus, & ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium etiam Cartusiensium, Cisterciensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum Ordinum etiam Militiarum, ac statuum, graduum, & conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium etiam à Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subjectorum, aut domorum, parentum, aliorumvè consanguineorum visitandorum, aliavè occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in

scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare licere, *Aliter autem quàm ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes*, necnon comitantes, ac illarum receptatrice personas sive laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subjacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant. Et insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus, per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles declaramus.

§. 3. Nec non licentias, & facultates, seu indulta, & privilegia exeundi à Monasteriis, & extra illa standi à Nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nunciis, & Legatis etiam de latere, ac Majore Penitentiario, aut Ordinum prædictorum Superioribus, aliisque personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis restrictivis, præservativis, mentis attestativis, etiam novam gratiam, & datam concedentibus, aliisque efficacioribus, ac insolitis clausulis irritantibusque, & aliis Decretis, in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, nec non S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel aliàs quomodolibet concessa (quę prorsus abolemus) ac litteras desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas, & invalidas, nullius-que roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse.

§. 4. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 5. Mandantes &c. *locorum Ordinariis* in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub obtestatione Divini judicii, & interminationis maledictionis æternæ, quatenus &c. præsentes litteras &c. omniaque in illis contenta, nec non præfatum Decretum ipsius Concilii &c. inviolabiliter &c. observent, & observari faciant &c.

6. (*Sequuntur clausulæ derogatoriæ.*)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo Kal. Febr. Pontificatus nostri anno 5.

ADNOTATIONES.

1 *LOCORUM ORDINARIIS*. Una ex præcipuis Curis Episcoporum sub obtestatione Divini judicii est custodia Clausuræ Monialium etiam exemptarum, *Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regular.* ad quam illibatam servandam, possunt visitare Monasteria etiam non sibi subdita absque assistentia Superiorum illorum, quoties expediens judicaverint, *Sacr. Congreg.* apud Gavant. *in verb. Monialium Clausura n. 56. & tribus seq.*

2. Excommunicatio, quam incurrunt hi, qui sine licentia Episcopi ingrediuntur Clausuram, non est Papæ reservata ex vi dictæ Constitutionis, ut observat Gavant. *ubi supra n. 27.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 5. quæst. num. 3.*

Nisi

Nisi quis ingrederetur ad malum finem, quia tunc casus esset Papæ reservatus, Donat. *ibidem*, vel quis ingrederetur prætextu facultatum concessarum, quia etiam tunc excommunicatio esset Papæ reservata, Donat. *ibidem num. 5.* quem sequitur Biss. Hierurg. *tom. 2. litt. S. num. 211. §. 30.* ex vi Bullæ Greg. XIII. de qua infra: Nicol. *in flosc. verb. Clausura n. 40.*

3. Quod intelligas de facultatibus, & privilegiis concessis ante Gregorii tempora, secus si posteriora fuerint cum clausula derogatoria dictæ Constitutioni, & Regulæ, si qua sit, quæ præcipiat, quod non admittantur fœminæ in Monasterium idem Donat. *tom. 2. tract. 4. de violat. claus. Monast. quæst. 4.*

4. A qua tamen Censura Papæ reservata, si esset occulta, poterit ab Episcopo vigore *Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de reform.* absolvi, vel ab alio Confessario ab eodem Episcopo delegato, ut ex Navar. *tom. 2. lib. 5. de sent. excom. conf. 43.* & aliis pluribus auctoritatibus probat Donat. *prax. rer. Regular. tom. 2. tract. 4. de violat. Clausur. Monast. quæst. 33. n. 2.*

5. Violat Clausuram, & Censuras incurrit, qui introducit infantes cujusvis sexus, & ætatis, sic pluries declaravit Sac. Congr. Episcop. prout referunt Nicol. *in flosc. verb. Clausura n. 29.* & Pignatell. *consult. 85. num. 243. tom. 6.* Gavant. *manual. Episc. ubi supra num. 31.* quod est contra Donat. *de Regular. tom. 4. tract. 5. qu. 11. & alios ab eo relatos*; & hos Episcopus sequi non debet, sed oraculum Sac. Congregationis, quæ majori auctoritate hoc decidendi pollet, quàm sibi deferendum existiment Authores Regulares.

6. At adverte, quod hac censura non afficiuntur cooperantes, seu assistentes ingressui, sed Superior, & Moniales, quæ sine necessitate personas cujusvis ætatis, & sexus in Clausuram recipiunt, & introducunt, ut observat Pelizar. *de Monial. cap. 5. sect. 3. num. 101. Sac. Congreg. Concil. in Monopolitana Censurarum 20. Junii 1693.*

Pii V. Constit. XXXIII.

De forma servanda in collatione Parochialium.

SUMMARIUM.

1 *Plures sunt casus, in quibus non exigitur concursus Parochialium vacantium, qui enumerantur.*

PIUS EPISCOPUS, &c.

IN conferendis Beneficiis Ecclesiasticis præsertim Parochialibus Ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. Lateranen. & Gregorii X. Lugdunen. generalibus Conciliis, ac Innocentii similiter III. & aliorum Romanorum Pontif. prædecessorum nostrorum editæ Constitutiones testantur.

§. I. Quod ut diligentiùs, ac rectiùs perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione Parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti in favorem S. R. E. Cardinalium, aut aliàs quomodolibet reservatæ, vel affectæ, debeat Episcopus, habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat donec ei de Rectore provideatur. Et deinde Episcopus, & qui jus patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos Clericos ad regendum Ecclesiam idoneos Examinatoribus juxta formam ejusdem Synodi deputatis nominet, & non nisi ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum Examinatorum, etiam tamquam magis idoneo ab Episcopo judicato, & electo de Ecclesia provideatur. Aliàs provisiones, seu institu-

tiones omnes præter formam prædictam factæ surreptitiæ censeantur.

§. 2. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit, ne propter Constitutionum hujusmodi transgressionem maximi abusus oriantur. Nos ad quorum notitiam non sine gravi nostra molestia pervenit nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, occurrente vacatione Parochialium Ecclesiarum, eas nullo aut minus ritè servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine ritè servato, personis minus dignis, carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse, & de eis providisse, volentes quantum cum Deo possumus hujusmodi, ac etiam futuris periculis occurrere.

§. 3. Eorumdem prædecessorum nostrorum Constitutiones præfatas etiam innovando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas collationes, provisiones, institutiones, & quasvis dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis Collatoribus, tam Ordinariis, quàm delegatis, etiam S.R.E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nunciis, præter, & contra formam ab eodem Concil. Trid. *præsertim in examine per concursum faciendo* præscriptam factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque provisis jus, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & Parochiales Ecclesias hujusmodi, ut priùs ante collationes hujusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ, & Sedis Apostolicæ, seu eorum, quibus jus conferendi eas præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta Decretum Concilii habere debent competet, dispositioni reservamus.

§. 4. Insuper ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum periculum, quarumcumque Parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, & quovis alios Ordinarios collatores, in mensibus ordinariis collatoribus etiam per nostras regulas assignatis provisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus iidem Episcopi, & Ordinarii prædicti intrà sex mensium spatium à die vacationis earundem perfecto examine juxta formam Concilii Tridentini præfati, non providerint, ac illarum etiam quarum collationes Nobis, & dictæ Sedi generaliter, vel specialiter, & ex quavis causa reservatæ, seu affectæ existunt, aut aliàs ex Indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito juxta dicti Concilii Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significaverint, nec non Parochialium Ecclesiarum similium, quæ juris patronatus Ecclesiastici, vel aliorum, seu Clericorum, & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à jure præfixum prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem

Nobis

Nobis, & ipsi Sedi, ac personis indulta hujusmodi conferendi, providendi, seù instituendi obtinentibus respectivè reservamus, data tamen in Parochialibus juris patronatus optione dictis Patronis, ut si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses deferentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam.

§. 5. Prohibentes etiam eisdem Ordinariis ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant.

§. 6. Districtiùs inhibentes ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacunque sit super auctoritate munitus, de hujusmodi Beneficiis sic reservatis (ut præfertur) disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel aliàs innovare quoquo modo præsumat.

§. 7. Ut autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis, juxta ejusdem Concilii Decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minùs habilem posthabitis magis idoneis elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut aliàs ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice, & ejus Examinatoribus provocare. Et constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis magis idoneo per eundem Judicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum à quo appellatum fuit spectaret) conferatur: aliàs eidem magis idoneo per Judicem appellationis approbato conferenda remittat ad eum ad quem collatio, provisio, vel institutio spectabit.

§. 8. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat quo minus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & provisus ab eadem Ecclesia, causa appellationis hujusmodi dependente, non amoveatur.

§. 9. Et si quis à sententia per Judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1567. 15. Kalen. Aprilis Pontificatus nostri anno 2. *Bullar. tom. 2. pag. 219.*

ADNOTATIONES.

1 PRÆSERTIM IN EXAMINE PER CONCURSUM FACIEN. Plures dantur casus, in quibus concursus non exigitur, sed Parochiales Ecclesiæ absque illo rectè conferuntur, quos referunt Barb. *de off. Episcop. allegat.* 60. *n.* 18. *cum seqq.* Corrad. *prax. benefic. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 5. *& seq.* Videlicet si Parochialis sit Juris patronatus laicorum, aut mixti. Si resignetur in manibus Papæ ad favorem certæ personæ, & provisio concedatur in forma dignum. Si permutetur. Si sit Dignitas cui auctoritate Papæ fuerit unita Parochialis perpetuò, & accessoriè. Si sit unita Canonicatui. Si Beneficium Cu-

ratum, quod vacat, est verè Dignitas. Si sit Dignitas Ecclesiæ Collegiatæ, quę habeat annexam Curam Animarum. Si Animarum Cura exerceatur per Canonicos, vel Hebdomadarios. Si est subjecta, vel annexa Monasterio, aut de illius Mensa. Si Parochialis sit Vicaria perpetua, quæ conferatur ad nominationem illorum, quorum Dignitati est unita, quoties transferatur solum exercitium curæ; non verò quo ad habitum. Si sit Regularis, & solita commendari. Si Parochialis acquiratur, & provideatur per regressum, vel per decessum collitigantis, nisi jus demortui Pontifex in alium transferat. Si sit exigui redditus, ut examinis per concursum operam non ferret, aut nemo esset, qui examini vellet se subjicere; aut ob apertas factiones, seù dissidia, majora scandala possent excitari. Si nemo compareat, assignato per edictum novo termino, confertur sine concursu. Qui casus repetuntur, & explanantur etiam à Nicol. *Iucubr. can. lib. 3. tit. 5. de præb. à n. 10.*

Cætera pertinentia ad intelligentiam hujus Bullæ adnotavi in titulo de collatione Beneficiorum, & in titulo de edictis.

Pii V. Constit. LVIII.

De resignationibus Beneficiorum.

SUMMARIUM.

1 *Senex dicitur, qui est in ætate 50. annorum.*
2 *Valetudinarii sunt, qui frequenter ægrotant.*
3 *Qui dicantur corpore impediti, enumerantur.*
4 *Qui corpore vitiati.*
5 *Qui crimine obnoxii.*
6 *Qui censuris irretiti.*
7 *Qui nequeant Ecclesiæ inservire.*
8 *Qui Beneficia obtinere dicantur, & ad eadem promoveri num. 9.*
10 *Beneficia ingredientium Religionem non conferuntur nisi secuta professione.*
11 *Et eisdem causis, quibus permissum est Episcopis Episcopatum renunciare, permissum est resignare Beneficia.*
12 *Inimicitia, per quam licita est renunciatio Beneficii, debet esse capitalis.*
13 *Beneficia Juris patronatus non comprehenduntur sub §. Cæterum hujus Bullæ.*
15 *Archidiaconatus potest conferri non habenti lauream Doctoralem.*
16 *Etiam si Constitutio Synodalis contrarium disponeret, vel in litteris Apostolicis appositum esset Decretum lauream suscipiendi.*
17 *Canonicatus etiam collegiatarum insignium conferri possunt Clericis ætatis 14. annorum.*
Canonici Collegiatæ non tenentur suscipere Ordines Sacros, nisi statuto Ecclesiæ caveatur ibid.
18 *Beneficia debita certo generi personarum concurrentibus requisitis non possunt excludi, sed necessariò admittenda.*
19 *Episcopus in provisione facienda Præbendæ Theologalis, non dispensat super idoneitate personæ.*
20 *Non concedit facultatem Beneficia conferendi nisi Vicario Generali, quæ concessa non transit in successorem.*
22 *Vicarius Capitularis non confert Beneficia vacantia Sede Episcopali viduata Pastore.*
22 *Episcopus in fundatione Beneficiorum non potest sibi, & successoribus Censum reservare.*
Episcopus in fundatione Ecclesiæ, si sponte offeratur, potest sibi aliquod jus reservare ibid.

PIUS EPISCOPUS, &c.

QUanta Ecclesiæ Dei incommoda olim attulerit,& nunc quotidie magis afferat, Ministrorum in eam ingressio vitiosa, jam latè perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes, & Pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas Orbis Ecclesias impiè violarit.

§. 1. Quia verò hoc malum cum in cætetis frequens, tum maximè in Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod proindè de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inituri officii nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum hujusmodi acceptione paulò severiùs interposuerimus, omnesque Beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus, nullum per eas in illis jus, neque titulum,vel coloratum, tàm in petitorio, quàm in possessorio ipsis provisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore.Collatores ex verò aliàs in illorum dispositione, etiam tanquam devolutionis jure sese interponere non posse, sed de eis, ut verè vacantibus, sive per Romanos Pontifices, sive alios Collatorum eorumdem Superiores uti præventum esset liberè provideri.

§.2.Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum,quo Sanctuarium Domini cupimus illibatum Auctore Domino persequi, ac simul quantum in Nobis est cavere ne resignationes ipsæ dehinc pro cujusque arbitrio nullisq; vel certè levibus causis passim,& temerè admittantur, prohibitionem, & alia prædicta,ac cetera omnia nostris super his litteris contenta eatenus relaxamus, ut post hac

§. 3. Episcopi, & alii facultatem habentes eorum dumtaxat resignationes recipere, & admittere possint, *qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censuriisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel Beneficio inservire: seu qui unum aliud, vel plura Beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri: Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur. Denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui Constitutione fel. rec. Innocentii Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco Beneficii residere securi. Sed nec horum ullus Sacro Ordini mancipatus, nisi Religionem ingressurus, valeat ullo modo Beneficium, vel Officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliundè ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc Beneficiorum, & Officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur.*

§. 4. Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes Electores, Præsentatores, & Patroni, tam Ecclesiastici, quàm Laici quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo, futuri in hujusmodi Beneficiis, & Officiis Successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat.

§. 5. *Cæterùm præcipimus*, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collato-

res, de Beneficiis, & Officiis resignandis prædictis, aut suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant providere, quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocumque temerè attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.

§. 6. Qui verò contrafecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, à Beneficiorum, & Officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia Beneficia, seù Officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subjacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo verò ad Capitula, & Conventus à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, sivè absolutionis, sivè relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & litteris nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris.

§. 7. Non obstantibus &c. (*& sequitur ampliſſima contrariis derogatio.*)

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1568. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno tertio. *Bullar. tom. 2. pag. 253.*

ADNOTATIONES.

1. *SENIO CONFECTI*. Communis sententia est, quod ut quis dicatur senex relinquatur arbitrio Judicis qui inspecta qualitate personarum, Resignantem senio confectum esse ad hunc effectum judicabit eum, qui in ætate quinquaginta annorum reperitur: Nam hic dicitur senex, & de facili moriturus, & ideò potest examinari ad perpetuam rei memoriam, tamquam testis alicujus rei gestæ, quia periculum est in mora, ut dicit Alciat. *de præsumpt. præsumpt. 53. num. 2.* Menoch. *de arbitr. Judic. cas. 59. num. 3.* Regulariter tamen senex dici solet; qui annum sexagesimum attingit.

2. *AUT VALETUDINARII*. Ita pariter ut quis dicatur infirmus, seù valetudinarius, relinquitur arbitrio Ordinarii resignationem admittere debentis, eos enim judicabit valetudinarios, qui malo corporis habitu, & affectu sæpè malè valent, & frequenter ægrotant, Menoch. *de arbitr. Judic. cas. 60. n. 5.* & sequitur Paris. *de resign. lib. 5. quæst. 6. n. 12. & 13.*

3. *AUT CORPORE IMPEDITI*. Puta si resignans esset leprosus, vel scabie Herculea lepræ affini percussus, vel paralyticus, Apoplexiæ obnoxius, vel morbo comitiali; si esset lunaticus, si haberet morbum Gallicum, manus tremulas, chiragram, vel podagram continuam, vel frequentem vel demum aliud simile corporis impedimentum, cujus causa non valeat oneri sibi injuncto satisfacere, & de quo in actis constare priùs faciat, Paris. *ubi suprà n. 16. & seqq. usque ad n. 33.*

4. *VEL VITIATI*. Corpore vitiati dicuntur cæci, claudi, habentes pedem fractum cum deformitate, manum mutilatam, gibbosi, aut diminuti parte corporis notabili, aut habentes in facie aliquam turpitudinem, quæ deformem resignantem reddat, Paris. *loco cit. à nu. 33. ad 56.*

5. *AUT CRIMINIOBNOXII*. Puta si resignans esset Homicida, Simoniacus, Adulter, Concubinarius, sustinens excommunicationem per annum, perjurus, vel tertia vice blasphemus, Paris. *d. loco à num. 59. ad 66.*

6. CE-

6. *CENSURIS QUE ECCLESIASTICIS IRRETITI*. Hic comprehenduntur excommunicati excommunicatione majori à jure, vel ab homine, suspensi, ac interdicti: hi etenim cum in Divinis non valeant inservire, nec ministrare, faciliùs admittuntur ad cessionem Beneficiorum, quàm alii, Paris. *quæst.* 6. *à n.* 70. *ad* 85.

7. *AUT NEQUEUNT, AUT NON DEBENT ECCLESIÆ INSERVIRE*. Primi capitis exempla (præter jam dicta) sunt, in Clerico bannito, Dœmoniaco, muto, irregulari. Secundi capitis exempla possunt esse in Clericis turpiter, & scandalosè viventibus, patientibus languorem, qui generant scandalum, vel stomachum provocant, illiteratis, & imperitis, aut habentibus morbum caducum, Paris. *d. qu.* 6. *à n.* 101. *ad* 107.

8. *SEV QVI VNVM ALIVD, VEL PLVRA BENEFICIA OBTINVERINT*. Dummodo Beneficium, quod resignans retinet, sit sufficiens ad propriam sustentationem, super quo prudens Ordinarius considerata qualitate personæ circa nobilitatem, circa merita doctrinæ, ac probitatis, item ad qualitatem regionis judicabit, Paris. *dict. quæst.* 6. *à n.* 108. 146. *ad nu.* 156.

9. *VEL QVOS AD ALIVD CONTIGERIT PROMOVERI*. Hoc videtur intelligi de incompatibili, nam tunc renunciatio coram Ordinario fit ex necessitate, cum de jure per assecutionem secundi vacet primum, *C. de multa de Præbend.* Paris. *dicta quæst.* 6. *n.* 157.

10. *RELIGIONEM QVOQVE INGRESSVRI, VEL MATRIMONIVM CONTRACTVRI*. Non poterit Ordinarius Beneficia resignata ab his, aliis conferre, nisi postquam verè sequutum fuerit matrimonium, vel facta professione; non enim sufficerent sponsalia vel ingressus in Religionem ut observat Paris. *dicta quæst.* 6. *n.* 166. & 167.

11. *DENIQVE &c.* Scilicet in casibus in quibus expressum est Episcopos posse resignare Episcopatus, juxta dispositionem *Text. in cap. nisi cum pridem de renunc.* nam ex eisdem potest fieri renunciatio Beneficiorum coram Ordinariis, ut hic Bulla disponit. Causæ autem *in d. cap. expressæ sunt sex*, scilicet, *conscientia criminis*, *debilitas corporis*, *defectus scientiæ*, *malitia plebis*, *scandalum*, *personæ irregularitas*.

12. *QUI ETIAM OB CAPITALES INIMICITIAS &c.* In hujusmodi renunciatione Ordinarius advertere debet, quod non omnis inimicitia est causa sufficiens, sed debet esse capitalis, ut expresè ex Textu Constitutionis habetur; ad quod judicandum arbitrium ipse habet, Menoch. *de arbitr. judic. cas.* 110. *num.* 3. Cætera jam notavi ad Form. Renunciationis Parochialis.

13. *CÆTERUM PRÆCIPIMUS. &c.* Sub censura hujus §. non comprehenduntur Beneficia Jurispatronatus, ut dixi in Adnot. ad Form. collationis Beneficii simplicis: Quia in his Ordinarius non confert ex voluntate, sed præsentatum à Patrono, qui habet liberam potestatem, quem maluerit nominandi capacem, instituere cogitur à jure, ut probant authoritates ibidem allegatæ, quibus adde Nicol. *lucubrat. can. lib.* 1. *tit.* 9. *de renunc. pot. n.* 9. *vers. quod tamen*.

14. Et quia hic agimus de Beneficiorum collatione: non incongruè per modum supplementi ad ea, quæ adnotata sunt *in tit. de Collat. & rect. Benefic.* addere, memoria suggerit, sequentia.

15. Primò, quod Dignitas Archidiaconatus potest conferri non habenti lauream Doctoralem, non obstante Concilii Tridentini dispositione *in cap.* 12. *sess.* 24. quia Concilii Decretum habet in illis Cathedralibus, in quibus Archidiaconus exercet jurisdictionem, vel Curam Animarum habet, ut respondit Rot. coram Coccin. *decis.* 1902. *num.* 26. *Sac. Congreg. Concilii* apud Nicol. *in flosc. verb. Archidiaconis nu.* 5. *& in Sabinen.* 2. *Junii* 1696. *in responsione ad quartum*.

16. Quod est verum, etiamsi per Synodum Diœcesanam statuatur, quod quis nisi sit graduatus, vel laureatus, non possit Dignitates obtinere, ut declaravit *Sac. Congregat. Concilii supra dictum cap* 12. *sess.* 24. Immò etiam in litteris Apostolicis provisionis fuerit appositum

De-

Decretum lauream suscipiendi, adhuc provisus non tenetur lauream Doctoralem suscipere, quamvis Archidiaconus sit prima Dignitas, sic respondit, & declaravit *eadem Concilii Congreg. in Lavellen.* 11. *Januarii* 1697. *san. mem. Innocentio* XII. *approbante*.

17. Secundò, quod Canonicatus Collegiatarum etiam insignium de jure communi conferri possunt Clericis ætatis 14. annorum, quia quoad hos Concilium nihil innovavit, ut communiter notant Tondut. *quæst. Benef. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 3. §. 12. *n.* 1. & 2. Piasec. *prax. par.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *n.* 34. Pirhing. *in jus can. lib.* 1. *tit.* 14. §. 2. *n.* 12. Undè nisi Statuto Ecclesiæ, vel Consuetudine aliud determinetur, hi non tenentur assumere Ordines Sacros, prout declaravit *Sac. Congreg. Concilii in Romana pro Collegiata Sanctæ Mariæ in Cosmendin.* 22. *Decembr.* 1691.

18. Tertiò, quos Collatio Beneficiorum debita certo generi personarum, puta filiis patrimonialibus, dicitur libera, ut ait Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 45. *nu.* 19. & concurrentibus requisitis, Clerici patrimoniales, seu originarii talis Patriæ, Civitatis, Oppidi, vel Parochiæ, non possunt excludi ab institutione, participatione, aut aggregatione, sed necessariò admittendi, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 103. & 104. *Sacr. Congreg. Episcop. in Andrien.* 28. *Februarii* 1697. *referente clar. mem. Card. Petruccio*.

19. Quartò, quod in Collatione Præbendæ Theologalis Episcopus adversus Decreta Concilii circa qualitatem, & idoneitatem personæ non potest dispensare; sed si non reperiatur persona qualificata recurrere oportet ad Papam, etiamsi Canonicatus, & Præbenda non essent reservati, aliàs provisio erit nulla, ut firmat Corrad. *in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. & 10. & interim donec collatio suspenditur, Theologus Regularis erit deputandus, qui supplere valeat, si sæcularis idoneus non adsit, prout voluerunt Pius V. & Gregor. XIII. & declaravit *Sac. Congreg. Concilii suprad. cap.* 1. *sess.* 5. *de Reform.* apud Gallemart. Corrad. *ibi num.* 7.

20. Quintò, quod authoritas Beneficia conferendi dari non potest ab Episcopo, nisi suo Vicario Generali, quæ si detur non transit in Vicarium Successorem, sine nova commissione, Fagnan. *in cap. Præsentata n.* 14. & 15. *de Testib.*

21. Sextò, quod Vicarius Capitularis non confert Beneficia vacantia. Sed horum omnium collatio Sede Episcopali vacante spectat ad Papam vigore Constitutionis Pii Quinti, quæ incipit *Sanctissimus in Christo Pater Bullar. tom.* 2. *Constitut.* 56. qua Sedi Apostolicæ reservavit omnia Beneficia, quandocumque, & quomodolibet vacantia, Episcopali Sede viduata Pastore: quod notat etiam Torrad. *in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 1. & 50. (nisi certo generi personarum ex lege fundationis deberentur.) Et hinc est, quod provisione Ecclesiarum Parochialium Capituli Vicarius non habet prælectionem magis digni, sed Acta Concursus transmittit ad Urbem pro instructione Papæ Datarii, qui unum ex approbatis, quem judicat digniorem, designat, & providet; & ita hodiè servat praxis Datariæ.

22. Septimò, quod Episcopus in fundatione, & erectione Beneficiorum tam juris patronatus, quàm liberorum non potest pro præstatione consensus, sibi, & Successoribus censum, seu recognitionem annuam reservare: Quia cum ratione sui officii teneatur consensum fundationi etiam cum reservatione juris patronatus præstare: ne Laici retrahantur à fundationibus, hujusmodi reservatio, quæ Simoniam saperet, a jure prohibita reperitur, *cap. in tantum de Simon. & cap. Præterea de transact.* Barbos. *in cap. quoniam num.* 3. *ne Prælat. vic. suas, &c.* immò quod nec pro unica, & prima vice aliquid exigere debeat, declaravit *Sacr. Congregat. Episcop. in Vicen. de anno* 1602. quàm referunt Barbos. *decis. Apostol. collect.* 291. *num.* 4. & Fagnan. *in cap. in ordinando num.* 32. *de Simon.* & prohibetur quoque à Taxa Innocentiana. In fundatione autem Ecclesiæ, si quid sponte offeratur intuitu devotionis, & honoris Episcopalis, posset recipi, & reservari, ut interpretando *Text. in cap. Eleu-*

the-

therius 18.*qu.*2.tradit Turrecrem. his verbis--*convenisse* (*Episcopo non petente*, & *ipsa ideſt Fundatrice*) *sponte offerente non pro consecratione*, *quia esset Simonia*, *sed intuitu devotionis*, & *honoris Episcopalis*, & *hoc licitè potuit fieri*.

Greg. XIII. Constit. XXVIII.

Revocatoriæ Indultorum ingrediendi Clausuram Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus in ingressu Clausuræ à paucis*, & *senioribus personis debet associari.*

2 *Regulares in Visitatione Monasteriorum Monialium eis subjectorum servare debent Constitut. Alex. VII.* 153.

3 *Mansiones Confessariorum Monialium exemptarum*, *debent esse separatæ à Monasterio.*

Regulares non observante Constitut. Alex. VII. 153. *possunt ab Episcopo tanquam Delegato Apostolico puniri*, *ibid.*

GREGORIUS EPISCOPUS, &c.

UBi Gratiæ, & Indulta ab hac Sede concessa successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit illa salubri præsidentis consilio submoveri.

§. 1. Proindè Sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia, quæ illas à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque, & scandala ab eis removere cupientes, auctoritate præsentium revocamus, & abolemus omnes, & quascumque licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam Virorum quorumvis Ordinum, quibusvis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cujuscunque status, & conditionis Mulieribus, ac etiam omnes, & quascumque licentias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscumque Viris, etiam ejusdem status, & dignitatis tam à Prædecessoribus nostris, quàm etiam à Nobis, & Sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis ex quibusvis quantumcumque urgentibus causis sub quibuscumque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, revocatorum restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum aliorumve Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas ac etiam iteratis vicibus renovatas. Cassamusque, & annullamus litteras desuper confectas, & processus habitos per easdem.

§. 2. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis Beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria hujusmodi quovis modo ingredi audeant.

§. 3. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, Conventibus, ac aliis Monasteriorum utriusque sexus Superioribus, & personis quocumque nomine vocentur districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, necnon privatio-

tionis Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos, & loca sua, quemquam prætextu hujusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.

§. 4. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscumque personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam Ordinum quorumcumque etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantùm ex Concilio Tridentino tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus dumtaxat ingredi, neve Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.

§. 5. (*Et sequitur clausula derogatoria.*)

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1574. idibus Junii Anno quarto, *Bullar. tom. 2. pag.* 393.

Sequitur declaratio d. Constitutionis.

DUbiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo, quod optima primùm ratione Concilium sanxit Tridentinum, deindè in Constitutione fel. rec. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri nonis Julii Pontificatus sui anno tertio, atque item nostræ idibus Junii Pontificatus nostri anno quarto editis, fuit provisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis, septa Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis hujusmodi septa ingredi, vel potius servare debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam.

§. 1. Nos omnem hæsitandi materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes tam sæculares, quàm Regulares, quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quovis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessariis, *& à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati*. Quocirca universos, & singulos, Episcopali, seu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumvis Ordinum, Abbates, Priores, Ministros, & alios quoscumque Superiores Regulares serio monemus, ut facultate hujusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur necessariis, neutiquam utantur.

§. 2. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui Pontificalis Dignitatis fuerint eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda à munere Pontificali, & à divinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere, Regulares verò omni officio, ac ministerio privatos excommunicationi similiter subjacere.

§. 3. (*Sequitur derogatio contrariorum.*)

Datum Romæ apud S. Petrum 23. Decembris 1581. anno decimo.

A D-

ADNOTATIONES.

ET A' PAUCIS IISQUE SENIORIBUS, AC RELIGIOSIS PERSONIS, &c. Non est ab Episcopis parvipendenda Pontificis admonitio his verbis concepta, prout nonnulli faciunt, permittentes ingressum tempore Visitationis personis non senibus, neque necessariis, sed ut curiositatem, quam habent septa Monialium invisendi, adimpleant: Nam in iis non verificatur necessitas ingressus, quam requirunt Concil. Trident. & nostra Constitutio ad evadendam excommunicationem latæ sententiæ; & sic caveant Episcopi, ne sint in hoc indulgentes: At sequantur consilium Episcopi Restę *in Direct. Visit. par. 1. cap. 89.* ubi de duobus Convisitatoribus probatæ vitæ, Confessarii Monialium, & Cancellarii est contentus: Illud enim possumus, quod justè, vel honestè facimus, *c. Facit homo, ubi glos. 22. q. 2.*

2. Præter hanc Constitutionem, adest altera Alexandri Septimi, quæ incipit *Fœlici in Bullar. to. 6. Constit. 153.* in qua præscribitur modus Superioribus Regularibus quo debent, & possint Clausuram Monialium ipsis subjectarum ingredi: Hoc est semel tantum in anno occasione Visitationis, unico socio, (nisi sit Generalis, cui duo conceduntur,) sine refectione, & cum assistentia quatuor Monialium ex senioribus: Extra verò Visitationem, si aliqua urgens causa exposcat Superiorum ingressum, non nisi cum præsentia Episcopi, vel alterius personæ Ecclesiasticæ Sæcularis probatæ vitę ab eodem deputatæ id efficere non valeant.

3. In hac eadem Bulla præcipitur, quod Mansiones Confessariorum earumdem Monialium exemptarum sint omninò, & penitus disjunctę à Monasteriis non solum per parietes, sed etiam per tecta, distantia ab Episcopo recognoscenda, & approbanda, si Monasteria Virorum, quibus Moniales subsunt, longè distent à Monasteriis Monialium: Quando enim ambo sunt in eadem Civitate, vel Oppido, Confessarii revocandi sunt ad proprium Conventum, ut in §. 6. d. Bullæ disponitur, & quatenus Regulares Constitutionem hanc non servent, poterit Episcopus, tamquam Delegatus Apostolicus, contra illos animadvertere ut ibidem statutum legitur.

Gregorii XIV. Constit. VII.

De Immunitate Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Qui dicantur publici Latrones.*
2 *Qui Grassatores, & n. 3.*
4 *Qui Depopulatores Agrorum.*
5 *Qui mutilantes membra in Ecclesia, vel homicidium patrantes.*
6 *Qui Proditores, & num. 7.*
8 *Qui Assassini.*
9 *Hæretici, & blasphemantes hæreticaliter non gaudent immunitate.*
10 *Neque rei criminis læsæ Majestatis.*
11 *Bulla Gregor. XIV. non extenditur ad casus non expressos quantumvis similes.*
12 *An Ecclesia gaudeat immunitate, si adhuc ibidem divina non fuerint celebrata, referuntur DD. sententiæ.*
13 *Sententia contumacialis non privat delinquentem immunitate.*
14 *Consuetudo extrahendi ab Ecclesiis delinquentes sine licentia Episcopi non excusat ab incursu Censurarum.*
15 *Hebræi in casibus non exceptis gaudent immunitate, sicuti etiam sclavi, seù servi infideles.*
16 *Mater suffocans filium infantem, & Uxor Maritum dormientem non gaudent immunitate.*

GREGORIUS EPISCOPUS &c.

CUM aliàs nonnulli Prædecessores nostri, & præsertim fel. rec. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam Quintus, sancto zelo ducti diversas facultates, & indulta extrahendi etiam in casibus quibusdam à jure non permissis ex Ecclesiis criminosos, & delinquentes, compluribus Sæcularibus Principibus, eorumque Cu-

Curiis, & Magistratibus, sub variis modis, & formis concesserint, prout in illis plenius continetur.

§. 1. Experientia postmodum docuit tum ob diversitatem, & differentiam hujusmodi indultorum, tum quia plerique eorumdem Principum Ministri ex ipso illa diversimodè, etiam latiùs quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cœperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem, & confusionem; alibi verò ne ipsos quidem Laicos Indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod populis, inveterata erga Ecclesias reverentia, devotis, & assuetis, scandali potius quàm quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpè numero secutum est, ut infimæ interdum conditionis Laici, non modò juris, sed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi potestates, aut Ministri Curiæ Sæcularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant, facultatum, & indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minùs rectos, & ab intentione concedentis omninò alienos detorserint, & illorum prætextu quicquid sibi in mentem venit attentare præsumpserint, in grave jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, locorum, & personarum Divino cultui dicatarum contemptum, ipsius Divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commisso Nobis à Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis, & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occasionem dilucida declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica jura planè conculcentur, & negligantur, opportunè providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Prædecessor noster iisdem de causis motus statuere decreverat, licèt morte præventus hoc adimplere nequiverit, ita tamen ut quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit, perversorum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, ultra id quod prisca illa majorum nostrorum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præscripserat in quibusdam casibus, congrua moderatione adhibita, permittamus.

§. 2. Hac itaque nostra perpetuò valitura Constitutione omnia, & quæcumque privilegia, Indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quàm alios quoscumque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusve Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus Regularibus, & Sæcularibus, locisve sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus à jure permissis, Hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudolentibus decoctoribus etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis urgentissimis, ac necessariis, & æquipollentibus casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seù ad vitam alicujus Principis, vel Beneplacitum, seù aliàs quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, innovata ac usu recepto, litterasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Brevis, seù aliàs quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hìc haberi volumus pro expressis, ac ad verbum in-

insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

§. 3. Ut Laicis, ad Ecclesias, locaque sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, *si fuerint publici Latrones, viarumque Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas strata obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumvè Cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut Assassinii, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.* Sed universis, & singulis Venerab. Fratr. nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis tam Sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis Regularibus, districtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias, Monasteria, Domos, & alia loca supradicta sacra, seù Religiosa respectivè confugientes, & in eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliquod, *judicio suo* commisisse videbuntur, quando à Curia Sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & Officialibus Curiæ Sæcularis absque irregularitatis nota, aut alicujus Censuræ Ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

§. 4. Ne autem Curia Sæcularis prædicta Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, ut prefertur, attributa, & per presentes revocata, abutantur, volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia Secularis, ejusque Judices, & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris prædictis, Laicum aliquem, ut prefertur, delinquentem *in nullo* ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, *& non alios*, Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, nullius Diœcesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superiùs expressis culpabiles, tradere, aut capturæ, & carcerationi intervenire, & assistere recusaverint. Tuncque reverentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent.

§. 5. Quodque delinquentes Laici prædicti postquàm, ut præfertur, ab Ecclesiis, locisque sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia, data illis, si opus fuerit, per Curiam Sæcularem, detineri debeant, nec indè extrahi, Curiæque Sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito priùs per Episcopum, seù ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint. Tuncque demùm de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curiæ Sæculari, quacumque appellatione postposita consignentur.

§. 6. De crimine verò hæresis cognitio ad Forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia Sæcularis quoquomodo se intromittat.

§. 7.

7. Sicuti etiam prohibemus, ne contrà Ecclesiasticas personas, Sæculares, aut cujusvis Ordinis, vel Militiæ etiam Sancti Joannis Hierosolymitani Regulares quoquomodo etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos juris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasvè ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, locisque sacris, aut Religiosis, etiam in casibus in hac constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs quàm de jure, & per privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

§. 8. Quod si quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quovis prætextu quicquam præter, aut contra hujus nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrumque Prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ.

§. 9. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis causa, & instantia, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum decernimus, & inane, si secùs super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis tàm Sixti, & Pii V. quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum litteris Apostolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus quibusvis personis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuspublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, eorumvè Curiis, Parlamentis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præsidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis, vel aliis etiam gravioribus, & urgentioribus causis; tàm illorum intuitu, & contemplatione, sivè ad eorum preces, & instantiam, quàm etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac per modum statuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & Fratrum nostrorum consilio, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservativis, restrictivis, mentis attestativis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiamsi inibi caveatur expressè, quod illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de eorum expresso consensu ad quorum favorem concessæ fuerint, derogari possit, & aliter factæ derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & aliàs quomodolibet concessis, etiam sæpiùs approbatis, & innovatis. Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenùs præmissis in aliquo adversentur, aut plures quàm superiùs expressos casus contineat, auctoritate, & tenore præmissis omninò, ac perpetuò tollimus & abrogamus, ac ad terminos præsentis constitutionis, quoad superiùs descripta dumtaxat reducimus: Et nolumus cuiquam de cætero suffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, per quæ præsentibus non ca-

expressa, vel ad verbum non inserta, effectus earum quomodolibet valeat impediri (*& sequitur publicatio.*)

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, nono Kal. Junii, Pontificatus nostri Anno primo. *Bullar. tom. 2. pag.* 694.

ADNOTATIONES.

1 SI *FUERINT PUBLICI LATRONES*. Publici Latrones, qui vigore unius ex casibus hìc exceptis immunitate non gaudent, dicuntur hi, qui ferro, vel fustibus insidiosè in viis publicis frequentatis viatores aggrediuntur, & furantur, etiam absque hominis necatione, Ambrosin. *de Immunit. Eccles. c. 2. num.* 4. *&* 5.

2. Grassatores verò dicuntur hi, qui vias obsident, ut spolient itinerantes, & armis renitentes occidant. Differunt à Latronibus in eo, quod hi dicuntur, qui viatores foris obsident, illi qui in Urbe, Ambrosin. *ubi suprà cap.* 3. *numer.* 8.

3. Ut autem Grassator indignus efficiatur Ecclesiastica immunitate, opus est, quod pluries tanti sceleris fuerit reus in viis frequentatis, Guazzin. *ad defensor. reor. def.* 1. *cap.* 38. *num.* 36. Nicol. *Iucubr. Civil. lib.* 1. *tit.* 8. *de immunit. Eccles. num.* 28. *vers. Non possunt*: Quidquid, sit, an pro unica grassatione ultimo supplicio puniri debeat, de quo articulo viden. Raynald. *observat. Crimin. tom.* 2. *c.* 14. *num.* 74. *&* 75. *ubi num.* 66. *&* 68. ex doctrina Muscatelli *tit. de furt.* tenet, quod grassationis crimen de necesse requirat, quod sit admissum in strata publica cum armis.

4. Depopulatores Agrorum hi dicuntur, qui segetes in Agris deprædantur, & fructus, ac Vineas diripiunt, & vastant ex proposito, sive diurni, sive nocturni sint, Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 4. *num.* 5. Nicol. *loco citato n.* 9.

5. Mutilantes membra, vel homicidium patrantes in Ecclesiis, dicuntur non solùm hi, qui intrà ambitum existentes ibidem delictum committunt, sed etiam alii, qui cum Archibusio, seu aliquo alio armorum genere existentes in Ecclesia; alium extrà Ecclesiam commorantem, vel existentes extra Ecclesiam, existentem in Ecclesia occiderent, quia in utroque casu delictum in Ecclesia perpetratur, in primo ob principium delicti, in secundo ob effectum, ut probat Ambrosin. *de immunit. cap.* 5. *n.* 7. *&* 8. Dummodò non occidant provocati, & in rixa, nam tunc gauderent, *Sacr. Cong. Immunitat. in Algaren.* 24. *Martii* 1637. *lib.* 3. *Decret. Pauluc. fol.* 27. *à tergo*.

6. Proditorii species dicitur quando nullus præcedebat rancor, sed potiùs simulabatur amicitia, unum scilicèt gerens in corde, aliud in verbis, & in actibus unum ostendit, & aliud in mente gerit: Et sic, ut quis proditor dicatur oportet, vel quod fidem datam frangat, vel simulatione insidietur, Ambrosin. *ubi suprà cap.* 6. *n.* 4.

7. Dicitur etiam proditor, ut immunitate privetur, qui aliquem, cui se tamquam Socium, & Amicum adjunxerat in via, & nulla rixæ causa intervenìente occidit, seu qui dolosè sub amicitiæ colore seducit aliquem, ut occidat *Sacr. Congreg. Immunit. in una Rhegien.* 1602. quam refert Nicol. *loco citat. num.* 31. Et quod ad proditorii homicidii qualitatem probandam requiratur amicitia præcedens, censuit *Sac. Congreg. Immunitat. in una Benevent.* 18. *Augusti* 1637. *lib.* 3. *Decret. Pauluc. fol.* 39.

8. Assassini autem dicuntur qui pecunia accepta, vel promissa à mandante, homines Christianos incautos nil tale præcogitantes occidunt. Si enim quis occideret infidelem, non privaretur immunitate, ut dicit Ambrosin. *ubi suprà cap.* 7. *num.* 12. *& seqq.* Mandantes quoque sequuto effectu, ut non gaudeant immunitate, & dicantur Assassini, tenet Nicol. *ubi supra num.* 32. *vers. Amplia primo*, ubi Decretum Sacr. Congregat. Episcop. allegat.

9. Hæretici, ſicuti & cæteri mox ſuperiùs enumerati immunitate Eccleſiaſtica non gaudent, nec qui blaſphemiam hæreticalem profert, ex traditis ab Ambroſin. *cap. 8. n. 8. & 10.*

10. Rei criminis læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, Superiorem in temporalibus non recognoſcentis, cui delinquentes ſint ſubjecti ratione originis, vel domicilli, ex vi noſtræ Conſtit. immunitate non gaudent, Ambroſin. *c. 9. n. 6.* Nicol. *ubi ſuprà n. 34.*

11. His breviter notatis, memineris, quod hæc Bulla non extenditur ad alios caſus ultrà expreſſos etiam ſimiles, quia caſuum exceptorum expreſſio fit ibi per modum formæ, cum clauſula ſublata, quæ omnem extenſionem, & interpretationem excludit, Ambroſin. *de Immunit. Eccleſ. cap. 1. num. 14.* & advertit quoque Guazzin. *d. defenſ. 1. n. 52.* poſt enumerationem caſuum, qui aliàs juxtà juris communis, & DD. interpretationem immunitate non gauderent.

12. Secundò, quod Eccleſiæ non conſecratæ, ſed tantùm auctoritate Epiſcopi ædificatæ, & dedicatæ, in quibus Divina adhuc Miniſteria non ſint cœpta celebrari, vel ſi eſſent dirutæ Epiſcopi auctoritate ſine ſpe reædificandi, immunitate non gaudent, Ambroſin. *ubi ſuprà cap. 10. num. 2. & 3.* cui favet Gloſs. *in cap. Eccleſiæ de Immun. Eccleſ.* At contrà Ambroſin. ſtat opinio Sylveſtr. *in verb. loca Religioſa*, ubi indubitanter tenet, quod Eccleſia auctoritate Epiſcopi conſtructa, gaudeat immunitate, etiamſi nondùm ibidem fuerit celebratum, quem ſequuntur Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 15. n. 36.* Sperell. *deciſ. 62. num. 20.* & tu hos ſequere ſi magis placet.

13. Tertiò, quod ad extrahendum delinquentem à loco immuni, & Curiæ ſæculari conſignandum, non ſufficit ſententia contumacialis ſuper caſu excepto, ſed p'enior probatio exigitur, ut declaravit *Sacr. Congregat. Epiſcoporum in Cremonen. 27. Julii 1618.* his verbis — *Sacra Congregatio declaravit, quod ad extrahendum delinquentem à loco immuni, & Curiæ ſeculari conſignandum, non ſufficit ſententia contumacialis, quia non probat delictum, ſed plenior probatio requiritur.*

14. Quartò, quod licèt conſuetudo quamvis iniqua excuſet à pœna temporali; hoc tamen fallit in noſtra Bulla, & in extrahentibus à locis immunibus reos abſque licentia Epiſcoporum prætextu conſuetudinis, quæ illos non excuſat ab incurſu pœnæ ſpiritualis excommunicationis: Cùm ſit potiùs pravus abuſus, quàm conſuetudo, improbatus tam de jure Civili *in l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſ. conf.* quàm Canonico *in c. Diſinit. vit. 17. q. 4. cap. inter alia de Immunit. Eccleſ.* cum aliis juribus allegatis ab Ambroſ. *de Immunit. Eccleſ. cap. 15. n. 8.*

15. Quintò, quod Hebræi gaudent privilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, quia in Bulla non fuerunt exceptuati, prout declaravit *Sacr. Congreg. Immunit. in Sarzanen. 26. Septembr. 1651. lib. 4. Decr. Paul. fol. 160. à tergo.* Et idem dicas de Servo, ſeu Sclavo Infideli, ut cenſuit eadem *Sacr. Congreg. in Catacen. 18. Februar. 1631. lib. 2. Decr. Pauluc. fol. 95. à tergo, & in Licien. 13. Julii 1649. lib. 4. Decret. Pauluc. fol. 83.*

16. Sextò, quod Mater ſuffocans, ſive occidens filium infantem non gaudet Eccleſiæ immunitate, *Sacr. Congreg. Concil. 3. Decembris 1632.* quam ſententiam approbavit *Sacr. Congregat. Immunitatis in una Piſauren. 19. Novembris 1647. lib. 4. Decret. Pauluc. fol. 33. à tergo*, quia eſt ſpecies homicidii proditorii: Quod procedere declaravit etiam in Uxore, quæ Maritum dormientem occidit, *in Cremonen. 29. Decembr. 1625. in Regeſtr. Script. veter. fol. 77. à tergo.*

17. Septimò, quod ad acquirenda indicia contra reos, permitti non debet, quod Judex Laicus recognoſcat libros Parochi, à quibus fuerunt extractæ fides mortis, aliæque ſimiles coram ipſo fortè productæ, ut reſpondit *Sacr. Congregat. Immunit. in una Mediolanen. 15. Januen. 1658. lib. Decr. Roccii fol. 56. à tergo.*

Cle-

Clementis VIII. Constit. XXVIII.

De largitione munerum.

SUMMARIUM.

1 *Regulares non possunt retinere superflua, neque licentia Superiorum, & n. 2. & 3.*
4 *Monasteria, in quibus vita perfectè communis non servatur, debent habere, & retinere capsam depositi, & num. 5.*
6 *Novitii comprehenduntur in Constitut. Clem. VIII. de largit. muner.*
7 *Regulares non possunt uti livellis, nisi servata forma Constit. Clem. VIII.*
8 *In Terris infidelium datur indultum Regularibus Mendicantibus Ord. S. Francisci retinendi bona nomine Sedis Apostolicæ.*
9 *Episcopi occasione receptionis habitus, seu Professionis Monialium non possunt recipere munera præter comestibilia parvi valoris, & n. 10.*
11 *Religiosi S. Spiritus in Saxia de Urbe vulgo* Crociferi *licitè administrant fructus Beneficiorum sibi ipsis collatorum, & n. 12. 13. & 14.*
15 *Pacta, & conditiones, quæ apponuntur in donationibus, & legatis Religiosis factis, & relictis, quod nempè acquirantur Religioso, & non Monasterio, vitiantur.*
16 *Conventus in receptione Novitii, nihil accipit præter mensuram alimentorum.*
17 *Religiosi Professi testari non possunt, neque de licentia Superiorum, quamvis ante professionem talem facultatem sibi reservassent.*
18 *Min. Observantes, & Reformati sunt incapaces legatorum perpetuorum, & Missarum.*
19 *Episcopi sunt Executores legatorum piorum unà cum Commissariis fabricæ cumulativè, & n. 20. 21. & 22.*

CLEMENS EPISCPOUS &c.

REligiosæ Congregationes ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas, & instaurandas, Rom. Pontifices Prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam ea, quæ optimè fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim Dæmonis astutia, paulatim deficiant, ac nisi cura pervigili sustententur, in deterius prolabantur. Idcircò Summ. Pontificum vigilantia magnoperè laboravit, ut Regular. Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constit. communita, integra, atque incolumis permaneret. Quorum Nos vestigiis pro eodem officii munere insistere, & Pastoralem illorum sollicitudinem (quantum possumus) divina adjutrice gratia cupimus imitari.

§. 1. Quare ne ex muneribus, quæ à pluribus Religiosæ vitæ professoribus ex Christi patrimonio, quibusvis hominibus quavis ex causa sæpè tribuuntur, gravia incommoda, & mala, etiam boni specie existant, præcavere studentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, universis, & singulis cujuscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium bona immobilia, & redditus certos ex Indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cujusvis Congreg. Societatis, & instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis utriuslibet sexus omnem, & quamcumque largitionem, & missionem munerum penitùs interdicimus.

§. 2. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & singula Capitula,

Conventus, & Congregationes tam ſingulorum Conventualium, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, Domorum, & locorum, quàm Provincialia, aut Generalia cujuslibet Provinciæ, ſive univerſi Ordinis, Societatis, aut Inſtituti, eorumque, vel earum Camerarios, Commiſſarios, & quoſcumque Officiales, & ſingulares perſonas, ipſos etiam Ordinum Congregationum, & Societatum hujuſmodi Superiores quaſcumque Dignitates obtinentes, etiam Generales, & Provinciales, Magiſtros, Miniſtros, & quocumque nomine Præfectos, necnon Conventuum, Monaſteriorum, Prioratuum, præpoſiturarum, præceptoriarum, Domorum, & Locorum quorumcumque, Abbates, Priores, Præpoſitos, Præceptores, etiam Majores, Guardianos, Miniſtros, Rectores, atque Abbatiſſas, Prioriſſas, & alio quovis titulo Præſidentes tam ipſis Regularibus, quàm Laicorũ Ordinariis, ſeu quibuſvis Superioribus ſubjectas utriuslibet ſexus ad vitam, vel ad tẽpus deputatos, adeout nemo umquam eorum, vel earum directè, vel indirectè, palam, vel occultè tam communi, quàm particulari, & proprio nomine, etiã ſub quovis ſtatuti, vel conſuetudinis, ſeu veriùs corruptelę, aut alio prætextu, vel quacũq; cauſa, niſi in generali capitulo, aut alia gener. Cong.re maturè diſcuſſa unanimi conſẽſu omnium, Superiorũq; permiſſu cauſa approbata fuerit, quicquã tale attẽtare valeat.

§. 3. Id autem ita abſolutè, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omnino fas ſit quicquam donare tam ex fructibus, redditibus, & proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, ſive eleemoſynis, aut ſubſidiis, certis, vel incertis, ordinariis, ſeu extraordinariis, Menſæ, ſeu Maſſæ communis, vel cujusvis fabricæ, & Sacriſtiæ, quorum bona communiter, ut præfertur adminiſtrantur, ſeu quæ rationibus reddendis ſunt obnoxia, quàm ex pecuniis etiam, quæ à ſingulis quovis modo acquiſitæ in commune conferendæ omninò ſunt. Nec ſi per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur. Nec ſi forſan privatim, & nominatim cuilibet Religioſo à ſuis Superioribus, vel à propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel à piis Chriſtifidelibus, etiam eleemoſynæ, aut charitatis, & illius propriæ perſonæ intuitu attributæ, ſeu quoquo modo per quemlibet Religioſum ſuo Monaſterio, Domui, aut loco acquiſitæ, *eique ut ad libitum de eis diſponat per Superiores conceſſæ fuerint*. Præterquam leviora eſculenta, aut poculenta, ſeu ad devotionem, vel religionem pertinentia munuſcula, communi tantùm, non verò particulari nomine (ubi de conſenſu Superioris Conventus videbitur) tradenda. Sed & hujuſmodi miſſiones munerum ipſis Religioſis utriuslibet ſexus, non ſolùm per ſe, verùm etiam per alios tam directè, quàm indirectè prohibitas declaramus.

§. 4. Neque verò quiſpiam ab hac generali prohibitione ſe excuſare valeat, etiamſi munera miſerit cuivis perſonæ Laicæ, vel Eccleſiaſticæ cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quavis non ſolùm mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verùm etiam Eccleſiaſtica, & Pontificali, aut alia majori, etiam S. R. E. Cardinalatus Dignitate fulgenti, etiam proprio loci Ordinario, *etiam ex cauſa, & occaſione benedictionis, vel ſuſceptionis habitus Regularis, tonſuræ, aut profeſſionis Monialium*, tam ſibi ſubditarum, aut ipſi etiam proprio Ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, vel Provinciali, aut cujuſvis Monaſterii, Prioratus, Domus, aut cujuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocumque officio, munere, aut dignitate ful-

fulgenti, vel cuicumque etiam simplici, & particulari Religioso. Itaut inter ipsos quoque Religiosos (ne prava ambitione impulsi pro consequendis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur) quæcumque largitio aut donatio munerum (nisi rerum minimarum de licentia expressa, & in scriptis Superiorum) sit penitùs interdicta.

§. 5. Insuper prohibemus, ne unquam eisdem Regularibus liceat ullas pecunias quoquomodo erogare in alicujus etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad Beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, seu pro prædictis quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, seu pro quibusvis conviviis eisdem, aut cuivis alteri quacumque occasione, vel causa exhibendis, vel pro Commessationibus, laut compotationibus quibusvis personis tam ejusdem Ordinis, Congregationis, Monasterii, Domus, aut Loci, quàm extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis etiam piis intrà Ecclesias, Monasteria, & Domos sacras, & pias, vel extrà eas, in quibusvis publicis, aut privatis, sacris, aut profanis locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piæ gestæ etiam in memoriam Passionis Dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut aliàs in prædictis, sive in quibusvis rebus supervacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus; nisi re ipsa pro Divino Cultu, & veris Christi pauperum indigentiis, servato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu Superiorum sublevandis, aut aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentibus, sumptus hujusmodi fiant.

§. 6. Declarantes tamen per hæc laudabilem, & Apostolica Doctrina, Sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos, nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimmò si qui redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, Ordinum, aut Regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, sive aliàs applicati, aut donati sunt, eos omninò, ut decet, integrè in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasteriis, seu Locis desertis, & ab Laicorum ædibus longiùs remotis, ubi tamen pauperum, & verè egenorum ratio in primis habeatur. Si quos verò ditiores occasione transitus, sive aliàs ex devotionis, aut necessitatis causa eò divertere contigerit, eos sanè decere: Refectorio communi cum Religiosis, Mensaque, & Ferculis communibus, nequaquam à cæteris distinctis, contentos esse. Verùm omninò ipsi Regulares in Hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, ut in eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

§. 7. Pari etiam ratione districtè inhibemus, ne quispiam ex prædictis Laicus aliàs, quàm ut superiùs dictum est, vel Clericus Secularis, vel Regularis quocumque honore, præeminentia, nobilitate, aut excellentia etiam S. R. E. Cardinalatu Dignitate præditus, etiam Protector, Viceprotector, Loci Ordinarius, Prælatus generalis, Provincialis, aut Monasterii, Domus vel loci cujuslibet Superior eorumvè affines, propinqui, familiares, aut Ministri utriuslibet sexus quicquam contrà hanc superiùs expressam prohibitionem recipiant. Quod si, vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut

alio quocumque officio fungente, aut à Conventu, Capitulo, vel Congregat., sivè ab universo Ordine, & Religione quicquam receperint, id quod acceperint suum non faciant. Verùm ipso facto absque alia monitione Judicis, Decreto, Sententia, aut declaratione, *ad illius restitutionem omninò in utroque foro teneantur, adeout restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint*. Hanc autem restitutionem fieri volumus non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco de cujus bonis facta est largitio, vel si non de eis bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seù Religionis donatio facta extiterit, pariter communi Mensæ, aut Massæ cujus nomine donatum fuerit accepta munera restituantur, itaut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in paupe-res eroget concedere quoquomodo possit.

§. 8. Quod si quis ex supradictis Regularibus utriuslibet sexus, cujuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac nubilibet locorum existentibus, conjunctim cum cæteris, seù divisim nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, jussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, ut omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso privatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuò, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat. Et præterea privationem vocis activæ, & passivæ absque ullo Superioris Decreto, aut Ministerio ipso facto incurrat; necnon ultrà hujusmodi pœnas, etiam tamquam contra furti, & simoniæ criminum reum tam per viam denunciationis, accusationis, aut querelæ, quàm etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque suppliciis affici debeat. Pœnis alias à jure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut propria cujusvis Ordinis, Congregationis, Monasterii, Domus, aut Loci, statuta, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes forsam decretis, & inflictis, nihilominus in suo robore permansuris.

§. 9. & 10. (*Deputat Executores, & contrariis derogat.*)

Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ 1594. 13. Kal. Julii Pontificatus Anno tertio. *Bullar. tom. 3. pag. 40.*

Urbani VIII. Constit. CCLXVII.

Confirmatio, moderatio, & declaratio Bullæ Clem. VIII. de largitione Munerum.

URBANUS EPISCOPUS &c.

NUper à Congreg. nonnullorum Rom. Cur. Prælator. cor. dilecto filio nostro Antonio Tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Honuphrii nuncupato Majori Pœnitentiario, ac nostro in Alma Urbe Provicario in Spiritualibus Generali, à Nobis deputata, emanavit declar. tenoris subsequent. videl.

§. 1. Cum circa interpretationem Constitutionis fel. rec. Clementis VIII. sub datum

tum 13. Kal. Julii Pontificatus sui Anno tertio de largitione munerum Regularibus utriusq; sexus interdicta, nonnullas difficultates,& ambiguitates sint exortæ; Congregatio specialiter à SS. D. N. Urbano Divina Providentia Papa VIII.cor.Eminentiss. Cardinali S. Honuphrii Majori Pœnitentiario, ac Urbis Provicario deputata, auctoritate sibi attributa declaravit, & declarat, munera à Religiosis utriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis,conciliationis benevolentiæ, ejusque conservationis erga ipsam Religionem, vel Conventum, aliisvè causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modestè tamen, ac discretè, & dummodò id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis Conventus,si talis consensus de jure, vel ex Constitutionibus, seù consuetudinibus cujusque Religionis respectivè,in hujusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conventus in §. 3. ejusdem Constitutionis ad leviora esculenta, aut poculenta, seù ad devotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum, intelligi debere de consensu aliàs de jure requisito, & ubi concurrit ambitionis suspicio,qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §. 4. ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam etiam oretenùs eisdem concessam declarat. Commessationes autem, compotationes, & convivia in excipiendis, præsertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis honorificè, & lautè,de quibus in §.5. & 6. ejusdem Constitutionis, censeri tantummodò prohibita, si decentiæ status Regularis adversentur. Restitutionem verò receptorum Conventibus faciendam, de qua in §.7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus ad quos data, donata seù missa de jure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conventui ejusdem Religionis viciniori loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes qui hucusque adversùs supradictæ Constitutionis Capitula hìc moderata largiti fuerunt, vel receperunt,à pœnis quibuscumque in eadem Constitutione inflictis,& incursis, posse, & debere à propriis confessariis absolvi in foro conscientiæ etiam non facta priùs hujusmodi rerum donatarum, seù datarum restitutione. Quoad eos verò, qui præter modum &c. transgressi sunt &c. ut de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientiæ absolvat &c. Et ne prædictæ Clementis VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cujuscumque Monasterii, Conventus, Domus, & Collegii Regularis sub pœna privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso jure incurren. efficere teneantur,ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solùm prædicta Constitutio (quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omninò observari jubet, & quatenùs opus sit innovat, quemcumque prætensum non usum, aut prætensum usum, seù prætensam consuetudinem damnando, & irritando) verùm etiam hoc Decretum in aliqua publica Congregatione, vel saltem in publica Mensa per legatur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis etiam Regularibus, quàm Laicis cujuscumque sint Ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehenderentur, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis Decreti tenorem, declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus, &c.

§. 2. Quapropter, ut præmissa firmiùs subsistant, & inviolabiliter observentur quantum cum Domino possumus providere volentes,Motu proprio, & ex cer-

ta scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, declarationem præinsertam cum omnibus, & singulis in ea contentis tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, &c. illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum observari.

§. 3. & 4. (*Sequitur clausula sublata, & derogatio contrariis &c.*)

Dat. Romæ &c. 16. Octob. 1640. Pontific. Anno XVIII. *Bullar. to.* 5. *pag.* 379.

ADNOTATIONES.

1 EIQUE PER SUPERIORES CONCESSÆ FUERINT. Quamquam Clemens Papa VIII. hac Constitutione, aliisque saluberrimis generalibus Decretis, & Pontifices successores pro collapsa disciplina regulari restituenda plurimùm insudaverint, adhuc humana fragilitas nititur in vetitum, & quod deterius est amplectitur.

Navar. *in commen. cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *& in consil.* 17. *de stat. Monach.* tenet quod Regulares non obstante Concilii dispositione possint habere peculium, seù annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia, dependenter tamen ab eorum voluntate: hanc Navarri opinionem sequuntur Barbos. *de Offic. & Potest. Epis. alleg.* 103. *n.* 6. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 22. *qu.* 5. *num.* 7. *& de jur. Abbatis disp.* 8. *quæst.* 1. *n.* 13. Nicol. *Iucubr. can. lib.* 3. *tit.* 31. *de regul. n.* 15. *ampl.* 1. Passerin. *de stat. homin. tom.* 1. *quæst.* 186. *art.* 7. *à n* 332. *ad* 341.

2. Verùm opinionem istam semper à Sac. Congreg. Concilii pluribus Decretis (quæ refert) fuisse reprobatam, latè, doctèque ostendit Fagnan. *ejusdem Sac. Congreg. Secretarius in c. Monachi de stat. Monach. & probat. num.* 50. non licere Regularibus habere usum mobilium, seu peculii superflui etiam de licentia Superioris, & dependenter ab illius voluntate, ac nutu, neque propter dictam licentiam eos excusari à culpa, vel à pœna ipso facto incurrenda, in Decretis Clement. VIII. comminatis, ut prosequitur *n.* 68. 69. *& seqq.* Quæ Decreta iterum innovavit Urban. VIII. *sua Constit.* 26. *Bullar. tom.* 4. *pag.* 267. *& seq.*

3. Tenendum igitur firmiter est, quod Regulares utriusque sexus neque de Superioris permissione habere possunt, & tenere superflua, ut munera, & dona elargiantur, aut expendant etiam in usus licitos: neque audiendi sunt Authores Regulares præsertim recentiores studiosi selectores laxiorum opinionum, qui evertere cupiunt Tridentini dispositionem (per tot vices à Sacr. Congr. & Summis Pontificibus innovatam, & declaratam;) & Superiores, ac etiam subditos Regulares in periculum salutis conantur adducere, quos meritò non sequitur Donat. *prax. rer. Regul. to.* 4. *tr.* 15. *q.* 10. *&* 23.

4. In Monasteriis igitur præsertim Monialium, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, vel ob incuriam, & negligentiam Superiorum non potest introduci, & observari vita communis, omnia undecumque quæsita (prout nostra Constitutio præcipit) in bursam Monasterii, seu Capsam Depositi conferenda sunt, & registranda, ac nomine Monasterii exigenda; & exinde, ut Monialibus exhibitricibus de necessariis ad vitam provideatur, eisdem eleemosynaliter de licentia Abbatissæ per Depositariam tradi debent, sivè pecunia sit, sivè aliud mobile: ita enim eo modo quo potest servatur votum paupertatis, & tollitur occasio proprietatis, ut tradit Donat. *ubi suprà quæst.* 11. *n.* 7. *& quæst.* 20. *num.* 1. *&* 2. ubi refert Decretum Sacr. Congr. Visitationis Apostolicæ emanatum 13. Julii 1627. pro Conventualibus Monasterii SS. Duodecim Apostolorum Urbis, & firmat quod Monialis, quæ pecunias, resque suas non depositat apud communem Depositariam Monasterii, sit verè proprietaria, & *qu.* 19. idem confirmat. Et latiùs dixi *in Adnot. ad Formul. XX. Tit. XI. de Monial. num.* 4. 5. *&* 6.

5. Par-

5. Partitæ autem d. Capsæ Communis per computum separatum sic inscribi debent --- *Il Monastero deve haver dà se per conto di Suor N. scudi* . . . prout Sac. Congregat. Episcop. rescripsit Archiepiscopo Barensi 2. Octobr. 1595. cui totam pecuniam provenientem ex Monialibus particularibus in Capsam communem deponendam esse injunxerat, quoties Moniales ex causis supradictis ad vitam communem reduci non possent, & iterum ita fieri jussit generaliter 4. Februar. 1678. Chrisp. *de Visit.* §. 42. *num.* 40.

6. Sub hac Constitutione, qua munerum largitio interdicitur, comprehenduntur etiam Novitii utriusque sexus, prout declaravit *Sacr. Congreg. Episcoporum S. Severini* 23. *Julii* 1603. quod est contra Cherubin. *in compend. Bullar. ad hanc Constit. schol.* 1. & alios ab eo allegatos, quod Decretum ex Secretaria per me extractum, refert quoque Nicol. *lucubr. civil. lib.* 2. *tit.* 7. *donat. post n.* 13. *vers. secundo notandum in fin.*

7. Et quod Regulare non possint uti livellis nisi servata forma hujus Constitutionis, declaravit *ead. Sac. Congr. Episc. in Florentina* 21. *Julii* 1690. *ad relationem clar. mem. Card. Petrucci*.

8. In terris autem Infidelium, & Hæreticorum datur Indultum etiam Religiosis Min. Observ. retinendi bona stabilia donata, nomine Sedis Apostolicæ, prout fuit concessum à Sacr. Cong. Episc. facto verbo cum Sanctissimo Conventui S. Mariæ Sempron. in Pannon. 13. Junii 1615.

9. *Vel susceptionis habitus regularis, aut professionis Monialium*. Hic prohibetur expresse missio munerum locorum Ordinariis, occasione receptionis habitus, vel professionis Monialium, quod jam paulò antè vetitum fuerat ab eadem Sacr. Congr. in Aversana 22. Januarii 1591. his verbis -- *Non liceat Episcopis cum Novitiæ vestiuntur, vel professionem emittunt, à propinquis, vel ab alio quocumque dona tam comestibilia, quàm linea, etiam parvi valoris accipere, neque ab Abbatissis ingressu officii, sed ab eisdem comestibilia tantum in aliquibus solemnitatibus nomine totius Monasterii, etiam si antiquissima inoleverit consuetudo*.

10. Meminerint igitur Episcopi, aliive Ordinarii, qui hæc malè servant, quod juxta tenorem hujus Constitutionis tenentur ad restitutionem, quatenus munera non commestibilia, & præter formam alterius Bullæ Urbani Octavi moderatoriæ supra relatæ recipiant; adeò ut neque à Summo Pœnitentiario (si munus summam scutorum decem excedat) absolvi possint nisi facta restitutione, prout patet ex novissima Constitut. Innoc. XII. declaratoria facultatum Cardinalis Pœnitentiarii, emanata de anno 1692. in qua sic habetur --- *Munera à Regularibus contra rec. mem. Clementis Papæ VIII. pariter prædecessoris nostri Anno Incarnationis præfatæ* 1594. *tertiodecimo Kal. Julii editam Constitutionem, ultra valorem decem scutorum monetæ, recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi; infra verò prædictum valorem nonnisi facta arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii eleemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure facienda esset restitutio, si cautè fieri poterit, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi, Hollect. Bullar. pag.* 61.

11. Et quia agimus de Regularium servanda paupertate, hìc te monitum, ac instructum volo, quod Regulares vulgò nuncupati *Crociferi* Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, licèt emittant vota solemnia sicuti cæteri Religiosi aliorum Ordinum, sub Regula S. Augustini eis data ab Innocentio III. *ut patet ex Constitut.* 7. *ejusdem Pontificis Bullar. nov. tom.* 1. & sint Religiosi, Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 24. *qu.* 4. *num.* 35. Barbos. *in Summ. decis. Apostol. collect.* 369. *num.* 3.

12. Nihilominus quia vigore *Constitut. Sixti IV. la* 12. §. 4. *Bullar. tom.* 1. *pag.* 350. sunt capaces Beneficiorum Ordini unitorum, quæ aliis conferri non valent, possunt licitè administrare, & retinere fructus eorumdem, ut dixit Rot. *decis.* 772. *part.* 1. *divers.* illosque in usus licitos, pios, & remuneratorios expendere, ut de hac re consultus respondit Navarr. *volum. primo lib.* 3. *consil.* 13. *de stat. Monac.*

13. Et

13. Et hujus permissionis motivum est, quia ratam dictorum fructuum in usus certos, & præscriptos juxtà dicti Ordinis Regulam impendunt, & reliquam sibi sumunt, ac retinent, tamquam suæ operæ, & laboris mercedem, & ob ministerium, & officium quod præstant, ut observat Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. c. 7. n. 1. & 2.*

14. Et quamquam super hac licita retentione, & libera administratione redditum dubitasset eximiæ pietatis olim Cardin. Petruccius, qui de anno 1693. ab Innoc. XII. Visitator Apostolicus fuerat deputatus; nihilominus re plenè, & maturè considerata in Congr. quatuor Cardinalium specialiter ad id ab eodem Pontifice deputata, unanimi Voto cum eodem Visitatore sub die 5. Julii 1696. decreverunt Regulares prefatos licitè administrare, & retinere posse dd. redditus, & nihil esse innovandum --- *dummodò pecuniæ erogentur in usus pios, & religiosos.*

15. Pacta autem, & conditiones, quæ apponuntur in donationibus, aut legatis, quæ fiunt particularibus Religiosis cujuscumque Religionis (qui proprium retinere non possunt) à Consanguineis, seu extraneis personis, nempè quod neque fructus, neque proprietas rei donatæ, vel legatæ, nullo modo acquiratur Monasterio, sed Religioso, vitiantur, & tamquam turpes rejiciuntur; ut dicit Tondut. *qu. benef. tom. 1. cap. 96. n. 35.* ibi --- *quia certum est legatum, aut donationem Monacho sic fieri non posse, ut illius proprietas Monasterio non quæratur, & si sub illa conditione fiat, talis conditio tamquam turpis rejicienda est, & habetur pro non scripta, Bartol. &c.* Et ratio est, quia nullus Papa inferior potest facere Religiosum proprietarium, immò nec Papa, nisi dispensèt in Voto paupertatis Donat. *prax. rer. Regular. part. 4. tract. 15. q. 13. num. 1.*

16. In receptione Novitiorum non est licitum Conventui exigere ab eis, vel eorum Consanguineis aliquam summam ultra mensuram alimentorum, sed servanda est dispositio juris, ut respondit *Sacr. Cong. Concil. in Leodien. 26. Januar. 1697.*

17. Neque possunt Religiosi professi testari, etiamsi ante professionem sibi aliquam summam suorum bonorum reservassent cum facultate testandi: quia est actus Dominii, pro quo explendo deficit prorsus in eis habilitas, cum sit species novæ ultimæ voluntatis, ut docet Passerin. *de stat. hom. tom. 1. qu. 186. art. 7. n. 540.* his verbis --- *Sed numquid saltem potest Religiosus testari, si ante professionem suam in suo Testamento reservavit sibi aliquam summam suæ possessionis cum facultate testandi de illa? Hoc fieri non posse tenet Sanchez &c. Nam verè condere Testamentum est prorsus Religioso prohibitum, undè nec potest reservare sibi facultatem testandi quasi nomine alieno, seu nomine sui sæcularis etiam de licentia Superioris, &c.* Quicquid sit de voluntatis ambiguè declaratione, juxta distinctionem traditam per Cardin. de Luc. *de testam. disc. 35. n. 5.*

18. Minores autem Observantes, tam de familia, quàm Reformati (quicquid sit de legatis in genere per modum eleemosynæ, & pro unica vice eis relictis, quæ in vim Bullæ Clement. VII. *la 15.* ut in fabricam Conventuum, vel usum Sacristiæ convertant, recipere possunt) sunt penitus incapaces legatorum perpetuorum, necnon illorum quæ fiunt annexo onere Missarum, pro quibus non valent se se cum hæredibus legantis, sive donantis componere, neque aliis vendere, & alienare, ut pretium erogent in usus prædictos; prout olim declaravit Congreg. Concilii specialiter deputata ab Urbano VIII. teste Fagnan. *in c. nimis prava de excess. Prælat. num. 49. & 53.* ubi Decreta per extensum refert, & nuper idem censuit Sac. Congregat. generalis in Firmana Beneplaciti 28. Februar. 1693. sed in his virtute privilegiorum succedit Fabrica S. Petri de Urbe, ut praxis docet, & Card. de Luc. *in relat. Rom. Cur. disc. 20. n. 13.*

19. Et hinc nota, quod pro cæteris legatis piis, aliis Regularibus, Capitulis, Ecclesiis, locis, & personis certis, & capacibus relictis, ac tempore debito non satisfactis; Episcopi tùm de jure communi, *c. nos quidem; & cap. tua nobis de testam. Clem. quia contingit de Relig. dom.* tùm vigore Concilii *Trident. cap. 8. sess. 22. de refor.* tum etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, sunt Executores: qui proin-

proindè si pro eorumdem legatorum executione, sive intrà annum, sive post annum à die obitus Testatoris, Commissarios d. Fabricæ pervenerint, non poterunt hi amplius se ingerere, neque Episcopos inhibere, & exturbare: quia Commissarii hujusmodi, harum piarum dispositionum sunt cum eisdem Episcopis Judices, & Executores subsidiarii cumulativè, & non privativè, ex traditis à Gallemart. *supra d. cap.* 8. *Concilii num.* 1. & in puncto advertit Card. de Luc. *de jurisd. disc.* 44. *num.* 3. ibi --- Et *cum Episcopis hodie concurrit Fabrica S. Petri ejusque Commissarius in iis locis, in quibus hoc Tribunal introductum est.*

20. Neque dici potest, quod Episcopi, cum exequi non curaverint intra annum prædicta legata, privati remaneant cumulativa, quia tunc solum hærede, seu Executore à Testatore dato per annum negligente, ad eos devolvitur executio, ut monent Card. de Luc. *d. disc.* 44. *num.* 4. & alii ab eo allegati: Unde lapsus anni potius favet, quàm obstet juribus Episcoporum adversus prædictos Commissarios, qui cum non habeant peculiare privilegium, quod deroget expresse juri communi, ac dispositioni Concilii, nec aliter ullibi Episcopis jurisdictio in præmissis legatur ablata, perperam contendunt privativam habere.

21. Et licèt verum sit, quod in legatis relictis pro malè ablatis, vel exoneratione conscientiæ, non possint Episcopi se intromittere, & si fortè ea exegerint, valeant à Fabrica vindicari, ut habetur in Compendio Privilegiorum ejusdem, Romæ impressorum anno 1676. *pag.* 41. 43. 44. 45. & 48. verum est quoque, quod in cæteris legatis supra expressis, datur inter Episcopos, & Commissarios Fabricæ etiam post annum præventio: hocque claresci non solum ex mox deductis; sed ex facultatum, & privilegiorum lectura, in quibus *pag.* 5. sic habetur -- *legata pia quæcumque in Urbe exequendi infra quindecim menses à die mortis Testatoris realiter non adimpleta, in quibus Vicarius Urbis non prævenerit, cum retentione quintæ partis San. mem. Pii V. Constit.* 96. ubi in notis marginalibus *lit.* Q. adduntur hæc verba --- *extra Urbem tamen proceditur post annum*, *Paul.* 3. *Constit.* 31. §. 11. ideſt (retenta eadem modificatione in privilegio expressa in quibus Episcopi locorum non prævenerint: prout ad ita addendum, supplendumque huic notæ suadent, tùm ipsa rationis identitas, quæ militat favore Ordinarii Urbis: tùm sequentes juris regulæ, nempè. Prima, quod Papæ voluntas præsumitur esse qualis de jure esse debèt, *cap. novit. de judic.* Rot. coram Seraph. *decis.* 773. *num.* 17. Secunda, quod privilegium est strictè interpretandum quando est contra jus commune, & contra jus tertii, Tusch. *litt. B. conclus.* 50. *num.* 19. Rot. coram Coccin. *decis.* 1856. *n.* 9. Tertia, quod respectu illius, qui jam habet jurisdictionem à jure, si jurisdictio alteri per privilegium, vel statutum concedatur, semper censetur data cumulativè, & non privativè, ut firmat Rot. coram Coccin. *decis.* 316. *n.* 7.

22. Nec subsistit in facto, quod Clemens Papa VIII. suis literis emanatis 28. Maii 1598. inhibuerit locorum Ordinariis, ne se intromittant in Causis legatorum piorum post jus quæsitum Reverendæ Fabricæ: Etenim Breve, quod ad hoc probandum per extensum adducitur in præfata privilegiorum compilatione *pag.* 99. nihil prorsus de hoc continet; sed in eo datur solum commissio, & jurisdictio delegata Hieronymo de Mauro Commissario generali in Civitate Neapolitana, qua posset vocatis vocandis, Causas in quibus Fabrica S. Petri haberet interesse, & præjudicium, contra quoscumque cognoscere, fineque debito terminare, cum facultate etiam Episcopos eorumque. Vicarios generales Regni Neapolitani (ad quos delegatio hujusmodi est restricta) inhibendi: quod certè est quid diversum à supposito per Compendiatorem privilegiorum facto ad Rubricam talis Brevis, quod scilicet Papa inhibuerit Ordinariis &c. quæ (nisi Breve legatur) potest incautos fallere: unde cautè legenda.

De-

Decreti pro Regularibus Ordinandis.

SUMMARIUM.

1 *Superiores Regulares non possunt suis subditis Dimissorias concedere nisi ad Episcopum Diœcesanum, sed malè servant.*

2 *Præfati Superiores eludunt Decretum Apostolicum, & n. 3.*

4 *Decreti pœnæ sunt Papæ reservatæ.*

5 *Decreta Apostolica obligant in foro conscientiæ.*

6 *Episcopi non debent admittere ad Ordines Regulares, nisi eis constet de impedimento Diœcesani.*

7 *Regulares ordinandi possunt ab Episcopo ordinante requiri sub juramento, professionem sponte emisisse.*

DE mandato SS. D. N. Clementis Divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis.

Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, literas dimissoriales concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit; & si Diœcesanus absuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad Doctrinam, *& dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationis.* Verùm cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabuntur, *in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse: quod qui non fecerint, Officii, & Dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant.*

Datum Romæ 15. Martii 1599.

In Regest. Conc. Trid. fol. 9.

ADNOTATIONES.

1 PŒNAS INCURRANT. Licèt in Decreto clarè dicatur, quod non possint Superiores Regulares Dimissorias Subditis concedere, quando de industria distulerint ad tempus, quo Ordinarius Diœcesanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes: Attamen Passer. *de stat. ho. to. 3. q. 189. n. 816.* dicit quod Superior Regularis si habeat causam rationabilem timendi reprobationem suorum subditorum, utpotè quia Diœcesanus sit austerus, & supramodum rigidus, vel habeat Examinatores malè affectos, possit tutè *ex industria* expectare tempus, in quo non sint habendæ Ordinationes in Diœcesi, ut subditos extra Diœcesim dimittat Ordinandos, & allegat Tambur. *de jur. Abb. to. 2. q. 18. n. 6.*

2. Item iste Author loco citato *n.* 818. addit, quod si Superiores dent Dimissorias pro Ordinibus suscipiendis ab alieno Episcopo, pœnas in Decreto commi-

na-

natas non incurrant, ex eo quia verbum *incurrent* non importat pœnam latam: & quod tale Decretum unum tantùm casum punit, non cæteros ibidem contentos.

3. Verùm doctrina, seu sententia hujus Auctoris videtur eludere decretum: Etenim in meo Codice Decretum loquitur per verba imperativa --- *pœnas incurrant*, quæ important pœnam latam, & non ferendam, ut docet Sayr. *de Censur. lib. 1. cap. 11. num. 8.* & cum meo Codice concordant Pac. Jord. *lib. 3 tit. 6. n. 24.* Barbos. *in Sum. decis. Apostolic. collect. 254. num. 14.* Nicol. *in flosc. verb. Regul. n. 34. Concil. Provinciale Neapolitanum editum anno 1700. in Appendice pag. 275.* Et quod pœnæ hujus Decreti sint latæ sententiæ, tenet in puncto Ventrigl. *part. 1. adnot. 23. §. num. 33.*

4. Quod autem Decretum non tantùm unum casum de Dimissoriis non concedendis Episcopo non Diœcesano, sed etiam alios ibidem expressos, in quibus defecerint Superiores, puniat, patent legenti totum tenorem Decreti, & verba in fine posita, ibi -- *quod qui non fecerint*, in plurali non autem in singulari, ut malè sibi fingit Passer. concepta sunt: Quodque pœnæ ibidem inflictæ sint Papæ reservatæ, patet ex verbis finalibus Decreti, & tenet Gav. *in Manual. Episc. verbo ordo in genere num. 36. & 37.*

5. Et quatenus per possibile pœnæ in Decreto contentæ non essent sententiæ latæ, sed ferendæ (quod expressè negatur,) possunt ne Superiores Regulares ex causis sibi placitis, & ex suspicione, aut opinione probabili, ac ingenio productis, & Legislatoris declaratione non approbatis, illud impunè, & absque culpa contemnere, & eludere) Certè quod non, quia Decretum est Papale, eique contrafaciunt in re gravi, & ideò peccant mortaliter; nam Decreta Apostolica obligant in foro conscientiæ ad illorum observantiam, Fagnan. *de communi in cap. Si quis n. 38. & 39. de Regular.*

6. Episcopi igitur non Diœcesani, rejiciant ordinandos Regulares, nisi eis constet Diœcesanos Ordinationes non tenere vel absentes, aut impeditos esse, per Attestationem Vicarii Generalis, aut Cancellarii, vel saltem per expressionem in litteris Dimissorialibus Superiorum faciendam, ut Decretum disponit.

7. Ac insuper præter hujusmodi attestationem, à Regularibus pro recipiendis Ordinibus Sacris Episcopo Diœcesano, vel non Diœcesano præsentatis, posset quoque (si placeret Ordinanti) exigi fides Superiorum, dimissos professionem emisisse juxta præscriptum eorum Regulæ: Necnon juramentum manu propria Ordinandorum in actis Cancellariæ Ordinandis obsignatum registrandum, ipsos id sponte, & libera voluntate fecisse, aut ratum habuisse. Et hoc ac præcludendam viam frequentibus reclamationibus super nullitate professionis ex capite, & prætextu vis illatæ, prout *in Concil. Provincial. 2. tit. 1. Decret. 23.* præscripsit Divus Carolus.

Clementis VIII. Constit. XCIX.

De erectione novorum Conventuum.

SUMMARIUM.

1 *Monialium Monasteria possunt transferri non solum, quando malorum hominum periculis sunt obnoxia, sed etiam ubi concurrit eadem ratio, & n. 3. & 4.*

2 *Monialium Menasteria depauperata debent uniri.*

5 *Moniales de uno ad aliud Monasterium translatæ an teneantur denuo novitiare, referuntur DD. sententiæ, & n. 6.*

7 *In fundatione novi Conventus, dissensus Regularium præexistentium non attenditur, quoties irrationabiliter denegatur.*

CLE-

CLEMENS EPISCOPUS, &c.

QUoniam ad institutam Regularium locorum, & personarum reformationem promovendam, & conservandam maximè pertinet, ut in quibusque Domibus, & Monasteriis is tantus numerus Religiosorum, qui commodè ibidem ali possit, contineatur, ac eò pariter spectat, ut in quibusque Civitatibus, & locis, novæ Domus, & Monasteria præsertim Mendicantium, non erigantur, nisi in eisdem Civitatibus, & locis, aliorum Domorum, & Monasteriorum in eis existentium habita ratione, commodè sustentari posse dignoscatur.

§. 1. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastorali munere opportunè providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ex Voto etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negociis Episcoporum, & Regularium præpositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conventus cujusque Mendicantium Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ jurisdictioni subjectis erigendos impertiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seù Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa servatis servandis cognita constiterit, in eisdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus, sine aliorum detrimento commodè sustentari posse.

§. 2. Si verò ab eorum in hujusmodi causis sententiis ad Nos, & Apostolicam Sedem provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quousque à Nobis, & Apostolica Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quo circa universis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per præsentes in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut præsentes nostras litteras observent, & observari curent, & faciant.

§. 4. (*Sequitur derogatio ampla contrariorum.*

Datum Romæ apud S. Marcum 13. Julii 1603. Anno duodecimo. *Bullar. tom. 3. pag. 146.*

Gregorii XV. Constit. XXXI.

Confirmatio, & ampliatio d. Constit. Clem. VIII.

GREGORIUS EPISCOPUS &c.

CUM aliàs fel. rec. Clemens Papa VIII. decreverit Ordinarios locorum licentias ad novos Conventus cujuscumque, præsertim Mendicantium, Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ jurisdictioni subjectis erigendos, impartiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse

se habentibus, & causa servatis servandis cognita, in eisdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento, commodè sustentari posse constiterit. Si verò ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quamdiu à dicta Sede in ea causa pronunciatum extiterit, ac aliàs prout in Decreto hujusmodi pleniùs continetur.

§. 2. Verùm per piæ mem. Paulum Papam Quintum accepto, plerosque ex Ordinariis prædictis, favore, vel nimia exposcentium importunitate ad novos Conventus, seù Domos præter, & contra tenorem prædicti Decreti erigendos, plerumque adduci, quo fit, ut non habita debita eleemosynarum, seù reddituum cujuscumque Monasterii, Conventus, seù Domus ratione, Monachi seù Fratres, aut Religiosi ibi degentes, manu teneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, ut Cultus Divinus in eorum Ecclesiis destituatur, ibique Regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat: Sac. Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium negociis Regularium præpositorum, ad quos idem Paulus Papa V. remedium adhibere cupiens, decreti hujusmodi veriores, ac totos tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro plenè, & sufficientes expressis habens, vivæ vocis oraculo à Ss. D.N. Gregorio Papa XV. habito, Decretum prædictum quatenus opus sit innovat, & in usum reducit.

§. 3. Volens quod de cætero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas religiosorum, seù Regularium cujuscumque etiam Mendicantium Ordinis, Societatis, & Instituti, quocumque nomine nuncupentur, etiamsi de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset in quacumque Civitate, vel Oppido, seù quocumque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seù Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ac Priores, seù Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seù Domorum aliarum Religiosorum, vel Congregationum, aut Societatum, seù Institutorum hujusmodi non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, vel aliàs Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Monasterii, Conventus, seu Domus Regularis sic erigendi, seù erigendæ, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, seu Domibus antea in Civitatibus, seu locis hujusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali posse. Si verò novi Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas hujusmodi instituendæ erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum Incolæ, & Habitatores, quorum & consensum requirant, ac adhibeant, hujusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut præmittitur, instituendis, commodè alere, & manutenere valeant.

§. 4. Si verò à Decreto, seu Decretis per Ordinarios prædictos in causis hujusmodi ferendis legitimè appellari contigerit, ex nunc prout ex ea die, qua appellatio interponetur, ea ad eamdem S. Congregationem unà cum toto negocio principali devoluta censeatur, appellationeq; hujusmodi pendente nihil innovandum esse, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis

vis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernens, quibuscumque in contrarium facien. non obstantibus.

Romæ 17. Augusti 1622. *Bullar. tom. 4. pag.* 138.

Urbani VIII. Constit. XXV.

Confirmatio, & ampliatio dd. Constitutionum

URBANUS EPISCOPUS &c.

ROmanus Pontifex, cui Salvator, & Dominus noster, qui Charitas est, & Deus pacis, Universalis Ecclesiæ credidit Principatum, ea interdum, quæ certis etiam rationabilibus de causis à Sede Apostolica concessa sunt, ipsa subindè rerum experientia suadente, & majoribus ex causis, quibus præsertim personarum sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium paci, & quieti consulitur, litibusque, ac controversiis inter eos obviam itur, revocat, & immutat, in hisque Pastoralis solicitudinis, & providentiæ suæ studium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, complures licentiæ, sivè facultates à nonnullis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris per diversos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium Institutorum Superiores, seù alios eorum nomine, ubique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca Regularia, quovis nomine nuncupata, servata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretorum forma, de sola Ordinarii licentia, seu etiam forsan non servata forma, & absque licentia hujusmodi, & contra Decreta à Sede Apostolica super præmissis edita, fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus, seu etiam motu proprio, vel aliàs obtentæ, & extortæ fuerint; Idcircò Nos omnes, & quascumque licentias, ac facultates hujusmodi, litteraſque desuper tàm sub plumbo, quàm in hujusmodi forma Brevis desuper expeditas, earumque tenores etiam veriores, & Dat. præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, justis de causis animum nostrum moventibus, motu proprio non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascumque licentias, & facultates hujusmodi, literaſque desuper tam sub plumbo, quàm in eadem forma Brevis expedita, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conventuum, & aliorum Regularium locorum hujusmodi, quæ suum nondum sortitæ sunt effectum, tenore præsentium perpetuò revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus.

§. 2. Præterea Ordinum etiam Mendicantium Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum Regularium Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæteriſque personis ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac

sub

sub privationis vocis activæ, & passivæ, necnon Officiorum quorumcumque, ac inhabilitatibus ad illa, & ad alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdicimus, & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut præfertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis prætextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, Collegia, Domus, Conventus, & alia loca Regularia hujusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus, & per omnia Sac. Canonum, & Conc. Trid. necnon Constitutionibus fel. rec. Clem. VIII. quæ incipit *Quoniam ad institutam &c.* ac Decretorum de mandato ejusdem Clementis, necnon sa. mem. Gregorii XV. Roman. Pont. Prædecessorum, desuper editorum, forma recipere, erigere, fundare, seu aliàs quomodolibet instituere, seu incœpta finire, & absolvere audeant, seu præsumant.

§§. seqq. (*Sequuntur clausulæ præservativæ hujus Constitutionis, deputantur Executores, & contrariis amplissimè derogatur.*)

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 28. Augusti 1624. Pontificatus anno secundo, *Bullar. tom. 4. pag. 265.*

Innocentii X. Constit. L.

Super suppressione parvorum Conventuum, ac prohibitione erigendi novos.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

INstaurandæ Regularis disciplinæ &c.

§. 1. Narrat disciplinam collapsam ex multiplicatione Conventuum parvorũ.

§. 2. Omnes parvos Conventus supprimit.

§. 3. Superioribus Ord. Regular. injungit executionem.

§. 4. Prohibet in Ecclesiis Conventuum suppressorum Missas, & Divina Officia celebrari.

§. 5. Verùm quia parum est mala præcidere, nisi etiam malorum causa, & radix evellatur; Constitutiones fel. rec. Bonifacii VIII. quæ incipit, *Cum ex eo*, necnon Clementis VIII. incipien. *Quoniam ad institutam &c.* aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum super erectione novorum Conventuum editas, earumdem tenores innovantes, *illisque addentes*, hoc perpetuò prohibemus Edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, in aliqua Civitate, Castro, Villa seu loco ad habitandum Domos, vel loca quæcumque de novo recipere, seu Monasteria, Conventus, vel Collegia incipere, vel fundare præsumat absque Sedis Apostolicæ licentia speciali plenam, & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem in scriptis, & gratis concedenda, prævia examinatione Congregationis negociis Episcoporum, ac Regularium præpositæ: si secus egerint eo ipso incurrant pœnas privationis, & inhabilitatis, ut supra inflictas, & nihilominùs receptiones, fundationes, & erectiones sint ipso jure nullæ, & invalidæ, & Domos, ac loca ipsa, & perso-

næ in eis degentes omnimodæ jurisdictioni, visitationi, correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus subjaceant. Intendimus autem in præmissis etiam ultra Italiam, & Insulas adjacentes, prout expedire viderimus, providere.

§. 6. 7. & 8. (*Sequuntur clausulæ præservativæ, & Derogatoriæ amplissimæ*)

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno 1652. Idibus Octobris Pontificatus anno nono, *Bullar. tom. 5. pag. 524.*

ADNOTATIONES.

1 QUÆ sint advertenda in fundatione novorum Conventuum, dixi *in tit. de licentiis Adnot. ad Form.* 19. quibus hic nil addendum supereſt. Si verò quæras an Monialium Monasteria jam fundata transferri possint, & debeant non solum, quando malorum hominum periculis sunt exposita, sed etiam in aliis casibus similibus, in quibus militat eadem ratio; & dicas quod sic; prout tenent Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect. 512. n. 1.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 4. de viol. claus. per egres. quæst. 2. num. 3. & seq.*

2. Item Monialium Monasteria propter exiles redditus possunt, immò in mea sententia deberent uniri, quia deficientia alimentorum, & rerum ad vitam congruè substentandam, non solum est causa sufficiens unionis, ut ex Federic. de Sen. *cons.* 29. tenet Fagnan. *in cap. Recolentes num. 23. de stat. Monach.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 1. num. 5.* sed est occasio proxima relaxationis observantiæ Regularis: meumque hoc Votum amplexa fuit *Sac. Congreg. Episcoporum in una Camerinen. in qua dirigente clar. mem. Card. Petrucio, concessa fuit unio Monasteriorum Monialium Sancti Hieronymi, & Sancti Joannis Terræ Sancti Genesii 8. Augusti* 1698. quia tum propter paupertatem, tum propter Monialium exiguum numerum, regularis disciplina collapsa penitùs erat.

2. Quo verò ad materialem loci translationem adde, quod hæc fieri poterit causa concurrente, etiam sola auctoritate Episcopi, juxta doctrinam Graff. *decis. aur. part. 1. lib. 4. cap. 23. num. 18.* ibi -- *Et nota quod quando Episcopus videret Monasteria Monialium non esse in loco tuto, posset ad alium locum transferre: Nam licet Regulariter Monasteria transferri nequeant*, 19. *quæst. 3. quæ semel, & ibi glos. tamen fallit causa utilitatis 16. quæst. ult. cap. Si quis vult, ubi glos. not. Aliæ etiam causæ ponuntur de consecr. dist. 1. tres videlicet, cum necessitas persecutorum inest. Item cum difficultas locorum fuerit. Item propter aeris intemperiem 74. dist. quorumdam.*

4. Et quod hoc fiat ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, etiamsi Concilium Tridentinum specialiter id non expresserit, ex Stephano Vveyms probat etiam Barb. *supra Concil. sess. 25. cap. 5. de Regular. num. 116.* ubi ampliat procedere quoque in Monasteriis exemptis.

5. Si autem quæras an Moniales per viam unionis ad aliud Monasterium translatæ debeant de rigore denuò Novitiatum explere, & novam professionem emittere? Distingue. Si regula Monasterii ad quod fuerunt translatæ est diversa ab ea, quam professæ fuerant in Monasterio a quo, respondet affirmativè Donat. *de Regular. tom. 1. tract. 5. de transeunt. quæst. 29.*

6. At Tamburin. *de jur. Abbatiss. disp. 21. quæst. 11.* tenet quod transeuntes ad aliud Monasterium ejusdem Religionis, seu ad laxiorem, vel quamcumque aliam auctoritate Papæ, non teneantur Novitiatum peragere, neque professionem de novo emittere. Tu autem si casus contingeret, oraculum Sac. Congregationis exquiras, & exequere.

7. In nova autem Conventus Virorum fundatione, oppositio Regularium præsertim Mendicantium præexistentium in loco, non attenditur, ubi eorum consensus formam Constitutionum Apostolicarum requisitus irrationabiliter denegetur. Licèt enim Bulla Clem. VIII. la 99. mandet, quod in novis fundationibus procedatur causa cognita citatis interesse habentibus: Nihilominus quia postmodum

mo-

moderata fuit alia Constitutione Gregor. XV. Constitut. 31. in qua §. 3. disponitur, quod consensus aliorum Regularium non sit absolutè necessarius, quoties loci Ordinario constet novam fundationem nullum afferre præexistentibus præjudicium; poterit ad ulteriora procedi, quoties ab Hominibus Universitatis concorditer nova fundatio exquiratur, & Episcopo (excluso aliorum detrimento) ita bono publico spirituali, & commoditati populi expedire videatur, non obstante eorumdem Regularium præexistentium dissensu, latè Passerin. *in cap. unico de excess. Prælator. à num. 50. ad 64. in 4. libr. Decret. in 6.*

Clemens VIII. Constit. CXV.

De forma servanda in erigendis & aggregandi Confraternitatibus.

SUMMARIUM.

2 *Rectores, & Officiales Confraternitatum debent gratis officia exercere.*

3 *Jus patronatus Confraternitatis Laicorum, dicitur laicale, nec cadit sub reservationibus.*

4 *Confraternitates, & cætera loca pia tenentur contribuere pro victualibus Visitatoribus exceptis Hospitalibus, & non obstante consuetudine non solvendi.*

CLEMENS EPISCOPUS &c.

§. 1. QUæcumque &c.
Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus nostris, & forsan etiam à Nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christifidelium sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum Nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Urbe nostra, quàm in aliis Civitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & aliis Ecclesiis, & Collegiis, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Urbe, & in aliis locis existentes, eisque Privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & Indulta sibi concessa respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis servari debeat; propterea, sive negligentia Superiorum Ordinum, Religionum, & Institutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes Privilegiorum, Indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum quo privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet ut illa consequantur, nonnullæ pravæ consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde provenerunt.

§. 2. Quibus Nos pro commisso Nobis Apostolicæ solicitudinis officio, paternaque erga omnes Christifideles charitate prospicere volentes, hac nostra Constitutione perpetuò valitura decernimus, atque statuimus, *ut in posterum* tam

hujus Almæ Urbis noſtræ, quàm aliarum Civitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcumque aliis Eccleſiis, & Collegiis Confraternitates ſæcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, necnon etiam Confraternitatum, & Congregationum, cujuſvis Nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcumque Eccleſiis, Domibus, & Oratoriis, tam ſæcularium, quàm ut præfertur quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum Regularium, quavis tam Ordinaria, quàm Apoſtolica authoritate erectæ, ac inſtitutæ exiſtant, ſeu aliàs quovis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes inſtituendi, erigendi, ac ſibi aggregandi, illiſque privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta, elargiendi, & communicandi poteſtas à Rom. Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, vel à nobis, & Apoſtolica Sede attributa fuit, Magiſtri, Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, Adminiſtratores, & alii Officiales, ſeu Superiores quovis modo nuncupati, Regularium ſiquidem Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, *unam tantùm* Confraternitatem, & Congregationem, *de conſenſu tamen Ordinarii* loci, & cum litteris ejus teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuſcumque aliis Eccleſiis, & Collegiis erigere, & inſtituere.

§. 3. Cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum, in ſingulis Civitatibus, Oppidis, vel locis, unam etiam Confraternitatem, & Congregationem dumtaxat, quæ Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate priùs erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Inſtituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejuſdem, vel alterius Nationis, nominis, & inſtituti aggregata ſit, prævio ſimiliter *Ordinarii loci conſenſu*, & cum ejus litteris teſtimonialibus ejuſdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ inſtitutum, pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere conſuevit apud eos, commendentur, ſibi adjungere, & aggregare poſſint.

§. 4. Huic verò Confraternitati, & Congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeu aggregandæ, ea tantùm privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta, quæ ipſi Ordini, Religioni, Inſtituto erigenti, inſtituenti, ac communicandi, ſeu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in ſpecie, non autem quæ per extenſionem, vel communicationem ſibi quovis modo conceſſa ſunt, & illa quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie communicare valeant.

§. 5. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, erigentium, & inſtituentium, ac communicantium, ſeu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita, Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non poſſint, niſi ea priùs *ab Epiſcopo Diœceſano* examinata, & pro ratione loci *approbata fuerint*, quæ nihilominùs ejuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus ſemper ſubjecta remaneant.

§. 6. Inſuper volumus, & ordinamus, ut prædicti Ordines, Religiones, Inſti-

tuta

tuta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congreg. aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi *Formulam à Nobis* novissimè approbatam diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque *spirituales gratias*, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congreg. aggregantibus, nominatim, & expressè, non autem per communicationem neque ad instar, ut suprà concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigēdis, instituendis, & aggregādis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint.

§. 7. Quibus Confraternitates, & Congreg. ejusdem dumtaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & Instituti, Archiconfraternitatis, & Congreg. cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quàm imposterum aggregandæ utantur, potiantur, & gaudeant. Itaut dictarum Confraternitatum, & Congreg. erectarum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri, & Officiales, & alii supradicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta hujusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo illa juxtà Sacri Concil. Trid. Decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

§. 8. Quibus etiam Ministris, Officialibus, & aliis prædictis, eleemosynas, & alia oblata christianæ charitatis subsidia, juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in Ecclesiis, & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tam Almæ Urbis nostræ, quàm aliarum civitatum, & locorum quorumcumque juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respectivè prescribendum, observare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum tam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quàm Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios pios usus, arbitrio ejusdem Vicarii nostri in Urbe, necnon Ordinariorum locorum respectivè, fidelitèr exponere, atque erogare procurent, *ut omnes intelligant, Cœlestes Ecclesiæ Thesauros, non quæstus, aut alicujus lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christifidelibus aperiri.*

§. 9. Præterea volumus, ut confessarii, qui vigore privilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus concessorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt, & poterunt Sæculares, scilicet in Alma Urbe à prædicto nostro Vicario, extra Urbem verò à locorum Ordinariis; Regulares autem non solum à prædicto Vicario nostro, & à locorum Ordinariis respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint; utque Confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sacris Concilii Tridentini Decretis, ac Romano-

rum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris Conſtitutionibus, non adverſentur, nec revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ſint) formam, & tenorem dumtaxat abſolvere valeant: Decernimus inſuper, ut iidem Confeſſarii præd. Confratres cujuſcumq; gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ, etiamſi ſpeciali nota digni fuerint, à caſibus contentis in litteris, quæ die Cenæ Domini legi conſueverunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & Clauſuræ Monaſteriorum Monialium ſi videlicèt ſine neceſſaria, & urgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiamſi cauſa, & licentia conceſſ. abutentes prædicta Monaſteria ingreſſi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & ſingularis certaminis, ſeù duelli, ac ab aliis etiam caſibus tam à Nobis, quàm à prædicto noſtro in Urbe Vicario, & locorum Ordinariis reſpectivè reſervatis, & pro tempore reſervandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata abſolvere, & ſuper irregularitatibus tàm ex aliquo defectu provenientibus, quàm occaſione delicti contractis, cum aliquo diſpenſare prætextu dictorum privilegiorum nullo modo poſſint.

§. 10. Demùm ſtatuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternitates, & Congregationes ubivis locorum quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ, & inſtitutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ ſunt, ac cuicumque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus ubilibet exiſtentibus, hactenus aggregatæ, ab eiſdem reſpectivè Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, novas erectionum, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum litteras, juxtà formam à Nobis noviſſimè approbatam, infrà annum, ſi in Europa ſint, & ſi extrà Europam fuerint, infrà biennium à die publicationis præſentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur. Alioquin dicto tempore elapſo, erectiones, inſtitutiones, & quæcumque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipſis conceſſæ nullius ſint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ cenſeantur eo ipſo.

§. 11. Erectionum autem, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum tàm hactenùs factarum, quàm deinceps faciendarum litteræ ab ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, ſeù Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omninò, ac nulla prorsùs mercede, etiam à ſponte dantibus accepta, expediri, & concedi debeant.

§. 12. Quod ſi Miniſtri aliqui, Superiores, vel Officiales quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Inſtitutorum, ſeù Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujuſmodi quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contrà præmiſſa in aliquo venire, vel facere præſumpſerint, erectiones, inſtitutiones, & communicationes privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, ſpiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmiſſorum conceſſiones, necnon aggregationes per ipſos faciendæ, ſeù renovandæ nullius ſint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Miniſtrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterùm obtinenda pœnam, quæ ab alio, quàm à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente remitti non poſſit, incurrat eo ipſo.

§. 13.

§. 13. Mandat Constitutionem hanc inviolabiliter observari cum Decreto irritanti, & clausula sublata.

§. 14. Derogat quibuscumque contrariis clausulis amplissimis.

§. 15. Dat formam publicationis.

§. 16. Mandat Ordinariis, ut Constitutionem prædictam solemniter publicari faciant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 7. Decembris 1604. Anno Pontificatus tertio decimo. *Bullar. tom. 3. pag.* 164.

ADNOTATIONES.

1 EA quæ pertinent ad validam erectionem Confraternitatum, illarumque institutum, onera, & privilegia adnotavi *ad Formul. II. tit. de Edict. & ad Formul. XI. tit. de Licent.* hic autem addo.

2. Quod Officiales, seù Rectores Confraternitatum pro administratione salarium aliquod recipere non debent, sed gratis officium fideliter exercere, Gavant. *in Manual. Episc. verb. Confraternitates num.* 13. quem sequitur Franc. *de Eccles. Cathedr. cap.* 25. *num.* 286.

3. Secundò, quod Jurispatronatus spectans ad Confraternitatem laicalem, dicitur laicale, nec cadit sub reservationibus Nicol. *Iucubr. Can. lib.* 3. *tit.* 38. *n.* 1. *vers. Præterea.*

4. Tertiò, quod Confraternitates, & cætera loca pia tenentur contribuere pro victualibus Visitatoris, *Sac. Congr. Concilii in Bojanen.* 14. *Decembris* 1654. pro rata exceptis Hospitalibus, ut declaravit partibus auditis altera *Sac. Congreg. Episcoporum in Civitatis Castellanæ* 28. *Novembris* 1687. Et non obstante consuetudine contraria non contribuendi, ut iterùm partibus auditis declaravit *Sac. Cong. Concilii in Signina* 2. *Augusti* 1670.

5 Quod Cappellani Confraternitatum non debent ab Episcopo sine causa amoveri reluctantibus Confratribus, ut censuit *Sac. Congr. Episcop. in Forosempronien.* 3. *Octobris* 1692.

Gregorii XV. Constit. IX.

De electione Conservatorum.

SUMMARIUM.

1 *Conservatores Regularium non possunt erigere Tribunal.*

2 *Conservatores Societatis Jesu, & Religionis Hierosolymitanæ sunt Judices.*

3 *Conservatores non possunt subdelegare seù alium substituere.*

4 *Conservatores non possunt recusantes solvere Decimas compellere.*

5 *Conservatores Regularium, si sint Presbyteri Sæculares, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus subjiciuntur loci Ordinario.*

6 *Conservatores possunt allegari suspecti.*

7 *Conservatores non procedunt in causis injuriarum notoriarum, nisi præcedenter eis constet per probationes.*

8 *Referuntur resolutiones Congregationis Deputatæ de anno* 1648. *circa facultates Conservatorum, & n.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. *& 16.*

9 *Vicarii Generalis Episcopi, & Capituli eligi possunt in Conservatores.*

GREGORIUS EPISCOPUS &c.

SAnctiſſimus &c.

§. 1. Revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit omnes, & quaſcumque Judicum Conſervatorum electiones, nominationes, ſeù deputationes tàm in vim litterarum Conſervatoriarum juxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quàm in vim quorumcumque privilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum, Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeù aliàs quocumque jure, vel titulo hactenus factas pro quibuſcumque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis quibuſvis piis tàm Sæcularibus, quàm cujuſvis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeù Inſtituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumvis exemptis, etiam de neceſſitate exprimendis, ſeu illorum perſonis cujuſvis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant.

§. 2. In futurum verò Sanctitas Sua hac generali, & perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuit, & decrevit, ut Judices Conſervatores hujuſmodi, ſivè principales, ſivè ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi non ſolùm habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimil. record. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit: *Statutum*; itaut vel Dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant: Sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxtà Decretum Concilii prædicti, Judices electi, ſeu deſignati ſint.

§. 3. Quodque deinceps litteræ Conſervatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ ſuprafcriptis tantùm dirigantur, & ſi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes hujuſmodi, omniaque exinde ſequenda nullius ſint roboris, vel momenti.

§. 4. Et nihilominus, qui ſecus, quàm juxta formam ſuperiùs præſcriptam, Conſervatores hujuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis uti auſi fuerint, Regulares quidem voce activa, & paſſiva ſint ipſo jure privati, adeout habilitationem à nemine, præterquam a Romano Pontifice conſequi valeant; reliqui verò aliis pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ coerceantur, & prædictorum omnium Conventus, Monaſteria, ac loca hujuſmodi, eorumque perſonæ, ac bona careant Conſervatore ad annum, itaut illorum Cauſæ, interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoſci, ac diffiniri debeant.

§. 5. Cæterum, ut latiùs pateat Conſervatorum hujuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœceſanis quamplures perſonas ex habentibus qualitates in prædicta Conſtitutione ejuſdem Bonifacii Prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas deſignari procurent, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli alium in ejus locum, uſque ad futuram Provincialem, aut Diœceſanam Synodum.

§. 6. Inſuper Sanctitas Sua inhærendo hac in parte Decreto ſimilis recordationis Gregorii Papæ XIII. etiam Prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinavit, ut Regulares, ac perſonæ hujuſmodi in Italia infrà duos, extrà Italiam verò

infrà

infrà sex menses à die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis incohandos debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxtà formam superiùs propositam.

§. 7. Ejusque electionis, seu assumptionis documentum infrà tempus hujusmodi penès Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur, alioquin eo termino elapso, quamdiù Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur.

§. 8. Quodque Conservatores hujusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

§. 9. Ad hæc statuit Sanctitas Sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsùs jurisdictionem habeant, sed iis tantùm, in quibus rei extiterint, neque extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contrà quoscumque procedere præsumant.

§. 10. Si qua verò inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros in forma juris electos super jurisdictionis competentia fuerit judicatum.

§. 11. Quod si qui Conservatores sive in hac parte, sive aliàs quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxtà formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii Prædecessoris, quæ incipit: *Hac Constitutione*; quam Sanctitas in omnibus, quæ præsenti Constitutioni non adversantur, innovavit, & innovat.

§. 12. Per hoc tamen non intendit Sanctitas Sua prohibere, quominus Regulares, & alii supradicti in casibus à jure permissis petant Judicem non suspectum à Principibus, seu Magistratibus sæcularibus; dum tamen hæc tria copulativè concurrant: Videlicèt, ut Regulares, & alii sint actores, non autem rei; utque agant contra Laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel aliàs à jurisdictione sæculari exemptum; atque ut causa, in qua Judex deputatur, fuerit prophana, non autem Ecclesiastica, & in ea juxta Sacrorum Canonum dispositionem, Laicus, ut præfertur, eligendus, Judex competens existat.

§. 13. Observantiam præmissorum præcipit cum Decreto irritanti.

§. 14. Contrariis quibuscumque plenissimè derogat, (*& sequitur publicatio.*)

Datum Romæ 20. Septembris 1621. Pontificatus nostri anno primo, *Bullar. tom. 4. pag. 80.*

Sequitur Dubium super dicta Constitutione exortum cum sua declaratione.

IN Constitutione de Conservatoribus edita san. mem. Gregor. XV. ex sententia Sacr. Congr. Concilii inter cætera statutum est, ut coram Conservatoribus

bus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsùs jurisdictionem habeant, sed in iis tantùm, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc: An per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares, & alios à manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dùm à suis possessionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui impediuntur.

Sacra Congreg. Card. Concilii Trid. Interpretum censuit ejusmodi verbis minimè sublatam fuisse facultatem, quam habent Conservatores defendendi Regulares à manifestis injuriis, ac violentiis; dummodò observent formam præscriptam in Constitutionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. relatis *in c. 1. & final. de offic. deleg. in* 6.

G. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Segretarius.

ADNOTATIONES.

1. Conservatores deputati ad formam hujus Constitutionis, Tribunal tenere, seu erigere non possunt, quia eorum potestas versatur circa extrajudicialia, & ut compescant volentes opprimere privilegiatos; possunt tamen Notarios quoties his opus habent assumere sibi benè visos, Card. de Luc. *de jurisd. discurs. 4. nu. 14. ubi post nu. 2.* refert Decretum *Sacr. Congreg. Concilii emanatum in una Faventina 17. Decemb. 1667.*

2. Conservatores tamen Religionis Societatis Jesu, & Hierosolymitanæ, quæ habent Indulta ampliora, nec revocata, nisi in ea parte, & causis, in quibus sunt Actores, dicuntur Judices, quia habent facultates cognoscendi omnes causas, in quibus hujusmodi Regulares sunt rei, ut firmat de Luc. *de Regular. disc. 51. n. 1. 2. & 15. & disc. 52. n. 11. & de jurisd. disc. 49. n. 7.*

3. Conservatores Regularium subdelegare, seu alium substituere non possunt, ut dicit idem Cardin. de Luc. *de Regular. disc. 1. num. 33. vers. hujusmodi*, Nicol. *Lucubr. Can. lib. 1. tit. 29. nu. 13. except. 3.* nisi in litteris per Papam id expresè eis concedatur, Tondut. *de prævent. part. 2. cap. 59. num. 23.*

4. Conservatores non possunt recusantes solvere Decimas compellere, quia in his, quæ judicialem discussionem, & indaginem requirunt, non possunt se ingerere, sed coram Ordinario Debitores conveniendi sunt, cum hic non agatur de manifesta injuria, & violentia, ad quas restringitur eorum delegatio, Nicol. *ibid. except. 10.*

5. Conservatores quando sunt Presbyteri sæculares, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, seu mixtis subjiciuntur loci Ordinario, ut absolutè respondit *Sac. Congreg. Concilii in Faventina 17. Decembris 1667.* ad quartum apud Card. de Luc. *de jurisd. disc. 4. num. 2.*

6. Conservatores licèt procedant solum in causis notoriis injuriarum, adhuc allegari possunt suspecti, & recusari, ut firmat Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. alleg. 106. num. 32.* nisi notorium esset permanens, Pasqualig. ad Lauret. de Franch. *controv. par. 1. nu. 851.* ubi quod ubi casus contingat eligendi sunt Arbitri, qui judicent de causis suspicionis, Concil. Trid. *sess. 14. cap. 5. de Reform.*

7. Conservatores in forma communi constituti non possunt procedere, neque in causis injuriarum notoriarum, nisi in primis saltem summariè ipsis constet de ista qualitate fundante eorum jurisdictionem, per probationes etiam per ipsosmet receptas, Tusch. *litt. C. conclus. 760. nu. 3. & 4.* quem falsò in alio loco citat Tondut. *de prævent. par. 1. cap. 59. nu. 8. vers. Verissimum.*

8. Præ-

8. Præterea quia de hac Conservatorum materia prodierunt nonnullæ declarationes Congregationis specialiter deputatę ab Innocent. X. de anno 1648. inter Episcopum Angelopolitanum, & PP. Societatis Jesu, quas refert per extensum Tondut. *de prævent. part.* 3. *cap.* 3. hic eas addere ad ornatum non piguit, in qua causa ex parte Episcopi quærebatur.

9. *PRIMO*. An in casu quo Episcopus præcipiat Decreta aliqua Concilii Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari, Regulares quicumque etiam Societatis Jesu, sub prętextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores; Congregatio respondit, si Episcopus præcipiat Regularibus etiam Societatis Jesu, ut Decreta aliqua Concilii Tridentini observent, ac exequantur, illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas, Regulares exempti subjiciuntur jurisdictioni, & correctioni Episcopi, *minimè licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere*.

10. *SECUNDO*. An quando Ordinarius procedit juris ordine servato adversùs Regulares prædictos, in casibus, in quibus per Concil. vel Constitutiones Apostolicas ipsi subjiciuntur, possint Conservatores Judices assignare? *Ut ad proximum non posse*.

11. *QUINTO*. Utrum Constitutio fel. rec. Gregor. XV. circa Conservatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Em. Sac. Congr. Concil. Trident. Interpretum desuper editis, ęquè afficiat, & comprehendat Religiosos Soc. Jesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia prędictę Societatis privilegia fuerint reducta ad terminos dictę Constitutionis &c. *Respondit, hujusmodi Constitutionem cum declarationibus, ut prætenditur, editis, ęquè afficere Religiosos Soc. Jesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis privilegiis, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis*.

12. *SEXTO*. An Regulares prędicti gravati ęre alieno, vel ad ratiocinia, vel Testamentorum Executores, possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario prescriptum *Respondit, Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis fan. mem. Gregorii XV. Conservatores non elegerint ipsumque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint*.

13. *DECIMO TERTIO*. An Conservatores nominati, & electi à Regularibus prędictis ante exercitium sue jurisdictionis, teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pœna nullitatis actuum? Respondit, *Utique teneri*.

Ex parte autem Religiosorum Soc. Jesu inter alia plura, (quo ad Conservatores) proponebatur.

14. *SEPTIMO*. An facultas eligendi Conservatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur in illis locis, in quibus non adsunt Judices Synodales. Respondit, *Ubi non adsunt Judices Synodales, privilegium Gregorii XIII. quo ad hoc ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodo tamen in reliquis servetur forma Constitutionis Gregor. XV. hac de re editæ*.

15. *OCTAVO*. An Conservatores Societatis, Vicarios generales Episcoporum auctoritate Apostolica, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas compellere possint virtute Bullæ Gregorii XII. &c. *Respondit, Posse à manifestis injuriis, & violentiis eos compescere etiam censuris, & pœnis Ecclesiasticis*. Datum Romæ 16. Aprilis 1648.

16. Hæc ibi de Conservatoribus; cætera enim dubia in dicta Causa proposita, ac resoluta, tamquam ad rem nostram non pertinentia, consultò omissa sunt: omnia tamen in forma specifica per Innoc. X. approbata fuere, ut ibi Tondut. testatur, productione Brevis.

17. Episcopi, eorumque Vicarii possunt eligi in Conservatores Regularium: sicuti & Abbates Ordinis Regularium, qui in Synodis fuerunt Judices designati Barbos. *in Summ. decis. Apostolic. collect.* 216. *num.* 14. & 15. Nicol. *lucubr. can. lib.* 1. *tit.* 29. *num.* 11. Et quod possit eligi

etiam

etiam Vicarius Capituli Sede vacante, tenet Ricc. *var. resol. tom. 2. resol. 349. num. 3.* aliaque plura videas apud Gavant. *Manual. Episc. verb. Conservator.*

Gregorii XV. Constit. XVIII.

De exemptorum privilegiis, & subjectione.

SUMMARIUM.

1 *Regulares tenentur in eorum Ecclesiis retinere Lampadem collucentem ante Altare Sacramenti, nec suppletur per Lampadem, quæ retinetur in Choro, & n. 2.*

3 *Regulares coguntur ab Episcopo ad exequendam Testatoris voluntatem, etiam si Testator prohiberet rationem ab eis exigi.*

4 *Et quamvis Testator disponeret per verba facultativa, seu deprecativa.*

GREGORIUS EPISCOPUS &c.

INscrutabili &c.

§. 1. Sanè Tridentinæ Synodi Decretis providè cautum est nullum Presbyterum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

§. 2. Nec non ut in Monasteriis, seu Domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ, tam Regulares, quàm sæculares ejusmodi Curam exercentes subsint immediatè in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita. Itemque, ut Episcopi universi sub obtestatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate Clausuram Sanctimonialium ubi violata fuerit diligenter restitui, & ubi inviolata est conservari maximè procurent; inobedientes, atque Contradictores per Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita compescentes.

§. 3. Atque ut Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis verò quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, prædicare præsumant.

§. 4. Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationem postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm sæculares, quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu Domibus Regularibus, sive sæcularibus incumbentem exerceant, sive aliàs Ecclesiastica Sacramen-

menta, aut unum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione; sivè quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant: in his quæ ejusmodi Curam, seù administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subjiciantur. Ad hæc tam Regulares, quàm Sæculares hujusmodi nulli privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant.

§. 5. Confessores verò, sivè sæculares, sivè Regulares quomodocumque exempti, tàm Ordinarii, quàm Extraordinarii, ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad ejusdem Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sivè Regulares extiterint, sivè sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant: iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatissarum, Prioriss arum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa.

§. 6. Ac demum habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam Sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Itaut Episcopi in suprascriptis casibus, in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, uti ejusdem Sedis delegati procedere, omnemque jurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant.

§. 7. (*Et sequitur clausula præservativa, unà cum aliis derogatoriis.*)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 9. Februarii 1622. Pontificatus Anno 2.

Bullar. tom. 4. pag. 98.

Posi-

Posita Constitutione fel. rec. Gregorii XV. de Exemptorum Privilegiis &c. Dubitatur

1. AN liceat Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus Cura Animarum personarum sæcularium non incumbit, aut loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones personarum sæcularium?
2. An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis?
3. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos, tàm Sæculares, quàm Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diœcesis.
4. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.
5. An per eamdem Constitutionem in illis verbis, *Possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere*; jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur.
6. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari.
7. An Superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seù deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimonialium sibi subjectarum audiendis?
8. An Confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seù deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris d. Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ, necne:
9. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum.
10. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialiũ alterius Monasterii audire possit.
11. An confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium confessiones pro una vice infra annum ad præscriptum Sacri Conc. Trid. possint virtute dictæ approbationis pluries tamquam confessores extraordinarii, earumdem confessiones audire absque novi Episcopi licentia.
12. Cum in eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium: iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit: An ejusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur.
13. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium,

aut

aut circa Clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solum in notoriis, & cum scandalo populi?

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit Constit. san. mem. Greg. XV. de exemptorum privilegiis, nequaquam subjicere Regulares exemptos quibus Cura animarum personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis Sæcularibus administrandis iidem Regulares delinquunt: ac propterea.

Ad 1. Dubium respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum Sæcularium, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur SS. Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum Sæcularium audiuntur.

Ad 2. Hac in parte Constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: ideoq; in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliundè Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad 3. Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diœcesis.

Ad 4. Non competere.

Ad 5. Jus confirmandis Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad 6. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi priùs ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbentur. Ordinarios verò confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut illorum facultas à Sede Apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad 7. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum, posse, durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantùm, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus expleto jam tempore à Constitutionibus cujusque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi priùs à Diœcesano Episcopo idonei judicati, & approbati fuerint.

Ad 8. Confessiones hujusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad 9. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum Sæcularium audiendas, nequaquã censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarũ; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad

Ad 10. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum, minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.

Ad 11. Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad 12. Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sac. Congregatio seriò oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquomodo abutantur, ejus rei in districto Dei judicio rationem reddituri.

Ad 13. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm, & cum populi scandalo.

Quæ Sacræ Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Gregorius XV. & S. D. N. Urbanus VIII. in omnibus approbarunt. *Bullar. tom. 4. pag. 101. & 102.*

A Card. Caetanus.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

Subsequuntur alia duo Dubia ab eadem Sac. Congregatione declarata, & à Sanctissimo D. N. approbata.

AN Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, à Diœcesano Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, coerceri, & puniri possit.

Sac. Congreg. Cardinalium Conc. Trid. interpretum censuit, posse. Quam Congregationis sententiam SS. D. N. Urbanus VIII. ad se relatam approbavit.

An liceat Episcopo in vim Constitutionis sa. mem. Greg. XV. de exemptor. privilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenùs prænunciata?

Sac. Congregatio &c. respondit, Regulares ex eadem Constitutione ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, & eum usque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expresè declaraverit, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatissæ electionem procedunt. *Bullar. d. tom. 4. pag. 102.*

C. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Secretarius

ADNO-

ADNOTATIONES.

1 PRæter casus supra à Sacr. Congreg. declaratos, & alios quos retuli *Adnot. ad Tit. de Licentiis Formul.* XX. poterit Episcopus contra Regulares exemptos procedere, si non retineant lampadem collucentem ante Altare Sanctissimi Sacramenti, quia cum sit defectus magnæ irreverentiæ, curę erit illi, auctoritate sibi delegata *à Sacr. Conc. Trid. in Decreto de evitand. in celebrat. Miss. sess.* 22. ut ab eis omnino retineatur.

2. Neque talis defectus suppleretur, si forte lampas ardens diu, noctuque existeret in Choro è conspectu Altaris Majoris; quia retinenda est prope, & ante Altare Tabernaculi in quo servatur Eucharistia, prout Sacra Rituum Congregatio respondit Generali Capuccinorum de hoc sciscitanti 22. Augusti 1699.

3. Item Regulares exempti cogi possunt ab Episcopo ad exequendam Testatoris voluntatem, si illis commissa fuerit executio sive distributio reddituum, aliorumve bonorum Hæreditatis, vigore Clementinę Religiosis de testamentis editæ in Concilio generali Viennensi, quæ clara est, & tradit Fagnan. *in cap. tua Nobis de Testam. n.* 19. & 49. Passerin. *de stat. hom. tom.* 2. *qu.* 186. *art.* 2. *n.* 121. Capon. *discept.* 84. *n.* 7. ubi ait conclusionem veram esse etiam si Testator rationem exigi prohibuisset, Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 7. *n.* 23. Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 48. §. *unico n.* 116.

4. Vel verba Testamenti sonarent in potestatem facultativam, puta si Testator onus injungeret Executori Religioso per verba, *possit*, & *valeat*: nam in ultimis voluntatibus verba hæc important obligationem, & necessitatem, ut dixit Rot. *in Romana quartæ* 4. *Junii* 1668. §. *si quidem coram Bourlemont.*

Et idem dicas de verbo precario *rogo*, *placeat*, &c. quia hæc pariter habent vim jussionis, & præcepti, ad instar fideicommissi, Rot. *dec.* 78. *nu.* 4. post Tondut. *de pension.*

Ad Decretum circa promovendos ad Primam Tonsuram, vel ad Minores Ordines in Regno Neapolitano.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi Regni Neapolitani in litteris Dimissoriis Episcopum certum tenentur designare, aliàs pœnas Decreti incurrunt, & n.* 2.

3 *Possunt tamen exteros ordinare cum Dimissoriis suorum Ordinariorum, licèt non sint directæ ad certum Episcopum.*

SAcra Congregatio Cardinalium negotiis Jurisdictionalibus Regni Neapolitani præposita, justis, gravibusque adducta causis de S. D. N. Gregorii XV. speciali ordine vivæ vocis oraculo desuper habito expresse præcipit, & mandat omnibus, & singulis ejusdem Regni Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis inferioribus legitimam facultatem habentibus, ut tanquam ad primam Tonsuram, sive ad Minores Ordines aliquem promoveant: Parocho, seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant, ut nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirant, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum committentem quamprimum transmittant, ut tam ex his, quàm ex aliis ex Sac. Conc. Trid. præscripto *in cap.* 8. *sess.* 23. *de Refor.* adhibendis diligentiis sibi constet promovendos illis qualitatibus esse præditos, quæ per Sacr. Canones, idemque Concilium requiruntur. Quod & observent in literis dimissoriis concedendis, in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse. Dictæ au-

tem litteræ dimissoriæ *uni tantum, & certo Ordinario ad electionem concedentis* in posterum dirigantur, & pluribus directæ nullæ sint. Prædictaque vult inviolabiliter observari, donec aliud fuerit ordinatum. Si quis verò contra formam præsentis Decreti fuerit ad primam Tonsuram sive ad Minores Ordines promotus, ab executione collati, & à susceptione superioris Ordinis *perpetuò suspensus sit*, & ulteriùs condignis pœnis puniatur. *Ordinans verò, vel dimissorias concedens*, ultra Divinam ultionem, quam incurret, *à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso*. Præterea iisdem Ordinariis enixè injungit, ut Decreta per Sacros Canones, Sacrumque Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, quoad delationem habitus Clericalis, & Tonsuræ, servitiumque Ecclesiæ præstandum, ita curent per hujusmodi Clericos observari, & in eos qui contrafecerint, statutis per ea pœnis animadvertere, ut ipsi nequeant de damnabili, circa hęc, negligentia redargui.

Romę decimo Kal. Julii 1623.

Octavius Card. Bandinus.

Laurentius Campegius.

ADNOTATIONES.

1 *UNI TANTUM, ET CERTO ORDINARIO.* Advertere hìc debent Episcopi aliique Ordinarii Regni Neapolitani, quod ipsi, & non dimittendi debent in litteris Dimissoriis Episcopum certum designare, alias enim si unum, & determinatum Episcopum non præscribant, sed in album illius nomen relinquant, pœnas hìc in Decreto comminatas incurrent eo ipso.

2. Neque eos excusare poterit, quod ita per consuetudinem fuerit introductum, de qua testatur Nicol. *in flosc. ver. Dimissoriæ n.2.* Quia Nicol. abusum refert, sed non laudat, neque licitum esse probat. Cum etenim Decretum Apostolicum imperativè mandet, *quòd uni tantùm, & certo Ordinario ad electionem concedentis dirigantur*, nulla prorsus eis remanet facultas aliter faciendi, ut benè observat *Ventrigl. in prax. adnot. 23. §. 2. n. 5.* ubi assertam Regni consuetudinem concedendi Dimissorias *in bianco* damnat, & Episcopos pœnas non effugere probat; quia verba Decreti (per quæ forma data est) clara sunt; & qui contra formam Decreti hujus, Dimissorias concedit, à collatione Ordinum per annum remanet suspensus, sic ibi litteraliter Papa præscribit.

3. Possunt tamen Episcopi dicti Regni exteros ordinare cum Dimissoriis suorum Ordinariorum, licèt non sint directæ ad certum Episcopum, quia Decretum hos non comprehendit, ut decisum fuisse testatur Nicol. *lucubr. can. lib. 1. tit. 11. de tempor. ordin. num. 38.* neque illos, qui ordinantur Sacris vigore Brevis, in Nicol. *ex Decreto Sacr. Congreg. ibid.*

Ad Decretum generale Sacr. Congreg. Episcopor. & Regular. super accessu Regularium ad Monasteria Monialium ab Urbano VIII. approbatum.

SUMMARIUM.

1 *Pater Amen. de delict. & pœn. refutatur, & n. 2.*

Cum

CUM aliàs de anno 1590. per Sac. Cardinalium negociis Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti V. circa accessum Regularium cujuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso cujuscunque Ordinis, gradus, & qualitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domos quarumcunque Monialium, vel sororum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Claustra existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi ullo quæsito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes alloqui possint, *sub pœnis privationis Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ*, aliisque ejusdem Sac. Congreg. arbitrio, fueritque postmodum declaratum etiam Equites Sancti Joannis Hierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscumque contrafacientes ab alio, quàm ab Apostolica Sede, aut à Sacra Congregatione absolvi, & rehabilitari non posse; Amplissimi ejusdem Sacræ Congregationis Patres, Decreta hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verùm quia experientia compertum est, interdum ob pias, & rationabiles causas, easque ita ferente casu repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari summè incommodum, vel inutile sit, Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obvenire; facto verbo cum Sanctissimo D. N. Urbano VIII. & de Sanctitatis Suæ expresso ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possint. *Id verò non aliter, quàm servata ad unguem forma infrascripta. Ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, Sabbatho, & vigiliis; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario Ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, & presens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur.* Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter quàm servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini Nostri, & Sac. Congreg. transgressores, judiciumque reformident. Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, *eo ipso se noverint esse addictos*, & arbitrio Sac. Congregat. severiùs puniendos.

Romæ 13. Kal. Decembris 1623.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à Clemente Papa IX. approbata super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

DIE 11. Maii 1669. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Card. Conc. Trid. interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod Horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas in Clausura existentes alloqui, & hanc opinionem tamquam tutam affirment, disseminent, & forsan etiam scriptis evulgent proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandala confoventes; ad hujusmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, rejiciens, ac damnans declaravit Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinariis jurisdictione quomodolibet exempta, ac etiam ipsis Regularibus subjecta, vel aliàs speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis vocis Activæ, & Passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis pœnis posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri. Et die 7. Junii ejusdem anni, facta relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac Typis dari, & servari jussit.

A. Card. Celsus præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Brancacius Archiep. Adrianopolis Secr.

Spoletana Accessus ad Monasteria.

ET si Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sub die 11. Maji 1669. apertè declaraverit Regulares, qui ad Monasteria Monialium absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus peccare mortaliter; haneque declarationem Sanctissimus Dominus approbaverit, ac Typis dari, servarique jusserit; quia tamen nonnulli sunt, qui declarationem hujusmodi perperam interpretantes, verumque sensum subvertentes, varia confingendo sophismata, asserunt accedentes ad bonum finem non peccare mortaliter, & declarationem præfatam non obligare sub mortali contendunt, ad omnem tollendam dubietatem resolvendum.

Primò. *An Regulares accedentes ad colloquendum cum Monialibus sine licentia Episcopi peccent mortaliter.*

Secundò. *An peccent mortaliter saltem stante dicta declaratione Sac. Congregationis Concilii cum approbatione Sanctissimi.*

Die-

Die 26. Novembris 1672. eadem Sac. Congr. ad utrumque respondit affirmativè, etiamsi ex rationabili causa, quando non adest licentia &c.

P. Card. de Alteriis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiep. Brancacius Episc. Viterb. Secr.

Dubia super collocutione Regularium cum Monialibus ad prædictum Decretum Sac. Congregationis à Clemente IX. approbatum.

EDita vix lege, statim illam eludere malitia excogitat; non ita pridem emanavit generale Decretum arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variè interpretationes confingi cœperunt, aliæque nunc Bergomi suboriuntur: pro quarum resolutione supplicant Confessarii Monialium quærendo.

Primò. *An Regularibus missis ad Crates Monialium pro munere prædicationis obeundo, prohibitum sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius Concionis.*

Secundò. *An talis prohibitio intelligatur, tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, quàm cum una tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post Concionem.*

Die 21. Maii 1678. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Card. Concilii Tridentini Interpretum ad utrumque respondit affirmativè.

ADNOTATIONES.

1. QUamvis prædictis Decretis generalibus accessus Regularium absque Ordinarii licentia, & ad præscriptam formam Decreti Urbani Octavi expressè prohibeatur; & sophismata eorumdem super illorum intelligentia toties rejecta fuerunt, adeout vix credibile sit, quod res cambre judicata ampliùs ad judicium possit revocari; adhùc Regulares cum Sede Apostolica contendunt, & accessum præfatum ad bonum finem ipsis licitum esse autumant affirmare, & Typis publicare. Audi P. Amenum Ordin. Minor. Strictioris Observantiæ, qui opus de Delictis, & Pœnis de anno 1700. Venetis evulgavit: hic inquam *in Tit. quarto de delict. contr. Castitatem §. 1. numer. 15.* hæc habet: *Pari modo dicendum est de prædicta inhibitione Regularibus facta per Monacelli Form. Pars I. citatum Decretum Congregationis. Si enim unus, vel alter Regularis timoratæ, seù potiùs scrupulosæ conscientiæ cavet ab allocutione Monialium, cæteri omnes docti, & spirituales de hoc non curant (loquor tamen de colloquio brevis, & indifferenti, & occasionato, non autem de frequenti, & ad pravum finem) & de illo sibi conscientiam non faciunt. Concludendum proinde, talem legem quoad peccatum mortale incurrendum, abrogatam ex contrario usu esse. Nec tamen intendo* (nota zelum Authoris) *relaxare habenas, & ansam præbere cuivis, ut huic sententiæ fisus, accedat indifferenter ad Moniales, & occasione quæsita longos, aut frequentes cum illis misceat sermones. Si quidem qui sic ageret, ratione periculi, non esset immunis à culpa mortali; sed loquor de occasione accidentali, in qua interveniente causa aliqua rationabili, puta urbanitatis, curiositatis non improbandæ, instruc-*

ctionis dandæ, seù recipiendæ, & similium brevem sermonem haberi contingit. Talibus enim casibus Regularem non peccare firmiter teneo. Quæ opinio an sit intra limites probabilitatis contra decreta tam clara forsan tempore opportuno judicabunt Sac. Congregatio Sancti Officii, & etiam Sac. Congregatio Indicis, si hujusmodi liber denuncietur.

2. Invigilandum propterea erit ab Episcopis, ne hujusmodi damnata doctrina ad praxim reducatur, & quod illis via undequaque ad excessum quantum possibile erit, præcludatur, & ut mandatis Apostolicis pareant, & obediant, contemptores severè puniantur: Quia pœna facit sapientem, & solet dici, qui stultus fuit in culpa sapiens sit in pœna, *gloss. in c. Nunciatum dist. 84. verb. in se valeat*, & qui inconsideratus fuit ad loquendum, sentiat mala Proverb. 13. Cætera *in Tit. de Monialibus* adnotata sunt.

Innocentii X. Constit. LV.

De subjectione Conventuum parvorum Ordinariis locorum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis.

SUMMARIUM.

1 *Regulares Ordinis S. Francisci scilicet Min. Observantes, Reformati, & Capuccini non possunt facere contractus.*
2 *Religiosi Graduati, qui dicantur.*
3 *Superiori Regulari non creditur adesse causam, nisi probet, quando agit actum prohibitum.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

§. 1. UT in parvis Regularium Virorum Conventibus à Sanctissimo D. N. Innocentio Papa X. in Constitutione, quæ incipit, *Instaurandæ*, primùm suppressis, ac deindè ad ipsius Constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum Regularem restitutis, & ipsis Religionibus denuò concessis, piè, & religiosè vivatur, *ac Regularia instituta* quò exactiùs fieri potest *observentur*: Sanctitas Sua ex sententia Sac. Congregat. super statu Regularium, omnes, & singulos Conventus hujusmodi sic, ut præfertur, restitutos, & concessos in litteris ab eadem Sac. Congreg. expediendis nominatim exprimendos, ac personas tàm Regulares, quàm Sæculares in eis degentes visitationi, correctioni & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica Delegati, præsentis Decreti tenore plenè in omnibus subjecit, ac subjectos esse declaravit, donec ipsorum redditus eò usque adaucti fuerint, ut in eis commodè subsistentari valeant, & cum effectu subsistententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem Sac. Congregat. legitimè constiterit, & ejus Decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, non aliter. Interea verò voluit Sanctitas Sua, ut in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes *maturæ ætatis*; alioquin gratia restitutionis, & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in aliis Conventibus itidem suppressis per eamdem Constitutionem ipsis demandantur, perindè ac si gratia prædictæ restitutionis, & concessionis non emanasset.

§. 2. Insuper quia multi sunt Conventus, in quibus, etsi præfixus fuerit numerus

rus Religiosorum sufficiens ad Observantiam Regularis disciplinæ, & idcircò in suppressione antedicta non fuerint comprehensi: nihilominùs sive ob reddituum diminutionem, sive ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non aliter cum gravi detrimento Regularis Observantiæ; Sanctitas Sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi Conventus, ut præfertur non suppressos, cujuscumque sint Ordinis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, aut Granciæ, seu membra alterius Monasterii existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ, quorum adminus quatuor, ut supra sint Sacerdotes maturæ ætatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci similiter ut Sedis Apostolicæ Delegati plenè in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subjectos esse statuit, decrevit, & declaravit. Cæterùm quoad Conventus cum pauciori numero, quàm duodecim Religiosorum erectos post diem 21. Junii 1625. & illorum subjectionem loci Ordinario Sanctitas sua voluit in suo robore permanere Decretum sanctæ mem. Urbani VIII. jussu editum, cui per præmissa aliquatenus derogare non intendit.

§. 3. Et prædicta omnia, & singula in præsenti Decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & executioni mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta Constitutione voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ 10. Februarii 1654. *Bullar. tom. 5. pag. 530.*

B. Card. Spada.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Conc. Secr.

(Et sequitur publicatio.)

Declarationes supradicti Decreti à Sacr. Congreg. super statu Regularium editæ, atque ab Alessandro VII. approbatæ.

POsito Decreto fel. rec. Innoc. Papæ Decimi &c. contingit dubitari de infrascriptis.

1. An Episcopus in Conventibus suæ jurisdictionis subjectis possit Abbates Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituére.
2. An possit Episcopus à prædictis Conventibus Religiosos amovere.
3. An Regulares eorumdem Conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis.
4. An Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere possit in his, quæ Regularem disciplinam concernunt.
5. An Ecclesiæ dictorum Conventuum, & Cappellæ Granciarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura ab Episcopo visitari possint.

6. An ipsæ Granciæ, & Conversi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.
7. Quid in Ecclesiis, seu Cappellis Granciarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi.
8. An liceat Episcopo visitare Conventus tam suppressos, & postea restitutos, quàm non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.
9. An Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.
10. An jurisdictio Ordinariis locorum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis attributa in supradicto Decreto, competat Vicariis Generalibus Episcoporum, necnon Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.
11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares possint ejusmodi Conventus jurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicuti poterant ante dictum Decretum.
12. Si Superior Regularis in causa prævenerit contra Subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subjectis, fabricando processum, vel eum carceri mancipando, an Episcopus possit hujusmodi Causam reassumere, *ac Superiore inhibere*.
13. Si è converso Episcopus prevenerit in causa contra Religiosum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amoveri, & in alio Conventu collocare; & si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possint causam prosequi, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum Conventum.
14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.
15. Si à Conventu primùm suppresso, ac deindè Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibidem degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conventus remaneat suppressus, ut priùs.
16. Quid si à Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis ex sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia Conventus *subjaceat jurisdictioni Ordinarii*.
17. An Religioso illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.
18. Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quòd in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & posteà contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.
19. Ad hoc ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuo remaneat suppressus propterea, quod in eo non substententur sex Religiosi, an debeat præcedere declaratoria Episcopi super facto prævia Causæ cognitione.
20. An ab hujusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum tam devolutivum, quàm suspensivum.
21. Cum ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes, debeant esse maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sac.

Sac. Congreg. super statu Regularium ad singula Dubia superiùs proposita, hunc in modum respondit, videlicet.

Ad 1. Non posse.
Ad 2. Posse ex rationabili causa, commonito tamen priùs Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus.
Ad 3. Posse compelli.
Ad 4. Posse.
Ad 5. Posse.
Ad 6. Subesse.
Ad 7. Itidem subesse.
Ad 8. Minimè licere antequam aliundè constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.
Ad 9. Expedire, ut SS. D. N. decernat, & declaret non licere Episcopo taleo Conventus visitanti quicquam accipere procurationis nomine.
Ad 10. Competere.
Ad 11. Posse sicut priùs non tamen privativè ad Episcopum.
Ad 12. Non posse nisi ex justa causa, veluti cum videt Superiorem Regularium ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constituere, quàm causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.
Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum a loco amovere, & si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio sæculari, si opus fuerit, cujuscumque loci, in quo Religiosus iste reperiatur.
Ad 14. Non posse.
Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum manere suppressum.
Ad 16. Subjacere durante absentia.
Ad 17. Recuperare.
Ad 18. Non revivisere.
Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos indè expellere.
Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantùm, non autem suspensivum.
Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.
Declarationes suprascriptas SS. D. N. ad se relatas approbavit, & ab omnibus ad quos pertinet observari præcepit contrariis quibuscumque non obstantibus.
Datum Romæ die 27. Julii 1655. *Bullar. tom. 6. pag. 5.*

B. Card. Spada.

Loco ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secretarius.

AD-

ADNOTATIONES.

1. *AC REGULARIA INSTITUTA OBSERVENTUR.* Regulares Ordinis Sancti Franciſci ſcilicet Min. Obſervantes, Reformati, & Cappuccini, non poſſunt facere contractus, quia nihil habent, quod in alium transferre valeant, *Clem. exivi de verb. ſignif. Polit. in expoſit. dub. Regular. cap. 6. n. 25. §. Quare inhærendo*, *Sacr. Congr. Epiſcoporum in Senogallien. recollectionis Nivis 7. Decemb. 1691.*

2. *MATURÆ ÆTATIS.* Qui dicantur maturæ ætatis, poteſt percipi, & definiri ex diviſione ætatis hominis, quæ ſexenario numero completur, nempè. Prima eſt infantia, quæ durat uſque ad ſeptennium. Secunda ætas eſt pueritia, quæ durat uſque ad 12. vel 14. annum. Tertia eſt adoleſcentia, quæ durat uſque ad vigeſimumquintum. Quarta eſt juventus, vel virilis ætas, quæ durat, uſque ad quinquageſimum. Quinta eſt ſenectus, quæ durat uſque ad ſeptuageſimum annum. Sexta ab indè, & dicitur ſenium, aliarum ætatum terminus; prout ità divdit Gloſs. *in proœmio Sexti Decretal. in verb. perfectus*, & declaratum eſt ſuprà *à Sac. Congregatione in reſponſione ad 21.*

3. Si autem Statutum, ſeu Conſtitutio loqueretur de Religioſis Graduatis, ſub nomine Graduatorum non venirent Lectores, Magiſtri, Regentes, ſed hi qui habent Dignitatem, prout ſunt Provinciales, Rectores Provinciæ, Viſitatores, & alii hujuſmodi habentes juriſdictionem delegatam: Nam prima officia ſunt potiùs oneris, quàm honoris, Pignatell. *conſult. 85. nu. 258. tom. 6.* & declaravit *Sacr. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium in Gaditana præcedentiæ 4. Auguſti 1690.* in qua cum vigore Conſtitutionum Ordinis Sancti Auguſtini Religioſi inter ſe præcedere deberent juxtà antianitatem --*Exceptis PP. Graduatis*, & Lectores ſub nomine Graduatorum venire contenderent, ac favorabile Decretum P. Generalis obtinuiſſent; cauſa per viam recurſus ad Sacram Congregationem delata, ſub dicta die reſponſum fuit--*Decretum P. Generalis non ſuſtineri.*

4. *AC SUPERIOREM INHIBERE.* Superior Regularis gerens actum inhibitum, quod fieri non poteſt, nec permiſſum eſt ſine cauſa urgente, vel neceſſaria, non creditur aſſertioni illius cauſam ſubeſſe, niſi aliundè probet, Ancheran. *conſ. 150. n. 8.* Navar. *in comment. de ſpol. Cleric. ſuper cap. Non liceat 12. quæſt. 2. n. 8. & conſ. 56. de Regular. lib. 3. nu. 2.* Tuſch. *lit. A. concluſ. 535. n. 1.*

Superior, qui debet vigore Conſtitutionum ſubſtitutum eligere pro gubernio in caſu abſentiæ, non dicitur ad hunc effectum, abſens, ſi moretur in Domo Religionis poſitâ intrà duas dietas, ut declaravit *Sacr. Congr. Epiſcoporum, & Regular. in Neapol. 10. Junii 1701.*

5. *SUBJACEAT JURISDICTIONI ORDINARII.* Epiſcopus viſitat Domum reſidentiæ Parochi dependentis à Monaſteriis Regularium, etiam non ſuppreſſorum, *Sac. Congreg. Concilii in Auguſtana 15. Junii, & 27. Julii 1652.* Pignatell. *conſult. 155. n. 9. tom. 4.*

Ad Decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium auctoritate Clementis Papa X. editum, de Canonicis Regularibus Congreg. Lateranen. ad Curam Animarum in Eccleſiis ſæcularibus exercen. non admittendis.

SUMMARIUM.

1 *Regulares non admittuntur ad concurſum Parochialium, ſæcularium.*

2 *Canonici Regulares comprehenduntur ſub hoc Decreto, & reſpondetur auctoritatibus Pennotti, & Bordoni contrarium ſentientium, & n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

Cum

CUm fel. record. Greg. XIII. aliique nonnulli Summi Pontifices ejus successores ad Regularem disciplinam in Congregatione Canonicorum Lateranensium Ordinis S. Augustini magis, magisque firmandam Decretis suis mandaverint, ne dicti Canonici Curæ Animarum in Ecclesiis sæcularibus exercendæ, juxta Constitutionem Innocentii III. recol. mem. incipien. *Quod Dei timorem, &c.* cæteroqui capaces ad hujusmodi Curam in prædictis Ecclesiis exercendam admittantur; quorum Decretorum observantiam retinendam esse non semel declaratum fuit; asserentibus verò è contrà quibusdam dictorum Pontificum mentem haud fuisse, certa perpetua lege lata Innocentianam Constitutionem prorsùs abrogare; sed immò illorum Decreta, seu mandata cum ipsis expirasse; ac propterea pro diversitate temporum diversas forsan editas fuisse declarationes, & interpretationes, nec uniformem servatam praxim. Ideò ex prædictis non infrequentes dubitationes, & controversiæ subortæ noscuntur, ob quas Religiosa quies perturbari facilè posset accuratiùs in hoc sacro Ordine custodienda, cum illius Apostolica instituta primævam disciplinæ, ac sanctimoniæ antiquorum Clericorum imaginem, & symbolum referant, quibus ipsa nascentis Ecclesiæ primordia florebant.

Quapropter ad hujusmodi dubitationes explicandas, & controversias definiendas, atque ut magis accurata disquisitione eorum Canonicorum spiritus, & vocatio dignoscatur, qui dùm in tranquillitate Montis Sion cœlestium contemplatione suavissimè pascuntur, ad frangendum in valle lacrymarum panem parvulis (videlicèt è Claustro ad regimen descensuri Parochialium) invitantur, Sacr. Congregatio Eminentiss. & Reverendiss. S. R. E. Card. negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, re maturè examinata, atque audito P. Procuratore Generali d. Congregationis Lateranensis, speciali sibi auctoritate per Sanctiss. D. N. Clementem Papam Decimum vivæ vocis Oraculo attributa declarat, atque decernit. Ut in posterùm futuris perpetuis temporibus nemo ex Canonicis Regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, quamvis non translatus, ad Curam Animarum in Ecclesiis sæcularibus etiam de jure patronatus in perpetuum, seu ad tempus quocumque titulo exercendam admittatur, nisi præter Abbatis Generalis licentiam expressum quoque Sedis Apostolicæ Indultum accedat; quod juxtà Sacrorum Ministrorum penuriam, & prout Animarum postulabit utilitas, in contingentibus casibus concedetur; itaut quælibet collatio, institutio, & deputatio, in favorem hujusmodi Canonicorum aliter facta, irrita prorsùs, atque inanis censeatur, & sit; ac nulla etiam triennalis longior possessio iisdem suffragetur: Canonicus verò, cui ejusmodi concessum fuerit Indultum, ad mentem præfati Innocentii III. (si commodè fieri possit) socium unum ex suo Ordine, & Congregatione secum habeat, cujus in iis, quæ Dei sunt, & Regularis Observantiæ tam consortio, quàm solatio perfruatur &c.

Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præsenti Decreto contenta, supradicta Constitutione Innocentii III. aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necessariò, & individuè exprimendis: Necnon &c. statutis; formula professionis in eo Ordine, & Congregatione emitti solita; consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis &c. necnon irritantibus Decretis

&c.

&c. quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, eadem Sac. Congregat. Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expresè derogat &c. Datum Romæ hac die 18. Martii 1671.

F. M. Cardinal. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

C. de V. Archiep. Athen.

(Et sequitur d. Decreti publicatio.)

ADNOTATIONES.

1. REgulares licèt jure antiquo *in cap. in Parochia, & cap. Cum pro utilitate 16. quæst. 1.* possent admitti ad regendas Parochias, hodiè tamen jure novo etiam Canonici Regulares, eis non suffragante *cap. Quod Dei timorem de stat. Monach.* nisi à Sede Apostolica dispensentur, excluduntur, obstantes eis Decreto Greg. XIII. quod referunt Fagnan. *in cap. Quod Dei timorem n. 16. & 17. de stat. Monach.* Lauret. de Franch. *contr. par. 2. qu. 86. nu. 1. & 2.* ubi Pasqualig. Nicol. *in flosc. verb. Regulares n. 24.* Pirhing. *in jus Can. lib. 3. tit. 5. §. 5. num. 118. & tit. 35. §. 2. nu. 18.*

2. Et licèt Canonici Regulares Sancti Salvatoris sub prohibitione hujus nostri Decreti, neque sub dicta nova juris Censura non esse comprehensos in una Placentina Presentationis contenderent, ipsosque de licentia proprii Generalis absque Sedis Apostolicæ Indulto ad Parochiales Ecclesias vacantes concurrere, & de illis provideri posse in eadem causa sustinerent. Nihilominùs Sacr. Congreg. Concilii ad quam causa erat devoluta, sub die 14. Novembr. 1693. respondit -- *Uniantur Decreta, & causa proponatur formiter auditis omnibus Procuratoribus Generalibus omnium Canonicorum Regularium, & interim cum Sanctissimo pro concessione Indulti ad favorem P. de Georgiis Præsentati cum clausula, quatenus opus sit.*

3. Præcipuum fundamentum dd. Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris quo eorum incapacitatem excludere nitebantur, innixum erat in auctoritate Gabr. Pennott. *in Histor. tripart. Canonic. Regular. cap. 72.* quem sequutus fuerat Bordon. *Oper. Moral. tom. 4. tract. de præced. Canon. Regular. cap. 7. tit. de jur. Paroch.* Qui Authores Constitutionem Gregorii adulterinam vocant, vel saltem non observatam. Secundum fundamentum exclusionis incapacitatis erant nonnulla Decreta emanata super illorum admissione absque Indulto. Tertium demùm, quòd præsens Decretum erat restrictum ad solos Canonicos Lateranenses, in quibus major ratio incapacitatis concurreret.

4. Verùm apud majorem partem Eminentissimorum Patrum tunc in Sacr. Congregatione sedentium (prout mihi retulit Testis omni fide dignus clar. mem. Card. Petruccius) fundamenta prædicta nullius ponderis tunc erant, neque modò validiora apud me sunt.

5. Etenim quoad primum de Decreto, sive Constitutione Gregorii XIII. per viam legis universalis declaratoriæ emanata ad exclusionem omnium Canonicorum Regularium, non videtur dubitandum: Quia de illius existentia, præter Authores suprà laudatos testantur etiam Novar. *in Summ. Bullar. part. 1. commen. 36.* & Corrad. *in prax. dispens. libr. 6. cap. 1. numer. 7. & pluribus seqq.* Unde omnes isti Authores apprimè in Curia, & in foro versati, sine dubio præferri debent uni Pennotto, qui scripsit in causa propria, ac alteri Bordono, qui cæca fide illum sequutus est, hi inquam redduntur suspecti ratione præsumptæ affectionis erga Religionem, pro qua certat Pennottus, qui fuit Canonicus Regularis.

6. Quo-

6. Quoad secundum, quod plures prædicti Canonici Regulares Sancti Salvatoris fuissent ad parochiales admissi cum sola licentia Generalis, & quod ità observatum fuisset: Nullibi probatum solidè remanebat, quia ad talem observantiam probandam adducebatur fides nonnullorum Canonicorum Regularium ejusdem Religionis, ac unicum Decretum 23. Augusti 1692 emanatum nemine audito, seù opponente, quod rei judicatæ vim habere non potuit.

7. Et si Pennot. *loc. cit.* pro se alleget aliud Decretum Sac. Congregat. Concilii emanatum de anno 1602. quo Congregatio censuit Canonicum Regularem non prohiberi obtinere Beneficia Curata Sæcularia; animadvertebam quod illud, si adesset, circumscriptum remansisse per subsequentes contrarias ejusdem Congr. resolutiones, captas de anno 1628. 1629. & 1655. de quibus testantur Nicol. *in flosc. dict. verb. Regular. sub num.* 25. Pignatel. *consult. Can.* 44. *tom.* 1. *sub num.* 25. *& in Brixien.* 15. *Maii* 1655. in terminis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris. Et sic intrat tritum axioma, quod posteriora derogant prioribus, ut in puncto declarationum hujus Congregationis nos docet Fagnan. ejusdem peritissimus Secretarius *in cap. Quoniam post nu.* 56. *de Constit. Sarav. de jurisdict. quæst.* 18. *num.* 20. *post* Frances *de Eccles. Cathed.*

8. Et ad hoc firmandum, cum Decretis posterioribus Congr. Concilii pro omnibus Regularibus indiscriminatim latis concordat Decretum *Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium in una Cremonen.* 1. *Septembris anno* 1603. emanatum, cujus verba refert Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 79. *circa medium*, & aliud afferunt Gavant. *in Manual. Episcop. verb. Canonici Regulares num.* 3. Tondut. *quæst. Benef. tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 15. Barbos *supra Concil. cap.* 11. *sess.* 14. *de Reform. numer.* 6.

9. Et tandem quoad tertium fundamentum, quod ratio prohibitionis nostri Decreti non dicatur vigere quoad alios Canonicos Regulares præter Lateranenses, penè futile remanere videbatur; quia nulla diversitatis ratio intercedit: Immò potiùs, si unquam disparitatis nota in subjecta materia considerari valuisset in aliqua specie Canonicorum Regularium pro capacitate ad obtinendas Parochiales absque Indulto, certè favore Lateranensium (qui in eorum professione promittunt Beneficia Curata extrà Ordinem non suscipere absque licentia Capituli) militaret.

10. Si igitur Lateranensibus vetitum est Ecclesias Sæculares cum Cura Animarum absque Apostolico Indulto suscipere, & retinere; multo minùs licitum erit aliis, qui strictioris vitæ institutum profitentur, ut observat Fagnan. *in cap. Quod Dei timorem sub num.* 17. *de stat. Monach.* & præsertim Canonicis Regularibus Sancti Salvatoris, qui potiùs Monachorum, quàm Clericorum habitum retinent, & figuram faciunt, prout scripsit Card. de Luca *de præeminen. disc.* 24. *num.* 3.

11. Quicquid igitur esset dicendum de jure communi, & juxtà dispositionem antiquarum Constitutionum Regularium & Apostolicarum, quas congerit Parentius, quem refert Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 9. *quæst.* 8. *post nu.* 13. Hodiè jure novo tenendum est absolutè, quod Regulares omnes, & si Canonici nuncupentur, absque Indulto Apostolico non possunt Beneficia Sæcularia in titulum obtinere ex suprà deductis, quibus addo Capon. *disceept. forens.* 108. *n.* 77. Passerin. Religiosorum amantissimus *in cap. Cum de Beneficio num.* 3. *de Præbend. & Dignit. in sexto*, ubi breviter sic firmat: *Quamvis enim ex DD. antiquis plures voluerint Beneficia Sæcularia Curata posse Regularibus conferri sine dispensatione, quos abundè refert, & sequitur Sanchez lib.* 7. *Summ. cap.* 29. *num.* 35. *tamen ex Decreto Concil. Trident. sess.* 14. *cap.* 11. *hodie hoc non verificatur, etiam in Canonicis Regularibus.*

12. Credendum propterea est, quod visa docti Passerini doctrina, omnes Canonici Regulares in hac re acquiescant; cum verum sit, quod boni Amici consiliis anima dulcoretur, *Proverb.* 27. & quod satis lucretur, qui à lite recedit, ut dicit *Abb. conf.* 15. *n.* 1. *par.* 2.

13. In Ecclesiis verò Parochialibus Mo-

Monasteriis unitis etiam extrà Claustra quoties, vel jure speciali post Concil. Trident. concesso, vel ex tolerantia, & approbatione Ordinariorum locorum, ad nutum amovibiles Superiorum Religiosi deputantur ad exercitium Curæ, non possunt quatenus ab eisdem removeantur reclamare, ut censuit *Sac. Congreg. Concilii in Romana 17. Decembris 1689.* Neque congruam pro Curato Sæculari taxatam à Monasterio petere, nisi quantum indigent ad propriam, & onerum Ecclesiæ substentationem: Nam totum id, quod supereſt de congrua deductis alimentis & Ecclesiæ oneribus (utpotè quia Regularis deputatis non indiguit tota summa, aut quia frugaliter vivendo voluntariè ab usu abstinuit) est superfluum, pro quo Curatus Religiosus nec agere, nec suo arbitrio de eo disponere valet, & ideò acquiritur Monasterio, ut auditis partibus, & causa bis proposita ad utrunque respondit *Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium in Mediolanen. Congruæ 4. Septembris 1693. & 4. Martii 1694.* contrà P. Amadeum Baldacci Monachum Cistercienſem Curatum deputatum Parochiæ Fallevecchiæ Granciæ Monasterii Murimundi, proponente clar. mem. Card. Petrucci. Ad quas Ecclesias, Curatos etiam Regulares modo mox indicato præfici posse probavit *Sac. Congreg. Concil. Aurien. 2. Maii 1693. & in Mechlinien. 28. Novembris ejusdem anni.*

CLEMENTIS PP. X.

Constitut. in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

SUMMARIUM.

1 *Regulares positi sunt in Ecclesia, ut sint cooperatores Episcoporum in procuranda salute Animarum.*
Episcopi primariò constituti sunt à Christo Domino ad prædicandum ibid.
2. *Hoc probatur tùm ex Evangelio, tùm auctoritate DD.*
3 *Referuntur auctoritates DD. super obligatione Episcoporum prædicandi Verbum Dei.*
4 *Quæ sint causæ legitimæ excusantes Episcopos ab onere prædicationis?*
5 *Allegatur sententia Pac. Jordan.*
6 *Allegatur sententia Pasqualigi.*
7 *Rejicitur sententia Pasqualig. & sequacium, & n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. & 19.*
16 *Episcopus tenetur conatum adhibere pro remotione impedimenti, quo detinetur, ut non valeat Verbum Dei annunciare, & n. 17. & 18.*
20 *Quæ sint excusationes, quæ legitimæ reputantur? disceptatur, & n. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.*
29 *Episcopos Verbum Dei non prædicantes Author non damnat, sed cur non potuerit eos excusare rationes exhibet?*

CLEMENS EPISCOPUS &c.

SUperna Magni Patris Familias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum agrum circumspecta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes, animum in eas curas libenter intendimus, quibus valeant dissidia inter villicos, & operarios componi, jurgia tolli, scandalis, atque offensionibus aditus præcludi; ut quibus una fides, una Mater Ecclesia, & unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes, fiat etiam corunum, atque anima una; sic etenim evulsis opportunè zizaniis, dùm plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; quo benedicente, messis multa, fructo centesimo cœleste in horreum congregabitur.

1. Sa-

1. Sanè cum Sacri Concilii Tridentini Decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, & moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant; in Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt ultrà licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Atq; ut nullus Sæcularis, sivè Regularis etiam suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale Beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacumque non obstantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse, ex quibus controversiæ, & dissensiones præmultæ in diem subsequi possent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.
2. Non attendentes, quod aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus difinitæ fuerint; ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque dissensionum tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur Apostolatus officio novis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas. Itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia, hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, & declaramus.
3. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis *prædicare voluerint*, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere; prædicare tamen posse quamvis illam non obtinuerint. Quod, si Episcopus benedictionem, nedùm non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare. Eosque contravenientes, ab illo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris nostri incipientis, Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque justa, & rationabili causa contradicere non debere. Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesiis, aut ad crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum, licèt clausis januis, & nullus Sæcularis ibi intersit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus Laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque exa-

mine

mine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ità ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationabiles causas licèt occultas prædicationem tamen concernentes suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

4. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones Sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis Pœnitentes Subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum Sæcularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; atque approbatos pro audiendis confessiones Monialium unius Monasterii, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores Extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Cæterùm in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà Regularia instituta vivitur, posse tàm Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seù Collegiorum, audire confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de Familia, & continui Commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam Infirmorum confessiones audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia; de qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorumdem Infirmorum Parocum illico certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi; sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

5. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit, Omnes utriusque sexus, quoad confessionem dumtaxat satisfeciisse censendos. Regulares verò ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episc. secus autem ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episc. approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias, illis concessas, revocari nisi nova superveniente causa, quę ipsas confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse ut in actis constet, nec eam teneri Episc. ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit.

6. Por-

6. Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas: Utique eam causam ad confessionis Ministerium pertinere, ac proindè nihil obstare, quominùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenùs posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliavè privilegia Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Jesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deindè Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

7. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis; non autem in illa, ubi idem confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pœnitentes à censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimmò censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis, cogi posse gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ judicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris nostri fel. rec. Clementis IV. statutum fuit, esse requirendam.

8. Decernentes sic, & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Card. etiam de latere Legatos, Vicelegatos, Nuncios, & quosvis alios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

9. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque quorumvis Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, ac cujusvis alterius instituti, etiam necessariò, & individuo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque

tam sæcularium, quàm Regularium, locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis, quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

10. Cæterùm quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari.

11. Volentes, quod earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in judicio, & extrà illud, ubi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

12. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti, declarationis, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo, undecima Kal. Julii Pontificatus nostro Anno primo.

G. Dat.

I. G. Slusius.

D. Ciampinus.

Visa de Curia P. Ciampinus.

INNO-

INNOCENTII XI.

Admonitio ad Verbi Dei Concionatores per litteras Sac. Congregat. Concilii.

Foris- Eminentissimo, & Reverendissimo Domino. Obsservandiss. Domino Card. Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano.

Intus- Eminentissime, & Reverendissime Domine Obsservantissime.

A Pluribus Christiani Orbis Provinciis graves, frequentesque Romam, atque ad ipsam Sanctam Sedem adventant, seu delationes, seu querelæ adversùs præsentem prædicationis usum, tanquam à primævo Apostolorum instituto prorsùs aberrantem. Ac quidem cum Verbum Dei, quod, Apostolo teste, omninò esse debet sanum, ac salutare, multiplici lue per plures ex ipsis Evangelii præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiss. D. N. decrevit contagionem universo Gregi tam exitiosam, longèque patentem, omni Apostolicæ auctoritatis conatu, prorsùs exscindere; nam quæ pestis esse, aut excogitari violentior ea potest, quæ cibos ipsos ad vitæ præsidium institutos, ipsasque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis instrumenta, & præsentissima venena converteret? Verbum profectò Dei est ille panis vitæ, & intellectus quo cibari, & aqua simul salutaris qua potari Fidelium animas ab ipsis Religionis Christianæ incunabulis, Redemptor noster edocuit. At verò si sal, quod pro Dei Verbo à Sanctis accipitur, per futiles conciones evanuerit, in quo putrescentia mortalium vitia condientur? Quinimmò si sal idem, quod Prædicatores apertè significat, per eloquentiam planè stultam infatuatum fuerit, reverà non ultra valebit, nisi ut conculcetur, & utinam jam non conculcaretur ab hominibus. Quæ enim Ministerio tam sacro Majestas, qui decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas inest, quando plurimi, ut Paulus clamat, Verbum Dei adulterantes, aut jocis tamquam histriones, aut conversi ad fabulas, uti Poetæ, Auditores sibi prurientes auribus coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamistrato, ac meretricio planè stylo, prædicationem fædè corrumpunt? Mandat ergò Sanctitas Sua, zelo verè Apostolico accensa, ut omnes Primates, Archiepiscopi, Episcopi, cæterarumque Ecclesiarum Præsides, quorum præcipuum munus est, Verbum Dei administrare, Gregemque pascere, tantis corruptelis occurrant, easq; Concionatoribus opportunè ob oculos ponant, ut fugiant à facie tot pestium potiùs, quàm collubrorum. Et præsertim universi intelligant, quod per Hieremiam Deus illis indixit: Propheta, qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè; quid palea ad triticum? Numquid verba mea non sunt ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras? Videlicèt oportere, conciones non paleis refertas esse ad vanitatem, sed igne veritatis succensas. Porrò sciant non levem esse culpam, sed grande piaculum, gravissimaque pœna mulctandum, ubi per scurrilitatem Verbum Dei, velut in scenam adducunt, atque Auditoribus deridendum traduxerint. Prætereà neque per quæstiones curiosas, ac paradoxa vana, ità suprà captum populorum assurgant, ut verè queantur: Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Similiter neque

per illecebras inanium verborum res non minus vanas obtrudant, & per ostentationem memoriæ, atque pronunciationis præcipitantiam, quasi præstigiis Auditorum animos, aurèsque ludificent. *Quamobrem Antistites per se, si tempus vacaverit*, tum in Cathedralibus, tùm in aliis Ecclesiis seriò animadvertant, & in Diœcesi Vicariis Foraneis, aliisque Ministris, probisque viris, à quibus ea super re relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac si Concionatores normam hujusmodi transgressos compererint, eos à prædicationis munere ad tempus beneviſum suspendant, aliavè ratione pro modo culpæ plectere curent, subrogando interim alios, qui salutari modo populo ostendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam valeant consequi. Eminentia igitur Vestra, in Civitate, ac Diœcesi ejus curæ credita, Sanctiss. D. N. jussibus, proprioque muneri satisfacere non gravabitur, idemque suis suffraganeis, vel qui Synodo Provinciali interesse consueverunt, significare. Et E. V. manus humillimè deosculor. Romæ 6. Julii 1680.

Humillimus, & Addictissimus Servus

F. Cardinalis Columna.

S. Archiep. Brancacius Episc. Viterb. Secr.

ADNOTATIONES.

1. PRÆDICARE VOLUERINT. Regulares positi sunt in Ecclesia, ut sint Cooperatores, & Adjutores Episcoporum in salute Animarum procuranda, ut habetur *in Concilio Lateranen. sub Innoc. III. c.* 10. & se talem esse profitebatur Apostolus, *Cooperatores Dei sumus*. Undè hi multiplicati sunt, ut Episcopos juvent; quia ipsi Episcopi à Christo Domino, qui est Princeps Pastorum, & Apostolorum, ad munus prædicandi primariò missi sunt, ut patet ex ejusdem Christi verbis-- *Vos estis lux Mundi, vos estis sal Terræ, Matth.* 5. Neq; illos juvat excusatio, quod ad prædicandum apti non sint, quoniam Deus afflat, ut doceant opportuna plebibus sibi concreditis, dummodò non sint desides, ut monet Bail. *in Sum. Concilior. adnot.* 10. *Can. Conc. Lateran.* 4. *pag. mihi* 420. & post eum Petr. Vecchia *Episcopus Vigilien. in tract. de Eccles. Militan. l.* 1. *cap.* 7. *n.* 43.

2. Credendum ne est, quod verba illa, quæ proferuntur ab Ecclesia in consecratione Episcoporum, nempè- *Accipe Evangelium, & vade prædica Populo Tibi commisso*, dicta sint perfunctoriè, & jocosè? & alia Christi Domini -- *Ite in universum Mundum, & prædicate Evangelium omni creaturæ*, Apostolis dicta, quorum loco Episcopis constituti sunt, quod ociosa sint, certè quod non: Nam DD. mox citandi cõmuniter tenent obligationem hanc vigere.

3. Et primò, Eugenius IV. in Bulla, quam edidit de Cardinalium dignitate, & præstantia, quæ reperitur *impressa in Bullar. tom.* 1. *Constit.* 15. *ejusdem Pontificis*, munus Episcoporum distinguendo, *in fine §.* 5. sic loquitur--*Decuit etiam cum Summus Pontifex Christi repræsentet personam, & quemadmodum Christo conversanti in terris assistebant Apostoli, ità etiam Cardinalium Cœtus Apostolicum repræsentans coram Papa assisteret; reliqui verò Episcopi ubique diffusi, Apostolos repræsentant ad prædicandum per Orbem missos.*

Lel. Zecch. *in tract. de republic. Eccles. tit. de Concionator.* dicit, quod munus hoc prædicandi est dignissimum, & principalissimum omnium munerum, quæ sunt in Ecclesia Dei, ex quo fuerit præcipuum munus Christi Domini, ac etiam quia successores Apostoli cætera munia Apostolatus Discipulis commiserunt, & munus hoc prædicandi sibi reservarunt: inde inferens, quod non putarunt illud facilè aliis commitendum, & quod

& quod ideò Concil. Trident. vocet munus proprium Episcoporum, qui si per se ipsos non prædicent legitimè non impediti, peccent mortaliter. *Unde Episcopi peccant* (sunt ejus verba num. 7. peccato nono) *tàm si non habentes impedimentum ipsi non prædicant, tàm si habentes impedimentum saltem per alios non prædicant.*

Navar. *in Commentar. tit. de peccat. diverss. stat. cap. 25. num.* 44. affirmat, quod Episcopus legitimè non impeditus, contraveniens præcepto *Concilii Trident. sess. 24. c. 4. de refor.* peccet mortaliter.

Monach. *de arbitr. jud. cas.* 424. *n.* 1. & 2. asserit, quod munus prædicandi pertineat ad Episcopos ex mandato, & legatione Divina, & quòd nullo jure, vel ratione ab eo desistere possunt, vel debent.

Paris. *de resignat. lib. 5. quæst.* 3. *n.* 234. *& tribus seqq.* auctoritate, & eloquiis Scripturarum, ac Conciliorum probat, quod officium Episcopi sit oneris, & non honoris, dicaturque vita docendi, & prædicandi.

Bellett. *disq. Cleric. tit. de pœnit. Cleric.* §. 30. *num.* 17. eisdem effatis item probat Episcopum non prædicantem graviter peccare, nisi legitimo detineatur impedimento.

Pac. Jord. *lucubn. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *de prædicat. verb. Dei* ingenuè fatetur ministerium Verbi Dei inter præcipuas Episcopi curas connumerari, & nisi legitima excusatio interveniat, eum culpam haud evadere: licèt se ipsum excuset propter defectum Illyrici idiomatis.

Lauret. de Franch. *contr. part.* 1. *num.* 611. solidè comprobat Episcopum non esse immunem à culpa, si omittat prædicare, nec posse huic oneri per alios satisfacere, nisi legitimè reperiatur impeditus.

Barbos. *de jur. Eccles. univers. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 20. tenet, & docet, quòd omnes Episcopi, & alii Ecclesiarum Prælati, tenentur per se ipsos, si legitimi impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Christi Evangelium.

Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 21. *quæst.* 1. firmat, quod Prælati omnes, & Præpositi Curam Animarum habentes, teneantur ex vi eorum muneris suis subditis Verbum Dei prædicare, & viam salutis ostendere per se ipsos, nisi legitimo impedimento detineantur, aliàs eos grave peccatum committere.

Fagnan. *in cap. inter cætera de offic. ordin. num.* 10. & 11. tenet, quòd Episcopi non excusentur ab hoc munere prædicationis prætextu contrariæ consuetudinis, quia est contra præceptum Divinum, eamque uti frivolam funditùs evulsam fuisse testatur à P. Hieronymo Narnio olim Sac. Palatii Concionatore celeberrimo, quem Apostolici Verbi Tubam vocat.

Pirhing. *in jus Can. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 90. & 91. *Fagnan.* sequendo, confirmat propositionem, quòd cessante justo impedimento, teneantur Episcopi per se ipsos ex præcepto Divino prædicare, neque eos per substitutos satisfacere, quia censeatur electa industria personæ, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela censenda sit.

Passerin. *de hom. stat. tom.* 1. *quæst.* 184. *artic.* 6. *num.* 29. & 30. fulcro Divinarum, & humanarum scripturarum firmat, quod solius Episcopi est populum docere, & verbum Dei prædicare; eique propterea in consecratione munus hoc specialiter impositum reperiri; quia (ut Author bene probat) Episcopus habet Curam Animarum per modum causæ principalis.

Idem eodem tract. tom. 2. *quæst.* 187. *artic.* 1. *num.* 1002. & 1003. iterum dicit, quod prædicatio Verbi Dei est proprium Episcoporum munus: & quia Episcopi non valebant per se ipsos in tota Diœcesi prædicare, ideò Deus inspiraverit Sanctis Patriarchis Dominico, & Francisco, ut Ordines suos instituerent, ad hoc ut eorum filii Episcopis *Adjutores* essent ad disseminandum verbum Dei,

Petr. Vecchia *olim Abbas Cassinen. & postea meritissimus Episcopus Vigilien. in tract. quem edidit Romæ anno* 1683. *de Eccles. milit. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 43. clarè docet, quod obligatio Episcoporum verbum

Dei prædicandi non adimpletur tuta conſcientia per ſubſtitutos, niſi adſit aliquod grave impedimentum.

4. Hæc veriſſima ſunt tam apud laudatos Authores, quàm alios innumeros, quos poſſem allegare (& nemo inficiet.) At in dubium cadit, quænam ſint cauſæ legitimæ, ſeù impedimenta, quibus Epicopi ab onere prædicandi per ſe ipſos excuſantur, eiſque per Concilium conceditur uti miniſterio aliorum?

5. Pac. Jord. *loco ſuperiùs citato* dubium movens, indeciſum relinquens *num.* 110. hæc habet, *Fateor quidem hinc urgeri tam claris, præciſis, & repetitis juſſionibus Sacr. Canonum, & Conciliorum, inde levari ex quotidiana praxi, & obſervatione, qua lex videtur limitata: nec audeo, ut ſuperiùs tetigi, in re tanti ponderis quicquam ex proprio capite muſſitare.* Et paulò inferiùs poſt relata verba *Gregorii Magni in Homil.* 11. Ezech. ſic periodum claudit -- *Propitius ſit mihi Jeſus Chriſtus, ad cujus Sacra veſtigia provolutus in amaritudine animæ meæ fateor ingenuè inter cæteras negligentias, ac torpores meos hunc principem locum tenere, & aſſiduis ſtimulis animum lancinare meum, intimaque præcordia ferire.*

6. Verùm, quod ſpectatæ virtutis, & doctrinæ Antiſtes auſus non fuit attingere, liberiori calamo (& utinam non deteriori) Provinciam hanc arduam ingreſſus, definire non trepidavit Paſqualig. ad Franc. *ſuprà allegat. par.* 1. *n.* 612. ubi hìc Author fidenter tenet, quod munus Epiſcopi per ſe ipſum prædicandi ceſſet, & impleri poſſit per ſubſtitutum, quoties concurrit impedimentum *inhabilitatis*, quo nullum potentius (ut ipſe ait:) quam inhabilitatem adeſſe aſtruit. Primò ſi Epiſcopus longam orationem texere, & memoriter reddere non valet. Secundò ſi non ſit Theologus. Tertiò ſi tantum temporis pro ſtudio Concionis inſumeret, ut non poſſet cæteris negociis Epiſcopatus vacare. Quartò ſi ita inconcinnè annunciaret verbum Dei, ut potius ſe contemptibilem redderet, quàm populum inſtrueret. Quintò demum eum excuſari conſuetudine ſaltem Italiæ, in qua Epiſcopi non prædicant, vel pauci bis, ac ſemel in anno tantùm.

8. Poſt Paſqualigum, & alios, ſi qui ſint hujuſmodi farinæ DD. rejiciunt diſciplinæ Eccleſiaſticæ Aſſertores. Et ad primum reſpondent, quod Epiſcopus ut ſuo muneri ſatisfaciat, non debet, nec tenetur texere, & memoriter reddere longam, & rethoricam orationem (ut fingit iſte Author) ad inſtar Concionatorum Regularium; ſed ſatis eſt, quod familiari ſermone exequatur monita Pontificalis Romani *in tit. de viſit. Paroch.* ubi dicitur, quod Epiſcopus viſitando, *inducit populum ad pœnitentiam*, (ſunt verba præciſa) *inſtruit in Eccleſiaſticis Sacramentis, & in articulis fidei, & qualiter debeant declinare à malo, & facere bonum, fugere vitia, & ſectari virtutes, alteri non facere, quod fieri ſibi nolunt.* Hæc ſunt argumenta Concionum Epiſcopi, quæ Sancta Mater Eccleſia præſcribit, pro quibus probandis, & explanandis non textilis oratio, non elegans ſermo, non memoria profunda, aut anacroniſma digreſſio requiritur; ſed homiliaſtica explanatio, humilis, brevis, & facilis ex Cathechiſmo excerpta.

8. Et eadem ferè in ſenſu ſuo tamquam eſſentialia Concionis loqui voluit in Eccleſia Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 14. nempè. *Quid credendum. Quid ſervandum. Quid vitandum. Quid timendum. Quid ſperandum;* ut tradit Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 33. & poſt eum Tambur. *de jur. Abbat. to* 2. *diſp.* 11. *q.* 3. *n.* 6. 3. quæ potius per modum Cathecheſis tradenda ſunt, quam per ſermonem compoſitum, ad captum cujuſque accommodatæ.

9. Ad ſecundum præſignatum impedimentum reſpondetur, quod ex ipſa Concilii Trident. diſpoſitione tollitur. Nam *in cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ubi de eligendis ad Cathedrales ſit ſermo, nullum verbum habetur, quod hi debeant eſſe Theologi, ſed præditi aliis qualitatibus, quæ juxta Sacros Canones requiruntur. Cum igitur *Concil. eadem ſeſſ. cap.* 4. & *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reform.* definiat, munus prædicandi ad Epiſcopos principaliter pertinere, ſatis agnovit huic oneri probè ſatisfieri poſſe à non Theologis. Et ideò

in

in consecratione Episcopi, non interrogatur promotus, an sciat Theologiam; sed an sciat utrumque testamentum, circa quæ sufficit, ut calleat Dei mandata, & articulos fidei, Sacramentorum doctrinam & alia, quæ ad Animarum curam necessaria sunt, ut observat Bonac. *de restit. in gener. qu.* 1. *punct.* 1. *n.* 16. *circa fin.*

10. Et cum Episcopi præsertim Italiæ, non mittantur ad illuminandos infideles, aut confutandos Hæreticos, sed ad erudiendam plebem ipsis commissam, minor doctrina exigitur in eorum Concionibus, ut generaliter de Prædicatoribus loquendo, distinguit Donat. *prax. rer. regular. tom.* 3. *tract.* 6. *quæst.* 8. *num.* 7. ibi: *Si verò roges, quanta debeat esse scientia ad rectè prædicandum, dico, quod de hac re non potest dari certa regula, cum loco, tempori, & personis debeat esse proportionata; sunt enim qui ad illuminandos populos, & Hæreticos confutandos mittuntur; & hi debent esse potentes in opere, & sermone, cap. inter cætera de offic. jud. ordin. Alii autem assumuntur ad viam perfectionis dirigendam, & hi debent habere efficaciam sermonis. Alii tandem mittuntur ad plebem erudiendam, & in his minor doctrina, & perfectio exigitur: in omnibus autem quod ad doctrinam attinet, necesse est, ut fidei dogmata, & moralis doctrinæ præcepta absque periculo errandi tradere possint.*

11. Ad tertium dicunt, quod non est impedimentum, sed merum figmentum. Quia cum Episcopus non teneatur, neque debeat quotidie prædicare Verbum Dei, sed tantum Dominicis, & solemnibus festis diebus, ad Concilii præscriptum: imperceptibile est, quod hic sit tam habetis ingenii, ut ad præparandum brevem sermonem, juxta modum supra insinuatum, insumere debeat totam hebdomadam, & per totum annum. At si iste casus daretur (qui vel numquam, vel rarò eveniet) talis Episcopus diceretur potiùs invincibiliter ineptus, quàm impeditus ad prædicandum. Cæterum nullum aliud negocium habet Episcopus, quod huic, de quo loquimur, præferre impellatur. Immò hoc unum, quod est maximum, & necessarium, primum omnium adimplere tenetur, aliaque minora abjicere, & aliis committere, ne illis præfocatus, verbo Dei non possit vacare, ut expressè eum monitum voluit Text. *in c. te quidem* 11. *q.* 1. *c. dispensat.* 43. *distinct.* & benè advertit Passerin. *de stat. hom. q.* 185. *art.* 8. *num.* 8. *tom.* 1.

12. Ad quartum assertum impedimentum (quod etiam approbatur à Pignatel. *consult.* 151. *num.* 2. *tom.* 10.) respondetur ut ad proximum, quod non est impedimentum, sed futilis excusatio, quæ blanditur auribus illorum, qui Episcopatus redditus, & honores quærunt, sed non labores. Vana quippe excusatio, quod Episcopus nesciat concinnè exponere verbum Dei, nec gestus facere, nec scitè declamare. Quia, ut jam dictum est in responsione ad primum, nullum horum exposcit Episcoporum prædicatio, quæ non ordinatur ad captandam gloriam hominum, & audientium plausum, sed ut exemplo Apostolorum cum fiducia loquentes verbum Dei, plebem erudiant in lege Domini, quod aptè, & dignè fit, *col comparire per se stesso in un Pergamo in publico* (sunt verba citati Episcopi Vigilien.) *à dire quattro parole, e far due brevi, ma Paterne, amorose, & efficaci esortazioni &c. Nè impedimento legitimo sarà mai appresso Dio il non havere una prontezza di dire, ed humana facondia, ed erudita eloquenza, che à comparir con applauso molto necessarie si stimano: mentre quel sagrosanto ministero da Prelati Ecclesiastici, e da Pastori d' Anime, non hà à trattarsi in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualia spiritualibus comparantes, come n' insegna à fare col suo esempio l' Apostolo scrivendo à Corinthi* 1. *Cor.* 2. *n.* 13. *e replica num.* 3. *Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis; con cui si come San Paolo convertì, & ammaestrò tutto il Mondo, secondo che testifica la Chiesa, Deus qui universum Mundum Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti; così potrà ogni Vescovo ammaestrare i suoi popoli, e far frutto maggiore nella sua Chiesa, che con*

bella, e fiorita, erudita, e pompoſa eloquenza, ed humana dottrina, per lo più inimica di Dio, e inhabile à far frutto, e perciò indegna della bocca d' un Prelato, e Paſtore.

13. Et paulò poſt, oſtenſo quod hoc munus non eſt committendum ſubſtitutis, qui ut plurimum Mercenarii ſunt, & non pertinet ad eos de ovibus, ſubjungit: *Onde chi animato una volta ſaliſſe à quell' eroica azione, ſe non ſi dimoſtraſſe alla prima un Boccadoro, un Agoſtino, un Ambrogio, un Leone, ò un Gregorio, forſe forſe che proverebbe ſopra di ſe quell'aſſiſtenza, e pienezza dello Spirito Santo, che gli Arciveſcovi Colombini di Ravenna provorno, perche ſubito eletti o così ben peroravano, che havrebbero confuſo i Demoſteni, & i Tulii, e quegli che fù l'ultimo di condizione più baſſa, e di lettere nulle per nome Severo, non ſolamente dottiſſimo Oratore mà illuminato Profeta nel ſuo improviſo diſcorſo ſi dimoſtrò in un ſubito predicendo à ſuoi popoli ch' egli ſarebbe l'ultimo dallo Spirito Santo in quella forma viſibile eletto, come ſeguì. E così à queſti ſeguirebbe etiamdio, mentre lo ſpirito medeſimo, e Santo Spirito, che loro aſſiſteva, non negherà à chi lo implora, e in lui confida ciò c' hà promeſſo à ſuoi ſervi, e ſuoi fedeli, davanti à Magiſtrati, e Tribunali del Mondo à profeſſar la ſua fede chiamati &c.*

14. Cujus Præſulis monita mirificè comprobat auctoritas S. Cypriani, quem refert *Bzov. Hiſtor. Eccleſ. lib. 3. ad annum Chriſti 252. num. 16. Epiſt. 2.* dicentis: *Cum de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. Denique accipe non diſerta, ſed fortia; nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucatam, ſed ad Divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate ſimplicia.*

15. Quis igitur Præſul hæc ſeriò recogitans, & recto corde ruminans, aptitudinem ſufficientem ad verbum Dei enunciandum non habere affirmabit? aut ſi actu non habeat, brevi tempore & conatu illam acquirere diffidet? ubi eſt contemptus, & irriſionis occaſio, quam tanti faciant Paſqualig. & Pignatell. qui ut hominibus placeant, à veritate auditum avertere faciunt, & ad fabulas convertuntur; præceptaque Dei, & Eccleſiæ laxis habenis invertere nituntur? Audiant Epiſcopi, qui iſtorum erroneam doctrinam ſectantur, verba Jo: Echii, quæ refert Barboſ. *vot. 123. lib. 3. num. 8.* ibi: *Noſtrates Prælatos Apoſtolicum ordinem invertere, dum ſpiritualia graviora quàm quæ ſubeant rati, in Pontificalibus Suffraganeorum, in judicialibus Officialium, in abſolvendis peccatoribus Pœnitentiariorum ope utuntur, in prædicatione Monachum aliquem neſcio quem proferunt, in aliis ſpiritualibus alios habent Vicarios.* Et poſtea ex Expencæo ſubdit: *Adibunt concionabundi hujuſmodi per Vicarium Paradiſum, in perſona inferos.*

16. Præterea ad hoc ut iſta prætenſa inhabilitas, ſeù ineptitudo Verbum Dei prædicandi (Sac. Canonibus, Conciliis generalibus, ac ſupra citatis DD. prorſus abſcondita,) legitimam excuſationem præbeat, neceſſe eſt, quod Epiſcopus ea impeditus, fecerit quantum potuit, & omne conatum adhibuerit ad illam removendam, aliàs, voluntariè diceretur impedimentum pati, ut communiter docent DD. quos referunt, & ſequuntur Barboſ. *ſupra Concil. ſeſſ. 23. de refor. c. 2. n. 3.* Sperell. *deciſ. 85. n. 26.*

17. Si enim Epiſcopus nullam, vel minimam adhibuerit diligentiam ad removendum tale aſſertum impedimentum (quod ſtudio poteſt ſuperari,) accingendo ſe ad actus proximos, experimentum, ſeù periculum faciendo, utique ineptitudo ſuppoſita eum non excuſabit à culpa: Quia quiſque tenetur ſcire ea, quæ ad ſuum ſtatum, & officium ſpectant, quæ qui negligit habere, vel facere, peccat peccato omiſſionis, ut ex D. Thom. 1. 2. *quæſt. 76. art. 1.* benè probat Sebaſt. Medic. *in Sum. peccator. capital. tit. 5. qu. 37.* Unde Epiſcopus ignorans, quia non vult ſcire, ignorabitur juxta illud Pauli 1. ad Corinth. 14. quod dictum refert Navarr. *conſ. 1. de Conſtit. num. 1.* ubi ad caſum apta leguntur hæc verba: *Cui conſequens eſt, ignorantiam, quam quis habet, quia non vult ſcire quo liberiùs peccet (& nos dicamus quo liberiùs*

ocie-

ecietur) quæ appellatur affectata, vel ob negligentiam laborandi & efficiendi, quod ad sciendum homines suæ conditionis arbitrio prudentis viri efficere debent, quæ appellatur crassa, non excusare, ut idem S. Thom. tradit in d. art. 8. & probatur per illud Apostoli 1. Corinth. 14. ignorans ignorabitur, quod intelligitur de eo, qui noluit intelligere ut benè ageret, Psal. 68. c. ideò 37. dist. noluit inquam aut optando non intelligere, aut non faciendo id quod debet ad intelligendum. Hæc Navarrus.

18. Et magis proximè Pariſ. *de resign. lib. 5. quæst. 8. num. 105.* ubi de idoneitate Episcoporum loquendo sic ait: *Secundò deduco aliam conclusionem, ut Episcopus competentis litteraturæ sit tolerandus in Episcopatu, etiam si sit ignarus administrare temporalia, & spiritualia. Verùm (nota) tenetur addiscere ea quæ spectant ad suum officium, Innocent. in d. c. nisi, & ideò quis non excusatur prætextu ignorantiæ, quando addiscere potuit, quod ignorat, etiamsi Episcopus esset senex.* Et num. seq. *Quamvis nemo teneatur ad sciendum, sed ad operandum secundum conscientiam, & ad credendum, &c. tamen speciale est hoc casu ratione officii, &c. secundò quamvis ignorantia non sit peccatum, tamen in his qui sunt in aliquo officio, & negligunt discere ea, quæ pertinent ad illud officium, est peccatum.*

19. His quatuor assertis impedimentis explosis. Ad quintum responsum dedere Fagnan. & Pirhing. *loco superius in principio citato*, nuper elapsi sæculi Canonum verè Doctores. Sicque ex hucusque degustatis non obscurè (ni fallor) apparet, quod causæ, quas afferunt Pasqualig. & Pignatell. ad excusandos Episcopos à munere prædicationis per se ipsos, esse prorsus irrelevantes. Consultòque me horum Authorum dicta, non Sanctorum Patrum, non Eremi Incolarum auctoritate; sed Canonistarum, & aliorum DD. moderniorum, tùm in Divinis litteris, tùm in forensibus disciplinis, & institutis apprimè versatorum, refutare voluisse, ne Episcopi, qui malè hæc audiunt, inde novam surriperent excusationem, hanc scilicet, quam tradimus, esse doctrinam antiquatam, & solum sæculis jam præteritis applicabilem.

20. Non inficior tamen (quæsito in principio proposito quantum mea fert capacitas satisfaciam) plures dari excusationes, quæ reputantur legitimæ, quarum Prima est, ineptitudo, seu hebetudo invincibilis Episcopi, quæ studio, & experimento superari non potuerit; nam cum ignorantia, seu inhabilitas invincibilis ad operandum (quæ talis dicitur quoties studio removeri non potuit) non sit peccatum, ut ex D. Thom. 1. 2. *qu.* 76. *art.* 1. probat Medic. *in Sum. peccat. capital. tit.* 5. *qu.* 37. & 38. neque removibilis, res videtur redacta ad impossibile, cujus nulla est obligatio, *l. nemo potest, ff. de regul. jur.*

21. Secunda, Infirmitas corporis, aut mentis: Etenim corpore infirmus non tenetur ad munera personalia, neque comprehenditur in generali dispositione, ut plura privilegia infirmorum referendo tradit Medic. *in tractat. de fortuit. casibus part.* 2. *q.* 6. *num.* 21. & 28. Infirmus verò mentis, puta oblivione seu memoriæ imbecillitate, furore, vel dementia impeditus, multò magis excusabitur: quia qui hæc patitur æquiparatur absenti, & dormienti, ut dicit Medic. *loc. citat. quæst.* 5. *num.* 9. & ignoranti invincibili, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 41.

22. Tertia. Absentia à Civitate, vel Diœcesi ex causis à jure approbatis, quas *Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* ad quinque reducit, scilicet Charitas, Urgens necessitas, Obedientia, Ecclesiæ suæ aut Reipublicæ utilitas, Officium aliquod Episcopatui annexum: quas sigillatim explicat Passerin. *de stat. hom. tom.* 1. *qu.* 185. *art.* 5. *à num.* 53. *ad* 74. prævia que licentia Sedis Apostolicæ juxta dispositionem Bullæ Urbani VIII. *Constit.* 190. *Bullar. tom.* 5.

23. Quarta. Concurrentia non solum Pontificalium, sed etiam aliarum publicarum functionum, quæ fiunt in Ecclesia Cathedrali de mane in die Concionis, in quibus notabile temporis spatium insumitur, puta Processionum cum Missa solemni, Communionis generalis, Expositionis publicæ Venerabilis Sacramenti, & similium. Ut enim populus in his functionibus libertate spirituali fruatur, & devotio illimitata temporis

men-

mensura erga illas augeatur, non erit Concioni revocandus, neque ordo turbandus, sed poterit Episcopus, immò & debebit à publica Concione abstinere. Lex etenim semper loco, & tempori debet convenire, ut docet *Text. in c. erit autem ubi glos. verb. temporis 4. dist.* & cum non possit omnes casus aperte determinare, ratione naturali dictante, de similibus ad similia procedit, ut inquit Abb. *cons.* 20. *n.* 1. *vers. Et primo præmitto p.* 2.

24. Quinta. Flagellum pestis; tempore enim pestilentiæ non est publicè concionandum, ne populus in unum conveniens morbo epidemico inficiatur: sed tunc egestatibus populi tam corporis, quàm animæ, eleemosyna, & administratione Sacramentorum erit per Episcopum succurrendum exemplo D. Caroli, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 53. *post n.* 9. Et est regula, quod omittens aliquod facere causa pestis, non dicitur negligens, Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 13. *n.* 61.

25. Sexta. Inopinata, & urgens necessitas, quæ temporis dilationem non admittit, in die Concionis consilium, auxilium, & opem rebus publicis, seu privatis in re gravi præstandi, si æquè benè per alium præstari nequeat: Quia sicuti necessitas excusat laborantem die festo, & illum, qui ut ei succurrat operatur, Navar. *cons.* 2. *de feriis n.* 1. 3. ita Episcopus, qui debet esse semper paratus ad opera misericordiæ præstanda, poterit Concionem relinquere, ut proximo in necessitate absoluta constituto subveniat: tunc enim relinquitur opus Dei pro Deo, prout non semel fecisse legimus Sanctum Episcopum Salesium.

26. Septima. Modica interpolatio, seu intermissio Concionum ex aliqua honesta causa, puta Messium, & Vindemiarum: Nam respectu ad tempus totius anni, dicitur modica intermissio. Et quamvis Concilium *sess.* 24. *cap.* 4. *de reform.* dicat, quod Episcopus saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis teneatur verbum Dei annunciare: Nihilominus verba Concilii sunt intelligenda civiliter, salva honestate, & tempore congruo, ut de obligato ad residendum *continuò*, interpretatur Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 977. *n.* 2. & 3. ubi ad hoc refert illud dictum: *Numquam de manu tua exeat Psalterium: hoc est horis congruis.*

27. Et sicuti Cappellanus, qui ex præcepto Testatoris quotidiè tenetur celebrare, potest ex sententia hodiè communi, & a Sacr. Congregatione Concilii approbata, semel in hebdomada licitè vacare: ita poterit Episcopus, qui tantum lege (quæ mitiùs agit) arctatur ad concionandum omnibus diebus Dominicis; & festis solemnibus, ex dicta honesta causa per sex, vel octo Dominicas infra annum à Concione inculpabiliter vacare. Et quamquam suo muneri non satisfaciendo *strictæ subjaceat ultioni*, ut habetur *in cap.* 2. *sess.* 5. *de refor.* Attamen si pro majori parte anni adimpleverit, erit immunis à culpa; exemplo ejus, qui obligatus solvere certam quantitatem ad certum tempus, aliàs non solvendo tempore designato, teneatur ad certam pœnam; si solvit majorem partem debiti, non incidit in pœnam propter minorem partem non solutam, ut communiter tradunt Canonistæ *in c. super his 8. de pœn.* quos refert, & sequitur Barbos. *ibid. n.* 1.

28. Hæ in mea sententia, (sub censura tamen Sanctæ Sedis) sunt juridicæ excusationes, quæ sub regula generali cadere possunt; cæteras ex identitate, vel majoritate rationis æquè justas, & contingibiles, per Episcopum cordatum examinandas relinquendo.

29. Duo autem æra minuta supradicta in præfatorum Assertorum disciplinæ Ecclesiasticæ Gazophylacio inops intuli, non ut Episcopos Verbum Dei non prædicantes ausim damnare: sed cum eos legitimè non impeditos cum Pasqualigo, & Pignatello excusare non potuerim, rationum monumenta, & auctoritates exhibui, memor verbi Jesu (cujus vices in suis Ecclesiis ipsi gerunt) qui dixit se ad prædicandum venisse, *ut Marc. cap.* 1. testatur ibi: *Eamus in proximos vicos, & Civitates, ut ibi prædicem, ad hoc enim veni, & Luc. cap.* 4. ibi, *Oportet me evangelizare Regnum Dei, quia ideò missus sum:* necnon gestorum Divorum Francisci, Vincentii Ferrerii, Bernardini, & aliorum quorundam Sanctorum, quorum

Con-

Concionibus (licèt nimia verborum simplicitate essent compositæ) multa hominum millia legimus ad Deum fuisse conversa, non aliis viribus, quàm viribus ardentissimæ charitatis, quàm in eorum cordibus Spiritus Sanctus accendit; charitas enim foras mittit timorem, omnia suffert, omnia sperat, omnia sibi possibilia ducit, & cum Apostolo clamat, *Omnia possum in eo, qui me confortat. Philip. 4.*

Cætera quæ hic ad intelligentiam, & ornatum hujus Constitutionis afferri possent, tetigimus *in tit. de for. pœnit. For. 3. 4. 5. & 6. & in tit. de var. provis. Form. 6. & 7. & in titul. de Monialibus Form. 24.*

Decretum Sacræ Congregationis circa Indulgentiarum validitatem.

CUm à Sac. Cong. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita Cameracensis Archiepiscopus quæsivisset, quæ vis, & sententia clausulæ, quæ hodiè Brevibus Indulgentiarum apponi solet, *Volumus autem, ut si aliàs Christifidelibus d. Ecclesiam qualibet anni die visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint;* Sacr. Congreg. rediligentiùs examinata, clausulam sic explicandam censuit, si videbitur S. D. Nostro. Ea minimè contineri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo generi personarum concessas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliasve hujusmodi preces recitantibus, ac iis qui Christiana doctrina eruditur, vel alios erudiunt, & qui Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti expositioni cum Oratione Quadraginta horarum intersunt, neque Stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias instar septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum, quæ pro unica vice conceduntur. Cæterum si alia Indulgentia, sive non plenaria in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice, generatim Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus, eodem anni die, vel diverso, concessa fuerit, de qua non fiat in litteris Apostolicis mentio, has litteras ob adjectam clausulam esse prorsus irritas, ac nullas.

Datum die 23. Junii 1676.

De his autem facta relatione ad Sanctiss. Dominum Nostrum die 18. Martii 1677. sententiam Congregationis approbavit.

C. Card. Maximus.

Michael Angelus Riccius Secret.

Aliud Decretum de Indulgentiis fictis.

DElatæ sæpiùs fuere ad Sacr. Congr. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositam, Indulgentiæ quædam confictæ, & omninò falsæ, quæ per diversas Orbis Christiani partes circumferuntur; aliæ verò examinandæ, quæ adhibito studio inventæ sunt, vel apochryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocatæ, vel nullæ, quòd datum eis tempus præteriisset; quarum quidem plurimæ, cum non facilem cognitionem habeant Christifideles harum rerum, minùs peritos

ritos fallunt, qui ſpe indulgentię, remiſſioniſque peccatorum ſuorum conſequendę fruſtrantur. Quamobrem eadem Sacra Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies ſerpenti occurrere, animarum profectui, & Indulgentiarum dignitati conſulere, plures illarum ſingulari diligentia colligi, & in indicem referri curavit.

Tales in primis ſunt illę, uti aſſerunt, conceſſę à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus Orationem charitatis Jeſu Chriſti D. N. *Precor te, Piiſſime Domine, &c.* ab Urbano II. Eccleſię S. Marię, ut vulgò dici ſolet, Campagnolę, & S. Victoriæ, ab Eugenio III. Revelationi de plaga in humero Jeſu Chriſti factę S. Bernardo, ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptionis, à Bonifacio IX. viſitantibus Cappellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die feſto, à Joanne XXII. oſculantibus menſuram plantę pedis B. Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini B. Mariæ vulgò dictæ, Laghetti, à Leone X. geſtantibus funiculum S. Franciſci primùm in Urbe impreſſæ, deinde Mediolani anno 1665. (ſuas tamen habent, & veras Confratres Archiconfraternitatis Cordigerorum S. Franciſci) recitantibus Salutationem Angelicam ad pulſum horologii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis Immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna ſubjecta eſt, à Pio IV., vel Pio V. Principi Senarum, à Clemente VIII. dicentibus Orationem, *O magnum Myſterium &c.* & Eccleſię S. Mariæ, quam vocant Montis Serrati, Avenione impreſſæ, tum alię pro animabus Chriſtifidelium Defunctorum impreſſæ Matriti 20. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum, *Te Matrem Dei laudamus, Te Mariam Virginem confitemur &c.* vel ſi die Sabbathi intererint dum idem canitur, & Coronis, Roſariis, Imaginibus, & Numiſmatibus, quæ Medalias appellant, ab eo benedictis, Federico Cardinali Borromęo ſupplicante anno 1611. dùm Eccleſia Romæ in honorem S. Caroli ædificaretur, & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus, *Sia lodato il Santiſs. Sacramento*, Laus Sanctiſs. Sacramento, ab Urbano VIII. in honorem ejuſdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus celebrata Miſſa dicentibus, *Ave filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii &c.* à Clemente X. recitantibus mane, meridie, ac veſpere conſuetam Antiphonam, *Angelus Domini &c.* & in fine *Deogratias, & Mariæ*, ac demum aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tributæ, ut ajunt, Coronis Myſteriorum Paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ad preces Magni Ducis Etruriæ.

Talis Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, qua repetita quinquies Oratione Dominica, & Salutatione Angelica, unam liberari Animam quolibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliæ Peruſii Confraternitatis SS. Sebaſtiani, & Rocchi, & Romæ Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani; tales demùm aliæ Cruce ſignatorum S. Euſtorgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Ejus generis ſunt & illæ conceſſæ, ut ajunt, Cappellæ Roſarii in Eccleſia Sancti Antonii de Rovigo, ſeu Rodigii, vel Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni die feſto Inventionis Sanctiſſimæ Crucis, vel geſtantibus funiculum Sancti Franciſci de Paula, vel celebrantibus Miſſas Sancti Auguſtini, aut alias quinque in honorem quinque feſtivitatum B. V. vel recitantibus Officium Sanctæ Franciſcæ Romanæ, aut Antiphonam, *O Paſſio magna &c.* in memoriam Paſſionis Jeſu, aut Roſarium Sanctæ Annę

quod

(quod Congregatio Sac. Rituum non probat) aut Orationem, quæ impressa cum Imagine Sanctæ circumferri solet, *Ave gratia plena &c.* (quæ Oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatæ, quod asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem, *Deus qui Nobis in S. Syndone &c.* (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. concessa precibus Ducissæ Sabaudiæ ad annos 25. cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam *Ave filia Dei, &c.* post communionem recitandam, vel aliquo conspicuo signo venerantibus Santissimi Eucharistiæ Sacramenti nomen; Indulgentiæ rursus octoginta millium annorum veteri de Tabula exscriptæ, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicentibus Orationem illam verè piam, *Deus qui pro redemptione Mundi &c.* tùm quæ impressæ fuerunt Papiæ Anno 1670. sub hoc titulo, *Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di N. S. Papa Leone X. all' Imagine della Concettione della Gloriosa Vergine Maria*, vel Pisauri sub nomine B. Joannæ, anno 1608. evulgatæ, vel Barlettæ, seù Baruli à recitantibus quasdam non sanè malas Orationes, lucrandæ, vel Parmæ à visitantibus per Quadragesimæ dies Ecclesias Tertii Ordinis S. Francisci, vel Pistorii, & Vastallæ à recitantibus Orationem *Ave Sanctissima Maria Regina Cœli &c.* & aliæ in peculiari impresso libro descriptæ, quibus frui dicunt devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensibus tributæ dicuntur, vel Coronæ, sivè Stellario Conceptionis Virginis Immaculatę, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloysiæ ab Ascensione Hispanæ Monialis Ord. S. Claræ, vel mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini nostri, vel Imagini, aut mensuræ vulneris lateri ejus inflicti; vel Orationi, ut ajunt in Sepulchro Domini nostri repertæ, & Indulgentiæ, ut ajunt, innixæ Revelationi factæ Sanctis Birgittę, Mectildi, & Elisabeth, vel B. Joannę de Cruce, & concessę, ut asserunt, granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantię S. Francisci.

Omnes verò, & singulas jam dictas Indulgentias Sacr. Congregatio partim esse confictas, & planè falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quę nemini suffragari possunt; easque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Christifidelibus proponi vetat; foliaque & libros, ubi sic proponuntur, seù asseruntur, omninò præcipit aboleri, nisi prędictę indulgentię fuerint diligenter expunctę; nec ideò tamen vult alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris, & legitimis, tacitèque probatis haberi.

Ac demum omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clementis VIII. latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Rosariis, Granis, seù Calculis, Crucibus, & Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit *Romanus Pontifex &c.* editum 23. Maii anno 1606. personis Regularibus quarumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Clementis VIII. cujus initium *Quæcumque &c.* & 68. Pauli V. incipientem, *Quæ salubriter &c.* habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate, etiam Jesu, Capitulo, vel Cœtu quocumque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliisque personis, vel persona, etiamsi earum, vel ejus mę-

tio

tio specialis, & individua facienda esset, nisi fuerint deindè Romani Pontificis authoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius esse roboris, & momenti pariter declarat.

Porrò Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinæ Christianæ, Confraternitatibus Sanctiss. Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rosarii, B.M. de Mercede, & Redemptionis Captivorum, B. M. de Monte Carmelo, Centuræ S. Augustini, & S. Monicæ, nisi ab eadem Congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatæ sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantùm Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat: Semel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolatè servari jussit.

Datum Romæ die 7. Martii 1678.

Aloysius Card. Homodeus.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secret.

(Et sequitur publicatio dicti Decreti.)

Aliud Decretum ejusdem Congregationis.

PRoposito Dubio: An verba Pontificii Brevis concedentis Indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus, Cappellam intra Claustra Regularium sitam visitantibus, sic accipi possint, ut comprehendant Cappellam in ipso Dormitorio constructam; Sac. Congr. respondit, minimè illam comprehendere, nullamque tribui facultatem Mulieribus ingrediendi Claustra.

Datum Romæ die 2. Maii 1679.

A. Card. Homodeus.

Michael Angelus Riccius Secret.

ADNOTATIO.

HÆC quæ hìc de Indulgentiis Decreta allata sunt, non indigent glossa. At super his monendi sunt ab Episcopo Parochi, aliive Animarum Rectores, ut de usu, & vigore Indulgentiarum populum reddant instructum, ad hoc ut debita dispositione accedant ad lucrandum eas, ne illis abutantur, & venenum potius, quàm medelam indè propinent.

Litteræ Sac. Congr. Concilii encicli-cæ super Patrimonio Ordinandorum.

SUMMARIUM.

1 *Cappellaniæ cum onere celebrationis Missarum non sunt Beneficia, quamvis sint perpetuæ, neque ad illarum titulum potest quis ordinari, necessitate, aut utilitate Ecclesiæ non concur-*

currente, & num. 2. 3. 4. 5. & 6.

7 *Viri docti, & probatæ vitæ possunt ordinari ad titulum Patrimonii, etiamsi necessitas Ecclesiæ non adsit.*

8 *Ordinari quis non potest ad Ordines Sacros ad titulum fidejussionis alimentorum personæ divitis, quamvis adsit necessitas Ecclesiæ, & reiicitur opinio* Pignatell. *n.* 9.

9 *Ordinati ad titulum Patrimonii, an, & quando cogantur residentiam facere & ab Episcopo ad redeundum cogi, & num. 12. & 13.*

10 *Clausura* -- arbitrio *contenta in rescripto Papæ confert Delegato ejus authoritatem, & n. 15. & 16.*

17 *Potest quis ordinari à proprio Ordinario ad titulum Beneficii, licèt tenuis, dummodo adjuncto Patrimonio sit simul sufficiens ad victum.*

18 *Patrimonium, ad cujus titulum quis promotus fuit, remanet exemptum ab oneribus, & collectis etiam post Beneficii assecutionem.*

ET si Sac. Concil. Trid. *cap. 2. sess. 21. de Reform.* diserte caveatur, ne quis Clericus Sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad Sacros Ordines promoveatur, nisi priùs legitimè constet eum *Beneficium Ecclesiasticum*, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere: Patrimonium verò, vel Pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate Ecclesiarum suarum: Temporis tamen cursu animadversum est nonnullos Episcopos ab hac Ordinandi norma, absque ullo discrimine deflexisse, passim quoscumq; ad Patrimonii titulum ad Sacrum Ministerium admittendo. Quantum ex hoc jacturæ in Ecclesiastica disciplina acceptum fuerit, manifestum est. Quare Sanctissimus Dominus Noster pro suo insigni zelo malis hujusmodi providè obviaturus, prædictæ dispositionis exactissimam observantiam in Urbe in primis instauravit, deindè per hasce circulares litteras Ordinariis omnibus Tridentini Decretum in memoriam reduci mandavit, quatenus omnes illud sanctè custodiant, sciantque non aliter quem Ordinandum ad titulum Patrimonii, & Pensionis, nisi cum Ecclesiæ necessitas, *vel commoditas*, ita exigat, qua in re prudens Ordinarii, timoratumque judicium versari debebit. Dominatio igitur tua Sanctitatis Suæ exemplo, & mandato sese conformare non omittat, dum ei omnia prospera precamur à Domino.

Romæ 3. Maii 1679.

Dei Frater

F. Card. Columna Præfectus.

S. Archiep. Brancacius Episcopus Viterb. Secr.

ADNOTATIONES.

1. BENEFICIUM ECCLESIASTICUM. Quia ut plurimum Diœceses Beneficiis non abundant, sed pauca, & exigui redditus habent, quærunt sæpè Episcopi, an Cappellaniæ perpetuæ, quæ ex piorum disponentium legato cum sua Dote, & onere Missarum frequenter relinquuntur absq; formali erectione cum auctoritate, & Decreto Ordinarii, possint dici saltem lato modo Beneficia, ad hoc ut quis ad illarum titulum valeat promoveri, etiam necessitate Ecclesiæ, vel commoditate non concurrentes.

Et videtur respondendum quod non, quia hæ Cappellaniæ dicuntur legata pia, & illarum bona laicalia, & temporalia, ut firmavit Rot. *coram Dunoz. Jun. decis.* 101. *numer.* 1. & 2. & magis præcisè Rocc. *prax. for. Eccles. part.* 4. *resol.* 136. *num.*

num. 1. cujus verba sunt -- *quod quamvis talis Cappellania debeat esse perpetua usque ad obitum Cappellani, & habeat cætera requisita præter authoritatem, & institutionem, seù provisionem Ordinarii, nihilominus non erit Beneficium Ecclesiasticum, ex quo primum, & quartum requisitum deficiunt &c. & numer.* 3. -- *Pariter quoque potest Laicus Patronus, vel quilibet alius hæres illam conferre si Testatoris voluntas ita voluerit, sine aliquo Episcopi consensu &c. Quò fit ut ratione talis Cappellaniæ non teneatur quis ad recitationem Canonici Officii &c. & num.* 4. -- *prout neque ad titulum illius, tanquam ad titulum Beneficii, potest quis ad Sacros Ordines promoveri, Calced. in praxi, Diaz cap.* 18. *num.* 9. *Spin. de Testam. glos.* 4. *principali num.* 42. *&c.*

2. Et ratio convincens ea est quia non dantur ut Ecclesiastica bona ratione Ministerii Ecclesiastici, & juris spiritualis, sed pro operibus præstitis, & Missis celebratis, tanquam merces, & salarium, *cap. Clerici* 16. *quæst.* 3. nec requisita substantialia ad constituendum Beneficium Ecclesiasticum concurrunt, de quibus habes apud Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. *n.* 6. *& seqq.* à quo Ricc. verba supra relata mutuo accepit, & conclusionem.

3. Cum Gonzal. & Riccio concordat Garz. *de Benefic. parte* 1. *cap.* 2. *num.* 112. ubi sic ait: *Advertendum autem est, quod licèt ad titulum harum Cappellaniarum non collativarum non possit quis ordinari, tamquam ad titulum Beneficii*, Salzed. Spin. Gonzal. &c. *tamen poterit ordinari ad titulum earum si sunt perpetuæ, tanquam ad titulum Patrimonii, juxta d. cap.* 2. *Concilii sess.* 21. *de Refor.* & idem firmat Ventrigl. *in praxi p.* 1. *Adnot.* 42. §. 1. *n.* 4.

4. Ac hæc comprobat Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *num.* 59. his verbis: *Quod procedit etiamsi sub titulo Cappellæ, vel Altaris relictum sit, nam nisi accesserit authoritas Episcopi, usque adeò erit extraneum à natura Beneficii Ecclesiastici, ut possit concedi per Laicum, Ripa ubi suprà, non quidem in titulum Beneficii, sed per modum simplicis deputationis Sacerdotis ad offerendum &c. Attamen per deputationem illam non dicetur talis, Rector, sed simplex Officiatur &c. & numer.* 59. -- *De jure enim tales Cappellaniæ cum onere celebrare faciendi certas Missas simpliciter constitutæ de bonis temporalibus, & sine authoritate Episcopi, censentur laicales, & temporales &c.*

5. Dum igitur Concilium mandat neminem ordinari posse, nisi prius legitimè constet eum *Beneficium Ecclesiasticum* pacifice possidere, clarum videtur, quod non censeatur adimpleta dispositio Conciliaris, si Ordinandus offerat pro titulo unam, vel plures ex præfatis Cappellaniis, quæ non in titulum Ecclesiasticum, sed potius in locationem operum cum mercede conferuntur, ut supra dicebamus.

6. Præmissis mirabiliter conferunt dicta à Passerin. *in cap. Nullus num.* 66. *de temp. ordin. in* 6. ubi quærens utrum quodlibet Beneficium habitum in Diœcesi aliena, subjectum reddat Beneficiatum ad effectum, ut ab Episcopo illius Diœcesis Ordines suscipere valeat, loquendo de Cappellaniis, hæc habet -- *Pariter neque ad hunc effectum sufficiunt Cappellaniæ non collativæ etiam perpetuæ quæ non sunt fundatæ auctoritate Episcopi, nec ab ipso erectæ in titulum Beneficii, & providentur ab Hæredibus Fundatoris etiam Laicis. Istæ enim non sunt propriè Beneficia*, Navar. &c. *Et ideo ex vi similis Cappellaniæ non fit Cappellanus subditus Episcopo loci quoad Ordines ab eo suscipiendos.*

7. *VEL COMMODITAS.* Hi ergo, qui verum Beneficium non habent, poterunt ab Episcopo ad Ordines Sacros promoveri, (quatenus necessitas, vel commoditas Ecclesiæ suæ id exposcat) ad titulum Patrimonii, sivè Pensionis: quæ necessitas, vel saltem commoditas regulariter adest in personis doctis, & probatæ vitæ, quæ ordinari possunt ad hunc titulum, ut jam dixi *in Adnot. ad Form.* 17. *tit. de litter. testimonial. ex* Ricc. & Ventrigl. quibus nunc addo Garz. *de Benef. part.* 2. *cap.* 5. *nu.* 75. ubi ampliat hoc verum esse, & tenendum etiamsi hujusmodi Clerici Ordinandi sint absentes.

8. An autem qui Patrimonium non habet, sed obligationem exhibet alicujus homi-

hominis divitis personalem, & realem bonorum subministrandi Ordinando alimenta in titulum Patrimonii, ad Sacros Ordines promoveri valeat? Pignatell. *consul.* 4. *tom.* 8. tenet quod accedente necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, judicio Episcopi debeat admitti, & titulum esse validum. Ac contra Pignatell. stat communis praxis, ac etiam DD. sententia contraria, qui tradunt ex Decreto Sacr. Congregat. quem ordinari posse ad titulum subministrationis alimentorum, in solo tantùm casu penuriæ Sacerdotum, nulla alia habita consideratione ad obligationem personalem, vel realem spondentis, in qua se fundat Pignatell. ut videre est apud Paris. *de resign. libr.* 2. *quæst.* 6. *n.* 1. Garz. *de Benefic. part.* 2. *capit.* 5. *n.* 96. & 97. Nicol. *lucubr. can. lib.* 1. *tit.* 11. *nu.* 27. qui Decreta Sac. Congregat. plura allegant, Zecc. *de republic. Eccles. tit. de Cleric. sub n.* 7. *vers.* 84. Barbos. *in Summ. decis. Apostol. collect.* 545. *n.* 5.

6. Et ratio hujus conclusionis est, quia Patrimonium ad cujus titulum quis ordinatur, debet esse res certa frugifera de cujus fructibus possit ordinatus liberè disponere, prout pluries Sacr. Congregatio respondit, quod verificari non potest in fidejussione alimentorum præstandorum, licèt promissio fuerit super bonis assecurata, Nicol. *ubi suprà dict. num.* 27. & Garz. *num.* 96. Immò obligationem subministrandi alimenta loco patrimonii non esse admittenda, neque in casu penuriæ Sacerdotum, tamquam repugnantem dispositioni Concilii, tenet Pac. Jord. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 336. Unde caveant Episcopi ne sententia Pignatell. decepti sanctionem conciliarem perperam laxis habenis, ita (ut ipse opinatur) servari posse interpretentur. Nam si promovendus debet patrimonium verè, & non fictè obtinere, ut Concilium expressè præcipit, non poterit ordinari, qui actionem tantùm, & jus ad rem habet.

Et licèt Pirhing. *in jus can. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 73. asserat in aliquibus Ecclesiis Germaniæ dictam cautionem admitti solitam esse ob penuriam Sacerdotum qui absolutam provisionem obtinere non possunt: tamen fatetur quod pro observantia Concilii assignatio Patrimonii debet esse realis, ut ibi -- *Verumtamen saltem cautio hypothecaria fieri deberet assignata certare libera, & frugifera, unde annua pensio, vel subsistentatio sufficiens accipi possit; tunc enim pensio illa imposita super frugifera, sivè jus illam percipiendi, est reale jus quoddam proprium ipsius Clerici, adeoque is ordinatur ad titulum proprii Patrimonii.* Et idem docent Fagnan. *in cap. Episcopus num.* 26. & 27. *de Præben. & Dignit.* Pac. Jord. *ubi suprà n.* 339.

10. Hinc opportunè quæri etiam potest: An Presbyter ab Episcopo Ordinatus ad titulum patrimonii pro necessitate, & utilitate alicujus Ecclesiæ, possit illam deserere, vel si discedat, valeat ab eodem Episcopo, sivè ejus Successore ad residentiam cogi? Et videbatur, quod non, ex Decreto Sacr. Congregat. Concilii, quod refert Ricc. *dec. Cur. Archiepiscop. Neapol.* 297. *nu.* 10. *part.* 4. quod declaratur, quòd Ordinati ad titulum patrimonii certis diebus veluti diebus festivis inservire Ecclesiis non cogantur.

11. At nihilominus tenendum est posse ad redeundum cogi: (quicquid enim sit de simpliciter ad titulum patrimonii ordinatis, & an hi cogi possint nec ne, de quibus loquitur Decretum à Riccio allegatum;) certum videtur, si Episcopus in actu Ordinationis se declaret Ordinatum ad hunc titulum admittere ad hoc, ut alicui Ecclesiæ loci Ordinandi inserviat in Divinis, vel alia munia, aut onera adimpleat, quæ non adimplentur ob defectum & penuriam Presbyterorum, hunc, & alios hujusmodi Ordinatos, remanere addictos servitio Ecclesiæ, à qua si discedant, juxta legem Sacr. Concilii *sess.* 23. *cap.* 16. poterunt ad residendum in ea, censuris revocari, prout statuit *D. Carolus in Concil. Provinc.* 7. de quo testatur Gavant. *in manual. Episcop. verb. Clericus n.* 38. & admittit decretum *Sacr. Congreg. Concilii de anno* 1628. *emanatum in Causa indiarum*, quod refert Pignatell. *consult.* 56. *num.* 19. *in fine tom.* 3.

12. Et quamvis jure antiquo inspecto, Ordinatus ad titulum patrimonii non possit invitus in Diœcesi detineri, ex quo non remaneat obligatus certam Ecclesiam officiare, ut dicit Abb. *in cap. Tuis num. 7. de Præbend.* aliud dicendum hodiè jure novo Concilii, quo inductum est, quod titulus patrimonii in posterum non admittatur, nisi dispensativè ob necessitatem scilicet, vel utilitatem Ecclesiarum, ut observat Fagnan. *in dict. cap. Episcopus nu. 24. & 25. de Præben. & in cap. Admonet n. 31. de renunc.* Sicque incongruum, immò absurdum esset, quod Ordinati pro necessitate Ecclesiarum ad titulum patrimonii, possent impunè illas deserere, absque obligatione illis inserviendi, ac ita Decreta Concilii, & Episcopi intentionem in Ordinatione expressam eludere; cum aliàs ad Sacros Ordines promoti non fuissent.

13. Si quis verò Clericus rescripto Papæ obtineret (ut non semel accidit) quod possit ordinari ad titulum Patrimonii etiam Ecclesiæ necessitate, vel utilitate non concurrente, cum solita, & frequenti clausura-*arbitrio Ordinarii*-tunc Episcopus absquè conscientiæ formidine illum promovere poterit: Nam licèt clausula--*arbitrio*-- regulariter importet arbitrium à jure regulatum: attamen regula procedit quoties rescriptum dirigitur alicui Tribunali, vel Judici, non autem quando Papa per viam extrajudicialem, & meræ gratiæ rescribit; tunc enim dicitur conferre Delegato suam authoritatem, ut bis interpretando prædictam clausulam resolutum fuit *à Sacra Congregatione super Episcopos, & Regulares, nempè.*

14. *In Portugallen. Provincialatus Ord. S. Augustini*, in qua cum pro electione novi Provincialis Papa rescripsisset--*ad arbitrio del Protettore*, & hujus rescripti vigore, Rectorem Provinciæ nemine vocato constituisset, parte electum recusante, (ex quo Protector nullo ordine servato elegisset,) & recursum petente, propositaque instantia pro infirmatione deputationis sic factæ, die 16. Maii 1692. rescriptum fuit--*Deputationem Eminentiss. Protectoris sustineri.*

15. *In Avenionen.* Cum quidam Religiosus Barbier Ord. Min. Conventual. gratiam Affiliationis Conventus d. Civitatis rescripto Papæ--*ad arbitrio del Card. Protettore*, obtinuisset, & Religiosi dicti Conventus illam impugnarent, asserentes nullam esse, ex quo Protector dispositionem Constitutionum Ordinis non servasset, proposita in eadem Congregatione 16. Maii 1692. responsum fuit --*gratiam affiliationis sustineri*, eo præcipuo motivo, quod in hujusmodi rescriptis gratiosis, Delegatus procedat authoritate Papæ, & non propria.

16. Potest etiam quis ordinari ab Episcopo propriæ Patriæ ad titulum Beneficii, licèt tenuis dummodo adjuncto Patrimonio sit simul sufficiens ad victum, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Ordo vers. secundo extende.* Ricc. *prax for. Eccles. tom. 1. resol. 458. n. 3.* ubi declarationem Sac. Congregationis affert. Quod tamen fieri non poterit ab Episcopo non suo, non solum ob præsumptam fraudem fugiendi judicium, & declinandi jurisdictionem proprii Ordinarii: sed quia hodiè obstat novissima Bulla Innoc. XII. edita anno 1694. in qua diffinitur, neminem ratione Beneficii effici subditum Ordinantis, nisi Beneficium collatum sit per se ad victum sufficiens.

17. Bona autem pro titulo Patrimonii assignata ad Ordines suscipiendos, remanere exempta ab oneribus Cameralibus, & Collectis, etiam post Beneficii assecutionem, utcumque ad victum sufficientis, quousque per Episcopum fuerit facta subrogatio specifica ejusdem Beneficii in locum dicti Patrimonii, pluries declaravit *Sac. Congreg. Immunitatis, cujus Decreta retuli in Adnot. ad Form. XVIII. tit. de litter. testimonial. num. 2. pag. 70.* nempè *in Firmana 10. Julii 1640. lib. 3. Decret.* Pauluc. *fol. 133. in Civitatis Castelli 5. Maii 1648. lib. 4. Decret. fol. 49. à tergo, & in Montis Alti 15. Junii 1649. lib. 4. Decret.* Pauluc. *fol. 81. Sac. Congreg. Concilii in Tolentinaten. 10. Maii 1692.*

Litte-

Litteræ Sac. Congreg. Immunitatis pro Statu Ecclesiastico super damnis datis, Ordinariis locorum transmissæ.

SUMMARIUM.

1 *Causa damnorum datorum ab animalibus Ecclesiasticorum quomodo sint cognoscenda, ostenditur Decreto Sac. Congreg. Immunitatis.*

2 *Pœna damnorum datorum non exigitur ab Ecclesiasticis, si damnum detur casualiter, & non culposè, sed datur extimatio noxæ.*

LA Santità di N. S. non intende, che li Ministri e Lavoratori di persone Ecclesiastiche siano convenuti altrove, che nel Tribunale Ecclesiastico per le pene de' danni dati, nè che intorno à dette pene li medesimi soggiacciano à Statuto Laicale, mà perche la san. mem. di Clemente VIII. concede gl'emolumenti di tali pene alle Communità dello Stato Ecclesiastico per una certa risposta annua, che le medesime fanno alla Reverenda Camera, affinche resti provisto all'indennità loro, hà S. B. comandato, che V. S. per Editto publico dichiari le pene, nelle quali devono incorrere i Ministri, e Lavoratori di persone Ecclesiastiche per li danni, che fanno *con gli Animali de' medesimi Ecclesiastici*, e venendo il caso del danno dato, proceda sommariamente alle pene comminate per Editto, applicandole sempre à benefizio di cotesta Communità, ò suoi Affittuari, e regolandosi al solito *intorno alla quantità della pena*, in modo che la Communità non riceva alcun pregiudizio. Così eseguisca, e Dio la prosperi. Roma 6. Luglio 1680.

Affettionatiss. di V. S.

A. Card. Cybo.

A. Altovito Segretario.

ADNOTATIONES.

1. *CON GLI ANIMALI DE' MEDESIMI ECCLESIASTICI.* Si enim Animalia essent propria Colonorum, cognitio spectaret ad Judicem Laicum, ut Urbano Octavo approbante resolutum fuit *à Sacr. Congregat. Immunitatis 6. Decembris 1627. in Terracinen.* cujus Decreti tenor talis est -- *Quoad causas damnorum datorum per Clericos, & Ecclesiasticos, sive per eorum Animalia, necnon per familiares Ministros, & Colonos Episcoporum, & Mensæ Episcopalis, etiam Laicos, seu eorum Animalia in bonis quibuscumque tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm etiam Laicorum, spectare ad Curiam Episcopalem privativè. Si verò Laici, eorumve Ministri, & Animalia damnificent bona Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, Curiam Episcopalem procedere posse, tamquam in causis mixti fori. At quando Coloni, & Ministri Ecclesiarum, Clericorum, & Ecclesiasticorum cum Animalibus propriis, bona Laicorum damnificent, cognitionem tam quoad bona, quàm quoad personas Laicorum, & eorum Animalia, spectare ad Judicem Laicum privativè. Sed si cum Animalibus Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, quoad personas spectare ad Laicum; quo verò ad Animalia, spectare ad Curam Ecclesiasticam, nisi ex consuetudine quid ultra Ecclesiasticis competat. Lib. 1.* Pauluc. *fol. 71.*

2. *INTORNO ALLA QUANTITA' DELLA PENA.*

Pœna non est exigenda ab Ecclesiasticis, seu illorum Colonis, quando damna dětur casualiter, & non culposè; sed tantùm exti- | matio noxæ, *ead. Sacr. Congr. Immunitatis in Anagnina 4. Decemb. & in Firmana 9. Octob. 1629. l. 2. Decr. Paul. fol. 8. & 15. terg.*

Innocentii XI. Constitutio

Super Statutariis Successionibus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

PAstoralis officii debitum, quo universis præsertim verò populis nostræ curæ, & solicitudini, etiam in temporalibus creditis tenemur, exigit, ut ea provideri, statui, ordinari, & declarari debeant, per quæ illorum commodis, utilitati, quieti, & tranquillitati consultum sit, litiumque dispendia, & incommoda quantum fieri potest tollantur, & cessent. Cum itaque in nostra Urbe, penèque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & locis nostris, & S. R. E. status, & ditionis temporalis Italiæ, ordinata sint, atque vigeant Statuta, seu Decreta aliævè Leges, & Ordinationes, Apostolica expressa, vel tacita, sive à jure præsumpta confirmatione, & approbatione munita, per quæ, ut agnationum, & familiarum nobilitas, & decor, mediantibus bonis, & divitiis conserventur, intestatæ successiones agnatis masculis, exclusis fœminis, aliisque per eas cognatis intra certos respectivè gradus deferuntur. Compertum verò sit, quod nonnullæ Doctorum, & Tribunalium interpretationes, ac limitationes, vel restrictiones præmissum finem à populis, juxta eorum ac regionis antiquos, & continuatos mores impediunt, præfatasque leges, ac provisiones penè inanes reddunt, sive frequentes producunt lites, perturbationes, incommoda, & dispendia, adeout quandoque expediat potius non deferri, nec aperiri successionis beneficium, quod ita in maleficium, propriique assis jacturam convertitur: Undè propterea iidem populi præfati nostri Status Ecclesiastici tam immediati, quàm mediati Italiæ apud Nos eorum voluntatem, ac desiderium explicantes preces porrexerunt, ut desuper opportunè providere dignaremur, præfatorumque Statutorum, ac legum, seu provisionum generalem, ac indefinitam observantiam, prout jacent, & disponunt, demandaremus, quibuscumque Doctorum, & Tribunalium rejectis interpretationibus, adeout universalis, ac uniformis in quolibet loco sit ordo succedendi ad propriorum respectivè Statutorum, & legum normam, seu præscriptum. Hinc nos præmissorum populorum, qui Nobis, & Apostolicæ Sedi etiam in temporalibus, tam immediatè, quàm mediatè crediti sunt, commodo, utilitati, quieti, & tranquillitati quantum fieri potest, consulere cupientes, eorumque votis, & supplicationibus annuere volentes; Motu proprio ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnium, & singulorum Statutorum, Decretorum, & Legum, Constitutionum, & provisionum hujusmodi in dicta nostra Urbe, & universo nostro, & Sedis Apostolicæ Statu Ecclesiastico immediato, & mediato existentium, tenores pro expressis habentes, perindè, ac si de illis expressa, specialis, & individua mentio facta esset; hac nostra perpetuò valitura Constitutione, mandamus, decernimus, & statuimus, ut in successionibus imposterum, & post præsentium publicationem aperiendis, & deferendis, illa Statuta, Decreta, Leges, Constitutiones, & Ordinationes, quæ in præfatis

nostri

nostris Urbe, & Statu Ecclesiastico expressam in forma specifica, vel etiam in sola forma communi Apostolicam habeant confirmationem, & approbationem, sivè illam habeant tacitam, & præsumptam, quæ ex juris dispositione ob longissimi temporis observantiam inducitur, generaliter, & indefinitè, prout jacent, ac disponunt ad favorem masculorum de agnatione in universo asse attendi, & servari debeant, quacumque sublata consideratione, vel differentia bonorum, eorumque situationis intra, vel extra Territorium, ubicumque existant, & sivè sint libera, & allodialia, seù feudalia, vel emphyteutica, seù livellaria, etiam de directo Dominio Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum, seù personarum Ecclesiasticarum, ubi lex investituræ non obstet, quæ salva remaneat. Sublata quoque omni, & quacumque differentia, vel consideratione subjectionis, & respectivè exemptionis personarum, tàm decedentium, quàm succedentium, vel excludentium, & excluſarum, cujuscumque sint status, gradus, & conditionis, & quamvis agatur de Clericis, vel Regularibus utriusque sexus, aut de Ecclesiis, & Monasteriis, aliisque personis, & locis Ecclesiasticis, vel aliàs quomodolibet exemptis, & privilegiatis, quantumvis expressa, & speciali nota dignis, dum non ex ipsorum Statutorum, vel Statuentium aliqua jurisdictione, vel potestate, sed ex nostra dumtaxat Apostolica auctoritate hunc succedendi ordinem in dicto nostro Statu immediato, & mediato Italiæ, ex justis causis animum nostrum dignè moventibus servari volumus, ac statuimus, attenta solùm, ac generaliter naturali qualitate agnationis, & sexus pro dicto fine assequendo. Nullaque etiam ratione habita mixturæ personarum non excluſarum in medio existentium, aliave qualitate, ob quam hujusmodi Statutorum, & legum cessatio, & reversio ad jus commune prætendi valeat, adeout unicum, uniforme, ac universale sit jus, & ordo successionis ad ipsorum respectivè Statutorum præscriptum, ex præfato agnationis favore. Quodque in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili favore masculorum de agnatione in excluſionem fœminarum, & cognatorum, tàm ascendentium, etiam Matris, quàm descendentium, & collateralium, hujusmodi legum, & Statutorum interpretatio facienda sit. Ubi verò contingat non verificari Statutorum, personarum, & bonorum unionem, similitudinem, & combinationem, quam attendi, ac servari debere decernimus, vel quod non adsint Statuta personarum, sivè illa extantia ob enunciatas Doctorum, & Tribunalium interpretationes, & restrictiones, aut aliàs quomodolibet suum non sortiantur effectum, tunc sublata (ut præmissum est) omni differentia exemptionis, & subjectionis personarum, & bonorum respectivè, generaliter, & prout jacent, attendi, ac servari volumus, decernimus, & mandamus Statuta locorum, in quibus bona existunt, ac possidentur, sivè agatur de bonis stabilibus, sivè de moribus, Censibus, locis Montium, Officiis vacabilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus, & aliis, quamvis de illis esse dignoscantur, quæ loco non circumscribuntur, sed personam sequuntur, & quamvis tàm decedentes, quàm excludentes, & excluſi exteri sint, Nobis, & Sedi Apostolicæ in temporalibus non subditi, dum etiam exteri acquirentes, ac retinentes præfata bona, & jura in prædictis Urbe, & Statu, censentur (contraria voluntate expressè non declarata) in animo habuisse hujusmodi bonorum, & jurium successionem regulari debere juxtà leges, & ordinationes locorum, in

quibus existunt, ac retinentur, prout hunc animum præsumendum esse decernimus, statuimus, & declaramus. Quæ verò de intestatis successionibus hactenus ut supra statuta, & disposita sunt, in Testamentariis quoque Successionibus attendi, & observari debere volumus, ac statuimus, quacumque pariter bonorum, & personarum differentia, & consideratione, ut supra sublatis, in iis casibus, in quibus eadem statuta, & leges locales in hac specie testatæ successionis masculorum de agnationis favore disponunt, quoties decedentium contraria expressa voluntas non adversetur. Non intendimus autem per præsentem Constitutionem, atque in ea disposita, in aliquo derogare, & præjudicare Constitutionibus Apostolicis rec. mem. nostrorum Prædecessorum Sixti Papæ V. Clementis Papæ VIII. Pauli Papæ V. Urbani VIII. Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII. & aliorum, si quæ adsunt super inhabilitatione forensium dicto nostro, & Apostolicæ Sedis dominio in temporalibus non subjectorum, qui statutis temporibus ad habitandum non veniant, & non observent ea, quæ in eisdem Constitutionibus disponuntur, ac demandantur; sed illæ salvæ, integræ, & in suo robore, ac firmitate permaneant. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos &c. & quoscumque alios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique locorum judicari, definiri, ac sententiari debere &c. necnon irritum &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1680. sexto decimo Kal. Decemb. Anno Pontificatus 5.

Placet motu proprio B.

(Et sequitur dictæ Constitutionis publicatio.)

ADNOTATIO.

1 HÆC Constitutio, quæ ad conservanda bona in familiis saluberrima fuit, sustulit è medio plures forensium quæstiones, & litigia plurima, de quibus videre poteris *apud modernum* Panimol. *decis.* 99. *& ibid. Adnot.* 1. & alios per eum cumulatos.

Lettera della Sacra Congreg. sopra Vescovi, e Regolari d'ordine d'Innocenzo XI. per gli Esercizii Spirituali da farsi dagli Ordinandi, e Monacande.

SUMMARIUM.

1 *Clerici exercitandi in Exercitiis Spiritualibus triplicem spiritum petere debent à Deo.*
2 *Exercitia Spiritualia nomine tenus explentur.*
3 *Quid animadvertendum sit in amplectendo statum Clericatus, quid cogitandum? ostenditur.*
4 *Cavendum ne admittantur, qui vocationem non habent sinceram.*
5 *Quid suggerendum sit in exercitatione, & num. 6.*
7 *Quid suggerendum Monialibus.*

Fo-

Foris -- All'Eminentissimo, e Reverendissimo Sig. mio Osservandissimo. Il Sig. Card. N. Arcivescovo di N.

Intus vero -- Eminentissimo, e Reverendissimo Sig. mio Osservandissimo.

LA Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette del continuo à tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell'anime, conoscendo col suo santo zelo quanto sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto in ordine alli promovendi al ricevimento degli Ordini, quanto rispetto alle Spose di Christo al vestir l'habito, e professare lo stato Religioso; Vuole, e comanda, che tutti li promovendi sì agli ordini Minori, come Sacri, debbano per dieci giorni continui avanti l'Ordinatione ritirarsi à fare gli Esercizii Spirituali nell'istessa conformità prescritta alli Promovendi in Roma nella Costitutione 126. della felice memoria di Alessandro VII. che comincia: *Apostolica solicitudo*; e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monasterio, anche soggetto à Regolari, siano tenute fare i detti Esercizii Spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l'habito, e siano ammesse al Noviziato. E che li medesimi Esercizii si debbano ripetere per lo spatio di dieci giorni avanti, che siano ammesse alla professione, alla quale la Santità Sua comanda, che non devano esser ricevute, se prima non haveranno adempita questa santa preparazione. Desidera in oltre Sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, mà con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, faccino li medesimi Esercizii per la rinovazione dello spirito tanto necessaria à chi con essersi rinchiusa ne' Sagri Chiostri deve professare lo stato di perfezzione. Restarà per tanto servita V. E. di far pronta esecuzione à comando sì santo di Sua Beatitudine, mentre per fine le bacio umilmente le mani.

Roma 9. Ottobre 1682.

Di V. E.

Umilissimo, e Devotissimo Servitore

A. Card. Fachenetti.

B. Panciatichi Segretario.

ADNOTATIONES.

1 TRiplicem spiritum in hujusmodi exercitatione à Deo petere debent ordinandi cum Propheta David, nempè. *Spiritum rectum*, qui dirigat intentionem. *Sanctum*, qui mundet affectionem. *Principalem*, qui firmet operationem: Hic meritò vocatur principalis, quia in eo maximè vita consistit; ex operibus enim, & non ex solis affectibus judicabitur unusquisque.

2. Saluberrimum igitur, atque sanctissimum institutum est illud, si Episcopi, aliivè Ordinarii, ac Superiores modis omnibus opportunis curent, ut hujusmodi Spiritualia Exercitia compleantur. At quia plerumque hi, vel commoditatem, vel curam plenam non habent, perfunctoriè, & nomine tenus, ab Ordinandis explentur absque ullo fructu.

3. Necessarium enim est, ut quisque promovendus corde recogitet: Qua vocatione vocetur ad Statum Ecclesiasti-

cum amplectendum. An inclinationem, capacitatem, & aptitudinem habeat ad illum; qua æstimatione, qua puritate, & sinceritate, ac zelo in partem hæreditatis Christi ingredi festinet. An probè calleat status ejusmodi obligationes? scilicet proximum in rebus fidei exemplo, & verbis instruendi, sobriè, & castè vivendi, ac Divina cuncta attentè, humiliter, & reverenter contrectandi, & exercendi. Qui enim hæc seriò non ponderat, quid agat nescit, & periculo damnationis æternæ se exponit.

4. Cavendum ne introducantur aliqui in Ecclesiam insidiosè, & dolosè; alii per impressionem, & importunitatem; alii per ambitionem, & fictionem hypocriticæ simulationis; alii affectione sanguinis, & cognationis; alii demùm, ut magis commodè, otiosè, & cum majori libertate vivant; nil penitùs cogitantes, quod qui spiritum Christi non habet, hic non est ejus, *Paul. ad Rom. cap.* 8. sed quia secundum carnem sunt, quæ carnis sunt solùm sapiunt.

5. Ut igitur bonum maximum, quod ex exercitatione spiritus promovendorum oritur, non amittatur, ex proposito piis meditationibus, & Sacrorum Librorum lectura per prudentem Directorem ab Episc. (si per se ipsum nolit) deputandum super his, quæ ad spiritum Ecclesiasticum, sanctitatem gradus, & obligationem ejusdem pertinent, statis diebus, & horis occupentur regulata methodo, prout jam præscripserat piissimus olim Cardinalis Petruccius Episcopus Æsinus in Libro in eadem Civitate edito anno 1683. qui titulus inscribitur -- *Li dieci giorni degli Esercizii*. Atque etiam ea (si magis placeat) quę in subnexo Rythmico continentur eis familiari sermone unciatim suggerantur.

Christi Rythmicum ad Sacerdotes.

6. Piscatores hominum Sacerdotes Dei
Præcones Altissimi, lucerna diei,
Charitatis radio fulgentes, & spei,
Auribus percipite verba oris mei.
Vos in Sanctuario mihi deservitis,
Vos vocavi palmites ego vera vitis,
Cavete ne steriles, aut inanes sitis,
Si mecum perpetuò vivere velitis.
Vos estis Divinæ legis Protectores,
Sal terræ, lux hominum, Ovium Pastores,
Muri Domus Israel, morum Correctores
Judices Ecclesiæ, gentium Doctores.
Si legis protectio cadat, lex labetur.
Si sal evanuerit, in quo salietur?
Nisi lux appareat, via nescietur.
Et ni Pastor vigilet, Olive frangetur.
Vos cœpistis Vineam meam procurare,
Hanc doctrinæ rivulis debetis irrigare,
Spinas, atque tribulos prorsùs extirpare,
Ut radices fidei possint germinare.
Vos estis in Area Boves triturantes,
Prudenter à palea granum separantes,
Vos habent pro speculo legem ignorantes
Populi, qui fragiles sunt, & inconstantes.
Quicquid vident laici vobis displicere
Dicunt proculdubio sibi non licere,
Et quicquid vos in opere vident adimplere
Credunt esse licitum, & culpa carere.
Cum Pastores Ovium sitis constituti
Non estote desides, sicut canes muti,
Vobis non deficiant latratus acuti,
Lupus rapax invidet Ovium saluti.
Grex fidelis triplici cibo substinetur,
Meo sacro corporè quo salus augetur,
Sermonis compendio, quod discretè detur,
Ciboque corporeo ne periclitetur.
Ovibus tenemini vestris prædicare
Sed quid, quibus, qualiter, ubi, quando, quare,
Debetis sollicitè præconsiderare,
Ne quis in officio dicat vos errare.
Spectat ad officium vestræ Dignitatis
Omnibus petentibus mea dare gratis,
Nec cujusquam hominum munera prendatis,
Ne cum Giezi pariter lepram incurratis.
Gratis Eucharistiam Plebi ministrate,
Gratis & absolvite, gratis baptizate,
Vobis data cœlitus cunctis gratis date,
Ovium salutem sedulò curate.
Vestra conversatio sit religiosa
Munda conscientia vita virtuosa
Regularis habitus, mensque gratiosa,
Nulla vos coinquinet labes criminosa.
Nullus fastus elevet statum vestræ mentis,
Gravis in intuitu habitus sit testis,
Nihil vos illaqueet curis inhonestis,

Qui-

Quibus claves traditæ sunt Regni Cœlestis.
Estote breviloqui ne vos ad reatum
Pertrahat loquacitas nutrix vanitatum.
Verbum, quod loquimini, sit abbreviatum,
Nàm in mutiloquio non deest peccatum.
Estote benevoli, sobrii, prudentes,
Justi, casti, simplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, subditos docentes,
Consolantes miseros, pravos corrigentes.
Nam si sic gesseritis curam pastoralem,
Verèque vixeritis vitam spiritalem
Postquam exueritis clamidem carnalem,
Ego vobis conferam stolam immortalem.

7. Monialibus verò ea, quæ in tribus votis solemnibus includuntur, solent in prædicta exercitatione proponi meditanda: Necnon ea quæ Divus Bonaventura in suo pulchro Alphabeto mox referendo Religiosis viris incipientibus affert, videlicèt.

Ama paupertatem, sis vilibus contentus
Bonis semper actibus jugitur intentus,
Cave multiloquium, studeas silere,
Deum omni tempore præoculis habere.
Esuriem amplectere gulam refrenando,
Fratrumque convivia segniter sectando.
Gaudere cum gaudentibus, cum flentibus plorare,
Humilibus consentiens, majores honorare.
In omnibus obediens, Prælatoque parebis,
Charitatem insuper cum omnibus tenebis,
Lumbos stringe lubricos Domini timore,
Mundans cordis oculum casto cum pudore;
Nihil servans proprium, nudum sequens Christum
Onus leve sufferens, Mundum vincens istum,
Passum Christum recole corde gemebundo
Quærens Dei gloriam nihil aliud in Mundo.
Resistendo vitiis, orando ferventer,
Sacramentum sumere debes reverenter.
Tu motum mentis comprime iram mitigando,
Vanaque colloquia sollicitè vitando,
Christum frui cupiens, Cellam frequentabis,
Jesum super omnia sic dulciter amabis
Zelo Dei fervens charitatis igne
Et in te peccantibus ignosce benigne.

Lettera Circolare della Sacra Congregazione sopra Vescovi, e Regolari, intorno alla Dottrina Christiana.

SUMMARIUM.

1 *Ignorantia Mysteriorum fidei universalis est, & deplorabilis.*
2 *Ignorantia scripturarum, ignorantia Christi est.*
3 *Explicatur, quæ sit Scriptura Sacra, qui sint Libri Scripturarum, Legis Moysis, & Prophetarum, qui novi, & qui veteris Testamenti, & num.* 4. 5. *&* 6.
7 *Cur Libri Scripturarum vocentur Testamentum vetus, & novum, ostenditur, & n.*8.
9 *Quid contineant isti Libri declaratur.*
10 *Quotuplex sit sensus Scripturarum explanatur.*
11 *Cur Historia Vitæ Jesu Christi dicatur Evangelium, explicatur.*
12 *Quare Evangelistæ denotentur per figuras hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ, indicatur.*
13 *Quare Cantica, dicatur Canticum Canticorum, demonstratur.*
14 *Quare Horæ Canonicæ sint septem ostenditur.*
15 *Doctrinæ Christianæ maxima pars est Sacramentorum perceptio, & administratio.*

Frà

FRà le altre ſalutevoli proviſioni ordinate dalla Paterna ſollecitudine della Santità di Noſtro Signore per la ſalute dell'Anime, Sua Beatitudine hà deſtinate diverſe perſone pie, per iſtruire ne' Miſterj della noſtra Santa Fede le perſone, che da i luoghi, e Città circonvicine ſi portano in Roma, per eſſere impiegate ne' lavori della Campagna; E perche intende con ſuo particolar ſentimento, che la maggior parte di eſſe ſi ritrovano in una ſomma, e compaſſionevole ignoranza de' rudimenti della medeſima Santa Fede, mi hà eſpreſſamente ordinato di ſcrivere queſta lettera circolare à tutti li Veſcovi circonvicini, incaricando ad eſſi di dovere per mezzo de' loro Miniſtri, e de' Parochi invigilare colla dovuta attentione alla Cura dell'Anime delle loro Dioceſi, cibandole frequentemente col pane della parola di Dio, e ſpiegando loro i rudimenti, *e Miſteri della noſtra Santa Fede*, al quale effetto doveranno eſpreſſamente, e ſotto gravi, e rigoroſe pene ordinare alli Parochi delle loro Dioceſi, che tutte le Domeniche, & altre Feſte di Precetto, inſegnino con particolare attenzione *la Dottrina Chriſtiana*, tanto neceſſaria alla ſalute dell'Anime. Nel portare à V. S. queſti comandi colla premura impoſtami da Sua Santità, e che richiede la materia, le auguro ogni proſperità. Roma 22. Giugno 1686.

G. Card. Carpegna Prefetto.

Loco ✠ Sigilli.

G. B. Arcivescovo di Genova Segretario.

ADNOTATIONES.

1. *MISTERI DELLA NOSTRA SANTA FEDE.* Cum ſanctitas poſt mortem Chriſti ubique florere deberet, diluvium peccatorum inundat in Orbe univerſo, & in ignorantiæ pellago Miſteriorum Fidei corda hominum ad malum prona demerſa conſpiciuntur. Oh calamitas animarum, oh miſer Religionis ſtatus, lacrymis Hieremiæ deflendus! Clamat propterea è Cathedra Petrus, ut Paſtores non ſint deſides, ſed populum ipſis creditum in lege Domini erudiant, ne in Inferno ſicut Oves poſiti ſint; & hoc Epiſcopis exequendum committitur, cum hi tum per ſeipſos, tùm per Parochos, omnes ad ſalutis portum dirigere teneantur.

2. At quia ignorantia Scripturarum, ignorantia Chriſti eſt, ut ait Divus Hieronymus; ſumpta hinc occaſione non abs re nonnulla per modum interrogationis attingam, in quibus ſubditi docibiles, & præſertim Clericis erudiendi erunt.

3. Quid eſt Scriptura Sacra? *Reſp.* Verbum Dei hominibus revelatum, & per Scriptores ab Eccleſia approbatur litteris conſignatum, ad docendum primariò Jeſum Chriſtum Redemptorem humani generis, & ut homines ex ſervitute peccati, mortis, ac Diaboli liberati, in eumdem Chriſtum credant, & credentes vitam æternam habeant.

4. Quot ſunt Libri Scripturarum ſpectantes ad Legem Veterem, ſeu Moſaicam? *Reſp.* Plures ſunt, & dividuntur in quatuor claſſes, videlicèt. In legales, ſunt quinque Libri Moyſi, ſeu Pentatenchus, Geneſis, Exodus, Levitici, Numeri, Deuteronomii. Hiſtoriales, ſcilicèt, Joſue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Machabæorum, Job, Eſdræ, Tobiæ, Judith, Eſter. Sapientiales, videlicèt, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Eccleſiaſticus, Sapientia. Prophetales, nempè Pſalmi David, & quatuor Majores Prophetæ, Iſaias, Hie-

re-

remias, Ezechiel, Daniel; & duodecim Minores, Oseæ, Joel, Amos, Micheas, Abdias, Jonas, Nahum, Abacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias.

5. Quot sunt Libri Novi Testamenti, & ad Legem Christianam spectantes? *Resp.* Sunt plures, qui pariter dividuntur in quatuor classes, videlicèt. Quatuor Libri Evangeliorum Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, legalibus Libris Moysi correspondentes. Acta Apostolorum, quæ Historialibus. Epistolæ Divi Pauli quatuordecim, una D. Jacobi, duæ D. Petri, tres D. Joannis, & una Judæ Thadæi, quæ Libri Sapientialibus. Apocalypsis Joannis, quæ Prophetarum Libris correspondet.

6. Quarè vocantur Libri Novi Testamenti? *Resp.* Propter novitatem spiritus, quam affert lex Christiana in iis contentam, quæ novos affectus, novosque ardores erga Deum excitare solet in iis, qui illam intelligunt, & amplectuntur.

7. Quare recollectio istorum Librorum vocatur Testamentum Vetus, & Novum; *Resp.* Duplici ratione. Prima, quia quemadmodùm Testamentum est carta scripta, in qua declaratur ultima voluntas hominis; sic in illis Libris continetur ultima Dei voluntas, & lex, quam Deus velit ab hominibus servari. Secunda, quia sicuti Testamentum est, quo bonorum defertur hæreditas intercedente Testatoris morte, qua contingente cum esset anteà clausum, & obsignatum aperitur: Sic per Libros Sacros defertur Nobis hæreditas cœlestis, & Christi morte in ea confirmamur, iisque apertis legimus Nos esse Dei hæredes, ac cohæredes Christi, si cum illo sustineamus.

8. Quomodò cognoscimus Libros istos esse à Spiritu Sancto? *Resp.* Per testimonium Ecclesiæ, quæ continuata successione ab initio usque ad hęc tempora illos tales recepit.

9. Quid continent isti Libri? *Resp.* Omnia, quæ illis continentur, vel de ipso Christo sunt, vel propter ipsum; Et sic à lectione Veteris Testamenti ad lectionem Novi proceditur tamquam à figura ad suum figuratum, à signo ad signatum, ab exemplari ad exemplatum, & à parabola da suam veritatem: Nam lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est. *Jo.* 1. Primi quidem de Christi adventu in carne passibili ad patiendum prò redemptione hominum. Secundi de ejusdem adventu in statu impassibili, & glorioso ad judicandum homines loquuntur; Et sic Christus objectum est, in quod collineant omnes Scripturæ.

10. Quotuplex est sensus Sacræ Scripturæ? *Resp.* Quatruplex. Litteralis, quo intelliguntur singula verba, & periodi, ac quid immediatè significent juxtà præcepta Grammaticorum. Moralis, quo referuntur ad ædificandum charitatem Dei, & Proximi, ac benè operandum verba ipsa, ac sententiæ Scripturarum. Anagogicus, quo referunt ad spem firmandam æternorum bonorum. Allegoricus, quo referuntur ad significanda Mysteria Christi, & Ecclesię, & hic est primarius, & palmaris, quatenùs Christum, Ecclesiam designat, quia Christus est finis Scriptorarum: Itaut Lector Scripturæ solicitus esse debet de eo quærendo, juxta illud *Cantic.* 3. *Per Vicos, & Plateas quæram, quem diligit anima mea.* Per Vicos (*idest*) per Libros Veteris Testamenti, ac per Plateas (*idest*) per Libros Novis Testamenti, in quibus sine difficultate invenitur, & deprehenditur.

11. Quare Historia Vitæ Jesu Christi dicitur Evangelium? *Resp.* Quia Evangelium bonum, & lætum Nuncium significat, quale est Sacra Historia, quæ Jesum Christum Salvatorem exhibet, per quem à peccato liberantur homines, & aperto Cœlorum ostio, quod anteà per Adami noxam clausum fuerat, ad gaudia æterna introducuntur: quo enim Nuncio quid jucundius?

12. Quare Evangelistæ denotantur per figuras Hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ? *Resp.* Quia Matthęus exorditur ad humanitate Christi, ideò sub Hominis figura repræsentatur. Marcus exorditur à prędicatione Jo: Bapt. in Deferto, quem velut Leonem rugientem, ac peccatores terrentem exhibet, ideò Leo illi assignatur. Lucas verò initium duxit sui Evangelii à Sacrificio Zachariæ Sacerdotis, undè ha-

habet proinsigni Bovem, Animal Sacrificio destinatum. At D. Joannes longè altiùs super cæteros se efferens, cœpit à Divinitate dicens, In principio &c. qua propter per Aquilam designatur.

13. Quare Cantica, dicitur Canticum Canticorum? *Resp.* Hunc Librum Salomonis ità vocari, quia ibi canit Epitalamium ideſt carmen nuptiale ob conjunctionem spiritualem Christi cum Ecclesia, & dicitur Canticum Canticorum phrasi Hebraica ad demonstrandum esse Canticum excellentissimum inter omnia Cantica, sicuti dicimus Rex Regum, solemnitas solemnitatum.

14. Quare Horæ Canonicæ sunt septem? *Resp.* Triplici ratione. Primò, ut agamus Deo gratias pro rebus creatis in septem diebus. Secundò, quia Redemptionis nostræ Mysteria his horis operata fuere: nam media nocte natus est Christus; & hora Matutina resurrexit. Hora prima ductus ad Pilatum. Tertia linguis Judæorum in Crucem actus, flagellis cæsus, & spinis coronatus. Sexta Cruci affixus, & in ea cruciatus pro nobis Patri se obtulit, & expiravit. Vespertina de cruce depositus, & eadem hora cœnavit, pedes lavit, Eucharistiam confecit. Hora Completorii oravit in Horto. Tertiò ad septiformem Sancti Spiritus gratiam obtinendam, & quoniam septem fuere partes Orationis Dominicæ à Christo traditæ.

Si circa hæc plura scire cupias, adeas Bail. *ad apparat. Summ. Concil. Concilior. in tit. de triplici Verb. Dei*, à quo majori in parte, præmissa excerpta sunt. Qui autem hæc, & alia Fidei Mysteria docet, non plus velit sapere, & intelligere, quàm oportet: nam sicuti, qui mel multum comedit non est ei bonum; sic qui scrutator est Majestatis opprimetur à gloria, *Prov. 25.*

15. *LA DOTTRINA CHRISTIANA.* Doctrinæ Christianæ præcipua pars versatur circà Sacramentorum perceptionem, eorumque rectam administrationem, quæ Fidelibus benè dispositis datur, augetur, & conservatur Dei gratia: Ideòque pro Parochorum, & Clericorum institutione, ac laboris in evolvendis Libris levamine, ad erudiendam Plebem, hic subnectitur Tabula, in qua sicuti in speculo, omnia, quæ secundum doctrinam Catholicam, circà eorumdem Sacramentorum collationem adhibenda, tenenda, docenda sunt, per stricta conspiciuntur.

Decre-

...iæ ab Authore descripta.

	...nis.	Matrimonii.	Extremæ Unct.
Mate	...nis Instrumen-ordinante tra- ...ctus ipsius In-...iscopo traditi...um diversita-	Remota. Corpora ipsorum contrahentium. Proxima. Traditio mutua eorumdem expressa verbis, seu nutibus, per quam quilibet Conjux accipit alterius potestatem in corpus ad usum Matrimonii.	Remota. Oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Proxima. Ipsa unctio in modum Crucis in quinque sensibus corporis facta: Vel saltem (casu necessitatis) in uno collective.
Form	...b Episcopo im-...m expressione ...onfertur, dum ...nstrumentum.	Mutua acceptatio corporum, qua Conjux recipit in sua potestate usum corporis alterius.	Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam &c., ut in Rit. Romano pro diversitate sensuum, atque membrorum,

...semper ipsorum arbitrio, onerata eorumdem conscientia, relinquere.

Item

Tabula, sive Schedula Sacramentorum Catholicæ Ecclesiæ ab Authore descripta.

	Baptismi.	Confirmationis.	Eucaristiæ.	Pœnitentiæ.	Ordinis.	Matrimonii.	Extremæ Unct.
Materia.	Remota. Elementaris aqua ad ablutionem sufficiens. Proxima. Ablutio ipsa ex aqua naturali facta.	Remota. Oleum olivarum balsamo mixtum à consecrato Episcopo benedictum. Proxima. Ipsius Chrismatis unctio in fronte suscipientis ab Episcopo in figuram Crucis facta.	Remota. Panis triticeus cum aqua elementari confectus, coctus, & non frixus, azymus in Ecclesia Latina, & fermentatus in Græca; & vinum ex uvis expressum. Proxima. Oblatio, seu acceptio ipsius materiæ ad consecrandum. Accepit Jesus panem, *Matth.* 26.	Remota. Actuale peccatum post Baptismum, vel in ipsa Baptismi susceptione commissum. Proxima. Actus Pœnitentis scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Necessaria, mortale: Sufficiens, veniale.	Remota. Ordinis Instrumentum ab Episcopo ordinante tradendum. Proxima. Tactus ipsius Instrumenti ab Episcopo traditi secundum Ordinum diversitatem.	Remota. Corpora ipsorum contrahentium. Proxima. Traditio mutua eorumdem expressa verbis, seu nutibus, per quam quilibet Conjux accipit alterius potestatem in corpus ad usum Matrimonii.	Remota. Oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Proxima. Ipsa unctio in modum Crucis in quinque sensibus corporis facta: Vel saltem (casu necessitatis) in uno collective.
Forma.	Ecclesiæ Latinæ. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Græcæ. Baptizetur Servus Christi in nomine Patris &c.	Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In hoc enim, & in antecedenti tantùm Sacramento invocatio Trinitatis est de essentia.	Corporis. Hoc est corpus meum. Sanguinis. Hic est Calix sanguinis mei; de necessitate Sacramenti. Cætera enim omnia sunt de necessitate præcepti ex communiori Sententia.	Ego te absolvo à peccatis tuis, de necessitate Sacramenti: Ex communiori; de necessitate verò præcepti reliqua, ut in Rituali Romano, quorum omissio erit venialis, vel mortalis respectu parvitatis, & gravitatis materiæ, & causæ omissionis.	Verba prolata ab Episcopo imperativo modo, cum expressione potestatis, quæ confertur, dum porrigit Ordinis Instrumentum.	Mutua acceptatio corporum, qua Conjux recipit in sua potestate usum corporis alterius.	Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam &c., ut in Rit. Romano pro diversitate sensuum, atque membrorum,
Minister.	Ex officio Episcopus in propria Diœcesi, & Parochus in propria Parochia, & de eorum licentia quilibet Sacerdos. In necessitate omnis homo habens usum rationis, dummodò loqui, & lavare possit; ex speciali Divina dispensatione Angelus, & Anima separata.	Ex officio solus Episcopus in propria Diœcesi, de licentia proprii etiam in aliena: Et ex commissione Papæ quilibet Sacerdos etiam simplex potest ministrare, non tamen conficere, secundum veriorem Sententiam.	Consecrationis, omnis Sacerdos: Collationis, seu administrationis, ille cui ex officio, vel delegatione, aut privilegio incumbit: Et etiam Diaconus in necessitate; ob Sacerdotum tamen copiam, hoc non est in usu.	Sacerdos habens jurisdictionis potestatem ordinariam, vel delegatam, non impeditam. Et in necessitate omnis Sacerdos à quibusvis peccatis, & censuris; nunquam tamen Laicus.	Proprius Episcopus, seu alienus de ejus licentia, & Abbas respectu suorum Subditorum, & quoad minores Ordines tantùm, quos ex Summi Pontificis commissione simplex Sacerdos potest conferre.	Contrahentes ipsi tum ante tum post Concil. Tridentinum; & si in mortali contrahunt, semel tantùm mortaliter peccant ratione susceptionis; cum enim non sint Ministri consecrati, ideòut Ministri non peccant, sed ut susceptores.	Sacerdos Curatus, vel alius de ejus licentia, vel sub ratihabitione. & in casu necessitatis quilibet Sacerdos etiam Regularis, qui si extrà necessitatem, & absque licentia administrat, incidit in excomunicationem.
Susceptor.	Quilibet homo natus cujusvis ætatis, & conditionis, & non natus, si in aliqua parte corporis ablui possit. In adultis requiritur consensus.	Omnis homo baptizatus sine ulla ætatis, sexus, aut status distinctione. Expedit tamen regulariter non dare ante septennium.	Homo Christianus post annos discretionis sine mortali. Jejunus jejunio naturali. In Paschate ex præcepto Ecclesiæ: Ex præcepto autem Divino aliquoties in vita, & in articulo mortis, *Jo.* 6. *Act.* 2. 42.	Homo Fidelis post usum rationis habens peccata. Semel in anno ex præcepto Ecclesiæ; & in Paschate propter Communionem, quando habet confessariam mortiferæ culpæ. Ex præcepto Divino quoties imminet periculum vitæ.	Validè. Quilibet homo masculus baptizatus, post usum rationis. Licitè. Confirmatus, in debita ætate constitutus, nullo Canonico impedimento detentus.	Ut Sacramentum: Homo Fidelis in debita ætate constitutus, nullo impedimento legitimo impeditus. Matrimonium verò, ut contractus, etiam inter infideles datur.	Homo Viator baptizatus, qui rationis usum adeptus sit, & propter morbum de vita periclitetur. Si posteà in amentiam, vel phrenesim lapsus, non privatur, si Christianè vixit, vel anteà petiit, nec constat de ejus contraria mente. Numquam verò sanus.
Effectus.	Delet originale peccatum in parvulis, & in adultis etiam actuale, si doleant. Totam remittit pœnam; Characterem imprimit; Gratiam infundit: Fomitem *refrenat*: Cognationem causat spiritualem; aliisque Sacramentis januam aperit.	Characterem imprimit: augumentum gratiæ confert; hominem fortiorem ad Christum confitendum reddit, & spiritualem parit cognationem, sicut Baptismus.	Gratiæ augmentum confert, & aliquando etiam primam gratiam. Oblita mortalia delet, venialia remittit, fomitem moderatur, à mortali præservat, bonos affectus excitat, devotionem auget, ac vitam æternam tribuit.	Primarius. Remissio peccatorum quantum ad culpam. Secundarius. Remissio eorumdem quo ac pœnam æternam, & aliquando etiam temporalem, & gratiæ restitutio amissæ.	Gratiæ augmentum tribuit, characterem imprimit, & speciale auxilium dat ad sanctè, & religiosè exercendas sacras actiones ad Dei cultum spectantes.	Gratiæ augmentum donat, thori fidem servat, prolem Deo generat, & Sacramentum, idest animorum conjunctionem efficit. Bona enim Matrimonii sunt tria, Fides, Proles, & Sacramentum.	Juvat, & confortat ægrotantis animum, præparat animam ad gloriam, peccata delet, gratiæ augmentum confert, & infirmum. si expedit, alleviat.
Institutio.	Initiativè à Christo Domino quando baptizatus fuit à Joanne. Præceptivè quando dixit Apostolis: Ite in universum Mundum &c. baptizantes &c. *Matth.* 28.	Initiativè in ultima Domini Cœna. Completivè in die Pentecostes, *Luc.* 24. 49. Præceptivè cum misit Apostolus, *Jo.* 20. Practicè *Act. Apost.* 8. 17.	In suprema nocte Cœnæ. Pridiè quam pateretur Dominus noster Jesus Christus, qui est solus efficiens Sacramentorum causa, ut Deus, meritoria verò, ut homo.	Inchoativè in ultima Cœna. Præceptivè, & completivè, *Jo.* 20. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.*	Quantum ad potestatem super Corpus Christi verum in ultima Cœna: Hoc facite in meam commemorationem. Quantum verò ad potestatem super mysticum ipsius Corpus, idest super Fideles, *Jo.* 20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, Tim.* 2. 1. 6.	In Paradiso Terrestri, ut officium naturæ: Post lapsum, in libidinis remedium: Ut Sacramentum verò, *Matth.* 14. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.*	Insinuatum quando Dominus invisit Sacrum Petri, *Matth.* 8. 15. Institutivè quando misit Discipulos, ut curarent Infirmos oleo, *Marc.* 6. 13. Promulgatum verò à *D. Jacob. cap.* 5. suæ epistolæ Catholicæ.
Difinitio.	Ablutio corporis aqua naturali facta sub præscripta verborum formula ad regenerationem spiritualem.	Consignatio facta ab Episcopo cum Chrismate in fronte baptizati sub certa verborum forma ad robur fidei consequendum.	Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, post consecrationem veraciter contenti.	Sacramentum consistens in actibus Pœnitentis, & absolventis, à Christo institutum per modum Judicii emendativi ad remissionem peccatorum.	Signaculum quoddam Ecclesiæ, quo spiritualis potestas confertur ordinato.	Viri, & Mulieris legitima conjunctio individuam vitæ consuetudinem retinens.	Sacramentum ex sacra Olei unctione, & Sacerdotis prece confectum, ad salutem animæ, & corporis hominis ægrotantis institutione divina ordinatum.

Ad Formularium Legale Practicum Fori Ecclesiastici ad Pag. 476.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decre-

Decretum Congregationis ab Innoc. XII. deputatæ super moderatione Indultorum extrà tempora.

SAnctissimus D.N. Innocentius Papa XII. pro Pastorali suo in commissum sibi Gregem Dominicum zelo, ac tuendæ disciplinæ Ecclesiasticæ studio prospicere volens, ne Indulta suscipiendi extra tempora à jure statuta Ordines, nimis facilè concedantur, Congregationi particulari Eminentiss. Dom. Cardinalium Carpinei, Casanatis, Maresscotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, necnon Illustriss. DD. Sperelli, Ciampini, Sacripantes, meique Secretarii infrascripti specialiter deputatæ expendendas commisit causas, ex quibus præfata Indulta tribui solent, &c.

Quæ quidem Congregatio die decima Novembris, atque iterùm 7. Decemb. anni currentis habita, re maturè discussa, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex causis infrascriptis, videlicet.

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Cappellaniæ ad vitam sibi concessæ per se ipsum inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus. Ob solatium Patris, vel Matris, dummodò quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator saltem per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendariis Utriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia, Doctoribus Utriusque, vel saltem Canonici Juris, seu Licentiatis, dummodò singulos præfatos gradus in publica, & approbata Universitate obtinuerint; Iis etiam, qui saltem per triennium sedulam Theologiæ studiis operam navaverint, ac tandem vigesimum sextum ætatis annum excedentibus per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint.

E contrà censuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, litterarum Apostolicarum Scriptor sit, seu Magister in Artibus, Nobilis, aut præsens in Curia, vel quod Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cujus servitii titulum ex Apostolico Indulto Clerici ordinari possunt, aut onus Missarum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico proveniens habere se doceat.

Insuper censuit Indulta hujusmodi deneganda esse iis, qui aliqua dispensatione indigens impedimenti ex eorum delicto provenientis, & Sede Episcopali vacante infrà annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint.

Item nunquam concedenda pro festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi definiendo.

Denique censuit Episcopos omnes, ac etiam Apostolicos Nuncios, & Legatos litteris in forma Brevis circularibus admonendos, decreviisse Sanctitatem Suam Indulta prædicta, non ita passim, sed ex certis tantùm legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum executionem astringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, onerata eorumdem conscientia, relinquere.

Item

Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, nisi ad normam *Concilii Tridentini sess. 21. cap. 2.* Eos verò omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extrà tempora, vel aliis respectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites, cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

Hæc autem omnia, & singula suprascripta Decreta, audita ex me integra eorum relatione, Sanctiss. D.N. laudavit, & approbavit, ac tàm in Dataria, & Secretaria Brevium, quàm à cæteris omnibus Ministris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabiliter servari mandavit, sublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta aliter, quàm ad formam eorumdem Decretorum in posterùm expediendi.

Hac die 14. Decembris 1693.

Carolus Augustinus Fabronus Secret.

Ad Decretum de Ejectis, & Ejiciendis Congreg. Deputatæ ab Innoc. XII.

SUMMARIUM.

1. *Regulares recurrentes recto tramite ad Urbem à gravaminibus Superiorum sine eorum licentia non incurrunt pœnas Apostasiæ: Si autem levi ex causa, & temerè hoc facerent, ad Superiorem remittuntur puniendi.*
2. *Regulares, qui Monasteria relinquunt prætextu dicendi de nullitate professionis, non audiuntur nisi redeant ad Claustra.*
3. *Fallit regula in verè Apostatis, quibus ut redeant ad bonam frugem conceditur gratia transeundi ad aliam Religionem.*
4. *Religiosi professi non possunt à Religione ejici sub prætextu, quod laborent morbo incurabili, reticito tempore professionis, nisi adsit statutum speciale à Papa confirmatum.*
5. *Statutum hujusmodi non suffragatur, si morbus incurabilis superveniat post professionem.*
6. *Presbyteri sæculares Congregationis Doctrinæ Christianæ Urbis post votum emissum perseverantiæ non possunt Congregationem relinquere absque dispensatione Apostolica.*
7. *Presbyteri sæculares Congregationis Oratorii, non possunt ab Episcopo à Congregatione extrahi, neque ab observatione instituti removeri, & exturbari.*
8. *Perpetuò oblati non possunt à Religione recedere, & n. 9.*

INstantibus Procuratoribus Generalibus Religiosorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apostatis, & Ejectis editorum à Sac. Congreg. Concilii, & à san. mem. Urbano Papa VIII. anno 1624. confirmatorum, ut facilior modus incorrigibiles ejiciendi præscribatur, Sac. Congreg. à Sanctissimo D. N. Innoc Papa XII. super præmissis particulariter deputata, Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Carpinei, Casanate, Mariscotti, de Norfolcia, de Laurea, de Aguirre, & Colloredi, perpensis eorumdem Procuratorum Generalium votis, ne consortio morbidarum pecudum cæteræ corrumpantur, & remedia hucusque ad sanitatem oblata male affectis officiant magis, quam prosint, maturo examine, zelo Regularis disciplinæ conservandæ, censuit, statuit, & auctoritate ejusdem Sanctissimi D. N. sibi specialiter attributa, hæc in posterum servanda decrevit.

1. Quod

1. Quod firmis, ac in suo robore semper manentibus prædictis Decretis *de Apostatis*, etiam secundum eam partem ubi agitur de Ejectis, & Ejiciendis, tamquam Sac. Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus, quoad Ejectos eadem serventur, quæ in alio simili Decreto hac præsenti die emanato de Apostatis, & fugitivis statuta sunt, & Indulta; quodque ad præscriptam legem sa. me. Greg. IX. *in cap. fin. de Regul.* annuatim fugitivi requirantur, & respectivè cogantur ad Claustra reverti.
2. Quod annus integer, qui in prædictis Decretis anni 1624. præscribitur in pœnitentia, & jejunio ad ejiciendos incorrigibiles, ad sex tantùm menses continuos in posterum coarctetur, & restringatur.
3. Quod facultas Generalibus Ordinum de consilio, & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad Causas Ejiciendorum eligendis, attributa, extendatur etiam ad quoscunque Provinciales, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravibus ex propria Provincia Religiosis à Generali confirmandis, de illorum consilio, & assensu, causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles suæ Provinciæ, & dictionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis, difiniant, salva semper Sanctæ Sedis, & Sac. Congregat. Concilii, in casu recursus, & appellationis auctoritate.
4. Quod in posterum Processus conficiantur juxta regulas, Constitutiones, Ordinationes, & stylum cujusque Ordinis, & Religionis, donec fuerit à Sacr. Congreg. provisum.
5. At quia nimia sine delectu facilitas recipiendi quoscunque Religionis ingressum petentes, & à Religione forsan alienos, duram satis tractu temporis necessitatem parit eosdem è Claustris ejiciendi, ne hujusmodi semina, quæ à principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus usque ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, eadem Sac. Congregatio, annuente Sanctiss. D. N. sub interminatione Divini judicii, nec non privationis vocis activæ, & passivæ, ac Dignitatum, & officiorum obtentorum, cum inhabilitate ad eadem in posterum obtinenda, quibuscunque prædictorum Ordinum Superioribus districtè præcipit, & mandat, omnia, & singula Decreta san. mem. Clem. VIII. registrata post Decretum san. mem. Urbani VIII. de Apostatis, & ejectis incipien. *Regularis*, *Sanctissimus*, & *Nullus*, unà cum aliis subsequentibus Decretis, provisionibus, ordinationibus, & respectivè moderationibus, bis in anno legi, eadem ad unguem servari, pœnas in eisdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari, ne hujusmodi Decretorum trangressores, qui in lege gloriantur, per prævaricationem legis Deum inhonorent, & ne militiæ Christi adscripti tam de facili fiant desertores, ac profugi.

Datum Romæ die 24. Julii 1694.

G. Card. Mariscottus Propræfectus.

Loco ✠ Sigilli.

R. Pallavicinus Sac. Congr. Conc. Secr.

(Et sequitur publicatio dicti Decreti.)

A D.

ADNOTATIONES.

1 *DE APOSTATIS.* Regulares recurrentes recto tramite ad Urbem à gravaminibus suorum Superiorum, non incurrent pœnas Apostasiæ, ex quo discesserint sine eorum Superiorum obedientia, dummodo non vagent, & se præsentent R. P. D. Secretario Sac. Congregationis, nec ideo molestandi sunt, ut advertit Nicol. *lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 31. *de Regular. post n.* 43. ubi plura Sac. Congregat. Decreta refert, & nuper decisum fuit ab eadem Sac. Congreg. in Valentina Lectoratus 6. & 27. Junii 1698. referente clar. mem. Card. Petruccio. Si tamen temerè, levique ex causa Urbem peterent, seu Curiam absque sui Superioris licentia, ad eumdem Superiorem remittendi essent plectendi, juxtà Decretum Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. per extensum relatum à Fagnan. *in cap. de Priore num.* 38. *de appellat.*

2. Hi autem Regulares, qui è Claustris egrediuntur, & Monasteria relinquunt (retento, vel dimisso habitu) prætextu nullitatis professionis, non audiuntur (quamvis ad Urbem accedant) super eadem prætensa nullitate ex quacunque causa, nisi prius redeant ad Claustra, juxta dispositionem *Concilii Trident. sess.* 25. *cap.* 19. *de Regular.* ut sæpè sæpiùs respondit Sac. Congr. Concilii, & recenter *in Bononien.* 4. *Junii* 1689. *Claramonten.* 29. *Novemb.* 1692. *& in Giennen.* 9. *Aprilis* 1701. etiamsi egressi vellent transirè ad aliam Religionem, ut declaravit *Sacr. Congr. Episcopor. in Provinciæ Beticæ* 30. *Aprilis* 1700. & plenè tradit Don. *prax. rer. Regular. tom.* 2. *tr.* 12. *quæst.* 11. immò & si tanquam incorrigibiles servata forma Const. Apostolicarum fuissent ejecti, *Sac. Congr. Concilii in Papien.* 15. *Martii* 1692.

3. Fallit tamen non semel hæc regula in Regularibus verè Apostatis, & diu extra Claustra dimisso habitu more sæcularium in terris Hæreticorum vagantibus: quibus ut ad Religionem, & in sinum piæ Matris Ecclesiæ (ut sæpè cupiunt) redire alliciantur, solet Sac. Pœnitentiaria Urbis (cui ad hunc effectum preces porriguntur) facto verbo cum Santissimo rescripto indulgere, ut invento benevolo Receptore (si ad propriam remeare formident) ad quancunque aliam Religionem, & aliquando (at rarò) etiam non Claustralem transire valeant, ut bis, terque obtentum vidi, ad terminos indulti generalis Innoc. XII. de anno 1694. emanati.

4. Item Religiosi professi non possunt ejici à Religione prætextu, quod ante illorum receptionem occultè laborarent morbo gallico, lepra, vel alia luent contagiosa, quam tacuerint: quia de jure communi nulla est ægritudo etiam morbifera, quæ annihilet professionem, & probat Donat. *de Regular. tom.* 4. *par.* 1. *tract.* 3. *de qualit. recipiend. quæst.* 25. *num.* 6. *seqq.* & quod proinde horum ejectiones sint nullæ, declaravit nuper *Sac. Congr. Concilii in Siracusana Ejectionis* 1. *Septembr. & in Cameracen. Ejectionis* 22. *Decembr.* 1691. Nisi tamen adesset speciale statutum Religionis à Papa confirmatum, quod asserunt habere Capuccini, Passer. *de stat. hom. tom.* 3. *quæst.* 189. *art.* 10. *insp.* 4. *n.* 155. *& trib. seq.*

5. Verùm nec tale privilegium suffragaretur, si post professionem emissam unam, vel alteram ex infirmitatibus per statutum expressis, & exceptis incurrerent: quia tunc nec Religiosus ita infirmus posset è Claustris egredi, nec Religio illum dimittere, ut respondit *Sacr. Congr. Episcopor. in una Capuccinorum* 5. *Septembris* 1692. pro Fr. Secundo à S. Damiano, qui cum diu profugus à Religione vagasset, & declarari se non teneri ad Religionem redire, neque Religionem illum recipere (ex quo morbo gallico incurabili laboraret) petiisset, sub dicta die prodiit rescriptum — *teneri redire, & Superiores teneri recipere.*

6. Item Presbyteri Congregationis sæcularis Clericorum Doctrinæ Christianæ, cum simplici perseverantiæ proposito in Urbe institutæ, & à Paulo V. confirmatæ: si votum perseverantiæ (quod ad præscriptum Constitutionum est eis liberum, & arbitrarium) emiserint, non possunt amplius absque dispensatione Apostolica à dicta Congregatione egredi, neque dimitti, ut declaravit

Sac.

Sacr. Cong. Conc. in Romana voti perseverantiæ 29. Jan. 1701.

7. Item Presbyteri Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, licèt subsint ordinariæ jurisdictioni Episcoporum, non possunt tamen hi, sub quovis prætextu, aut quæsito colore illorum personas à Congregatione, in quam ingressi, & admissi reperiuntur, extrahere, nec ab observatione sui instituti removere, & exturbare, prout speciali Indulto sub datum 8. Julii 1622. Gregor. XV. inhibuit his verbis -- *Quocirca universis, & singulis locorum Ordinariis, ne ullam dictæ Congregationis Domum nisi juxta statutorum prædictorum formam, & tenorem, nec aliter nec alio modo visitare, minusve quovis casu pro tempore contingente, ac sub quovis pretextu, aut quæsito colore aliquam ipsius Congreg. personam è dicta Congregatione extrahere, aut ab observatione sui instituti removere audeant, seu præsumant, auctoritate, & tenore prædictis interdicimus, & prohibemus.*

8. Item Oblati, qui se suaque omnia perpetuò, & irrevocabiliter obtulerint Monasterio mediante publico contractu, & juramento, ac obedientiam Monachalem promiserint, non possunt à Religione recedere absque dispensatione Apostolica, quia hujusmodi oblatio, & promissio est species professionis, Abb. *in cap. quod à te num. 5. de Cleric. conjug.* ibi-- *Quando quid intravit Religionem, & non fecit professionem, quia fuit Oblatus, dando se, & sua plenè Monasterio, & iste amplius non revocat, est enim quasi servus Monasterii.*

Felin. *in cap. in præsentia nu. 4. de probat.* ibi--*Oblati verò aliquando portant habitum, aliquando non, vel differentem, & possunt recedere, nisi sunt perpetuo Oblati, quo casu æquiparantur aliis professis.*

Innoc. *in cap. consuluit, qui Cleric. vel vovent.* ibi--*Nisi obedientiam Monachalem promiserint, puta quia omni suæ voluntati renunciarent, & omnia committerent voluntati Abbatis, quia tunc talis obedientia pro professione sufficeret.*

9. Nec dicatur auctoritates prædictas procedere juxta terminos, & dispositionem juris communis antiqui: quia quoad Oblatos Concil. Trid. nihil innovavit: & cum Canonistis mox laudatis tenet modernus Donat. *prax. rer. Regular. tot. 2. tract. 13. de oblat. quæst. 21. num. 4. & 5.* ibi -- *Oblati sunt viri Religiosi saltem largè, cum se, suaque omnia perpetuò, & irrevocabiliter obtulerint Monasterio medio publico contractu, & juramento, quo fit ut hi sint magis adstricti Monasterio, quàm alii per solemnem professionem, & hanc sententiam secuta est Sac. Congreg. Episc. in Brixien. 31. Januarii 1698. referente clar. mem. Card. Petruccio*, & hinc oritur, quod percutientes, vulnerantes, vel occidentes eosdem Oblatos incurrant in excommunicationem contentam *in cap. si quis suadente 29. 17. qu. 4.* dummodo habitum gestent, *Sacr. Congreg. Conc. in Anglonen. 8. Julii 1690.*

Innocentii XII. Constitut. XLIV.

Qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusibus circa Ordinum collationem.

SUMMARIUM.

1 *Onera Missarum Beneficio injuncta in calculandis redditibus non detrahuntur.*

2 *Quæ sint onera detrahenda, ostenditur.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

SPeculatores Domus Israel &c.

Sane hoc inito consilio, non alios quantum fieri potest, quàm qui in sanctitate, & justitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ militiæ gradus statis intervallis ambulaverint, ac piè, & fideliter in Ministeriis anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, Sacrasq; Ordinationes juxta priscum Ecclesiæ morem, præscriptis à jure temporibus, orationi, & jejunio consecratis, haberi cupientes, severiorem quandam in concedendis indultis suscipiendi Sac. Ord. extra tempora hujusmodi, & interstitiis ad id designatis minimè servatis, ultro nobis proposuimus adhibendam rationem, qua videlicet servata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquam heri sacrilegi, hodie Sacerdotes, heri prophani, hodie Sacrorum Antistites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis creentur; sed ii tantùm, juxta constitutas à Majoribus leges, ab humili gradu fidelis populi, ad sacrarum administrationum sublimitatem promoveantur, qui post mutatum habitum sæcularem, diuturna conversatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerunt, quæ postmodum alios docere tenentur; cæterum per ea ipsa indulta, quæ super præmissis parciùs quidem, ac ex certis tantùm, & magis rationabilibus causis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbata, salutarem illam quam Sacr. Generalis Trid. Conc. decreto de non ordinandis ad patrimonii titulum, nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assumendos judicaverint, præscribunt disciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimo nec unquam ad indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissimè oneratas voluimus, prorsus relinquere declaravimus; sperantes in Domino eos, qui juxta Apostoli monitum, nemini citò manus imponendas esse probè norunt, sibi, & universo gregi attendentes, in quo eos posuit Spir. S. regere Ecclesiam Dei, reverenda ipsis Spiritibus Angelicis ministeria ab hominibus sine consideratione apprehendi nunquam permissuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata dumtaxat accipere promeretur. Omnes insuper, & singulos cujuscumque tandem gradus, & ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus S. Sedis gratia Sacros Ordines præfatos extra eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cum Divinos Ordines largiri districti semper esse judicii oporteat, seriò monitos voluimus, ut præscriptos sibi desuper in suis quique facultatibus terminos religiosè custodiant, nec eos cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu nullatenus transgrediantur.

Verùm quo impensiùs Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc interdicimus, eo majori cum animi nostri dolore, ex quamplurium Vener. Fr. nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis regionibus existentium delatis ad nos querelis accepimus, graviora quotidie malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicet illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ord. sibi forsan à propriis præsulibus denegatos, seu quos aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab

alie-

alienis Episcopis non quæ Jesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent oves, in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot canonicas damnationes contra usurpantes alienæ plebis homines latas perhorrescentibus, absq; suorum Prælatorum commeatu, hoc est dimissoriis, commendatitiisve eorum literis destituti, quinimmo eis insciis, & sæpè etiam invitis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiastici, originis, domicilii, seu etiam familiaritatis ac continuè Ordinantium Episcoporum commensalitatis quæsitis titulis, in sacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè suscipiunt, atq; ita non intrantes per ostium, & nihilominus tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt, judicium absq; misericordia sibi conscisciit, Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præsumentes, non modò eum non placant, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requiret.

Hinc est, quod nos ex commisso nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitus, & omnino è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantum nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, nec non fel. rec. Urbani VIII. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit: *Secretis:* aliorumq; Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiam conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & ordinationibus inhærentes, aliasq; quoad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenus opus sit, innovantes: de Venerabilium Fr. nostrorum S. R. E. Card. ejusdem Conc. Trid. interpretum, qui quæcunque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad earumdem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, totiusque Christiani populi ædificationem; hac generali nostra, & perpetuò valitura constitutione decernimus, & declaramus nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione originis, seu domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitimè contracti non subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere cujusvis beneficij Ecclesiastici, ei statim, ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit prætextu, etiamsi beneficium prædictum de novo ea expresè adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum, ad illud instituatur. Prætereà Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem Tonsuram, seu etiam ad Minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque beneficij in illius Diœcesi obtenti, ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem testimoniales literas proprij Episcopi, tam Originis, quàm Domicilij, super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit.

Licèt verò Clericus ratione cujusvis Beneficij in aliena Diœcesi obtenti, subjici dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcussè servari volumus regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acqui-

rere censeatur, nisi beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxta taxam Synodalem, sive ea deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, *detractis oneribus*, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adjectione patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic Ordinans, tam de prædictis testimonialibus literis, quàm de reddito Beneficii hujusmodi, expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit.

Cæterum subditus ratione originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum, & naturalis patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio, in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales, ut suprà, obtinere, illasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare teneatur.

At si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tandiù ac eo animo permãserit, ut inibi verè domicilium de jure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilij per patrẽ legitimè, ut præfertur, contractũ pro ordinatione ejusdẽ filii attendi debeat.

Subditus autem ratione domicilii, ad effectum suscipiendi Ordines is duntaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, atque ibidem per aliquod considerabile tempus commorando, satisque superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius in utroque casu, se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet: Si quis autem à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis testimoniales literas, ut supra, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum literis facienda erit.

Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum familiarem suum ad aliquos, Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat, absque ejus proprii, originis scilicet, seu domicilii Prælati testimonialibus literis, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Trid. præfati, familiarem prædictum, per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: *Beneficium insuper*, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius præfinitum, sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in ordinationis hujusmodi testimonio expressam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet, suos ratione originis, seu domicilii subditos Clericos, quoscumque, ab

alie-

alienis Episcopis quavis auctoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris promotos, nedum ad formam Concilii Trid. supradicti quoad scientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum testimoniales literas, gratis tamen recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis constitutionis forma, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis bene viso, ad docendum de ejusmodi adimplemento, ita ut quos etiam termino elapso id minimè præstitisse compererit, à susceptorum Ordinum exercitio, si ita, & quandiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque ne in altari, aut in aliquo Ordine ministrent, indicere possit.

Ita verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seù eorum aliquo secus fiat, ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, uterque subjaceat.

(*Et sequuntur Decreta roborantia, derogatoria contrariis, ac irrogatio pœnarum contra transgressores*).

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 4. Novembris 1694. — *Collect. Bullar. d. Pontif. pag.* 179.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ Plumbi.

ADNOTATIONES.

1 *DETRACTIS ONERIBUS*. Memineris hìc, quod onera Missarum Beneficio injuncta in calculandis redditibus pro constituenda summa sufficienti tituli Ordinandorum ad Sacros Ordines non detrahuntur, sed hæc verba referenda sunt ad alia onera, etiam post emanatam Constitutionem hanc, ut declaravit *Sacr. Congreg. Concil. in Segnina Ordinationis* 14. *Aprilis* 1696. *& in Neapolitana, seù Scalen.* 19. *Febr.* 1701. quæ Decreta attuli in *Adnot. ad Form. XIII. Tit. de collat. Ordin.* quod est juxta sententiam Card. de Luca *de donat. disc.* 11. *num.* 8.

2. Quæ autem onera ad hunc effectum detrahenda sint, docet idem Card. de Luca *de Benefic. disc.* 90. *num.* 80. ubi quod onera certa, & necessaria detrahenda à Beneficii fructibus sunt, refectio domus, oleum pro lampadibus, hostiæ, cerei, paramenta, cathedraticum, expensæ Visitationis, salarium Clericorum pro qualitate Ecclesiæ, & servitii, quatenus præstari sit solitum, nec non contributionis Seminarii, vel fabricæ Ecclesiæ, ac onus cambiorum.

Confirmat. Decretorum Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum super Celebratione Missarum, etiam cum declarationibus, & innovatione Decretorum ab eadem Congregatione, auctoritate fel. rec. Urbani Papæ VIII. desuper aliàs factorum.

SUMMARIUM.

1 *Cappellanus, qui habet onus applicandi Sacrificium quotidie, potest semel in hebdomada vacare, sed non pro aliis Sacrificium applicare, & allegatur Decretum Sacræ Congregationis Concilii, num. 2. 3. 4. 5. 6.*

7 *Parochi aliive Curati perpetui tenentur diebus festis pro populo Sacrificium applicare, & num. 8.*

9 *Canonici Cathedralis, & Collegiatarum tenentur canere Missam Conventualem, eamque applicare pro Benefactoribus quotidie.*

10 *Quid de Missis privatis descriptis in Tabella? ibid.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

NUper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum prodierunt Decreta tenoris infrascripti, videlicet.

Aliàs super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apost. licentia, nec non super earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra redditus, & consuetas eleemosynas locorum Regularium non habendo, emanarunt ab hac Sac. Congregatione S. R. E. Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum, auctoritate per fel. re. Urbanum Papam VIII. illi specialiter attributa, quamplura Decreta tenoris sequentis.

Cum sæpè contingat in quibusdam Ecclesiis tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex variis Defunctorum relictis, aut plorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ Testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur: Cumque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quod Ecclesiis forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque ullo emolumento, aut quod eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint huic se muneri subjicere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeò exigui, ut Sacerdotes pro necessaria sua sustentatione, novis se oneribus obstringere compellantur; Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Tridentini interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatique, ac justitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat, hunc teterrimum abusum à Christiana Republica convellere atque eradicare, Sanctiss. D. N. Urbani Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit. Ac primò distinctè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur; quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus

pro-

prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, ubi pro pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Piis quibuscumque tam Sæcularibus, quàm Regularibus; Sac. Congreg. sub obtestatione Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet suæ obligationi non satisfaciant, quinimmò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò ut deinceps observetur exactiùs, Sac. Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & Indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis Piis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendi satisfiat.

Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi, cum nulla aut parva sint utilitate conjuncta; statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac Locis omnibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penès Ædem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium, quàm primùm investiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sac. Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum Locorum, tam Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, Sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares verò sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin Sæculares, qui hujus prohibitionis Transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpe-

tuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vociſque activæ, ac paſſivæ, abſque alia declaratione incurrat.

Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ità ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa: Eleemoſyna pro Miſſis, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne Fideles hac ratione fruſtrentur.

Epiſcopus verò, ſeù ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut Loco Pio incumbentibus; nec antea aſſenſum hujuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe; præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & Locis Piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adjunctis ſecundum morem cujuſque Civitatis, vel Provinciæ; intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in noviſſimo die ſe hujus prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

Poſtremò Illuſtriſſimi Patres non ſine gravi animi dolore intelligentes, malaferè omnia, quæ regularem diſciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent, in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemoſynæ cujuſque Monaſterii: inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacris Conc. Trid. Decretis hac de re editis, Sanctiſs. D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, ut ſingulis, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis, probatioribus, & rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obventiones tam communes Monaſteriorum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis Religioſis aſſignatas, ſeù permiſſas in communem uſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliave cujuslibet generis onera conſueverunt abſorbere.

Eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeù Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione deligendis, proponat, qui computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus ut ſupra detractis, ſedulò examinent, quot Religioſi homines connumeratis etiam Laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus, in unoquoque Monaſte-

nasterio, Conventu, ac Domo Regulari juxta regionis,& proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant substentari. Tum eorumdem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cujusque Familiæ, Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque Provincia, certus earum tantùm personarum numerus, Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & conventionibus, ut superiùs sufficienter ali possint.

Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissiùs, quàm par est, suo muneri satisfaciant; mandat Sacra Congregatio, ut infra annum post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta,in authenticam formam redacta ad sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium Capituli, seu Congregationis generalis, vel Provincialis sententia & auctoritate præfinitum, iidem Superiores tam Generales, & Provinciales omnes, quàm Locales perpetuò servare omninò teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum absque Sacræ ipsius Congregationis licentia; Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovismodo augere præsumpserint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis, Sacra Congregatio subjacere voluit, & declaravit.

Deinceps verò Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis hujusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere,& ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant ad præscriptum Decreti fel. rec. Gregorii XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subjecta esse intelligant.

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, sub pœna privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque menses, ideſt feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi præsentes Ordinationes in publica Mensa perlegantur.

Omnibus tam Ecclesiasticis personis cujuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quàm Laicis quocumque honore, & potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus quoad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta Constitutionibus,& Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendi-

can-

cantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & individuò exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque tàm sæcularium, quàm Regularium Locorum, necnon illorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam Derogatoriarum Derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset tenoris hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus ommisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur illis aliàs in suo robore permansuris, Sac. Congr. Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes Ordinationes in valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut mortis est, affixæ, omnes ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Utque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis ac manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die vigesima prima Junii 1625.

C. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secretarius.

EXcitatis autem super præmissorum Decretorum intelligentia, seu interpretatione infrascriptis dubiis, prodierunt à memorata Congregatione simili auctoritate illi à præfato Urbano Papa Octavo specialiter attributa responsiones, seu declarationes inferiùs apponendæ.

Super primo Sacræ Congregationis decreto, de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid si Legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum, insumendum sit pro expensis ad id necessariis.

Et quid, si permittatur Episc. in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari.

Se-

Secundò, super secundo ejusdem Congregat. decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario.

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minùs congruum, teneantur Missas illis ab Offerente præscriptas celebrare.

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellaniæ, Legati, aut Salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis Votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ.

Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimò, super quarto ejusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, Inservientium, Paramentorum, Luminum, Vini, Hostiæ, & similium?

Octavò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideſt, an rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti Celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficii.

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita, pro celebratione Missæ debeant dare eamdem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt, an verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Undecimò, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba -- *Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ità demum iidem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.*

Quæritur, an hoc decretum prohibeat absolutè, quominus accipiant novas eleemosynas ii, quia acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere.

Duodecimò, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primùm poterit?

Decimotertiò, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant

tam

tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquartò, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capsulæ quæ apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis Defunctorum, & vulgò dicuntur (*Casse de' Morti*).

Decimoquintò, an administratores Ecclesiæ, magnæ devotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne aliàs cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimosextò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& aliis ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoseptimò, super septimo ejusdem Congreg. decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis decreti sa. me. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque Religiosi, sit denuò facienda nec ne.

Decimo octavò, an novitii ad habitum Regularem admissi possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus habita ut supra præfixione numeri, commodè ali non possunt.

Decimononò, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita duodecim saltem Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, itaut alioquin subsint jurisdictioni Ordinariæ.

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quę non consuevérunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Cappuccinorum, ac Societatis Jesu?

Ultimò, an idem decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an verò etiam extrà Italiam.

Declarationes, seu Responsiones ad supradicta Dubia.

SAcra Congreg. Card. Conc. Trid. Interpretum, auctoritate sibi à Sanctissimo Domino Nostro attributa, ad singula dubia superiùs proposita, ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi, abiis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse judicaverit: Verumtamen si in ipsa Beneficii erectione expressè cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario: Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seù Cappellaniæ, Legati, aut Salarii, si Eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum respondit permittendum non esse, ut Ecclesiæ, & loca pia, seù illorum Administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum, nullam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca pia alios non habent reditus, quos in usum earumdem expensarum erogare licitè possint; & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm Missæ Sacrificio necessariò sunt subeundæ; nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad octavum, non habet locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti Celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debet absolutè tribuere integram eleemosynam Sacerdoti Celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad undecimum, respondit, non prohibere absolutè; ac propterea etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxtà Benefactoris consensum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad decimum quartum, comprehendi.

Ad decimum quintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad duodecimum.

Ad decimum sextum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam, servata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad

Ad decimum octavum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deindè in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commodè ali possint.

Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secretarius.

CUm autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione, quamplures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint; cupiens eadem Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum hujusmodi detestabiles abusus è Christiana Republica pro viribus evellere, ac opportunè providere, ut sublatis fraudibus, ac emendata negligentia, piæ disponentium, seù *Benefactorum voluntati fides illibata servetur*, Defunctorum animabus integra, & prompta præstentur suffragia, itidemque Deo major gloria, & Ecclesiis præstantior cultus reddatur, prævia auctoritate per SS. Dominum Nostrum Innocentium Divina providentia PP. XII. ei specialiter attributa, infrascripta Decreta, prius in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem Suam deputata, & postea in Generali hujusmodi Cardinalium Congregatione maturè, & accuratè discussa, recognita, & examinata edidit.

In primis præinserta Decreta cum præmissis illorum declarationibus, plenissimè, & amplissimè approbat, confirmat, & innovat, omniaque, & singula ibidem contenta, & expressa iterum, omni meliori modo decernit, statuit, ab omnibus & singulis etiam speciali, & individuali nota, seù expressione dignis penitùs observari, & omnimodæ executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

Insuper, ut in re tanti momenti consultiùs, ac majori, ut par est, circumspectione procedatur, si qui forsan fuerint, vel sint, qui suis pravis, & erroneis intentionibus, seù opinionibus blandiri volentes Missarum celebrationem ommittunt sub malitiosa, vel irrationabili spe earumdem condonationem, vel reductionem à Sede Apostolica, vel compositionem à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe, obtinendi, Congregatio præfata tum eosdem, tum quoscumque alios, qui posthac in adeò detestabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fieri, & monitos esse voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, non nisi ex rationabili causa, seù æqua commiseratione, compositiones verò à dicta Fabrica utente suis facultatibus, & privilegijs, non nisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, & præsertim cum illa -- *Dummodò malitiosè non omiserint animo habendi compositionem*, aliàs gratia nullo modo suffragetur, admitti consueviſſe, & solere; quapropter, ut locus omnis imposterum hisce prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, seù spes, ac eleemosynarum, sivè in toto, sivè in parte versiones in alium, quàm præfatarum Missarum usum, seù satisfactionem, & quascumque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, seu circumventiones declarat prorsus irrationabiles, injustas, & illicitas, illasque omninò reprobat, damnat, & interdicit.

Cumque hujusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quòd onera Missarum supra vires suscipiantur; caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores, & mi-

ministri quarumcumque tùm Sæcularium, tùm Regularium Ecclesiarum, seù illarum Capitula, ne onera, seù Missas tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant, utque id ipsum quoad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum, & temporalium litteris perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum, implemento, si moraliter, & intra præscriptum, seù breve tempus satisfacere non posse, seù illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas, sivè perpetuas, sivè manuales per interpositas personas quoquomodo recipere, seù acceptare omninò desistant, seu abstineant, & ulteriùs tali casu in eadem Tabella similiter exprimant sese propterea à alijs Missis acceptandis, & celebrandis impares esse.

Iidemque teneantur pariter in Sacrario duos Libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, & temporalia; in altero autem missas manuales, & tam illorum, quàm istarum adimplementum, & eleemosynas distinctè, & diligenter adnotare, & adnotandas, seù adnotanda curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pariter exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præfatis respectivè Libris simili distinctione, & diligentia, tàm præfati, à quibus rationes debent reddi, quàm Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu adnotare, sivè describendas, vel adnotandas, respectivè curare.

Quibus semper salvis, debeant ulteriùs Regulares prædicti, omnes, & quascumque eleemosynas tum perpetuarum, tum temporalium Missarum reponere in Capsa particulari sub duabus Clavibus, quarum una penes Superiorem Localem, altera verò penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum, coram Patribus Discretis, seù Consiliarijs, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere.

Quod si prædicti, ad quos cura Tabellæ, Capsæ, & Librorum præfatorum respectivè pertinet, seù pertinere debet, suam operam præmissis, ut præfertur minimè navaverint, & Superiores tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seù non invigilaverint, quod præfati, qui in curam Tabellarum, & Librorum incumbunt, suo muneri, ut præferuntur, satisfaciant, in singulis respectivè casibus Sæculares penam suspensionis incurrant; Regulares verò voce activa, ac gradibus, & officiis, quæ obtinent, ipso facto, & absque alia declaratione privati sint, & intelligantur, nec non ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

Porrò, ne ullo unquam tempore omnia, & singula Decreta prædicta in oblivionem, seù desuetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publicè exposita in eorum Sacrario; Superiores verò Locales cujuscumque Monasterij, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneatur, sub pœna privationis Officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, ideſt feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi omnes, & singulæ præmissæ, tum

inser-

insertæ, seù confirmatæ, tùm in præsens factæ Ordinationes unà cum dictis declarationibus in publica Mensa perlegantur.

Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, & à personis, & in Ecclesiis quoquomodo etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subjectis, Missæ ea, qua par est, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum justitiam recurrentibus, seù instantibus reddentes, sed ex officio tum in visitationibus, tum in aliis actionibus, & modis, quos expedire, & convenire, toties, quoties judicaverint, inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis decretis adversetur.

Caveat etiam respectivè omnes Regulares tum Subditi, tum Superiores quicumque nedum Locales, sed etiam Provinciales, & Gen. ne Missarum celebratio, & omnium Decret. præmissorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christifidelium scandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, seù pervertantur, alioquin ultrà propriæ conscientiæ onerationem, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quę obtinent, necnon inhabilitationis ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda prorsus incurrant.

Curent propterea præfati Superiores Regulares in omnes, & singulos contravenientes debitis pœnis diligenter, & promptè etiam per inquisitionem animadvertere, & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores Locales in Provincialibus Capitulis, seu Congreg. exhibere attestationem, seù fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seù cujuscumq; Domus Regularis subscriptam, & juratam, quod omnibus, & singulis tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seù obligationibus ad limites, & tenorem præsentium Decretorum tempore eorum Regiminis fuerit omninò, & integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum distinctè referendarum intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omninò adimplenda conditione, quod ante præfatæ attestationis exhibitionem quicumque Superiores Locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omninò habere non valeant.

Prætereà Provinc. Vicarii, & Visitatores Provinciarum, seù Congregationum debebunt in fine eorum Regiminis Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quod executioni præsentium Decretorum sedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & singulis Conventibus, seu Monast. vel Domibus Regularibus Provinciæ, seù Congreg. de omnibus, & singulis oneribus, & obligationibus, ac insimul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem respectivè pœnarum in Decretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant, legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam, & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittuntur.

Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Cappellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca, & opera pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicumque curæ, seù regimini, aut administrationi, vel directioni Laicorum cujuslibet gradus, status, conditionis, & præeminentiæ etiam speciali, & individua-

duali nota dignorum dumtaxat, vel quorumcumque Ecclesiasticorum, & laicorum hujusmodi mixtim commendata, annexa, seu quomodocumque commissa, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; hinc salvis semper iis, quæ in præinsertis Decretis continentur, omnes, & quicumque hujusmodi Archiconfraternitatum, Societatum, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Cappellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum, & operum piorum Rectores, seu Administratores, vel Directores, & alii hujusmodi Officiales, necnon ii, ad quos cura Tabellæ, & Librorum in præmissis spectat, Tabellam, Libros, & hæc Decreta respectivè juxta modos superiùs expressos, similiter retinere, necnon de oneribus, ac celebrationibus, & eleemosynis dictarum Missarum, singulis annis rationem exigere, & respectivè iis, ad quos pertinet, reddere sub pœnis arbitrio, & in subsidium excommunicationis, teneantur. Postremò omnibus, & quibuscumque tam Ecclesiasticis personis cujuscumque Ordinis, Status, Gradus, Regulæ, Congregationis, Societatis, Conditionis, & Dignitatis existant, quàm Laicis quocumq; honore, ac potestate præditis, omnia, & singula præmissa decreta interpretandi, necnon Ecclesiasticis prædictis pœnas in hujusmodi Decretis relaxandi, seu quoquo modo circa præmissa dispensandi, omnes, & quæcumque facultas sit penitùs interdicta.

Non obstantibus quoad suprascripta omnia, & singula in hujusmodi Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, accujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & individuò exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque tam sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio, habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, S. Congr. Sanctitatis S. auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 23. Novembris 1697.

Joseph Card. Sacripantes Præfectus.

Ferdinandus Nuptius Sac. Congr. Secr.

QUo circa, cum Dilectus Filius noster Joseph Tituli Sanctæ Mariæ Trasportinæ S.R.E. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata decreta Nobis retulerit, Nos considerantes eadem omnia, & singula Decreta, ea qua decet maturitate digesta, & examinata, ac in vim Apostolicæ auctoritatis, eidem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributæ peracta, perutilia fore censentes, illaque propterea perpetuò, & inviolabiliter observari, nec non Constitutionis nostræ munimine roborare volentes; Motu proprio, non ad cujusdam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præinserta Decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus; quinimmò motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, & singula in supradictis Decretis contenta, de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque, etiam speciali, & individua nota dignis, omninò exactè, & perpetuò servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes præsentes litteras, cum omnibus, & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ præfata Congregatio auctoritate per ejusdem recordationis Urbanum Papam VIII. & respectivè per nos illi specialiter attributa, decrevit non obstare, quę pariter, & iterum nos tenore presentium non obstare decernimus, & mandamus, quibus omnibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, etiam harum serie pleniſſimè, specialiter, & expresè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuscumq; Volumus autem, ut præsentes litteræ in valvis Ecclesiæ, Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perindè arctent & afficiant, ac si unicuique eorum personaliter intimatæ fuiſſent.

Pariterque, ut earumdem præsentium transumptis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Approbationis, statuti, Decretorum, Ordinationis, Voluntatis, Sanctionis

nis, Mandatorum, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo, Decimo Kac. Januarii, Pontificatus nostri anno septimo.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Car d. Albanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

I. Catallus.

Visa de Curia.

I. Ciampinus.

ADNOTATIONES.

1 BENEFACTORUM VOLUNTATI FIDES ILLIBATA SERVETUR. Potest Episcopus prohibere, ne Regulares assumant satisfactionem onerum Missarum in Ecclesiis sæcularibus, nisi in casu penuriæ Sacerdotum Sæcularium, & nisi obtenta ejus expressa licentiam, *Sac. Congreg. Episcoporum in Cremonen. 11. Septembris 1598. & Sac. Congr. Concilii in Senonen. 18. April. 1654.*

An autem Cappellanus, seù Beneficiatus, qui ex dispositione Testatoris, seù Benefactoris tenetur celebrare quotidiè, dicatur servare illi fidem, si semel in hebdomada vacet, & pro se, vel pro aliis Sacrificium applicet?

2. Nonnulli Theologi Morales malè interpretantes *Text. in cap. Significatum de præb.* absolutè videntur admittere opinionem affirmativam, allegantes pro se Navar. *in consil. 6. de præbend. tom. 1. lib. 3. Abbat. in dicto cap. Significatum n. 4.* Alii verò (& meliùs) hoc distinguentes vacationem admittunt, sed non applicationem Sacrificii pro aliis.

3. Gavant. *in rubr. Missal. par. 3. tit. 12. n. 17.* sic dicit -- *Si uni tantùm impositum est quotidianum onus, ut per se ipsum impleat; nàm hoc intelligi debet salva honestate, & decentia, ratione cujus vacare potest à Missa celebranda semel in hebdomada; hoc est potest semel non celebrare, non autem potest semel pro alio applicare Sacrificium, quæ duo sunt valdè diversa.*

4. Biss. *Hierurg. litt. C. num.* 109. hæc habet -- *Cappellanus tenetur celebrare juxtà mentem Testatoris &c. si enim ex eâ constet Cappellanum debere celebrare quacumque die per se, vel per alium, utique non potest aliquando vacare, nisi per alium suppleat; si verò id expressè non caveatur, tunc posse in unaquaque hebdomada semel omittere Sacrum, concedunt communiter DD. &c. limita tamen dummodo id fiat propter decentiam, & reverentiam rei sacræ, non verò causa voluptatis. Et litt. S. n.* 190. §. 9. se meliùs explicando inquit -- *At ego verius puto cum Quart. in Append. de Sacrif. Miss. quæst. 4. par. 2. difficult. 4. quod Cappellanus possit semel in hebdomada omittere Sacrum, ut tamen si vult celebrare debeat Missam pro Fundatore celebrare, addita limitatione posita in litt. C. quia Fundator jus habet in fructu omnium Missarum.*

5. Fagnan. *in dicto cap. Significatum de præbend. num. 9.* -- *Declarat notabiliter, ut procedat in eo tantùm casu, in quo specialiter cautum est, ut Presbyter celebret unam Missam quotidie per se ipsum, prout hic cautum fuerat &c. Secus verò, si simpliciter statutum, aut conventum sit, ut Sacerdos celebret quotidiè unam Missam, nec sit adjectum, ut celebret per se ipsum, quia tunc oneri celebrationis Missarum potest per*

alium satisfacere &c. & consequenter cum onus non sit personale, nihil impedit quo minùs Missa celebrari debeat quotidiè absque ulla intermissione, cessat enim ratio honestatis, & devotionis celebrantis hìc considerata, &c.

6. His auctoritatibus benè fundatis innixa, aliisque laxis rejectis (super hac materia interrogata Sac. Congregatio Concilii per Episcopum Collensem) subnexis dubiis respondit, prout sequitur.

PRIMO. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Cappellaniæ, legati, aut stipendii celebrare quotidiè Missam per se ipsos, possint aliquando à celebratione vacare? & quatenùs affirmativè.

SECUNDO. Quando, & quoties à dicta celebratione vacare possint?

TERTIO. An diebus licitæ vacationis possint Missam pro se ipsis, vel aliis præterquam pro Fundatoribus celebrare? & quatenùs affirmativè.

QUARTO. An pro aliis celebrando possint stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?

QUINTO. An illis diebus quibus licitè vacant à celebratione teneantur Missam ab aliis celebrari facere juxta intentionem Fundatorum?

SEXTO, An Sacerdotes ut suprà obligati celebrare Missam quotidiè absque tamen onere celebrandi per se ipsos, possint aliquando à celebratione vacare?

Sacra Congregatio Concilii die 18. *Septembris* 1683. *Ad primum, & secundum respondit affirmativè concurrente aliqua rationabili causa. Ad tertium, quartum, & sextum negativè. Ad quintum dilulit resolutionem. Lib.* 33. *fol.* 311. Hæc tenet, quia multum juvant visitantibus Diœceses: Nec dubites de veritate, & existentia horum Decretorum, quoniam ex regestro Congregationis deprompta sunt, & nuper Synodus Provincialis Neapolitana illa rejecit ad Appendicem *pag.* 176.

7. Præterea si in impositione oneris dicatur, quod Cappellanus debeat continuè singulis diebus Missam celebrare, & si cessaverit eam facere, teneatur solvere .... pro qualibet Missa non celebrata, tunc non posset vacare, nec quiescere, nisi suppleret per alium, ut respondit eadem *Sac. Congregat.* 17. *Septembris* 1695. Non teneretur tamen neque per alium celebrare tempore infimitatis non excedentis quindecim dies, ut declaravit *Sac. Congr. Conc.* 17. *Novemb.* 1695.

8. An autem Parochi, aliivè Ecclesiarum Rectores Curati, & perpetuò intitulati, qui Curam habent, Animarum dicantur fidem frangere, si pro populo Sacrificium saltem diebus festivis non applicent? Quæsito affirmativè pluries respondit *Sac. Congregatio Concilii*) cujus est auctoritas ipsum Concilium Tridentinum declarandi, & interpretandi) non solum quia ab hominibus hoc onus ejus injunctum reperiatur, sed præcepto Divino, prout habetur in Decreto extradito pro Diœcesi *Lucana* 10. *Maii* 1681. cujus tenor talis est.

9. *Cum præcepto Divino iis, quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovibus suis Sacrificium offerre, sæpè aliàs Sac. Congr. Concilii censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si redditus pingues sint, singulis diebus, si verò tenues, saltem diebus festis; idem nunc censet quoad Parochos istius Civitatis, & Diœcesis, hoc insuper addens, ut detrectantes E. V. pro suo Pastorali Zelo compellere non gravetur. Hanc Sacr. Congr. Sententiam E. V. significo, eique manus humillimè deosculor. Romæ* 10. *Maii* 1681. *-Humillimus, & Addictissimus Servus F. Card. Columna -- Stephanus Archiepiscopus Brancacius Sacr. Congr. Secretarius.*

10. Alia Decreta concordantia ipsius Sac. Congreg. retuli *in Adnot. ad Formul. II. tit. de erect. Benef.* quæ etiam referuntur passim in Synodi diversarum Diœcesum, & præsertim *in Farfensi tit. de offic. Paroch. n.* 8. 1686. *in Albanensi* 1689. *eod. tit. §.* 5. *in Æsina secunda* 1694. *& in Neapolitana anno* 1700. *editis eod. tit.* Et hìc in praxi nota, quod, si in Libris vulgò --*Vacchettę* Secretariæ, de aliquo Decreto, quod allegatur, non constat: sufficit, quod de eo appareat per relationem vel epistolam, vel notationem proprio caractere factam Cardinalis Causæ Ponentis, prout declaravit, & Decretum ann. 1673. in sola relatione Card. Cybo Ponentis repertum extradi mandavit *Sacr. Congreg.*

Epi-

Episcop. in Mantuana Nullitatis Professionis 3. *Aprilis* 1693. *ad relationem Eminentissimi Card. de Carpineo.* Et idem procedere inferas in Decretis aliarum Congregationum, in quibus datur Cardinalis Relator, ex paritate rationis, præstantiæ scilicet fidei Cardinalium.

11 Cumque propterea declarationes hujusmodi obtineant vim legis, adeòut non solum in exteriori judicio, sed etiam in foro animæ obligandi vim habeant, ut latè probat Fagnan. *in cap. Quoniam de Constit.* Non quod Bonacc. *de Sacram. Euchar. disp.* 4. *qu. ultima punct.* 7. Barbos. *alleg.* 24. *& de offic. Paroch. cap.* 11. Fraxinell. *de oblig. Sacerd. sect.* 3. *præ nu.* 2. & alii dixerunt; sed quod tenet, & declarat Sacr. Congreg. Concilii, firmiter tenendum est, & exequendum.

12 Et idem dicas de Missa Conventuali, quam quotidiè celebrare, & pro Fundatoribus applicare tenentur omnes Ecclesiæ Cathedrales, & Collegiatæ, non obstante tenuitate reddituum, quia est pars Officii Divini, Fagnan. *in cap. Ut Abbates nu.* 82. *&* 83. *de ætat. & qualit.* & est onus de jure impositum in fundatione, *cap. Cum creatura de celebr. Missar.* ibique Fagnan. *nu.* 21. *Concilii Trid. cap.* 12. *sess.* 24. *de Reform. Sacr. Congregat. Concilii in Tusculana* 16. *Novembris* 1652. apud Chrispin. *de visit. par.* 2. *cap.* 20. *& in Civitatis Castellanæ* 4. *Martii* 1690.

13 At quoad onera Missarum privatarum descripta in Tabella, tenentur quidem Canonici juxtà illius ordinem celebrando adimplere: Sed si nullibi appareret vestigium à quo, & pro quo esset onus specialiter injunctum, & impositum, non tenerentur Sacrificium applicare; quia tunc onus in Tabella descriptum censeretur appositum pro majori servitio Ecclesiæ, & Populi commoditate dumtaxat, non autem ad illarum applicationem injungendam, *Sacr. Congreg. Concilii in Camerinen.* 4. *Junii* 1701.

Lettera Circolare della Sacra Congregatione de' Vescovi, e Regolari, sopra gl' Impieghi, & Esercizii indecenti degli Ecclesiastici.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, & Patriarchæ Orientales Catholici, non comprehenduntur in Constitutionibus Apostolicis, nisi de illis fiat expressa mentio.*

2 *Patriarchæ Orientales Catholici ordinant Episcopos, & Archiepiscopos.*

3 *Si tamen ordinarent Sacerdotem Latinum in Episcopum Rito Græco, ordinatio esset illicita.*

4 *Melius est paucos, & dignos habere Ministros, quam multos inutiles.*

5 *An ubi non reperiuntur Clerici idonei, promovendi sint minùs habiles? referuntur sententiæ DD. & num.* 6. *&* 7.

8 *Clerici tantò faciliùs exaudiuntur, quantò apud Deum sunt digniores.*

9 *Clerici in Sacris constituti, aut Beneficiati, non debent Laicis pro negociis deservire.*

10 *Non possunt Medicinam exercere.*

11 *Possunt compositiones Julepporum facere, & distribuere in usum pauperum.*

12 *Clericus Physicus, cui Indultum concessum fuit, ut possit exercere artem medicam* gratis, & amore Dei *non potest mercedem recipere, neque à sponte dantibus.*

13 *Si verò Indultum haberet in ventre clausulam* -- Dummodò nihil petas, sed à sponte dantibus, à pauperibus verò nihil omninò recipias, *non potest à publico conduci mercede conventa, & affertur exemplum à Sacr. Congregat. decisum.*

14 *Illegitimi Clerici non possunt eligi in Subcollectores spoliorum.*

15 *Dispensatus ad Ordines non censetur dispensatus ad Beneficia.*

16 *Fallit regula in dispensatione ab irregularitate partiali, & defectu non causante deformitatem.*

17 *Clericus dispensatus ad Ordinem ob maculam in oculo, non indiget alia dispensatione ad obtinenda Beneficia etiam Curata.*

18 *Clerici diffamati de homicidio per indicia, diffamationem non purgant, quamvis torturam sustinuerint, & remanent irregulares.*

19 *Clerici deferentes Comam fictitiam possunt excommunicari, & nu.20.*

21 *Clericorum Tonsuræ duæ sunt species, & qui coronam non deferunt dicuntur nutrire Comam.*

22 *Clericis non est imponenda pœnitentia publica, nisi pro delicto, quod mereatur depositionem.*

23 *Episcopus magis ad pietatem, quàm ad rigorem debet inclinare.*

24 *Ecclesia invariabiliter prohibuit Clericis venationem cum armis, ludum alearum, & taxillorum.*

25 *Afferuntur rationes cur Clericis fuerit prohibita delatio armorum.*

26 *Afferuntur rationes cur iisdem prohibeantur spectacula.*

27 *Afferuntur rationes cur iisdem prohibeatur ludus alearum.*

28 *Parochi non possunt exercere officium Subcollectoris.*

29 *Clerici conjugati non debent exercere officia publica.*

30 *Clerici possunt unà cum Laicis suffragium dare pronominatione Rectoris Beneficii, seu Capellani Capellæ Juspatronatus Universitatis.*

31 *Clerici Negociatores quomodò sint puniendi innuitur.*
Clericus, qui semel negocium illicitum fecit, non dicitur Negociator.
Dictio duo dicit multa, ibid.
Dictio plurimi, & dictio multi, in tribus verificatur.

32 *Clericus Negociator lucris non solatur, sed affligitur.*

33 *Clerici initiati prima Tonsura sub Ritu Latino non possunt transire ad Ritum Græcum absque dispensatione Apostolica, ibi, nu.33.*

34 *Clerici Albanenses commorantes in Italia gaudent privilegiis Clericalibus.*

35 *Clerici vulgò dicti Silvatici, quibus privilegiis fruantur.*

36 *Clerici inquisiti de delicto in foro Episcopi non possunt se constituere coram A.C. ante difinitivam.*
Et an appellare valeant ante biennium à denegata justitia?

FRà le più assidue sollecitudini, che occupano la mente zelantissima di Nostro Signore, per il bene spirituale della Chiesa, una si è di conservare, e ravvivare nel suo vero decoro la Santità, e Dignità del Sacerdozio, poiche dipendendo dagli Offizii di quest' ordine l'instruzione, la correzione, e la santificazione de' Fedeli, conviene ancora, che l'esemplarità della vita, e la gravità dei costumi sia in esso così distinta, e superiore ad ogn' altro, che corrisponda alla sublimità del grado, & al fin della sua Instituzione. Quindi è, che coll' Oracolo della sua viva voce ha Sua Beatitudine ordinato, che si scriva *à tutti i Pastori di Diocesi*. la presente lettera circolare, à fine d' eccitare una più esatta vigilanza in procurare l'adempimento, & osservanza dell' ordinazioni de' Sacri Concilii Ecumenici, e specialmente di quello di Trento, in ordine all' onestà della vita del Clero, e singolarmente in non permettere; & onninamente impedire, che li Sacerdoti non s'impieghino in officii servili del Secolo, e de' Laici, e specialmente di Donne, improprii a' Ministri dell' Altare, & al carattere sagrosanto, il quale quando venga conferito secondo le dispositioni del Sagro Concilio di Trento, con l'attual servigio d'una Chiesa, cesserà l'occasione di simili scandali, e si toglierà all' ozio sità, e povertà *di un numero straordinario*, e disapplicato, ogni scusa, e compatimento per tolerarli controi

sagri

sagri divieti, *in impieghi abietti, & indecenti*. Saprà V. E. col fervente suo zelo conformarsi coll'esecuzione à quello di Sua Beatitudine, e le baccio per fine umilmente le mani. Roma 16. Marzo 1697.

G. Card. Carpegna Prefetto.

Loco ✠ Sigilli.

M. Arcivescovo d' Atene Segret.

ADNOTATIONES.

1 A *TUTTI I PASTORI DI DIOCESI*. Hìc quæras opportunè, an in Lege, seù Constitutione Papali universali comprehendantur Episcopi, & Patriarchæ Catholici Orientales? dico quod non, cum Verricell. *de Apostolic. Mission. tit. 3. de Legibus quæst. 84. nu. 3. & 4.* ubi firmat, quod Patriarchæ Orientales Catholici non comprehenduntur in Constitutionibus Apostolicis, nisi de illis expressa fiat mentio, & sunt Maronita, Armenus, Græcus, Caldeus, & Assirus.

2 Et hinc fit, quod hujusmodi Patriarchæ uniti Ecclesiæ Romanæ vigore facultatis ipsis attributæ à Concilio Nicæno, & Ephesino, validè ordinant Episcopos, & Archiepiscopos, quia nec Papa, nec Concilium Tridentinum, nullibi eis talem potestatem ademit, immò *Eugenius IV. in sua Constit. 17. §. 9.* expressè illam confirmat, & ità fuisse quoque decisum refert Nicol. *in verb. Græci num. 6.* Pignatell. *cons. 135. nu. 1. tom 7.* Hallier. *de Sac. Ordin. & elect. par. 2. art. 3. nu. 11. & seq. pag. mihi 775.*

3 Verùm si Ritu eorum Maronitico, sivè Græco consecrarent in Episcopum Sacerdotem Sæcularem, vel Regularem Latinum, consecratio esset quidem valida, sed non licita, & consecratus incideret in pœnas *Clementinæ in plerisque de elect.* prout declaravit *Sac. Congr. Concilii in una Tyren. Consecrationis 17. Novemb. 1691.* in qua addita fuerunt hæc verba -- *Moneatur quoque consecrans charitativè per D. Secretarium, ne ultra consecret Latinos absque licentia Sanctæ Sedis*. Consecratus autem per Patriarcham Maronitarum erat Religiosus Ordinis Minorum Sancti Francisci, qui passus fuerat consecrari absque ulla permissione suorum Superiorum, undè de plano verificabatur transgressio citatæ Clementinæ.

4 *D'UN NUMERO STRAORDINARIO*. Admonet Papa his verbis Episcopos, ut sobriè agant in ordinando, & quod ad Divina Ministeria promoveant, quos dignè possint Dominica Sacramenta tractare, & opus Dei exercere, pro necessitate suarum Ecclesiarum: Melius enim est paucos, & dignos habere Ministros, quã multos inutiles, qui onus grave Ordinatori adducant, ut priùs monuerat *Clem. Papa in Can. tales 4. 23. dist.* & iterùm *Greg. Papa Adeodato Episc. in Can. estote 119. 1. qu. 1.*

5 An autem Episcopi in locis ubi non reperiuntur digni, possint, & debeant minùs dignos, & minùs habiles pro necessitate Ecclesiarum promovere? si credendum Pasqualigo, videtur respondendum quod sic; hic enim Author *ad controv. de Franc. par. 1. nu. 364.* hæc habet -- *Quando tamen penuria esset notabilis, possent ordinari minus habiles, si meliores non adessent, qui ordinarentur. Tunc enim qui assumerentur essent digniores ex illis, qui possent assumi; nec obligatio assumendi digniores ad aliud obligat, quàm ad respectivè digniores, respectu eorum, qui assumi possunt. Unde in cap. Nimis grave de præbend. reprehenduntur ii, qui dum possint assumere idoneos, assumunt indignos; & proindè obligatio promovendi digniores, est juxta possibilitatem.*

6 At tu libenter Pasqualig. rejecto teneas, ignaros, & eos qui non habent requisita *Concilii Trident. cap. 12. 13. & 14. sess. 23. de reform.* numquam esse ad Ordines promovendos, quacumque Presbyterorum penuria non obstante: quicquid enim sit, an Episcopus cum illis, qui sunt juvenes in via studiorum, & probabilem spem exhibent proficiendi, possit aliquando arbitrium sumere dispensativè,

possint, ut licèt minùs instructi, ad aliquem Ordinem Sacrum ascendere, ad tradita per Pac. Jord. *lib. 3. tit. 6. nu. 248.* de quo tamen postea dubitavit *l. 9. tit. 1. nu. 187. in fin.* hoc admitti forsan posset de jure communi antiquo juxta opinionem Glos. *in Clem. 1. de concess. præbend. verb. reputamus*, & Innoc. *in cap. cum in cunctis de elect.* Cæterum hodie Concil. Triden. exigit, quod nisi actu sint idonei ad alios docendum, & Sacramenta ministranda, non promoveantur ad Sacros Ordines, & contra Concilii Decretum non possunt Episcopi dispensare etiam ex magna causa, ut observat Fagnan. *in cap. cum in cunctis nu. 151. & 152. de elect.* inferens per hæc verba -- *Unde Sac. Congreg. Concilii etiam in locis ubi maxima est Sacerdotum inopia nunquam censuit ignaros posse promoveri ad Sacros: licèt jam promotis ad Presbyteratum censuit conferri posse Parochiales Ecclesias, quando litteratiores inveniri non possunt:* quod decretum postea refert *in c. quæris nu. 18. de ætat. & qualit.*

7 Verùm pro removendis Episcoporum cordatorum scrupulis, juvat hìc referre verba ipsius Fagnani *in dict. cap. quæris nu. 19.* ubi modificando dicti Decreti rigorem sic subjungit -- *Cæterum in his casibus necessitatis, non adeo subtiliter exquirenda est habilitas promovendorum, arg. cap. tuam infra eod. ideoque cum quidam ant. Concil. Trid. ad Subdiaconatus ordinem promoti, & post idem Conc. quadraginta annorum majores effecti ob beneficiorum ac Sacerdotum in eorum Diœcesi penuriam esse ad titulū Patrimonii in Presbyteros ordinari Sanctissimum exorarent, Sanctitas sua, & si hoc remiserit arbitrio Episcopi, nihilominus subjunxit, cum his quo ad sufficientiam, Episcopum non debere exquirere tam exactè illa, quæ ex Concilio exiguntur, nisi administranda Sacramenta, & ad Curam animarum exercendam deputati essent.*

8 *IN IMPIEGHI ABIETTI, ET INDECENTI.* De his, quæ Clerici de jure vetita sunt, plura adnotavi *ad Form. X. tit. de Edict.* hìc autem de aliis acturi, exordium summam *ex cap. ipsi Sacerdotes 1. quæst. 1.* ubi dicitur quod tanto faciliùs Sacerdotes exaudiuntur, quantò apud Deum sunt digniores: si autem Clerici, & Presbyteri mali sunt, quis orabit pro eis? *cap. alienum 67. distinct. 50.*

9 Clerici igitur, qui occupati se officiis illicitis, ab Ecclesiæ ministeriis sunt expellendi, & deponendi juxta Decretum Gelasii Papæ relatum *in cap. consequens est 88. dist.* Officium autem abjectum, & vile dicitur, quando Clericus Beneficiatus, aut in Sacris constitutus inservit alicui laico in Domo, vel extra pro suis negociis peragendis, Barbos. *in cap. Sacerdotibus n. 2. cum ab eo allegatis ne Cler. vel Monach.*

10 Ex communi lege prohibente Clericis negocia sæcularia, non possunt Beneficiati & in Ordinibus Sacris constituti medicinam exercere ad evitandam cupiditatem lucrandi, cum sit species negociationis, nisi exerceatur ex motivo charitatis, & sine periculo inferendi culpabiliter alicui mortem, *cap. ad aures de ætat. & qualit. ubi glos.*

11 Indulgetur tamen à Sac. Congrg. Concil. etiam Presbyteris, ut possint compositiones Hyacinti, Julepporum, & Alchermes facere, & distribuere in usum pauperum, prout indulsit Canonico Ursino Terræ Apiri Camerinen. Diœcesis sub die 26. Septembris 1693.

12 Solet etiam frequenter expediri à Secretaria Brevium Indultum pro Sacerdotibus Physicis, ut possint artem medicam exercere absque incursu irregularitatis, cum clausula tamen -- *gratis, & amore Dei erga omnes attenta penuria Medicorum:* & tunc neque à sponte dantibus poterunt mercedem recipere, quia prohibitus ne aliquid exigat, censetur vetitum etiam à sponte dantibus, juxtà theoricam traditam à Sperell. *decis. 37. nu. 80.* & Bellet. *disq. Cler. tit. de exempt. Cler. bon. §. 2. nu. 2.* & ita intelligi debere declaravit *Sac. Congreg. Concilii in Caducen. 14. Aprilis 1696.* ad quarum, in qua causa declaratum quoque fuit, quod illa verba Brevis -- *attenta penuria medicorum*, accipienda sunt moraliter.

13 Si verò Indultum contineret clausulam -- *donec in redditibus Ecclesiasticis habueris unde substentari possis, aut Beneficium residentiæ obtinueris:* tunc conditio diceretur purificata, quando exercens obtine-

tineret Canonicatum etiam parvi redditus, Et si adesset in Brevi alia clausula, quæ ut plurimum apponitur -- *dummodo nihil petas, sed à sponte dantibus, à pauperibus verò nihil omnino recipias* : tunc non posset Medicus Sacerdos à publico conduci mercede conventa; prout ad utrumque casum respondit *Sac.Congr.Episc. in Tarracinen. 6. Septemb. 1697. referente clar. mem. Card. Petruccio.*

Casus autem talis erat--Medicus Lucatellus, & Medicus Fatigatus ambo Sacerdotes, fuerant conducti à Civitate Terracinen. & quia fatigatus in Cathedrali dictæ Civitatis Canonicatum reddit tus scut. 50.gravatum tamen pensione scut.10. obtinuerat, Lucatellus cœpit prætendere illum non potuisse absque incursu irregularitatis exercere,ex eo quia esset purificata conditio sui Indulti. Et licèt Fatigatus exciperet, quod Canonicatus non esset sufficiens pro ejus substentatione; nihilominus Sac.Congr. utraque parte audita,& informante rescripsit--*Faticato non licere exercitium Medicinæ, & quoad Lucatellum scribatur Episcopo juxta mentem. Mens est quod sciatur, an exerceat sponte, & gratis, an potius vigore contractus cum Communitate: nam si vigore pacti, Lucatellus esset in eadem Navi, obstante sibi clausula Brevis.* Hæc referre hìc volui, quia casu est contingibilis, cum plures hodiè Sacerdotes Medici exerceant vigore Indultorum,quę semper continent unam, vel alteram ex prædictis clausulis. At quia tenor Indulti, vel occultatur, vel ignoratur, curæ erit Episcopo illud inspicere, ne cupiditas lucrandi, illicitum, licitum fingat.

14 Clerici nati ex damnato coitu non possunt deputari in Subcollectores Spoliorum, ut declaravit *Sac. Congreg. Concil. in Bituntina 4. Maii* 1697. in responsione ad sextum: Si autem essent legitimati per subsequens Matrimonium, in omnibus filiis legitimis, & naturalibus quod omnes juris effectus æquipararentur, etiamsi in Statuto, vel alia dispositione diceretur, quod providendi, eligendi, & deputandi, *debeant esse nati ex legitimo Matrimonio cap. tanta, qui filii sint legit.* Rocc. *disput. select. cap.8. per tot.* nisi agatur de provisione Beneficii habentis talem legem, Corrad. *prax. disput. lib.3. cap.1. num.7.*

15 Et hìc nota, quod si illegitimus, sive Clericus propter aliquem alium defectum dispensaretur ad Ordines, non conferetur dispensatus ad Beneficia juxta generalem regulam de qua Corrad. *prax. disp. lib.2. cap.5. n.25. & 26.* Quæ regula vera est in dispensatione ab irregularitate totali, & absoluta proveniente ex delicto, non autem in partiali procedente ex aliquo corporis defectu, quę nequit ad omnia in habilitate, ut distinguunt Castrop. *p.6. tract.19. de cens. disp.5. punct.5. n.6.* Gibellin. *de irregular. cap.2. p.1. n.4. & 5.*

16 Nisi tamen iste corporis defectus esset talis, ut deformitatem (*quam Archidiac. in cap. si Evangelica 35. dist. vocat enormem*) induceret, & super qua Papa dispensare non solet, de qua Corrad.*prax. disp.lib.3. cap.6. n.* 33. puta in eo cui erutus esset oculus cum magna effossione, vel in eo, qui patitur defectum in brachio, manu, & similibus.

17. Cæterum dispensatus ad Ordines ob maculam, vel defectum virtutis visivæ in oculo, non indiget alia dispensatione ad obtinenda Beneficia, etiam cum Cura animarum, Canonicatus, & Dignitates, prout declaravit *Sac. Congreg. Conc. in Ariminen.16. Martii* 1619. his verbis -- *Congr. censuit Oratorem oculo dextero, ut proponitur, orbatum, si ex dispensatione Missam celebret, ex hoc capite non indigere alia dispensatione ad obtinenda Beneficia Ecclesiastica etiam Curam animarum habentia.*

Hoc Decretum fuit confirmatum *in Nuscana 26. April.1659.lib.21. Decret. fol.* 624. *& in Lucana 12. Januarii* 1697. in qua proposito dubio an dispensatus ad Ordines ob defectum virtutis visivæ in oculo Canonis, indigeret nova dispensatione ad Beneficia etiam Curata, & Canonicatus, & Dignitates etiam in Cathedrali, responsum fuit -- *non indigere.*

18. Clerici diffamati de Homicidio per indicia, & publicam famam, diffamationem non purgant, quamvis torturam substineant, sed remanent irregulares, *Sacr. Congr. Concil. in Asculana 8. Julii* 1690.

19. Clerici deferentes comam fictitiam vulgò *Perrucca* possunt excommunicari si sint Beneficiati, vel in Ordinibus Sa-

Sacris constituti, ut habetur *in Concilio* 3. *Constantinopolitano can.* 96. his verbis - *qui per Baptismum Christum induerunt, conversationem ejus in carne imitaturos professi sunt. Qui igitur capillos in perniciem intuentium, quadam implicatione digerunt intenteque ornant, &c. interiorem potius, quàm exteriorem hominem virtutibus ornent, & nullas secum reliquias ferant adversæ stoliditatis; qui secus se gesserit excommunicetur*, quod refert Baii. *in Sum. Concil.* ubi dicit, quod hæc Concilii generalis prohibitio malè servatur in Gallia.

20 Hancque pœnam excommunicationis ferendæ sententiæ contra Beneficiatos, & in Sacris constitutos deferentes comam fictitiam, sustinendam, & imponendam esse declaravit Sacr. Concilii nonnullorum Cardinalium specialiter à Papa deputata *in Vigilen. Synodi* 28. *Maij* 1699. in responsione ad vigesimum octavum; contra verò cæteros Clericos minorum Ordinum esse procedendum juxta dispositionem Concilii *sess.* 23. *cap.* 6. *de refor.*

21. Clerici igitur, qui coronam, & tonsuram capillorum non deferunt, sunt puniendi. Tonsuræ autem duæ sunt species; una quæ competit Clericis deputatis ad officia Divina, quę figuratur in modum sphęræ, vel coronæ, & de hac loquitur *cap. prohibete distinct.* 23. *& cap duæ sum.* 12. *quæst.* 1. & fit in supremo vertice capitis, ut mens Clericorum ad cœlestia desideria elevetur. Altera competit Conversis, qui cum Divinis Ministeriis non occupentur, capilli superiùs non raduntur, sed inferiùs tonduntur, quia temporalia deponunt, & hæc est propriè tonsura, & non rasura, ut distinguit Glos. *in Clem.* 2. *ver. & tonsuram de vit. & honest. Cleric.* Silvest. *in verb. Clericus nu.* 2. & post eum Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 23. *num.* 2. 3. & 4. Et Clerici, qui primam non deferunt, dicuntur nutrire comam, Graff. *dic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 2. *in fin.*

22. In puniendis autem Ecclesiasticorum excessibus, duo advertere debent Ordinarii. Primò, quod non erit imponenda pœnitentia publica, nisi pro delicto, quod mereatur depositionem, Fagnan. *in cap. manifesta num.* 14. *& in cap. quæsitum num.* 13. *& seqq. de pœn. & remiss.* Pirhing. *in jus can. l.* 5. *eod. tit.* §. 1. *num.* 3. delicta autem, quæ de jure merentur depositionem, enumerantur *in cap. unum Orarium* §. *alias dist.* 25. Et hinc evenit, quod cum Episcopus Senogallien. pœnitentiam publicam vellet imponere duobus Presbyteris Curatis, qui in Synodo adversus illius Decreta (quæ munia Parochialia perse ipsos adimplere debere Parochos arctabant) reclamaverant, & alta voce protulerant hæc verba -- *tu quoque prædicare teneris, & non prædicas*, Sac. Congreg. Episcop. bis causa proposita, & Episcopo informante sub diebus 29. Februar. & 27. Martii 1692. eidem injunxit, *ut petita per eos venia, & imposita pœnitentia salutari illos reciperet privatim*.

23. Alterum, quod licèt Judex nec mitior, nec severior lege esse debeat; nihilominus Episcopus magis ad pietatem, quàm ad severitatem, & justitiæ rigorem inclinare debet, *præsertim cum illis, qui per fragilitatem lapsi sunt, vel impetum involuntarium, vel gravem causam, & occasionem habuerunt errandi, vel in præteritum virtuosi, pacifici, & morigerati fuerunt, & tanquam homines fragiles sine malitia deliquerunt, maximè si delictum contra Deum, vel Religionem non est*, ut monet Ribadaneyr. *in tract. Religionis l.* 2. *cap.* 12. *pag. mihi* 340.

24. Verumtamen aures non præbeant adulantibus, & perperam asserentibus: Venationem cum armis: interessentiam spectaculis, & Comediis publicis: ludum Alearũ, & Taxillorum esse oblectationes innocentes: quia ludi, & actiones, quæ ad peccatum inducunt (prout sunt illæ, quæ hìc afferimus, & alibi ad id allicere probavimus, & ex quibus crimina oriuntur) ludos, & actiones innoxias appellare non possumus, & si contrarium dicimus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sancta enim Ecclesia divinitus edocta, & cui Jesus Christus servans promissa assistentiam præbet, invariabiliter actiones prædictas Clericis prohibuit. Undè cum eisdem talia frequentantibus haud erit connivendum.

25. Et quoad venationem ratio prohibitionis Canonum est. Primò quia sanguis ferarum armis effusus, animum Cle-

Clericorum (qui debet esse mitis, & lenis, ac procul ab inclinatione crudelitatis) reddit ferocem. Secundò, quia Cleris gestando arma se exponunt periculo evadendi irregulares ob mutilationem membrorum tam sui ipsius, quàm aliorum, quæ sæpè accidit in gestatione, usu, & explosione armorum. Tertiò, ob indecentiam habitus venatorii: ferendo scilicet lateri peram, scapulis sclopum, manibus, & clamoribus canes: quæ Ministros Christi lucro, & venationi Animarum, ac Altaris ministerio destinatos ferre, & alere non decet. Quartò, quia venationi dediti redditus Ecclesiæ illicitè insumunt. Quintò, quia ob illorum malum exemplum impotentes evadunt ad corrigendum sæculares, quando isti oblectationem hanc vertunt in vitium, utpotè quia diebus festis tempus immoderatè venationi implicant, & actus Religionis relinquunt: vel alendo canes cum excessu inordinatè substantias dissipant, & eleemosynas pauperibus Christi debitas, aut familiæ alimenta subtrahunt.

26. Quo verò ad spectacula publica. Primò quia, qui obligationem habet improbandi vanitates, & voluptates sæculi, potius factis, & exemplo, quàm verbis docere debet. Secundò quia ex frequentatione spectaculorum detegitur affectus ad illecebras Mundi, cum quibus Clerici pugnare debent, ut corruptellas valeant redarguere, & emendare. Tertiò quia hujusmodi spectacula, & præsertim Comediæ prophanæ ratione loci, temporis, interventus Mulierum, & aliarum circumstantiarum actionem concomitantium, sensus omnes emolliunt, & voluptatibus animum propensiorem reddunt: passiones mirum in modum, & præcipuè concupiscibilem excitant, & accedunt; quæ omnia oppositа, & contraria sunt spiritui Ecclesiæ, & Ministrorum ejus, qui à voluptatibus cor avertere debent, & passiones humiliare, ac refrenare, ut mundi valeant portare Vasa Domini.

27. Quo tandem ad ludum Alearum, & taxillorum. Primò, quia ludens sæpè habet cupiditatem lucrandi, quæ dicitur radix omnium malorum. Secundò, quia non solum proferuntur verba otiosa, & mendacia; sed etiam blasphemiæ. Tertiò, quia adest corruptio proximorum, quos malum Clericorum exemplum inficit: boni enim scandalizantur, & insipientes corrumpuntur. Quartò, quia exponunt se periculo injuriarum, & rixarum, nec non iræ, quæ torquet victum. Quintò, quia distrahuntur ab obligationibus proprii officii, ac redduntur desides, & socordes circa servitium Ecclesiæ, & res Divinas. Sextò, quia his ludis dediti si pecunia carent, ut ludere valeant furantur, & in profundum malorum demerguntur. Septimò, quia, ob injustitias, deceptiones, & fraudes, quæ intercedunt, sæpè contrahitur obligatio restitutionis, quæ tamen rarò, vel numquam fit. Octavò, quia illicitè ammittuntur bona non solum contra rationē, cum omnibus à Deo data fuerint, ut illorum usus esset legitimus: sed etiam contra dispositionem Sac. Canonum, qua Clerici prohibentur redditus bonorum Ecclesiæ, & Beneficiorum ludo alearum, seu taxillorum exponere: Ex quibus ludis Host. *in Summ. tit. de excess. prælat. §. Clericus*, sexdecim crimina oriri tradit his versibus:

Ecclesiæ spretus, usuraque sivè rapina,
Scandala, vel nugæ, blasphemiæ, seu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
Et mortis causa, deceptio, per ditioque
Temporis, & desiderium, corruptio, junges
Istis prædictis, adulatio, vitaque turpis.

28. Parochis præterea, & aliis Curam Animarum habentibus, officium Subcollectoris non licet exercere: & quatenus ad id deputarentur, eorum electio in valida esset, & exemptione Subcollectorum non gauderent, prout declaravit *Sac. Congreg. Immun. in Strongolen. 4. Junii 2641. lib. 3. Decret. Paul. fol. 146.*

29. Clerici autem Conjugati, qui habent requisita *cap. unic. de Cleric. Conjug. in 6.* licèt possint interesse Conciliis publicis Universitatis, nec Episcopus id

id eis valeat prohibere, ut respondit *Sacr. Congregat. Immun. in Avellinen.* 3. *Octobr.* 1634. *lib.*2. *Paul. fol.* 203. Nihilominus, sicuti non possunt inviti ab Universitate eligi ad officia publica, *ead. Sac. Congreg. in Hieracen.* 4. *Julii* 1645. *lib.*3. *Decret. Pauluc. fol.*253. ita nec sponte illa suscipere, nec exercere debent; & si moniti ab Episcopo nollent se ab illis voluntarie abstinere, tunc præfixo eis termino competenti declaret privatos privilegiis Clericalibus, quatenus requisita *d. c. unic.* non servent, & non incedant in habitu, & tonsura, *ead. Sacr. Congreg. in Viterbien.* 27. *Febr.* 1646. *l.*3. *Decr. Paul.fol.*273. *à tergo.*

30 Cæterum si Universitati competeret jus nominandi, & præsentandi ad Beneficia, sive ad Cappellanias, Rectorem, & Cappellanos; tunc Clerici etiam non Conjugati admitti possent, & deberent (si vellent) in Concilio publico ad ferendum suffragium una cum laicis, quia est actus favorabilis, & in favorabilibus Clerici veniunt appellatione populi, & Universitatis; & concesso privilegio hominibus alicujus loci veniunt etiam Clerici si eo uti velint, Graff. *de effect. Cler. in prælud. num.*378. *& seqq.* Vivian. *de jurepatr. l.*6. *c.*1. *n.*78. *&* 80. & ita competere, & admitti debere declaravit *Sac. Cong. Concilii in Aquilana* 20. *Decembris* 1698.

31. Clerici tandem negociatores puniendi erunt ad præscriptum Sacr. Canonum, nempè, *cap. secundum, c. sed nec ne Cleric. vel Monac. c. fin. de vit. & honestat. Cleric. cap. consequens* 88. *distinct.* Quæ autem sint negocia etiam Clericis licita, pro quibus non debeant molestari, referunt, & enumerant Barbos. *de jur. Eccl. l.*1. *c.*40. *n.*119. *cum seqq.* Passerin. *de stat. hom. to.*2. *q.*187. *n.* 153. *& seqq.* ubi Decreta Sacr. Congr. refert per extensum. Clericus verò, qui semel negocium illicitum fecit, non potest vocari Negociator, ut inquit Passerin. *suprà citat.* secus si bis, vel ter, quia qui dicit duo dicit multa Glos. *in cap. ad nostram verb. per multos de reb. Eccles. non alien.* & dictio *plurimi* & dictio *multi* in tribus verificatur, Tusch. *litt. T. concl.*35. *n.*12. Barbos. *dict.*214. *&* 266.

32 At sive multum, sive parum Clericus negocia, & commoda temporalia sectetur, semper erit indecens; certumque sit, quod qui lucris inhiat, & pascitur terrenis, non solatur, sed affligitur: quoniam acquiruntur cum labore, possidentur cum timore, amittuntur cum dolore, ut inquit pius Cardinalis Bellarm. *in Opusc. de ascen. ment. in Deum grad.* 3. *§. agnoscis nè.*

33. Clerici initiati prima Tonsura sub ritu Latino, non possunt transire ad ritum Græcum absque dispensatione Apostolica, sine qua si promoveantur ab Episcopo Græco ad alios Ordines, sunt ipso jure suspensi, ut decreto generali declaravit *Sac. Congregat. Inquisitionis de Urbe feria quarta* 16. *Martii* 1644. *reg. fol.* 155.

34. Clerici verò Albanenses qui in aliquibus Italiæ partibus vivunt Ritu Græco, gaudent privilegiis Clericalibus, etiam si post contractum Matrimonium cum unica, & Virgine, Ordines Clericales susceperint, prout declaravit *Sacr. Congreg. Immunitatis in Bisignanen.* 26. *Junii* 1646. *lib.*3. *Decr. Paul. fol.*284.

35. Quo tandem ad Clericos vulgo nuncupatos Silvaticos, erit procedendum juxtà formam præscriptam in Decreto generali emanato pro Regno Neapolitano, tempore Gregor. XV. tenoris sequentis-- *Sac. Cardinalium Congregatio negociis Regni Neapolitani præpositorum certior reddita, in nonnullis ejusdem Regni Diœcesibus Diaconos, quos vocant Silvaticos, in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem aut utilitatem excrevisse. Volens eorumdem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere: De Sanctissimi D. N. Gregorii XV. mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, Diaconos Silvaticos hujusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum servitio retinere, vel in locum quoque modo deficientium assumi posse, in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesiis, ad summum quatuor, in Collegiatis, vel Parochialibus duos, in aliis verò Ecclesiis, in quibus Divina celebrantur si Episcopo videbitur, unum. Quos quidem Episcopi gratis prorsus, & tales qui omnino per se ipsos, non autem per interpositam personam, servitium debitum præstent, nec ullo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, aliàs & hi nullo gau-*

gaudeant privilegio, & eligentes, judicium Sedis Apostolicæ severum experientur; eos verò privilegio Canonis non gaudere; fori autem privilegio in Criminalibus omnino, in Civilibus quoad corporis districtionem tantum, & Immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab aliis durante servitio frui debere; sed si alicubi majoribus utantur privilegiis, & Immunitatibus ex legitima consuetudine, cujus declarationem, & cognitionem in casu controversiæ eadem Sac. Congregatio sibi reservat, illam debere attendi: Cognitionem vero aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti Decreto statuit, præcepit, & declaravit.

Romæ 10. Kal. Julii 1623.

Octavius Cardinalis Bandinus.

Laurentius Campegius Secret.

In Regest. Script. Veter. fol. 15.

36. Et hìc per modum supplementi *ad adnot. Edicti de vit. & honest. Cleric.* nota quod Clericus inquisitus de delicto in foro Episcopi, non potest se constituere coram A. C. & jurisdictionem Ordinarii declinare, ante completum processum, & Decretum deffinitivum, juxta mentem *Sac. Congreg. Concilii declaratam Pontifici in una Isernien. appellationis 9. Septembris* 1690. quæ est in hoc articulo punctualis. Immo, quod in causis criminalibus non possit appellare à foro Episcopi ad Metropolitanum à denegata justitia ante lapsum biennii, attenta dispositione Concilii *cap. 2. sess. 23. & cap. 20. sess. 24. de reform.* tenent Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 81. num.* 13. Fagnan. *in cap. venerabilis de judic.* & secuta est *Sac. Congreg. Concilii in Albinganen. 28. Novembr.* 1693. Quamquam alii teneant, quod factis instantiis cum debito intervallo pro expeditione Causæ, & cum protestatione appellandi à denegata justitia, licita, & valida sit appellatio etiam non transacto biennio, dummodo non constet de impedimento, quos refert, & sequitur Zaul. *ad Stat. Favent. tom. 1. rubr. 7. lib. 3. num. 15.*

Advertenda in Visitatione.

Cancellarius.

AN scripturæ tàm actorum Civilium, quàm Criminalium, integrè, distinctè in locis, ac armariis aptis, fideliter retineantur.

An retineatur liber benè compactus, in quo registrentur nomina, & cognomina illorum, qui professionem fidei ad formam Constit. Pii IV. *la* 89. emiserunt, & an in dicto actu adhibeantur testes cum expressione diei, & anni, prout adhibendi sunt.

An retineatur liber pariter benè compactus in quo adnotentur, & registrentur supplices libelli, Decreta, & rescripta gratiosa, provisiones, & permissiones Episcopalia, in quibus non conficiuntur Processus.

An retineatur liber benè compactus, & cartulatus, in quo adnotentur ea omnia, quæ pertinent ad Moniales.

An retineatur liber, in quo adnotentur Ordinationes generales, & particulares, aliæve Episcopi Pontificales functiones.

An acta Ordinandorum distinctè, & ordinatè serventur, & custodiantur.

An adsit Inventarium omnium scripturarum, & Processuum.

An supradicti libri retinendi, habeant in frontispicio, seu titulo subscriptionem, & approbationem Episcopi, vel Vicarii Generalis, & Cancellarii, illius temporis quo fuerunt compacti, & à principio inscripti: prout illam continere deberent, ut illis major fides præstari possit.

Ca-

Capitulum, & Canonici.

An Officium Divinum, Missæ, & Horæ Canonicæ in Ecclesia, & Choro statutis horis recitentur, & cæteræ functiones expleantur.
An cum Veste talari, & habitu Canonicali devotè, modestè, attentè, & cum silentio.
An Punctatores fideliter officium exerceant, & juramentum præstiterint.
An Capitulum determinata die convocetur, & à quo.
An resolutiones Capitulares fiant per vota secreta, & in libro fideliter registrentur per Capituli Secretarium.
An Officiales Capituli singulis annis per vota secreta eligantur, & in fine anni suæ administrationis rationem reddant, & de ratione reddita in libris Capituli legitimè appareat.
An adsit Archivium scripturarum, in quo Inventarium bonorum omnium Capituli custodiatur unà cum cæteris scripturis ad eumdem pertinentibus.
An adsint Statuta Ecclesiæ, seù Constitutiones Capituli, & an sint ab Ordinariis, vel à Sede Apostolica approbatæ.
An adsint distributiones quotidianæ.
An adsint Præbendæ Theologalis, & Pœnitentialis.
An Dignitates, & Canonici sint ordine distincti.
An adsit Mansionarii, Beneficiati, vel Cappellani servitio Chori addicti.
An in Choro adsint Psalteria, Antiphonarii, & cæteri libri necessarii.
An adsit Tabella Horaria.

Parochus.

An retineat quinque libros Parochiales bene compactos, videlicet status Animarum, Baptizatorum, Matrimoniorum, Confirmatorum, Defunctorum.
An habeat Archiviũ in quo scripturæ ad Ecclesiam spectantes custodiat sub clavi.
An continuò resideat in Parochia, vel potius frequenter ab ea discedat absque licentia.
An diebus Dominicis pueros, & puellas doceat Doctrinam Christianam, & habeat sermonem ad populum, festa, & jejunia denunciet.
An diebus Dominicis, & Festis de præcepto, Sacrificium pro populo applicet.
An Testamenta Parochianorum confecerit, & ubi, & quomodo illa retineat & an ad Cancellariam Episcop. ut in publicam scripturam releventur transmiserit.
An retineat Coadjutorem.
An admittat exteros, & vagos Sacerdotes ad Sacrum faciendum absque licentia Curiæ Episcopalis.
An publicet Indulgentias absque approbatione Episcopi, vel Vicarii Generalis.
An incidat Arbores frugiferas, & infrugiferas in bonis Ecclesiæ, aut alia bona ejusdem distrahat, absque beneplacito Apostolico, vel Episcopi.
An Sacramenta ministret superpelliceo, stola, & veste talari indutus, & festis diebus, etiam non vocatus, Confessionali de mane insideat.
An Domi cohabitet cum Mulieribus, & quæ sint.

An

An habeat Sac. Bibliam, aliosque libros pertinentes ad suum officium.
An Sacramenta & Sacramentalia sub seris, & clavibus custodiat.

Vicarius Foraneus.

An in morte Parochorum inventarium rerum Ecclesiæ conficiat, & scripturas omnes, & libros Parochiales ab hæredibus defuncti recuperare invigilet testibus adhibitis.
An dispositiones, & legata relicta favore locorum piorum Vicario Generali communicet, ut executioni mandentur.
An Clericos, & Sacerdotes scandalosos, vel indevotè Missam celebrantes Episcopo denunciet.
An Parochos, & alios Curam exercentes, desides, & eorum munia negligentes, ad Episcopum deferat, ut corrigantur.
An peccata publica, & scandala, quæ emergunt, pariter Episcopo denunciet.

Clericus.

An habeat penes se Testamentum vetus, & novum latinum vulgatæ editionis, Concilium Trid. Cathechismum, Rituale, & summam aliquem Theologiæ Moralis, & Librum aliquem spiritualem.
An semper incedat cum Veste, & Clericali rasura, & Tonsura decenti, Missam audiat quotidie, Ecclesiæ cui est adscriptus saltem diebus festis inserviat, Doctrinam Christianam doceat, & Communionem frequentet, & Scholam, *Conc. Trid. sess. 23. cap. 11. 13. & 14. de reform.*
An aleis, aliisq; ludis incumbat aut venationi, spectaculis, & choreis interfit, & in prophanis comediis fiat actor, & an cum Mulieribus cohabitet, & quę sint.
An implicet se negociis sæcularibus, mercaturam exercendo, prædia, aut vectigalia Laicorũ conducendo, aut Laicis pro Factore, seu Magistro Domus inserviendo.
An habeat superpelliceum, & biretum mundum.

Presbyter.

An & quos libros retineat, & studeat.
An, & quibus ludis det operam, aut venationibus.
An quotidie Sacrum faciat.
An celebret recitato Matutino cum Laudibus, & cum paramentis integris, & mundis.
An ante celebrationem Missæ, Tabacchum sumat, & quoties in hebdomada confiteatur peccata, & ante Missam præparationem faciat.
An in Civitate, & locis populosis celebret cum veste talari.
An quotidie recitet Divinum Officium statis horis, & in quo loco.
An habeat superpelliceum, & biretum decens proprium.
An interveniat Processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis publicis loci, in quo permanet.
An semper incedat cum Veste talari in Civitate, & locis parvis decenti cum corona, & tonsura capillorum.

An

An interſit, aut ducat Choreas, in Comediis fiat actor, & in commeſſationibus, & conviviis tempus inſumat.

An cohabitet cum Mulieribus, & quæ ſint.

An implicet ſe negociis ſæcularibus Mercaturas exercendo, aut vectigalia Laicorum conducendo; aut negocia tamquam Factor, & Miniſter eorumdem Laicorum agendo, vel Procuram exercendo.

Si Viſitator in hac ſpeciali Clericorum Viſitatione adverteret illos veritatem non dicere, poſſet ab eis exigere juramentum poſtea quà m eos audivit, ut dicit *Graff. dec. aur. par. 2. cap. 27. num. 6. & 63.*

Regulares.

An adſint in numero ſufficienti, & habeant qualitates præſcriptas à Conſtitutionibus Apoſtolicis.

An ſervent, & ſervari faciant ab eorum famulis dies feſtos, nec non cenſuras, & interdicta ab Epiſcopali Curia emanata.

An admittant in eorum Eccleſiis Presbyteros Sæculares exteros ad celebrandas Miſſas, abſque Epiſcopi, aut ejus Vicarii licentia. -- *Sacr. Congreg. Concilii in Neapolitana 17. Auguſti 1617.*

An publicè exponant SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſine licentia Ordinarii.

An habeant Conſervatorem legitimè electum ad formam Conſtit. Greg. XV.

An eleemoſynas quærant, licèt non indigeant.

An incedant per loca ſine ſocio, & vadant de nocte.

An ſe ingerant in adminiſtratione bonorum ſpectantium ad Societates Laicorum in eorumdem Eccleſiis erectas.

An Sacramenta infirmis miniſtrent inſcio, aut Parocho invito.

An celebrent Miſſas horis inconſuetis, vel Sermones habeant in Eccleſiis ſine licentia Epiſcopis, vel miracula prædicent non authentica.

An accedant ad Monaſteria Monialium abſque licentia, præter formam præſcriptam à Decretis Apoſtolicis.

Moniales.

An muri Clauſuræ habeant proſpectum activum, vel paſſivum in Domos, vel è Domo Sæcularium.

An Manſiones Confeſſarii Monialium exemptarum ſint penitus disjunctæ à Monaſterio.

An Moniales ſcribant Epiſtolas extra Clauſuram abſque licentia Abbatiſſæ.

An Moniales utantur feneſtrella, ubi audiuntur Confeſſiones, ad colloquendum cum exteris.

An adſit in Monaſterio capſa communis, in qua deponantur omnes pecuniæ provenientes à Monialibus particularibus.

An admittantur exteri ad colloquendum cum Monialibus abſque licentia in ſcriptis Epiſcopi, vel Vicarii Generalis.

An introducantur in Clauſulam catuli, pueri, vel puellæ cujuſcumque ætatis.

An reperiantur electæ, & deputatæ Auſcultatrices, Rotariæ, & Oſtiariæ.

An retineantur ab Abbatiſſa libri benè compacti, & cartulati, in quorum primo deſcribantur dietim data, & accepta, introitus, & exitus, quo poſſit le-

gal-

galiter in fine officii rationem reddere Episcopo suę administrationis. In altero per modum Inventarii descripta sint bona stabilia, jura, Census, & Credita Monasterii cum indicatione rogituum Instrumentorum. In tertio libro registrentur resolutiones Capituli Monialium, acceptationes Puellarum ad Habitum, & Professiones, cum expressione diei, mensis, & anni: quos libros si inveniat Visitator non retineri, omninò provideat.

An in Monasterio adsit locus separatus pro Educandis, & pro Novitiis.

An omnes Moniales sumant cibum in Refectorio tempore mensę, ex culina, & erario communi paratum.

An Moniales parent cibos exteris, vel dona eisdem mittant, aut recipiant absque licentia, & scientia Abbatissę, & Monasterii.

An admittantur Regulares ad celebrandum Sacrum in Ecclesia absque licentia Episcopi, seu Vicarii Generalis.

An omnes Moniales saltem semel in Mense confiteantur, & sumant Eucharistiā.

An omnes intersint Choro ad recitandum hora debita Divinum Officium, & Orationibus, & aliis pietatis exercitiis communibus.

An omnes quotidie audiant sanctum Sacrificium Missæ.

Quos Libros retineant, & legant; & an tempore Mensæ fiat lectio alicujus Libri spiritualis, & servetur silentium.

Visitet Dormitorium, seu Cellas, & observet an unaquæque Monialis habeat lectum separatum.

An habitus Monialium sit uniformis, & ad præscriptum Regulæ. *Sacr. Congreg. Episc. in Cæsenaten.* 26. *Septembris* 1692.

Inquirat cautè, & prudenter de vita, moribus, & directione Confessarii.

Eremitæ.

An in Ecclesiis Civitatis, Suburbiorum, vel Diœcesis permaneat aliquis Eremita absque approbatione Episcopi.

Hospitalia, & Montes.

An adsint Erectiones, Statuta; & an legitimæ, an honesta, & licita.

An infirmis subministrentur corporalia, & spiritualia.

Revideantur computa, & administrationes.

Confraternitates Laicorum.

An sint legitimè erectæ auctoritate Apostolica, vel Ordinaria, & habeant Statuta approbata.

An bona, & eleemosynæ fideliter administrentur, & Officiales à plena Confratrum Congregatione singulo anno eligantur per vota secreta, & computa revideantur, & solidentur.

An habeant Inventarium omnium, & singulorum bonorum, Cappellanum, & Depositarium ab Episcopo approbatos.

An retineant Libros distinctos, in quorum primo resolutiones Societatis legitimè congregatæ registrentur. In secundo nomina, & cognomina Confratrum. In tertio revisiones computorum, & sententiæ absolutoriæ, & condemnatoriæ

toriæ administratorum, & aliorum Officialium Societatis, necnon Decreta visitationum.

An habeant Archivium scripturarum.

An sint aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis, vel habeant alia Indulta, & Privilegia.

An Confratres debitores Societatis, bona, & introitus ejusdem administrent.

An bona stabilia Societatis locentur absque prævio edicto, & ultra triennium.

An intersint Processionibus publicis.

Seminarium.

An adsint Deputati electi ad formam Concilii.

An adsint Magistri, & quot, & Rector.

An Alumni sint omnes Civitatis, vel Diœcesis, & omnes sint Clerici, & pauperes.

An omnes Alumni habeant requisita Concilii.

An admissi præstiterint fidejussionem in Actis Curiæ impensas victus reddituri, quatenus ad statum Laicalem redierint.

An redditus fideliter administrentur.

An adsint regulæ ab Alumnis servandæ.

An Alumni inserviant Ecclesiæ Cathedrali diebus festis ad formam Concilii.

An incedant per Urbem soli sine veste.

Ecclesiæ.

An ædificentur Ecclesiæ, Cappellæ, Oratoria publica, absque licentia Episcopi, & dote, & quæ jam ædificata fuere sint collapsæ, & indigeant reparatione. *cap. Nemo Ecclesiam c. Nullus Presbyter dist. 1. de Consecr.*

An Altaria habeant in medio saltem lapidem sacrum debitæ latitudinis coopertum tela cerata, gradum ligneum, vel lapideum cum duobus Candelabris, & Cruce cum Imagine Crucifixi, *c. si motum dist. 1. de Consecr.*

An dicta Altaria habeant Icones integras decenter depictas cum Imaginibus sacris ab Episcopo benedictis.

An sint Mensæ eorumdem Altarium tectæ cum tribus mappis albis, & mundis, quarum superior ab utroque latere usque ad suppedaneum descendat.

An habeant suppedanea lignea cum repagulo, pulvinaribus, vel legili, & Tabellas Sacri Convivii, Lavabo, & In principio.

An Altaria sint proportionatæ altitudinis, latitudinis, & longitudinis, muro undique plano, & incrustato, ac signo Crucis in facie munita, cum pallio.

An muri, tectum, pavimentum, valvæ, Campanæ, & Campanile indigeant reparatione.

An in Sacrario adsint suppellectilia omnium colorum integra, & munda, an Armaria in quibus custodiantur, an Calices, & Patenæ deauratæ, an Corporalia, Pallæ, Purificatoria, Manutergia, Bursæ, Bireta, Veli, Missalia, omniaque decentia, & expulita, *c. In Sancta, &c. Vestimenta de consecr. dist. 1.*

An adsint sedilia, vel scamna, quæ Sacerdotes celebrantes, aut functiones Ecclesiasticas perturbent, & impediant.

An

An Aqua lustralis sit in Vase expolito, & renovetur singulo octavo die.
An adsit Inventarium bonorum, & sacrarum suppellectilium.
An pro Sacrificio Missæ adsint pelviculæ mundæ, Ampullæ, Campanulæ, Manutergia, Hostiæ albæ, & instrumenta pro illis, necnon Particulis retundendis.

Funus.

An in funeribus adsint abusus, puta quod Cadavera associentur sine Cruce, sine Lumine, & sine Parocho, vel cum ululatu Consanguineorum. Mulieres evellant sibi crines, aut aliquid aliud agant gentilium more.
An Cadavera Defunctorum processionaliter ad Ecclesiam deferantur ante ortum, vel post occasum Solis absque licentia.
An tradantur Sepulturæ ante lapsum temporis viginti ad minus horarum, postquàm quem Animam è corpore exhalasse pro certo habeatur, eos verò qui repentina morte ante lapsum 24. horarum.
An Parochus, aliive, sepulturam denegent, aut differant prętextu non solutæ eleemosynæ, & an pauperes gratis sepelliantur. *Eccleſiaſt. c. 7. Ritual. Rom. de Exeq.*
An in Ecclesia Parochiali adsit Sepulchrum separatum pro parvulis decedentibus cum Baptismo ante septennium, prout construi debet.
An in Ecclesia Cathedrali adsit Sepulchrum separatum pro Canonicis, & aliud pro Clericis.
An Cadavera infantium decedentium sine Baptismo sepeliantur propè Ecclesiam in loco non sacro ad id specialiter constituto.
An Cœmeteria, quæ religiosa loca sunt, undique muro sint circumdata, & in medio signum Crucis elevetur.
An Sepulturæ constructæ, & effossæ reperiantur subtus Altaria, vel propè, ut illarum ora suppedanea pertingant: hæ etenim obstruenda omninò sunt, aliàs Altaria interdicantur.
An in Ecclesiis Monialium sine licentia Sacr. Congregat. tumulentur Cadavera Laicorum, sive Marium, sive Mulierum: Si hoc enim fieret interdicatur; dummodo non sint Patroni Ecclesiæ, qui in fundatione hoc jus sibi, & hæredibus reservassent, vel cum licentia Sacr. Congreg. & Monialium Sepulchrum ab antiquo tempore haberent constructum.
An Parochus præter quartam pro Cadaveribus extra Parochiam tumulandis aliquid aliud exigat ab hæredibus Defuncti: id enim vetitum est, non obstante contraria consuetudine, *Sacr. Congr. Epiſc. in Civitatis Vetulæ 2. Junii* 1690. *& Sacr. Congr. Concilii in Mantuana* 16. *Januarii*, *& 3. Aprilis* 1694.
Hortentur Sacerdotes, ut sibi ipsis decedentibus suffragiorum vicem retribuant.

Reliquiæ.

An decenter custodiantur in thecis saltem ex ligno deauratis, & cristallo, seu vitro integro contectis, cum suis inscriptionibus.
An retineantur in Armario ornato loco fixo sub sera, & clavi, cum epigraphe, *Reliquiæ Sanctorum.*
An adsit Cathalogus omnium Reliquiarum, & an sint authentica, vel ignotæ, aut dubiæ fidei.

An asportentur ad infirmos. Si enim hoc fieret, prohibeatur.
An in illarum publica expositione accendantur lumina: & si subtus Altaria sint deposita Corpora integra Sanctorum, an retineatur Lampas accensa.

Indulgentia.

An publicentur absque licentia, & approbatione Episcopi.
An adsint Brevia, & concessiones authenticæ.
An fiant mercimonia, & quæstus, prætextu, & occasione Indulgentiarum.

Imagines Sacræ.

An Imagines Sanctorum exponantur in Ecclesiis adorandæ priusquam ab Episcopo benedictæ, & approbatæ.
An Imagines Sacræ sint depictæ in locis sordidis, aut locis irreverentiæ obnoxiis.
An deformatæ, & deturpatæ, indè enim tollendæ sunt, vel restaurandæ, & si fieri nequit dealbandæ. -- *l. unica Cod. nemin. lic. sign. Salvator. &c. Sac. Congreg. Episc. in Veneta 22. Maii* 1596.
Signum Crucis si in pavimento sculptum inveniatur, indè tollatur, ne pedibus conculcetur, *l. un. Cod. nemo lic. sign. Salvator. &c.*
An Imagines Jesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, ac Evangelistarum reperiantur depictæ cum habitu, vel forma ab Ecclesia non usitata, vel cum habitu Regularium: Si enim taliter pictæ inveniantur etiam in Ecclesiis exemptis, debent deleri, & reformari. -- *Urban. VIII. in Append. 2. Const. 51.*

Baptismus.

An Fons sit lapideus, vel ex alia materia solida cum cooperculo ex metallo sine rimulis, propèque adsit Sacrarium.
An Fonti affixum sit Tabernaculum, seu ut appellant Ciborium saltem ligneum decorè fabrefactum, in quo sit contignatio, ubi Vascula argentea, seu stamnea Oleorum Chrismatis, & Cathecumenorum reponantur, cum suis inscriptionibus.
An ibi retineatur coclear argenteum, seu saltem stamneum ad fundendam aquam in caput baptizandi: Vas cum sale benedicto, & linteamina munda.
An Ciborium decenti conopeo vestiatur, ne sordes supernè decidant, & illud commaculent, & firmissima sera claudatur.
An Obstetrices sint examinatæ, & approbatæ.
An admittantur Patrini minores 14. annis, & Matrinæ minores 22. & an Regulares, vel Clerici in Sacris constituti sine licentia. -- *Ad Eccles. Mediol. par. 1. Synod. Diœc. 3. Decr. 17.*
An Baptismus Infantium protrahatur, & differatur ultra tres dies; & nomina Ethnicorum imponantur? *Clem. unic. de Baptism.*
An Baptizati eodem die à Parocho, vel alio, qui de ejus licentia, aut Episcopi, Sacramentum ministravit, describantur in Libro Baptizatorum.
Ad hoc Sacramentum extra casum necessitatis conferatur Domi.

Con-

Confirmatio.

An in officio Patrini admittantur non confirmati, vel ignorantes rudimenta Fidei. An Regulares. An in Ordinibus Sacris constituti.

An admittantur ad recipiendum hoc Sacramentum minores septennio, qui non fuerunt instructi, ac adulti non confessi.

An qui fuerunt Patrini in Baptismo, admittantur, & fiant Patrini ejusdem pueri in Sacramento Confirmationis.

Eucharistia.

An retineatur in Tabernaculo affabrè facto, & extrà majori ex parte deaurato, & interiùs undequaque serico panno decentis coloris vestito, in Pixide argentea orbiculata, & auro intus illicita, cum suo cooperculo, & conopæo super corporali mundo.

An Ostiolum Tabernaculi sit firmissima seta, & clavi argentea, & deaurata clausum, quam Parochus apud se diligenti custodia retineat.

An Tabernaculum sit tectum decenti conopæo, & de illis provisum omnium colorum.

An particulæ consecratæ hyeme saltem singulis quindecim, æstate octo diebus removeantur.

An ante Altare Tabernaculi diu, noctuque colluceat saltem una expolita lampas.

An in Tabernaculo præter Pixidem aliquid aliud quamtumvis sacrum asservetur? quod si fiat removeatur. *Cap. Relinqui de custod. Euch.*

An delatio Eucharistiæ ad Infirmos fiat cum debita associatione luminum, cum Baldachino, seù Umbella in locis parvis, Pluviali in Civitate, & Oppidis nota dignis.

An Mulieres accedant modestè ad sumendam Sacram Eucharistiam, vel potiùs irreverenter mammis, & brachiis denudatis.

An non communicantes in Paschate moniti fuerint, & illorum nomina transmissa ad Curiam Episcopalem.

An, & quoties in anno fiant Processiones cum delatione Eucharistiæ, & expositiones publicæ.

Pœnitentia.

An hoc Sacramentum ministretur in Ecclesia in Sede Confessionali cum Superpelliceo, & Stola.

An Sedes Confessionales habeant Crates saltem ligneas, seù potiùs laminas ferreas spissis foraminibus terebratas, ac benè undequaque hærentes, cum asserculo versatili cujus objectu facies Sacerdotis populo occultetur; necnon piam aliquam Imaginem ex parte Pœnitentis: Et an sint in loco visibili.

An Confessarii audiant Confessiones extrà Sedem Confessionalem, præsertim mulierum, & puerorum è conspectu nulla interposita crate: Nam si

talis abusus inveniretur, pœna suspensionis ab audiendis confessionibus esset tollendus.

An in Sede Confessionali sit affixa Tabella casuum reservatorum, & Summarium Bullæ in Cœna Domini.

Oleum Infirmorum.

An retineatur in Ecclesia in fenestrella à cornu Evangelii Altaris Majoris intus panno serico obducta in Vasculo argenteo, seù saltem stamneo, atque id in ampliori Capsula lignea undequaque gossipio circumposito cum sera, & clavi, inscripto suprà ostiolum, *Oleum Infirmorum*.

An Parochus illud deferens ad Infirmos sit indutus Superpelliceo, & Stola, an in serica burſa violacei coloris inclusum, & cordulis item sericis collo appensa reverenter ferat.

An conferatur pueris usum rationis, & malitiam peccandi non habentibus, furiosis lucido intervallo carentibus, & impœnitenter decedentibus. *Cap. Ergaeum 26. quæst. 7.*

Matrimonia.

An Parochi Matrimonia denuncient, antequam semotis arbitris consensum mutuum contrahere volentium receperint.

An Parochi antequam Matrimonia denuncient, recognoscant, an contrahere volentes sint legitimæ ætatis, confirmati, in Mysteriis Fidei edocti, an consanguinei.

An Sponsi antequam Matrimonium contrahant invicem conversentur, absque interventu Parentum, & Consanguineorum.

An Parochus saltem bis in anno in Missis Parochialibus populo impedimenta Matrimonii denunciet.

An Parochi exteros, vel eos, qui à Diœcesi diù fuerunt absentes, absque licentia Episcopi in Matrimonio conjungant.

An Parochi dispensent unam, vel alteram ex denunciationibus faciendis, auctoritate propria, absque permissione Episcopi, vel Vicarii Generalis.

An denunciationes fiant semper diebus Festis de præcepto interpolatis.

An Parochus, vel alter, qui de ejus licentia, vel Episcopi, contrahentes Matrimonio conjunxit, Matrimonium describat in libro eadem die, vel differat descriptionem.

An Matrimonia contrahantur semper in Ecclesia, vel aliquando Domi sinè licentia Episcopi, vel Vicarii Generalis.

An temporibus ab Ecclesia prohibitis absque Episcopi licentia.

Missæ Sacrificium.

An ad Sacrum faciendum admittantur Exteri absque litteris dimissoriis, seu commendatitiis, recognitis, & approbatis ab Episcopo, vel ejus Delegato.

An

An adsint in loco Sacerdotes, qui indevotè, properè, & irreverenter Sacrificium celebrent.

An Sacrista, seù Rector Ecclesiæ permittat, & admittat ad celebrandum Presbyteros, qui coronam, & vestem Clericalem decentem, & ab Edictis, seù Constitutionibus Synodalibus præscriptam non defecerunt.

An in Missis novis fiant quæstus; & an Sacerdos novellus admittat Laicos ad Altare ad osculum manus: Nam si iste abusus inveniatur, tolli debet; cum pacis Instrumentum, seu Crux ad osculum exhiberi debeat, & non manus, & oblationes, si quæ offerri contingat, hoc fiat in medio Altaris, Sacerdote populo obverso. *Sac. Congr. Concil. apud Zerol. in prax. verb. Missa.*

An in celebratione Missarum Sacerdotes utantur Calicibus, & Patenis disauratis, Planetis attritis, & corrosis, albis, & amictis immundis, cingulis fractis Corporalibus commaculatis, ac Missalibus laceratis, vino acido, vel mucido, & an parati sint urceoli mundi cum pelvicula saltem testacea.

An Tabella onerum Missarum in qualibet Ecclesia in Sacristia appensa in loco patenti retineatur.

An in eadem Sacristia retineantur Libri, (non folia quæ vento rapiuntur) in quibus eadem die, qua celebratæ fuerunt, per eosdemmet Sacerdotes adnotentur Missæ celebratæ: Et an servetur silentium, vel potiùs indecentia committantur.

Mandet, quod Sacerdotes Exteri, aut vagi, qui cogniti non sunt, quoties cum licentia Episcopi, vel Vicarii admissi fuerint ad Sacrum faciendum, in Libro scribant, se tali die celebrasse; ad hoc, ut si fortè falsos, & fictos Sacerdotes esse compertum fuerit, constare possit de corpore delicti per propriam confessionem.

Legata Pia.

An in loco visitato præter onera, & legata Missarum, adsint alia legata pia adimplenda.

An de illis habeatur, & retineatur nota in Cancellaria Episcopali, ac in Libris Ecclesiæ, seù alterius loci pii visitati.

An adimpleantur.

Doctrina Christiana.

An in Cathedrali, aliisve Ecclesiis Parochialibus, reperiantur erectæ sodalitates Doctrinæ Christianæ.

An adsint peccatores publici, puta Concubinarii, Sortilegi, Usurarii, Blasphemi, Lamiæ, Conjuges separati absque judicio Ecclesiæ, retinentes, & legentes Libros prohibitos absque licentia, evulgantes erroneas, & falsas doctrinas, ac damnatas ab Ecclesia propositiones, Confessarii tàm Sæculares, quàm Regulares absolventes à reservatis absque Episcopi expressa facultate, Hæretici, aut de hæresi suspecti.

An in Ecclesiis Parochialibus, & aliis, in quibus sodalitates sunt erectæ, edoceantur pueri, & puellæ in his, quæ pertinent ad Mysteria Fidei, & bonos mores.

Hæc inquam regulariter, & ſubſtantialiter advertenda erunt in viſitatione, quæ omitti non debent. Cæterùm juxtà locorum, & Eccleſiarum qualitatem, & exigentiam, arbitrio prudentis Viſitatoris, etiam alia plura erunt conſideranda, & providenda, quæ ego, cum ſint extrà inſtitutum Operis, hìc non refero, ne tranſcriptoris nomen uſurpem, & videri ad ſaturitatem poſſunt *apud Fuſch. Reſtam. Pac. Jord. & Chriſpinum*, qui de viſitatione abſolutos tractatus ediderunt.

Omnia verò, quæ Viſitator ordinaverit, decreverit, & adnotanda eſſe cenſuerit, per Secretarium, ſive Notarium viſitationis fideliter, & integrè in Libro referenda erunt: Quia Libri hujuſmodi plenè probant, ut dixit Rot. *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 61. *num.* 6. Panimoll. *deciſ.* 10. *num.* 12. & alii adducti per Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 6.

Finem itaque imponendo: Omnia, quæ tàm in Opere, quàm in hac Appendice, ad honorem, & laudem ſempiternæ, & Sanctæ Trinitatis per me dicta, compoſita, extenſa, collecta, & adnotata fuerunt, cenſuræ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ libenter ſubjicio.

IN-

INDEX

Constitutionum, & Decretorum Appendicis.

Pii V. Constitut. V. De Cultu, & Veneratione Ecclesiarum, pag. 378.

Ejusdem Constitut. VIII. De Clausura Monialium. 383

De forma servanda in collatione Parochialium. ibid.

Ejusdem Constitut. LVIII. De resignationibus Beneficiorum. 390

Gregorii XIII. Constit. XXVIII. Revocatoria Indultorum ingrediendi Clausuram Monialium. 395

Gregorii XIV. Constit. VII. De Immunitate Ecclesiarum. 397

Clementis VIII. Constitut. XXVIII. De largitione Munerum. 403

Urbani VIII. Constitut. CCLXVII. Confirmatio, moderatio, & declaratio Bullæ Clem. VIII. de largitione Munerum. 406

Decretum pro Regularibus Ordinandis. 412

Clementis VIII. Constitut. XCIX. de erectione Conventuum. 413

Gregorii XV. Constit. XXXI. Confirmatio, & ampliatio d. Constit. Clem. VIII. 414

Urbani VIII. Constitut. XXV. Confirmatio, & ampliatio dd. Constitutionum. 416

Innocentii X. Constitutio L. Super suppressione parvorum Conventuum, ac prohibitione erigendi novos, ibid.

Clementis VIII. Constitut. CXV. De forma servanda in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus. 419

Gregorii XV. Constitut. IX. De electione Conservatorum. 423

Ejusdem Constitut. XVIII. De exemptorum privilegiis, & subjectione. 428

Resolutiones Sacr. Congregationis Concilii Tridentini nonnullorum Dubiorum in supradicta Constitutione. 430

Ejusdem Decretum de ordinandis in Regno Neapolis. 433

Decretum Generale Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium super accessu Regularium ad Monasteria Monialium, ab Urbano VIII. approbatum. 434

Declarationes Sacr. Congregationis Concilii Tridentini à Clemente IX. approbatæ super accessu, & collocutione Regularium ad Monasteria Monialium. 336

Innocentii X. Constit. LV. De subjectione parvorum Conventuum. 438

Declarationes supradicti Decreti à Sacra Congregat. super statu Regularium editæ, atque ab Alexandro VII. approbatæ. 439

Decretum Sacræ Congregationis Episcopo-

porum, & Regularium auctoritate Clementis X. editum, de Canonicis Regularibus Congregat. Lateranen. ad Curam Animarum in Ecclesiis secularibus exercen. non admittendis. 442
Clementis X. Constitut. VII. de subjectione Regularium quoad Confessiones audiendas, & Dei Verbum prædicandum. 446
Epistola Sacr. Congregat. Concilii pro admonitione Prædicatorum Verbi Dei. 451
Decreta Generalia Sacr. Congreg. Indulgentiarum. 459
Decretum Generale Sac. Congreg. Concilii super Patrimoniuni Ordinandorum. 462
Litteræ Sac. Congregat. Immunitatis super damnis datis. 467
Innocentii XI. Constit. super statutariis successionibus. 468
Decretum Generale Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium de Exercitiis Spiritualibus peragendis. 470
Decretum Generale Sacr. Congreg. Episcoporum de Doctrina Christiana edocenda. 473
Decretum moderatorium Indultorum extrà tempora. ibid.
Decretum Innoc. XII. de Regul. ejectis, ibid.
Innocentii XII. Constitutio XLIV. de tollendis abusibus Ordinandorum. 481
Ejusdem Constitut. confirmatoria Decretorum Urbani VIII. de celebratione Missarum. 481
Litteræ Sacr. Congreg. Episcoporum de Clericis non toleran. in Officiis abjectis. 501
Instructio pro visitantibus. 509

IN-

INDEX

Rerum Notabilium, quæ in Appendice continentur.

A

Apostatæ.

Apostatæ quomodò sint revocandi ad Religionem. In Append. Decret. de Eject. 478

Regulares recurrentes recto tramite ad Urbem à gravaminibus suorum Superiorum, non incurrent pœnas Apostasiæ, ex quo discesserint sine obedientia, dummodò non vagent, & in Urbe se præsentent Secretario Sac. Congr. Adn. ad Decret. de Eject. Inn. XII. 1694. n. 1. 480

Apostatis, ut valeant in sinum Matris Ecclesiæ redire, aliquandò per Sacram Pœnitentiariam indulgetur, ut possint ad quamcumque aliam Religionem transire, ibid. num. 3.

B

Beneficium. Beneficiatus. Beneficii Resignatio.

Beneficiatus, si in ingressu ad possessionem Beneficii solvit aliquid pro Sacristia, vel alio pio usu, non committit Simoniam. Adnot. ad Constit. 5. Pii V. De Cult. & Venerat. Eccles. n. 5. 382

Beneficiatus tenetur gratis inservire, & onerâ Ecclesiæ subire per aliquod temporis spatium, ubi viget consuetudo, vel Statutum, ibid. n. 6.

Beneficii resignatio in manibus Ordinarii, quibus de causis fiat, & admittatur, vide summatim. Adn. ad Const. 58. Pii V. De resign. Benef. à n. 1. usq; ad 12. 392. & 393

Beneficia Juris patronatus non cadunt sub dispositione Bullæ Pii V. 58. ibid. n. 3

Beneficiorum collatio debita certo generi personarum dicitur libera, & habentibus requisita sunt conferenda absque eo, quod possint excludi, ibid. n. 18.

Præbenda Theologalis conferri non potest ab Episcopo non idoneo, ibid. n. 19.

Beneficium Juris patronatus Confraternitatis, dicitur Jus patronatus laicale. Adn. ad Constit. 115. Clem. VIII. de form. servan. in erect. Confratern. n. 3. 423

Beneficii onera detrahenda ex calculo reddituum ad constituendum summam congruam pro titulo ordinandi, quæ sint. Adnot. ad Const. 44. Innoc. XII. In Append. n. 1. & 2. 485

Beneficium, quod ex lege fundationis debet conferri legitimo ex Matrimonio, non debetur legitimato per subsequens Adn. ad litt. Circul. Sac. Congr. Episcop. & Regul. super exercit. indecent. Cler. 1697. In Append. num. 14. in fin. 505

C

Canonicus. Canonicatus.

Canonicatus Collegiatæ etiam insignis conferri possunt Clericis ætatis 14. annorum. Adnot. ad Constitut. 58. Pii V. de resignat. Benef. n. 17. 394

Canonicus Collegiatæ, nisi Statutum, vel Ecclesiæ consuetudo aliud determinet, non tenetur assumere Ordines Sacros, ibid. d. n. 17.

Cappellanus.

Cappellanus, qui ex dispositione Testatoris tenetur celebrare quotidiè, an semel in hebdomada possit vacare. Ad. ad Dec. de celebr. Missar. innovata ab Inn. XII. in Append. n. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. 499. & 500

Clau-

Clauſula.

Clauſula -- *Ad Arbitrio*, in reſcripto Papæ importat poteſtatem delegatam. Adnot. ad litter. Sac. Congreg. Concilii 1697. ſuper patrim. ord. num. 14. & 15. 466

Clauſura.

Clauſuram violat, & cenſuras incurrit, qui introducit infantes cujuſvis ſexus, & ætatis. Adnot. ad Conſtit. 8. Pii V. de Clauſ. Monial. n. 5. 387
Non tamen cooperantes, ibid. num. 6.
Quid ſervare debeant Epiſcopi in ingreſſu in Clauſuram, & quid Superiores Regulares, & quid eorumdem Regularium Confeſſarii. Adnot. ad Conſtitutionem Greg. XIII. 28. n. 1. 2. & 3. 397

Clericus Conjugatus.

Clerici Conjugati non debent officia publica Univerſitatis exercere. Adn. ad Epiſtol. Sac. Congreg. Epiſc. ſuper exercit. indecent. n. 29. 507
Poſſunt ſuffragium habere in Concilio Univerſitatis, ſicuti & alii Clerici non conjugati, quandò agitur de nominando Rectore, ſivè Cappellano Beneficii, ibid. n. 30.

Clericus.

Clerici, ſi mali ſint, & indigni, quis orabit pro eis? Adnot. ad litter. Circular. Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. ſuper exercit. indecent. Cleric. 1697. n. 8. In Append.
Clerici, qui occupantur officiis illicitis ſunt ab Eccleſiæ miniſteriis depellendi, ibid. num. 9.
Clericus, qui inſervit Laico pro negociis peragendis, dicitur occupatus vile, ibid. d. num. 9.
Clerici non poſſunt Medicinam exercere, ibid. num. 10.
Clerici poſſunt compoſitiones facere Julepporum in uſum pauperum, ib. n. 11.
Clericus diſpenſatus, ut poſſit Medicinam exercere, gratis facit, ibid. n. 12.
Clericus diſpenſatus, ut poſſit Medicinam exercere, cum clauſula -- *Donec bona habueris, undè poſſit ſuſtentari*, ſi provideatur de redditibus, an poſſit à Publico conduci, vide ibid. n. 13. 505
Clerici illegitimi non poſſunt eſſe Subcollectores ſpoliorum, ibid. n. 14.
Clerici illegitimi, legitimati per ſubſequens Matrimonium, æquiparantur filiis legitimis, & naturalibus quoad omnia, ibid. d. num. 14.
Clerici diſpenſati ad Ordines, non cenſentur diſpenſati ad Beneficia, ibid. n. 15.
Clerici diſpenſati propter aliquem defectum ad Ordines, quandò cenſeantur diſpenſati etiam ad Beneficia? ibid. n. 16. & 17.
Clerici diffamati de homicidio, diffamationem non purgant, quamvis torturam ſuſtineant, ſed remanent irregulares, ibid. num. 18.
Clerici deferentes comam fictitiam vulgò *Perrucca* poſſunt excommunicari, ibid. n. 19. & 20.
Clericorum corona, & tonſura quænam ſit, ibid.
Clerici, qui coronam non deferunt, dicuntur comam nutrire, ibid. n. 21. 506
Clericis non eſt imponenda pœnitentia publica, niſi pro delictis gravibus, ibid. n. 22. Cætera vide in verbo, Ordo.
Clerici cur armis venari, ſpectaculis intereſſe, & aleis ludere non debeant, ibid. n. 25. 26. & 28. ibid.
Clerici Negociatores quomodò ſint puniendi, ibid. n. 31. 508
Clericus Negotiator non ſolatur lucris, ſed affligitur, ibid. n. 32.
Clerici initiati prima tonſura ſub Ritu Latino non poſſunt tranſire ad Ritum Græcum abſque diſpenſatione Apoſtolica, ibid. num. 33.
Clerici Albanenſes commorantes in Italia gaudent privilegiis Clericalibus, ib. num. 34.
Clerici vulgò dicti Silvatici, quibus privilegiis fruantur, ibid. n. 35.
Clerici inquiſiti de delicto in foro Epiſcopi non poſſunt ſe conſtituere coram A. C. ante definitivam, ibid. n. 36. 509

Et

Et an appellare valeant ante biennium à denegata justitia, ibid. d. n. 36.

Concursus.

Concursus non indicitur in pluribus casibus, & qui sint. Adnot. ad Constit. 33. Pii V. de form. ser. in collat. Paroch. num. 1. 391
Ad concursus Ecclesiarum Parochialium non ad admittuntur Canonici Regulares. Adnot. ad Decret. Clement. X. de Canonic. Regular. Lateran. non admitt. à n. 1. ad 11. In Appendic. 443

Confraternitas.

Officiales Confraternitatis non debent habere salarium. Adnot. ad Constit. 115. Clem. VIII. de form. ser. in erect. Confratern. n. 2. 423
Confraternitates, & cætera loca pia tenentur contribuere pro victualibus Visitatoris, non obstante contraria consuetudine, ibid. n. 4.
Cappellani Confraternitatum non amoventur ab Episcopo sine causa renuentibus Confratribus n. 5.

Conservator.

Conservatores Regularium non possunt erigere Tribunal. Adnot. ad Constit. 9. Gregor. XV. De elect. Conservat. num. 1. 426
Conservatores prædicti non possunt subdelegare, ibid. n. 3.
Conservatores subjiciuntur Ordinariis locorum, ibid. n. 5. ibid.
Conservatores possunt allegari suspecti, ibid. n. 6.
Dubia proposita, & resoluta de Conservatoribus anno 1648. ibid. n. 8.
Episcopi, & Vicarii Generales possunt eligi in Conservatores, ibid. n. 17.
Alia de Conservatoribus, ibid.

D

Decreta.

Decreta Sacrarum Congregat. licèt non reperiantur notata in Libris Secretariæ, probantur existere per attestationem Cardinalis Relatoris, ibidem num. 9. 500
Decreta Sacr. Congregat. Concilli obligant etiam in foro interno. Adnot. ad Bullam Innoc. XII. de celebr. Missar. num. 10. ibid.

Dictio.

Dictio *duo* dicit multa.
Dictio *plurimi*, & dictio *multi* verificatur in tribus. Adnot. ad Epist. Sacr. Congreg. Episcoporum super exercit. indecent. Cleric. n. 31. 508

Dignitas.

Dignitas Archidiaconatus potest conferri non habenti Lauream Doctoralem, etiamsi à Synodo prohiberetur, dummodò curam Animarum, vel Jurisdictionem non habeant. Adnot. ad Const. 58. Pii V. De resignat. Benefic. num. 15. & 16. 393

Dimissoriæ.

Dimissorias concedere non possunt Regulares eorum Subditis, nisi ad Episcopum Diœcesanum. Adnot. ad Decretum Clem. VIII. de Regular. ord. n. 1. & per tot. 412
Et si contraveniant, pœnas incurrunt comminatas, ibid. n. 6.
Dimissoriæ in Regno Neapolitano non conceduntur, nisi ad certum Episcopum. Adnot. ad Decret. Gregor. XV. De promovend. ad ord. in Regn. Neap. num. 1. 434
Dimissoriæ in dicto Regno non possunt concedi relicto in albo nomine Episcopi ordinaturi, ibid. n. 2.
Episcopi, qui contrà formam dicti Decreti dimissorias concedunt remanent per annum suspensi à collatione ordi-

dinum, ibidem d. numer. 2.
Non comprehenduntur exteri, neque qui ordinantur vigore Brevis Apostolici, ibid. num. 3.

Doctores rejecti.

Amen de delict. & pœn. tit. de delict. contr. castit. §. 1. num. 15. reprehenditur. Adnot. ad Decr. Urban. VIII. super access. Regular. ad Monast. Monial. num. 1. 437
Bonacin. de Sacram. Euch. disp. 4. quæst. ult. punct. 7. & alii cum eo reprobantur. Adnot. ad Decret. de celebr. Miss. n. 11. vers. Cumque. 501
Cherubin. in Compend. Bull. ad Const. 28. Clemen. VIII. Schol. 1. rejicitur. Adnot. ad Const. Clem. VIII. 28. nu. 6. de largit. muner. 409
Navar. Barbos. Trambur. & alii reprobantur, ibid. n. 1. 408
Pasqualig. ad Lauret. de Franc. p. 1. n. 364. rejicitur. Adnot. ad litter. circular. Sac. Congr. Episc. super exercit. indec. Cleric. anni 1697. n. 5. & 6. 503
Passerin. de stat. hom. tom. 3. q. 189. n. 816. & 818. reprobatur cum Tambur. Adnot. ad Decret. Clem. VIII. de Regular. Ordinand. n. 4. & seqq. 413
Pignatell. consult. can. 4. tom. 8. rejicitur. Adnot. ad litter. circul. Sacr. Congreg. Concilii anni 1679. de patrim. ordin. num. 8. & 9. 322

E

Ecclesia.

Ecclesiæ, quę non possunt restaurari, destruendæ sunt. Adnot. ad Constitut. 5. Pii V. de Cult. & Venerat. Eccles. num. 1. 382
Ecclesiæ non sunt ædificandæ, nisi habeant necessaria paramenta, num. 2. ibid.
Ecclesiarum paramenta, & suppellectiles debent esse decentia, nitida, & munda, ibid. n. 3. ibid.
In Ecclesia non debent reponi bona, ibid. num. 4. ibid.

Episcopus potest, & tenetur.

Episcopus potest visitare Clausuram Monialium Regularibus subjectarum sine assistentia Superiorum. Adnot. ad Constitut. 8. Pii V. de Clausur. Monial. num. 1. 386
Episcopus potest absolvere ab excommunicatione incursa ob ingressum in Clausuram, quando est occulta, & dummodò non sit ad malum finem, ibid. nu. 3. & 4. 286. & 287
Episcopus tenetur prædicare. Adnot. ad Constitut. Clement. X. Superna nu. 1. & 2. 452
Episcopus quid possit facere in parvis Conventibus Regularium, vide Decreta Sac. Congreg. post Constitut. Innoc. X. 55. *Ut in parvis*. In Appen. 297. & 298.
Et quid possit facere vigore Constit. Gregor. XV. *Inscrutabili*, vide Decreta Sacr. Congreg. post eamdem Constit. In Append. ibid.
Episcopus potest facere, quod justè facit. Adnot. ad Constitut. Gregor. XIII. 28. Revocator. Indul. ingred. in Clausur. num. 1. 397
Episcopus est Executor legatorum piorum unà cum Commissariis Fabricę S. Petri cumulativè. Adnot. ad Constit. Clement. VIII. 28. num. 19. 20. & seqq. 310

Episcopus in genere.

Sub nomine Episcoporum in genere, in lege, & Constitutione Papali, non comprehenduntur Orientales, nisi de illis fiat expressa mentio. Adnot. ad litter. circul. Sacr. Congregat. Episcop. anni 1697. super exercit. indec. Cleric. nu. 1. In Append. 503
Patriarchæ Orientales Catholici ordinant propria facultate Episcopos, & Archiepiscopos, ibid. n. 2.
Patriarchæ Orientales Catholici non possunt suo ritu promovere Catholicum Sacerdotem Latinum licitè ad Episcopatum, ibid. n. 3.

Episcopus non potest.

Episcopus non potest conferre Præbendam Theologalem non idoneo, & de ratione. Adnot. ad const. 58. Pii V. De resign. Benefic. n. 19. 394

Episcopus non potest recipere munera occasione receptionis habitus, seu emissionis professionis Monialium. Adnot. ad constit. 28. Clem. VIII. de largit. muner. n. 9. & 10. 409

Episcopus non potest imponere pœnitentiam publicam Clericis, nisi pro delictis depositione dignis. Adnot. ad litt. circul. Sac. Congr. Episcop. & Regular. super exercit. indecent. Cler. anni 1697. n. 22. In Append. 506

Non potest in erectione Beneficiorum sibi Censum reservare. Adnotat. ad constit. 58. Pii V. De resign. Benef. num. 22. 394

Non potest alteri, quàm Vicario Generali facultatem Beneficia conferendi tribuere. Adnot. ad const. 58. Pii V. De resign. Benefic. n. 20. ibid.

Episcopus debet.

Episcopus in puniendis excessibus Clericorum potiùs ad pietatem, quàm ad severitatem inclinare debet. Adnot. ad litt. circular. Sac. Congr. Episcop. & Regul. anni 1697. super exercit. indec. Cleric. n. 23. In Append. 506

Excommunicatio.

Excommunicatio, quæ incurritur ob ingressum in Clausuram non est Papæ reservata, dummodò non sit ad malum finem. Adnot. ad constit. 8. Pii V. De Monial. claus. n. 2. 386

F

Fabrica S. Petri.

Fabrica S. Petri de Urbe capit. legata relicta Regularibus incapacibus. Adnot. ad constit. Clem. VIII. 28. num. 18. 410

Capit legata relicta pro malè ablatis, & pro exoneratione conscientiæ, ibid. num. 21.

In cæteris legatis piis illius Commissarii pro executione habent cumulativam cum Episcopis, non privativam, ibid. num. 19. 20. & seqq.

I

Immunitas.

Immunitate Ecclesiarum non gaudent publici Latrones, Grassatores viarum, Depopulatores Agrorum, mutilantes membra, vel homicidium patrantes in Ecclesia, Proditores, Assassini, Hæretici, Judæi, & Rei criminis læsæ Majestatis, & qui dicantur hujusmodi. Adnot. ad Bullam Gregor. XIV. 7. De Immunit. Eccles. à num. 1. ad n. 10. 401. & 402.

Immunitatem gaudet cæteri omnes, qui in Bulla non sunt excepti, etiamsi delicta patraverint similia, ibidem num. 11.

Immunitate an gaudeat Ecclesia constructa auctoritate Episcopi, non tamen benedicta, vide ibid. nu. 12.

Ad probandum delictum exceptum, ut quis priventur Immunitate, non sufficit Sententia contumacialis, ididem num. 13.

Extrahentes reos à loco immuni non servata Bulla Greg. XIV. non excusantur ab incursu Censurarum prætextu consuetudinis, quæ dicitur corruptela, ibid. num. 14.

Hebræi gaudent privilegio Immunitatis, ibid. num. 15.

Mater suffocans filium infantem, & Uxor Maritum dormientem, non gaudent Immunitate, ibid. n. 16.

In-

Indulgentiæ.

Indulgentiæ quænam sint veræ, quænam falsæ, revocatæ, quænam subsistentes, vide Decreta relata in Append. pag. 459. ibid.

Indultum.

Indulta extrà tempora non conceduntur, nisi ex certis rationabilibus causis, ut in Append. 477

Judex.

Judex Laicus non debet recognoscere Libros Parochi, ex quibus fuerunt extractæ fides productæ. Adnot. ad constitut. Gregor. XIV. De Immunit. Eccles. num. 17. 402

M

Missæ. Onera Missarum.

Missarum onera non detrahuntur ex calculo fructuum Beneficii ad constituendam summam sufficientem pro titulo ordinandi. Adnot. ad const. 44. Innoc. XII. pro tollend. abus. ordin. evulgatam, num. 1. 485

Missa conventualis, quam quotidiè celebrare tenentur Capitulum Cathedralis, & Collegatiæ, est applicanda pro Fundatoribus, seu Benefactoribus. Adnotat. ad Decreta de celebr. Missar. innovata ab Innoc. XII. In Append. num. 12. 501

Qui habet onus Missam quotidiè celebrandi, an possit semel in hebdomada vacare. Adnot. ad Decret. de celebr. Missarum innovata ab Innocent. XII. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. In Append. 499. & 500.

Cappellanus, sive Beneficiatus, qui habet onus celebrandi missam pro Fundatore quotidiè, non tenetur, neque per alium celebrare tempore infirmitatis, non excedentis quindecim dies, ibid. num. 7.

Parochus diebus Dominicis, & de præcepto tenetur pro populo Sacrificium applicare, ibid. num. 8. 9. & pag. 500. n. 10. & 11.

Canonici Cathedralis, & Collegiatarum tenentur Missam Conventualem quotidiè celebrare, & applicare Sacrificium pro Fundatoribus, ibid. n. 12.

Quando non teneantur applicare Sacrificium Missarum descriptarum in Tabella, ibid. n. 13.

Monasterium.

Monasteria Monialium possunt de loco ad locum transferri, non solùm, si periculis malorum sint expositæ, sed etiamsi concurrat alia justa causa. Adnot. ad const. 99. Clem. VIII. De erect. Convent. n. 1. 418

Monasteria Monialium, quæ sunt exigui redditus, possunt uniri, ibid. n. 2.

Monasteriorum Monialium translatio fit etiam sola Episcopi auctoritate, ibid. num. 3.

Moniales.

Moniales translatæ an debeant iterùm novitiare, & novam Professionem emittere juxtà Regulam Monasterii ad quod, vide ubi suprà n. 5. & 6. Adnotat. ad constitut. 99. Clem. VIII. ibid.

Moniales antequam recipiantur ad habitum, vel Professionem, debent per decem dies se exercere Exercitiis Spiritualibus, & quæ sint suggerenda. Adnot. ad Epist. Sac. Congr. Episc. & Regular. anni 1682. 472

Munera.

Munera Ordinarii locorum recipere non possunt à Monialibus in susceptione habitus, aut Professionis emissione. Adnot. ad constit. 28. Clem. VIII. De larg. Muner. n. 9. 409

Recipientes munera à Regularibus utriusque sexus, quæ excedant valorem scutorum decem, non possunt absolvi, neque à summo Pœnitentiario, nisi facta restitutione, ibid. n. 10.

Obla-

O

Oblati.

Oblati, si se, suaque obtulerint perpetuò Monasterio non possunt recedere. Adnotat. ad Decret. de Ejectis, num. 9. 481
Oblatos percutientes incurrunt excommunicationem contentam in c. Si quis suadente 17. q. 4. ibid.

Ordo, Ordinari, Ordinatus.

Ordinari quis non potest ad titulum cappellaniæ, nisi adsit necessitas Ecclesiæ, & nonnisi tamquam ad titulum Patrimonii. Adnot. ad litt. Sac. Congr. Concilii 1679. n. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. 463. & 464
Ordinari possunt viri docti ad titulum Patrimonii, etiamsi non adsit Ecclesiæ necessitas, ibid. n. 7.
Ordinari quis non potest ad Sacros Ordines ad tit. fidejussionis hominis divitis, etiam stante necessitate Ecclesiæ, ibid. num. 8. & 9.
Ordinatus ad tit. Patrimonii pro necessitate Ecclesiæ, non potest illam deserere, sed cogitur residere, ibid. n. 10. 11. & 12. 465
Ordinandi in Sacris debent exercitari in Exercitiis Spiritualibus, & quid eis sit suggerendum. Adnot. ad litter. Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. 1682. de mandato Innoc. XI. transmiss. per tot. pag. 431. & seqq.
Ad Ordine pauci debent promoveri, sed digni, quia multitudo onus grave Ordinatori adducit. Adnot. ad epist. Circular. Sac. Congr. Episc. & Regular. super Exercit. in dec. Cleric. 1697. n. 4. In Append. 503
An in loco ubi digni non reperiuntur, minùs habiles, & ignari ordinari possint, ibid. n. 5. 6. & 7.

P

Parochus.

Parochus tenetur saltem diebus Festivis Sacrificium applicare pro populo. Adn. ad Decret. De Celebrat. Missar. innovat. ab Innoc. XII. In Append. num. 9. 500
Parochi non possunt esse Subcollectores. Adnot. ad epistol. Sac. Congr. Episcop. & Regul. super exercit. indec. Cleric. num. 28.

Papa.

Solus Papa potest facere Religiosum proprietarium, dispensando in Voto paupertatis. Adnot. ad Bullam Clem. VIII. 28. De largit. mun. n. 15. 410

Paupertas.

Paupertas Regularium, ut dicatur servata, quid sit à Religiosis utriusque sexus servandum. Adnotat. ad Constit. 28. Clement. VIII. De largit. mun. numer. 3. 4. & 5. In Append. pag. 408. & seqq.

Pœna.

Pœna facit sapientem, ut qui stultus fuit in culpa sapiens sit in pœna. Adnot. ad Decret. Urban. VIII. super access. Regul. ad Monast. Monial. num. 2. 438

Presbyter.

Presbyteri Doctrinæ Christianæ Urbis, si Votum perseverantiæ emiserint, non possunt Congreg. relinquere. Adnotat. ad Decret. de Eject. num. 6. 480
Presbyteri Congregat. Oratorii non possunt ab Episcopo extrahi, & ab Instituto removeri, ibid. n. 7.

R

Regulares, & Religiosi.

Regulares utriusque sexus non possunt retinere redditus superfluos, neque illos expendere, quamvis hoc faciant de licentia Superioris, & in usus pios. Adnot. ad Const. 28. Clem. VIII. De largit. muner. n. 1. 2. 3. & 7. 408

Re-

Regulares utriusque sexus, ut possint licitè pecunias expendere, debent illas de communi capsa depositi, de licentia Superioris per modum eleemosynæ recipere, & in rebus necessarius ad vitam sustentandam erogare, ibidem num. 4. & 5.
Regulares Novitii comprehenduntur in Constit. Clem. VIII. de largit. muner. ibid. num. 6. 409
Regulares in terris Infidelium retinent cum Indulto Sac. Congregat. bona stabilia, licèt sint veri Mendicantes, ibid. num. 8.
Religiosi Ordinis S. Spiritus in Saxia de Urbe vulgò *Crociferi* possunt licitè administrare, & retinere fructus Beneficiorum eisdem collatorum, dummodò præfati redditus in pios usus, & Religioso erogentur, ibid. n. 12. & 13.
Regulares, Constitutiones, & Decreta Apostolica, quæ eorumdem privilegia vulnerant. Adnot. ad Decret. Clem. VIII. De Regular. ordinand. num. 1. & seqq. per tot. 412
Regulares Superiores, qui Decretum Clement. VIII. in concedendis dimissoriis eorum Subditis non servant, peccant mortaliter, & pœnas ibid. comminatas incurrunt, ibid. n. 4. & 5. 413
A Regularibus ordinandis potest exigi juramentum, se professionem sponte emisisse, ibid. n. 7.
Regulares, in quibus casibus vigore constitutionis Gregor. XV. Inscrutabili, subjiciantur locorum Ordinariis. Adnot. ad eamdem Bullam ubi referantur Decr. Sac. Congreg. 430
Regulares coguntur ad retinendam lampadem accensam coram Sanctiss. Sacramento, ibid. n. 1. & 2. 433
Regulares possunt cogi ab Episcopo, ut exequantur voluntatem Testatoris, ibid. num. 3.
Etiamsi onus injunctum reperiatur verbis deprecativis, ibid. n. 4.
Regulares accedentes ad Monasteria Monialium sine licentia ad colloquendum, peccant mortaliter, etiamsi accedant ex rationabili causa, & ad bonum finem. Adnot. ad Decret. Urb. VIII. super access. Regular. ad Monast. Monial. n. 1. & 2. Ubi Decreta generalia emanata de hac referuntur. 437. & 438.
Regulares missi ad Crates Monialium pro munere prædicationis, non possunt sub quovis prætextu cum Monialibus alloqui; aliàs peccant mortaliter, ibid.
Regulares Ordinis Minoris S. Francisci non possunt facere contractus. Adnot. ad Innoc. X. *Ut in parvis*. num. 1. ubi Decret. emanata de anno 1654. à Congreg. status Regular. referuntur, pag. 439. & seqq.
Regulares *Graduati*, qui dicantur, ibid. num. 3. 442
Regularium Superior gerens actum, qui fieri nequit sine causa, non creditur assertioni illius causam adesse, nisi probet, ibid. n. 4.
Regulares quicumque sint, non admittuntur ad Curam Animarum Ecclesiarum Sæcularium. Adnot. ad Decret. Clem. X. de anno 1671. de Canonic. Regul. Later. non admit. &c. à num. 1. ad 11. & seqq. 444
Regulares super nullitate professionis non audiuntur extrà Claustra dimisso habitu. Adnot. ad Decr. de Eject. Innocent. XII. n. 2. 480
Regulares recurrentes ad Urbem à gravaminibus Superiorum sine eorum obedientia non dicuntur Apostatæ, neque possunt molestari, ibid. n. 1.
Regulares Professi non possunt ejici à Religione sub prætextu, quod ante haberent infirmitates incurabiles. Adnotat. ad Decret. de Eject. numero 4. ibid.
Regulares non observantes Constit. Alex. VII. quæ incipit Fœlici, Bullar. tom. 6. Constitut. 153. possunt ab Episcopo puniri. Adnot. ad constit. 28. Greg. XIII. num. 3. 397
Religiosi Professi Testamentum condere non possunt, quamvis ante professionem talem facultatem sibi reservassent. Adnotat. ad Constitut. Clem. VIII. De largit. muner. num. 17. 410
Religiosi Curati Ecclesiarum unitarum Monasteriis, non possunt petere congruam taxatam Curato Sæculari. Adnot. ad Decret. Clem. X. De Canonic. Regul. ad Cur. Animar. non admit. num. 13. 445

Mi-

Minores Observantes, & Reformati Sancti Francisci sunt incapaces legatorum perpetuorum, & Missarum. Adnotat. ad Constitut. 28. Clem. VIII. num. 18. 410

S

Sacra Scriptura.

Quid sit Sacra Scriptura, quot Libri Veteris, & Novi Testamenti, quid contineant, quotuplex sit sensus Sacræ Scripturæ, vide Adnotat. ad litter. Circul. Sacr. Congr. Episcop. & Regular. de Doctrin. Christiana 1686. à num. 3. ad 11, 329

Quare Evangelistæ denotentur per figuras Hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ, ibid. n. 12. 475

Quare Horæ Canonicæ sint septem, ibid. num. 14.

Simonia.

Beneficiatus, qui tempore admissionis ad participationem Massæ Collegii Ecclesiastici aliquid solvit pro Sacristia, vel alio pio usu, non dicitur Simoniam committere. Adnotat. ad Constit. 6. Pii V. De Cult. & Venerat. Eccles. num. 5. 382

Qui pro remuneratione servitiorum, vel pro mercede pro missa, aut debiti satisfactione, ad Beneficium præsentatur Simoniam committit, ibidem num. 7.

Quod intelligitur, si donans, transferens vel præsentans poterat pro servitiis præstitis in judicio conveniri, secùs si debitum esset de honestate, ibid. dicto num. 7.

V

Vicarius.

Vicarius Capituli Sede Episcopali vacante non confert Beneficia, neque in concursu ad Parochialem præeligit magis dignum, sed acta concursus mittit ad Urbem. Adnotat. ad Constitut. 58. Pii V. De resignat. Benefic. n. 21. 394

Visitatio, Visitator.

Visitatores tàm Sæculares, quàm Regulares Monasteriorum Sanctimonialium quomodò se gerere debeant in ingressu Clausuræ. Adnotat. ad Constitut. 28. Greg. XIII. n. 1. 2. & 3. In Append. 397. & 398.

Episcopus in visitatione parvorum Conventuum Regularium quid agere possit, vide Decreta Sacr. Congreg. post Constit. 55. Innoc. X. *Ut in parvis*. In Append. pag. 439. & seqq.

Quid debeat advertere, & ordinare Visitator in visitatione generali, vide Instructionem datam in Append. pag. 509. & seqq.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MONPELIEN
formularium
pars 1. et 2.

Th
4790